# QVARTVS TOMVS SVMME SANCTI ANTONINI ARCHIEPISCOPI FLORENTINI ORDINIS PRAEDICATORVM.

De virtute in genere eiuſq; natura.
De quatuor virtutibus cardinalibus.
De tribus virtutibus theologicis.
De gr̃æ gratis datæ & gratũfacientis diuino munere.
De donis ſpiritusſancti ſeptenis.
De prærogatiuis Chriſtiferæ virginis.
De Ieſu ſeruatoris ac Mariæ myſteriis.
Hæc in tantas copias exundant vt mare quoddam rerum ſacrarum oculis patere videatur.



78/79 in illo minimo simbolo fidei ... opz credere quod est et eis inquirent||
bus se remunerator est. via ... continet ... set de aug. fide ... y tepora
justificatus copat glorificatus ... ad ... urgis
alud est judicare ... vatos ... 85
vei: ut de capite ... 88
cosideraciones et ... quibus volat ... in deum ... 90
de raptu ... 
tales ... corporale non sens ... 91
... homi desideria ... 92
multiplex vestigiu trinitatis et unitatis ... 92
multiplex acceptio intel ... volitas ... 93/94
duo sensus vitales ... lori script ... 94
de vanitate ... 97
... legis ... 99
... 100
... 109/110
castitas ... 115/124
tentatio ... 118
de tentationibus remedia ... 121
tempore antiq ... 122/123
johannes evangelista ... 123/124
... 125
peccatum ... 126
... homines rationales ... 127
... 127
... infernis ... 128
... 132
... 133/134
... 138/139
... 139
... 132/141
... 141
... 142
opinione ... 149/150
judicare ... 152
... 155
timor filialis et initialis ... 156
in via ... 157
... 157
heretici ... 158
quare non genealogizat ... 163
... 163
quare antiqui diem nativitatis celebrabat / non ita in lege ... 164

dal Coll.o de la comp.a de Ihs de g.da

R. 3473

# QVARTVS
## TOMVS SVMME SANCTI ANTONINI ARCHIEPISCOPI FLORENTINI ORDINIS PRAEDICATORVM.

lib. de escritura

De virtute in genere eiusq; natura.
De quatuor virtutibus cardinalibus.
De tribus virtutibus theologicis.
De gr̃ae gratis datæ & gratũfacientis diuino munere.
De donis ſpiritusſancti ſeptenis.
De prærogatiuis Chriſtiferæ virginis.
De Ieſu ſeruatoris ac Mariæ myſteriis.
Hæc in tantas copias exundant vt mare quoddam rerum ſacrarum oculis patere videatur.



Ev-s
1a 6-2



# INCIPIT PROEMIVM IN QVARtam partē Summę domini Antonini archiepiſcopi Florēn. ordinis Prędicatorum.

BENEDICTIONEM dabit legiſlator:ibunt de virtute in virtutem.videbitur deus deorum in Sion.Pſ.lxxxiij.Tota vita hominis ſuper terram eſt quoddam iter.vnde dicitur Michee.ij.Surgite & ite quia non habetis hic requiem.Et quia oīs motus eſt propter quietem:qui vult ſaluus eſſe oportet vt in mente ſibi pręſtituat terminum ad quem peruenire intendat:ad quem perueniens requieſcat:& medium vię per quam incedatur lumīe illuſtratum:quia qui ambulat in tenebris,neſcit quo vadat.Ioan.xij.ait Chriſtus qui eſt via veritas & vita.Lumē eſt gratia diuina.Via eſt virtus.Arcta eſt via quę ducit ad vitam.Mat.vij.inquit dominus noſter:quia virtus cōſiſtit circa difficilia.Terminus eſt vita æterna:ſuperna Hieruſalem dicta pacis viſio.vbi ſedebit populus in pulchritudine pacis:in requie opulēta.vt teſtatur Eſa.xxxij.c.Econtrario via lata quæ videtur homini recta:luce gratię carenti:& nouiſſima eius ducunt ad mortem ſempiternam:infernalis Babylonis eſt peccatorum via:quo peruenientes ſeruiunt dijs alienis id eſt dæmonijs qui non dant eis vllam requiem:vt dicitur Hieremię.xvj.Auerſamini igitur vitia:colite virtutes:& optatam naturaliter requiem cōſequimini.Et hoc eſt quod Pſalmiſta ait.Benedictionem &c.Vbi tria nota.

*Diuiſio thematis.*

¶Principium vnde moueamur.ibi.Benedictionem dabit.
¶Medium per quod proficiſcamur.ibi.Ibunt de virtute.
¶Terminum ad quem perducamur.ibi.Videbitur.

Principium vnde oportet nos moueri in bene operando eſt lucis gratia.Sine miſericordia enim dei ſeu gratia pręueniente vt velimus:& ſubſequente vt volitum bonum operemur nulla bona opera facere valemus(ait Auguſtinus)ſcilicet meritoria.Et hic gratiam propheta vocat benedictionem.Nil ita benedicitur id eſt efficitur creaturæ rationali a deo in vita pręſenti:ſicut cū gratia ei infunditur.Dicere em̄ dei eſt facere.Vnde Prouerbi.x.Benedictio domini ſuper caput id eſt mentem iuſti.Pro hac enim datur benedictio glorię:cum dicitur.Venite benedicti patris mei percipite regnū &c.Matt.xxv.Hanc autem benedictionem dabit:non retribuet ſeu reddet:quia non ex operibus noſtris:ſed gratis ſua liberalitate largit̄:alioquin iā nō eſt gratia.Dabit aūt legiſlator qui eſt Chriſtus.Vnus eſt enim legiſlator & iudex.Iacobi.iiij.qui legem Moſaicam dedit:in qua ſunt præcæpta omnium virtutum.& euangelicam:in qua ſunt & cōſilia ad perfectionē ducentia ipſas virtutes.De qua gratia habes diffuſe.j.in iſta.iiij.parte.titulus.ix.Medium per quod proficiſcamur eſt virtus:ibunt de virtute in virtutem.vnde Prouer.iiij.c.Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens proficit & creſcit vſq; ad perfectum diem.Semita quæ eſt via arcta eſt virtus per quam incedunt iuſti.Iſta aſſimilatur luci:quę paulatim in die creſcit vſq; in meridiem.Et ſicut ait Chryſ.Nemo repente fit ſummus:ſed a minimis quiſq; inchoat vt ad maiora perueniat.Et hoc eſt quod dicitur.Ibunt de virtute in virtutem:imitantes apoſtolum dicentem ad Philippenſes.iiij.Quę retro ſunt oblitus in anteriora me extendens ad brauiū ſequor ſupernę vocationis.In cuius figura quam vidit Ezechiel in ſpiritu ſancto.animalia:vt exponit Gregorius cum ambularent non reuertebantur:ſcilicet ad defect⁹ dimiſſos:nec firma manebant ſcilicet otioſa:ſed vnumquodq; ante faciem ſuam gradiebatur.Ezechielis.i.capitu.Et notandum ꝙ duplex eſt virtus:ſcilicet acquiſita & infuſa.Virtus acquiſita eſt quæ ſecundum philoſophum.ij.Ethico.bonum facit habētem:& opus eius bonum reddit.Et hęc cauſatur ex actibus humanis frequentatis:quia ex frequenti actu temperanti fit homo temperatus:& ſic de alijs.Sed huiuſmodi non ſufficiunt ad ſalutem.Vnde non vere bonum coſtituūt:nec opus bonum ſcilicet meritorium:& ſi in genere bonū.Virtus infuſa diffinitur a magiſtro ſententiarum in ſecūdo poſt Auguſtinum.ꝙ eſt bona qualitas mentis id eſt quidam habitus bonus in mēte:qua recte viuitur:quam deus in nobis ſine nobis operatur.Sine nobis intelligo non principaliter operantibus:ſed nobis conſentientibus & cooperantibus.Et iſta econtra non cauſatur ab actu humano:ſed ex infuſione diuina.&ex ea cauſatur actus meritorius & multiplicatur frequenter:actus autem auget habitum.Ex virtutibus igitur acquiſitis ibunt electi dei in virtutem infuſam:quia ille diſponunt ad illam.Secundo ſciendum ꝙ in virtute qualibet conſideratur & habitus & actus eius quæ ſunt diſtincta realiter.Nā habitus ſemper manet niſi virtus per mortale excludatur.Actus autem eius tranſit & meritum in anima remanet.Non autem habitibus:ſed actib⁹ meremur ſi boni ſunt:& demeremur ſi mali.Frequenter ipſa virtus quæ proprie importat habitum denominat actum ſuum vt actus eius dicatur virtus:vt verbi gratia.In ſymbolo Athanaſij dicitur.Eſt ergo fides recta vt credamus & confiteamur:quia dominus noſter Ieſus Chriſtus dei filius deus & homo eſt.Credēre proprie non eſt fides:ſed actus ei⁹ interior:& cōfiteri act⁹ exterior.vnde ſumitur fides pro actu ſuo.Et ſic ſumitur hic.Ibunt de virtute in virtutem id eſt ſe exercebunt in actibus virtuoſis tranſeundo de actu vnius virtutis ad actum alteri⁹.Non enim decet ſemper ſe exercere in actu vnius virtutis:ſed modo in actu fidei aſſentiendo his quæ eccleſia prędicat:quando talia menti occurrunt.iuxta illud.Credite illi & nō euacuabitur merces veſtra.Accedentem enim ad deum oportet credere.ait apoſtolus ad Hebre.xj.Iſte eſt primus paſſus in proceſſu virtutum.Aliquando in actu ſpei.Pſ.xxvj.Spera in deo & fac bonitatem:expectando beatitudinem a deo & auxilium gratię.ſi tamen ex parte tua facias bonitatē:alias præſumeres,non ſperares.De ſpe aliquando & ſępe procedēdum eſt ad actum charitatis.iuxta illud Lucæ.x.c.Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo:& ex tota anima tua:& ex omni mente tua.& proximum tuum ſicut teipſum.De virtutibus theologicis ibunt exercendo ſe electi ad opera bonorum quæ etiam ſunt virtutes:licet dona dicantur non virtutes.Aliquando in actu diuini timoris.Eccleſiaſtes vltimo.Time deum & mandata eius obſerua.Et de timore ad actum pietatis eorum:ſcilicet quæ pertinent ad cultum diuinum:videlicet ad orationē:votum:iuramētum & huiuſmodi.Vel etiam miſerationem ad proximum.j.Timo.iiij.Exerce teipſum ad pietatem.De pietate ibunt ad actum ſcientiæ.Hieremię.ij.c.Scito & vide quia malum & amarum eſt te dereliquiſſe deum tuum.pertinet enim ad hoc donum noſſe defectus ſuos & bene conuerſari inter homines vt non decipiatur.De ſcientia ibunt ad actum fortitudinis:vt non ſolum æquanimiter aduerſa ſuſtineant:ſed ardenter aggrediātur anxia pro deo.Tobiæ.v.c.Forti animo eſto.De fortitudine ibunt ad actum conſilij:& circa aduerſa quæ occurrūt agēdo meliora aſſumendo.vnde Eccleſiaſtici.xxxij.Sine cōſilio ſcilicet mētis nihil facias:& poſt factum non pœnitebis.De conſilio ad actum intellectus intus legendo ſcripturas:non ſolum quę in cortice:quia litera occidit:ſpiritus autem viuificat.& penetrando & deguſtando.Pſ.ij.Et nunc reges intelligite:erudimini qui iudicatis terram.id eſt corpus ei dominando ideo reges.De intellectu ad ſapientiam diuina deguſtando ad Colloſſenſes.iij.Quę ſurſum ſunt ſapite non quæ ſuper terram.Dę donis tranſeunt ad virtutes cardinales vt inferiores eis operationes earum agendo.Aliquando in virtute temperantiæ quo ad abſtinentiam & caſtitatē & alias eius partes.j.Petri.v.Sobrij eſtote & vigilate:quia aduerſarius veſter diabolus &c.De virtute temperantiæ ibunt ad actum fortitudinis:patienter ferendo quæcunq; aduerſa pro virtute.iuxta illud Eccleſiaſtici.ij.Omne quod tibi applicitū fuerit accipe.& in dolore ſuſtine:& in humilitate tua patientiam habe.Et de fortitudine ad actum iuſtitiæ ſecundum illud.Iuſte iudica proximo tuo.Leuitici.xix.Et de iuſtitia ad prudentiam.ſecundum illud Matthęi.x.Eſtote prudentes ſicut ſerpentes.De his omnibus & partibus & actibus earum per totum librum iſtum diſtinctum in.xvj.titulos.ita ꝙ q̄libet virtus & donum habet vnum titulum.Quintuſdecimus autem eſt de gratia in medio poſitus:non tamen ſecundum iſtum ordinem poſiti ſunt:ſed per alium vt patebit certa ex cauſa.Sextuſdecimus titulus de virtute in generali:qui eſt in principio ſeu primus titulus.Tertio ſciendum ꝙ quęlibet virtus habet gradus perfectionis maioris & minoris.

*Qd' gratia dei vocatur benedictio.*

*De gratia habetur.j.titu.ix.*

*Duplex eſt virt⁹ ſcilicet acquiſita & infuſa.*

*Virtutis infuſæ diffinitio.*

*ꝙ in q̄libet virtute cōſideratur habitus & actus & ꝙ realiter diſtinguitur.*

*ꝙ quęlibet vir*

ius hēt gradus p̄fectio nis.

iuxta illud Iob.xxxj. Per ſingulos gradus pronuntiabo il-
lum:ſcilicet deum:quia quanto magis quis aſcendit ad ma-
iorem gradum p̄fectionis virtutum: tanto magis debet deū
laudare:& ab eo recognoſcere totum.& tanto magis glorifi
catur deus & oſtenditur magnitudo eius apud homines qui
talia donauit hominibus. De his gradibus diffuſe tractat
Grego.de pœnitentia diſtinct.ij.dum ſanctam eccleſiā. Ter-
minus ad quem perducimur eſt ire de virtute in virtutem.
inde videbitur deus deorum in Sion.Deus dicitur deorum:
ſcilicet dominus id eſt angelorum& ſanctorum & omnium
dignitatum auctor:qui ipſi dij aliquando dicuntur.Sion in
terpretatur ſpeculatio:quia ſancti ſpeculantur id eſt clare vi-
dent deum facie ad faciem.Et viſio eſt tota merces ait Augu.
Quod & ſaluator ipſe oſtendit cum ait Ioā.xvij.Hæc eſt vi-
ta æterna vt cognoſcāt ſcilicet clare & perfecte te ſolum ve-
rum deum:& quem miſiſti Ieſum Chriſtū.Vbi notatur my
ſterium trinitatis perſonarum & vnitatis eſſentiæ & huma-
nitatis Chriſti aſſumptę:vt alias dictum eſt.quod totum ibi
videbitur.Viſio autem illa tantę pulchritudinis eſt:tantoq;
amore digniſſima:vt quibuſlibet & quantiſlibet bonis prę
ditis ſine ea animam exiſtimet infœliciſſimam Plotinus phi
loſophus.vt refert Auguſtinus.x.de ciuitate dei.ca.xxiij.Im
plebimur(inquit Pſalmiſta.lxiiij.)in bonis dom⁹ tuæ:ſan-
ctum eſt templum tuum mirabile in æquitate.vel in iuſti-
tia ſecundum aliam literam.Domus dei in qua manſiones
multæ ſunt varietate præmiorum:eſt ſtatus glorię vbi vide
tur deus.& ibi replebimur bonis.Hic nulla boni plenitudo
ſcilicet talis quæ mentem quietet. Nam & auarus impletur
pecunia.vt dicit̄ Eccl'ſ.v.nec ſaturat̄ ocul⁹ n viſu:nec auris au
ditu.Eccl'ſ.i.quorumcumq; pulchrorum & ſonorum vl' ſa
pientiū verborum.Sed vt ait Auguſtinus in libro confeſſio.
feciſti nos domine ad te:& inquietum eſt cor noſtrū donec
requieſcat in te:ſcilicet in patria. & ibi implebimur bonis.
Nā ītellect⁹ īplebit̄ cognitōe ſūmę ꝟitatis.Eccl'ia canit.Quę
nūc ī ſpem gerimus plena veritate capiamus. Voluntas ſeu
affectus implebitur dilectione immēſæ bonitatis. Vnde in
Cañ.Vidiſtis eam:ſcilicet animam ad patriam aſcēdentem
plenam charitate. Iraſcibilis implebitur tentione perpetuæ
ſecuritatis.Eccleſiaſtici.xxiiij.In plenitudine ſanctorum de
tentio mea.Detinet diuina ſapientia quæ ibi loquitur.quia
detinentes facit ſanctos plenitudine bonorum illorum.Cō
cupiſcibilis implebitur fruitione perpetuæ iocūditatis. Pſ̄.
Adimplebis me lætitia vel iocunditate cum vultu tuo.Erit
enim tunc deus omnia in omnibus ſcilicet beatis: vnde im
pleti omnino.Sanctum eſt templum. ſubdit Pſ̄.in dicta au
ctoritate.Templum dei eſtis vos.ait apoſtolus.i.ad Corin'.
iij.& ipſi ſancti domus dei.ſanctum eſt.ideſt mundum ab oī
peccato.ſine macula enim ſunt ante thronum dei. Apocal'.
xiiij.Sanctum eſt ideo dedicatum.ibi enim vacabitur laudi
bus dei:nec aliud erit exercitium.dicit Auguſtinus. Sāctum
i.firmum vt nunquam auerti poſſit a deo.nec aliqua infir-
mitas vel moleſtia corporis.Mirabile in æquitate vel iuſti-
tia.Iuſtitia vt dicit philoſophus eſt omnis virtus & ſecun-
dum hanc accæptionem dicitur Mathæi.xxv.Iuſti autē ibūt
in vitam æternam.non enim ad illam aliter peruenirent ſi-
ne iuſtitia id eſt omnis virtus inueniretur in eis:ita q̄ nulla
deficiat.Ipſęq; virtutes ibi in eis permanēt:ſed ad aliū vſum
q̄ hic.Auguſt.ſuper Pſal.tractans illud Mirabile in iuſtitia.
ſic ait.Iſta ſunt bona illius domus & templi.non dixit tem-
plum mirabile in columnis.mirabile in marmoribus.mira
bile in rectis auratis:ſed mirabile in iuſtitia.Habes foris ocu
los vnde videas marmora & aurum.Intus eſt oculus vnde
videatur pulchritudo iuſtitiæ.Si nulla eſt pulchritudo iuſti
tiæ:cur amatur iuſtus ſenex?Quid affert in corpore quod
oculos delectet?Curua membra rugatam frontem.caput ca
nis albatum:imbecillitatem vndiq; querelis plenam.Sed for
te oculos tuos non delectat ſenectus decrepita:aures tuas de
lectat quibus vocibus:quo cantu.An forte ſonus verborū
eius delectat aures tuas:quæ verba vix plena enuntiat lapſis
dentibus.tamen ſi iuſtus eſt:ſi alienum non cōcupiſcit:ſi qd'
ſuum eſt erogat pauperibus:ſi bene monet & rectum ſapit,
integrum credit:ſi paratus eſt pro fide veritatis ipſa confra-
cta membra impendere. Quid in huiuſmodi amamus? qd
oculis carnis in eo videmus bonum: nihil.Quędā ē ergo pl'
chritudo iuſtitiæ:quam videmus oculis cordis quam ama-
mus quam exardeſcimus. Quid in martyribus erat quod a-
maretur:niſi quia erat in illa feditate laniatorum membro-
rum integra pulchritudo iuſtitiæ.Iſta ſunt bona domus dei.
His te para ſatiari.Hæc ille.Si ergo virtus hic amatur: ſapiē
tia appetitur:gaudium ſeu delectatio quæritur:& ibi videt̄
deus deorum omnia iſta pleniſſime. ergo illa domus. illud
templum quærendum.illud ſuper omnia amandum: ad il-
lud totis viribus inſudandum per virtutum viam cōſequē
dum.Ad qd' nos perducat q̄ ī cœlis ſine fine viuit & regnat.

q̄ termi nus ſeu finis vir tutū eſt clara dei vi ſio.

Quod iuſtitia ſit om̄is ꝟtus ſe cūdum Ariſto telem.



# INCIPIT TABVLA GENERALIS

quartæ partis ſummæ beati Antonini:quę habet titulos ſe
decim:quorum quilibet habet capitula multa:quę capitula
habent plures.§.

## TITVLVS.I.HVIVS QVARTE

partis de virtutibus in generali.


De diffinitiōe virtutum atq; earūdem diui ſione.ca.i.fo.iiij.colū.i.
De acquiſitione virtutum & quomodo ſumatur medium in eis.ca.ij.fo.v.co.ij.
Quæ bona operentur in nobis virtutes .ca.iij.fo.v.col.iiij.
De inæqualitate recæptionis virtutum. & quomodo ſunt gradus in eis .ca.iiij.fo.vij.co.i.
De connexione virtutum an ſint concatenatæ adinuicem: & quēadmodū vna ſine altera hēri nō pōt .c.v.f.vij.co.ij.
De duratione ꝟtutum .ca.vi.fo.vij.co.iij.


## TITVLVS.II. DE PRVDENTIA.


Quomodo datur prudentia quæ medium præfigit in omni virtute .ca.i.fo.vij.co.iiij.
De partibus integralibus prudentiæ.ſ.memoria:intelligentia: & puidentia.ca.ij.fo.ix.co.ij.
De partibus ſubiectiuis prudentiæ:& de cognitione ſuiipſi⁹ ca.iij.fo.x.co.iij.
De prudentia monaſtica aut particulari:& nouem reglīs directiuis humanæ vitæ.ca.iiij.fo.xj.co.i.
De prudentia oeconomica.ca.v.fo.xij.co.ij.
De prudentia regnatiua.ca.vj.fo.xiiij.co.i.
De partibus potentialibus prudentiæ & eis annexis.videlicet eubolya:ſyneſi:& gnomyn.ca.vij.fo.xv.co.j.


## TITVLVS. III. DE FORTITVDINE.


Fortitudo tripliciter animam firmat:quo ad ſe contra mundi vanitates:quo ad bonum cōmune contra patriæ hoſtilitates:quo ad deū contra errorū prauitates.c.j.f.xv.co.iij.
Circa quæ ꝯſiſtit virt⁹ fortitudinis.c.ij.fo.xv.co.iiij.
De triplici martyrio .ca.iij.fo.xvj.co.iiij.
De partibus fortitudinis integralibus & ſubiectiuis .ca.iiij. fo.xvij.co.ij.
De partibus fortitudinis quæ eis annectuntur. & primo de magnanimitate.ca. v.fo.xvij.co.iij.
De magnificētia quid ſit & qb⁹ ꝯueniat.ca.vj.fo.xviij.co.j.
De virtute patientiæ. ca.vij.fo.xviij.co.ij.
De perſeuerantia quid ſit: circa quæ conſiſtat: & de effectib⁹ eius.ca. viij.fo.xxj.co.j.


## TITVLVS. IIII. DE TEMPERANTIA.


Quid ſit tēperātia:& circa quā materiā ꝟſet̄.c.j.fo.xxj.co.iiij.
De partibus potentialibus temperātiæ:& primo de cōtinētia quæ tripliciter ſumitur.ca.ij.fo.xxij.co.iiij.
De manſuetudine quid ſit:& in quo differat a clementia. ca. iij.fo.xxiiij.co.ij.
De partibus ſubiectiuis temperantiæ:quæ ſunt abſtinentia ſobrietas: & caſtitas.ca. iiij.fo.xxiiij.co.iiij.
De ſobrietate.ca. v.fo.xxvj.co.ij.
De caſtitatis materia: cauſa & gradibus. ca.vj.fo.xxvij.co.j.
Virginitas quid ſit & p̄ q̄ amittat̄.ca.vij.fo.xxix.co.ij.
De virginitatis coronatione:poſſeſſione: & dignificatione. ca.viij.fo.xxx.co.j.
Clementia quid ſit:& in q̄ ꝯſiſtat.ca.ix.fo.xxxj.co.ij.
Modeſtia q̄d ſit & qb⁹ ꝯmēdat̄.ca.x.fo.xxxj.co.iij.
De ſtudioſitate. ca.xj.fo.xxxij.co.ij.
De humilitatis quidditate.ca.xij.fo.xxxij.co.iiij.


## TITVLVS. V. DE IVSTITIA.


De iuſtitia ī gñali. q̄ ē triplex iuſtitia.ca.j.fo.xxxiij.co.ij.
De duab⁹ ſpeciebus iuſtitiæ. & primo de cōmutatiua.capi. ij.fo.xxxiij.co.ij.
De iuſtitia diſtributiua.ca.iij.fo.xxxiiij.co.iiij.
De principijs iuſtitiæ. ca.iiij.fo.xxxv.co.ij.
De partibus potentialibus iuſtitiæ:& de virtutibus ei connexis.ca.v.fo.xxxvj.co.ij.
De innocentia.ca.vj.fo.xxxvj.co.iiij.
De religione.ca.vij.fo.xxxvij.co.j.
De oratione.ca.viij.fo.xxxvij.co.iij.
De pietatis virtute.ca.ix.fo.xxxix.co.ij.
De virtute obſeruantiæ.ca.x.fo.xxxix.co.iiij.
De obediētia quomodo aliquando eſt generalis: aliquādo ſpecialis.ca.xj.fo.xl.co.ij.
De gratia ſiue gratiarum actiōe.ca.xij.fo.xlj.co.j.
De vindicatione.ca.xiij.fo.xlij.col.iiij.
De pœnitentia prout eſt virtus differens ab ea prout eſt ſacramentū.capi.xiiij.fo.xliij.co.iiij.
De veritate prout eſt virtus.ca.xv.fo.xlv.co.j.
De virtute fidelitatis. ca.xvj.fo.xlv.co.iiij.
De liberalitate inquantum differt a miſericordia.ca.xvij. fo.xlvj.co.ij.
De mīa multiplici & ei⁹ vtilitate.ca.xviij.fo.xlvij.co.ij.
De epykeia virtute.ca.xix.fo.xlix.co.iiij.
De amicitia ſiue affabilitate quomō ſit ꝟt⁹.ca.xx.fo.l.co.i.
De duodecim fructib⁹ ſpūs.ca.xxi.fo.lij.co.iiij.


## TITVLVS. VI. DE CHARITATE.


De charitate theologica. ca.j.fo.liij.co.iiij.
De charitate quātū ad ei⁹ ſubiectum.ca.ij.fo.lv.co.j.
Quid ſit diligēdū & q̊ ordīe..ca.iij.fo.lvj.co.iiij.
De dilectione proximi & quis nomine proximi intelligat̄. c.iiij.f.lviij.co.iij.
De charitate q̊ ad p̄cęptum decalogi.ca.v.fo.lx.co.i.
Dę prīcipali actu charitatis q̄ eſt dilectio. ca.vj.fo.lxj.co.j.
De gaudio inquātū eſt actus interior charitatis. capitu. vij. fo. lxj.co.iiij.
De pace inquantum eſt actus interior charitatis & quomodo differt a concordia.c. viij.fo.lxij.co.ij.


## TITVLVS. VII. DE SPE.


De triplici ſpe:& ei⁹ quidditate atq; fructib⁹.c.i.fo. lxiij.co.j.
De ſubiecto ſpei.i.in qb⁹ ſpandū ſit.ca.ij.fo.lxiiij.co.iij.
De obiecto ſpei.ſ.btitudīe hūanę vitę.c.iij.fo.lxvj.co.j.
De btitudīs q̄dditate & ml'tiplicitate. c.iiij.fo.lxvj.co.iij.
De diſpoſitiuis ad btitudinē.ca.v.fo.lxviij.co.j.
De ſingulis beatitudinibus in particulari. & primo de paupertate ſpiritus.c.vi.fo.lxix.co.iiij.
De vltimo fine hominis qui eſt beatitudo perfecta. capitu. vij.fo.lxxij.co.iij.


## TITVLVS. VIII. DE FIDE.


Fides ſumit̄ octo modis.ca.j.fo.lxxiiij.co.iij.
De habitu fidei & quidditate eius.c.ij.fo.lxxvj.co.iiij.
De actu fidei & q̄ actus fidei eſt triplex.ca.iij.fo.lxxvij.co.iiij
De obiecto fidei quod eſt veritas p̄ria.ca.iiij.fo.lxxix.co.iij.


## TITVLVS. IX. DE DIVINA GRATIA.


De duodecim proprietatibus diuinæ gratię ad ſimiltudinē luminis materialis. ca.j.fo.lxxx.co.iiij.
De eſſentia gratiæ. ca.ij.fo.lxxxi.co.iiij
De diuiſione gratię quadruplici.ca.iij.fo.lxxxij.co.
De cauſis gratiæ.ca.iiij.fo.lxxxiij.co.j.
De neceſſitate gratiæ. ca.v.fo.lxxxiij.co.iij.
De effectu gratię operantis.ca.vj.fo.lxxxiiij.co.iij.
De merito qd' eſt effect⁹ gratię cooperantis.ca.vij.fo.lxxxv. co.iij.


## TITVLVS. X. DE DONIS SPIRITVSSANCTI.


De ſeptē donis ſpūſſācti ī cōi.ca. j.fo.lxxxvj.co.ij.
De diſtinctionibus donorum ſpūſſcti a virtutib⁹ infuſis: & de eoꝝ neceſſitate & ꝯnexiōe. c.ij.f.lxxxvj.co.iiij.
De dono ſapīæ & de triplici ſapīa.ca.iij.fo.lxxxvij.co.iiij.
De vita ꝯtēplatiua & ei⁹ excellētia. ca.iiij.fo.lxxxix.col.ij.
De his q̄ ptinēt ad vitā ꝯtēplatiuā.ca.v.fo.xc.co.j.
De raptu ſiue exceſſu mentis. ca.vj.fo.xcj.co.j.
De cognitiōe q̄ ptinet ad ſapīam. ca.vij.fo.xcij.co.j.


## TITTLVS. XI. DE DONO INTELLECTVS.


Donum intellectus vltra lumen naturæ neceſſario a deo pe

titur.ca.j.fo.xciiij.co.ij.
De ſcripturę ſacræ nobilitate:qualitate &vtilitate.capitu. ij.fo.xcv.co.ij.
De mltiplici vtilitate ſacrę doctrīæ.ca.iij.fo.xcviij.co.j.
Doctrinæ gẽtiliũ poetaꝝ & philoſophorum nõ proſunt ad ſalutem.ca.iiij.fo.xcviij.co.iij.
De erroribus contra fidem philoſophorum gentilium.cap̃. v.fo.cj.co.j.
De erroribꝰ Iudęoꝝ & Saracenoꝝ.ca.vj.fo.cj.co.iiij.
De erroribus hæreticoꝝ.ca.vij.fo.cij.co.ij.
De articulis in quibus communiter magiſter ſententiarum & Gratianus in decreto non tenetur.ca.viij.fo.ciiij.co.j.

## TITVLVS.XII.DE DONO CONSI lij.

De ꝯditiõibꝰ reqſitis ad bonũ ꝯſiliũ.ca.j.fo.cvj.co.j.
De ꝯſilijs euãgelicis.ca.ij.fo.cvj.co.ij.
De ꝯſilio pau ꝑtatis. ca.iij.fo.cvij.co.iij.
De errore fratricellorum circa paupertatem Chriſti & apoſtolorum.ca.iiij.fo.cviij.co.ij.

## TITVLVS.XIII.DE DONO FORTI tudinis.

Quid ſit fortitudo:& de effectibꝰ eiꝰ.ca.j.fo.cxvij.co.j.
De triplici fortitudine. ca.ij.fo.cxviij.co.j.
Tẽtatiões ĩſurgũt hoĩbꝰ a diuerſis.ca.iij.fo.cxx.co.j.
De tribulatiõe maxĩa q̃ erit tempore Antichriſti.ca.iiij.fo. cxxiiij.co.ij.

## TITVLVS.XIIII. DE DONO TI moris.

Timorem mlta inducunt.ca.j.fo.cxxvj.co.j.
De timore mundano.ca.ij.fo.cxxvj.co.iij.
De timore carnali. ca.iij.fo.cxxviij.co.ij.
De timore naturali.ca.iiij.fo.cxxix.co.ij.
De timore ſeruili.ca.v.fo.cxxxj.co.ij.
De timore initiali.ca.vj.fo.cxxxviij.co.j.
Timendum eſt in præſenti vita propter ſeptem pericula.ca. vij.fo.cxl.co.iij.
Mors eſt timenda propter ſeptem conſiderationes.cap̃.viij. fo.cxlvj.co.iij.
Aſſignatio rationum in morte de ſeptem generibus rerum timenda eſt. ca.ix.fo.cxliij.co.iij.
Purgatorium ſeptuplex ẽ timẽdũ.ca.x.fo.cxlv.co.iiij.
Finale iudicium ꝙ timendum ſit:& de certitudine eiꝰ & cã. ca.xj.fo.cxlviij.co.j.
Quod timenda eſt ꝓfunditas iudiciorum dei in præſẽti circa ſeptem.ca.xij.fo.clv.co.j.
De timore filiali in quo conſiſtat:& in quo differt ab initiali.ca.xiij.fo.clvj.co.iiij.
De timore reuerentiali.ca.xiiij.fo.clvij.co.ij.

## TITVLVS .XV. DE DONO PIE tatis.

De pietatis eminẽtia & dignitate. ca.j.fo.clix.co.iiij.
Quod virgo maria fons pietatis eſt mater nr̃a quatuor modis.ca.ij.fo.clx.co.iij.
De conceptione & ſanctificatione beatæ mariæ ꝟginis.ca. iij.fo.clxj.co.ij.
Sermo de ſc̃tificatiõe btẽ mariæ ꝟgĩs.ca.iiij.fo.clxij.co.iiij.
Sermo de natiuitate beatæ mariæ virginis ad genealogiam euangelicam.ca.v.fo.clxiiij.co.j.
Aliꝰ ſmo de natiuitate btẽ mariæ ꝟgĩs.ca.vj.fo.clxv.co.j.
Sermo de deſpõſatiõe Marię & Ioſeph.ca.vij.fo.clxvj.co.iij.
De anuntiatione dñica. Miſſus eſt angelus Gabriel.ca.viij. fo.clxviij.co.j.
Sermo alius de eodem.ca.ix.fo.clxix.co.ij.
De miſſiõe ſpũſſc̃ti ad mariã ꝟginẽ.ca.x.fo.clxxj.co.j.
De pl̃chritudine btẽ mariæ ꝟgĩs.ca.xj.fo.clxxij.co.ij.
De miſſiõe filij dei ad mariã ꝟginẽ.ca.xij.fo.clxxiij.co.ij.
De ſalutatiõe angelica. Aue maria &c.ca.xiij.fo.clxxiij.co.ij
De hoc nomine maria.ca.xiiij.fo.clxxv.co.iij.
De plenitudine gr̃æ in maria ꝟgĩe.ca.xv.fo.cxvij.co.iij.
De triplici genere gratiarum gratis datæ:gratum facientis: & priuilegiatæ.ca.xvj.fo.clxxviij.co.ij.
De gr̃a ꝟtuali btẽ mariæ ꝟgĩs.ca.xvij.fo.clxxix.co.j.
De gr̃a. vij.donoꝝ.q̃ fuit ĩ btã maria ꝟgĩe.ca.xviij.f.clxxxj colũ.iiij.
Quod beata maria habuit oĩes gratias gratis datas. ca.xix. fo.clxxxiij.co.j.
De gratia priuilegiorũ ſingularium beatæ virginis mariæ ca.xx.fo.clxxxv.co.j.
Dñs deꝰ fuit cũ maria.v.modis.ca.xxj.fo.clxxxviij.co.j.
Dominus deus fuit cũ maria ad corpus chriſti formandum: ad ꝓlẽ exaltãdũ:& ad ipſã magnificãdũ. c.xxij.f.clxxxix. co.ij.
De quadruplici benedictiõe btẽ ꝟgĩs.ca.xxiij.fo.cxcij.co.ij.
De bñdictiõe.b.ꝟgĩs apđ oẽm gñatiõem. ca.xxiiij.fo.cxciij. co.ij.
De triplici fructu benedicto beatæ mariæ virginis.ca.xxv. fo.cxcv.co.ij.
De duodecim fructibus ſpiritus qui fuerunt in maria ꝟgine ca.xxvj. fo.cxcvj. co.iiij.
De viſitaione btẽ mariæ virginis facta elizabeth.ca.xxvij. fo. cxcviij.co.j.
De cantico beatæ mariæ virginis.& ꝙ aliqua dñr magna tripliciter. ca.xxviij.fo.cxcix.co.j.
De ſecundo verſu Magnificat.& de mltiplici gaudio & varia acceptione ſpiritus. ca.xxix.fo.ccj.co.j.
De concordantia cantici Magnificat cum oratione dominica. ca.xxx.fo.cciij.co.j.
De partu beatiſſimæ virginis.i.natiuitate chriſti. cap̃.xxxj. fo.cciiij.co.ij.
De epiphania domini ſermo.ca.xxxij.fo.ccv.co.iiij.
De purificatione beatæ mariæ virginis.& multiplici lumine.ca.xxxiij.fo.ccvj.co.iij.
Aliꝰ ſmo de purificatione mariæ ꝟgĩs. cap̃.xxxiiij.fo.ccvij. co.iij.
Tertiꝰ ſmo de purificatione mariæ ꝟgĩs.ca.xxxv.fo.ccviij. co.ij.
Quomodo gladius doloris pertranſiuit animam beatæ mariæ ꝟgĩs iuxta ꝟbũ Simeonis.ca.xxxvj. fo.ccix.co.iiij.
Quomodo maria inuenit Ieſum duodennem in templo:& de triplici ĩterrogatione.b.virgĩs.c.xxxvij.f.ccx.co.iiij.
De beata virgine cum fuit in nuptijs: quæ ſignificant nuptias ſpũales inter deum & eccl̃iam.ca.xxxviij.fo.ccxj.co.iiij.
De nuptijs pœnitentium. ca.xxxix.fo.ccxij.co.iiij.
De nuptijs mundum deſerentium & ſe deo dedicantiũ quomodo beata maria præſens eſt.ca.xl.fo.ccxiij.co.ij.
De dolore maxĩo virg.ma.in filij ſui paſſiõe.ca.xlj.fo.ccxiij. co.iiij.
De aduẽtu ſpũſſc̃ti in maria cũ apl̃is. ca.xlij.fo.ccxvj.co.ij.
De aſſũptione beatæ ꝟgĩs mariæ Sermo.ca.xliij.fo.ccxvij. co.ij.
Aliꝰ ſmo de aſſũptiõe.b.mariæ ꝟgĩs.ca.xliiij.f.ccxviij.co.iij
Aliꝰ ſmo de aſſũptiõe.ca.xlv.fo.ccxx.co.iiij.

## TITVLVS.XVI.DE DONO SCIEN tiæ.

Donum ſcientiæ qđ eſt: & ad qđ ſe extẽdat. Cap̃.vnicum. fo.ccxxij.co.j.

¶ Is quidẽ titulꝰ hic ſuccinctꝰ:in partibus chronicę diffuſus tractat de geſtis illuſtrium ex ſanctitate vel ſcientia vel martyrio:vl̃ dignitatibus eccleſiaſticis & ſæcularibus & põtificibus & regibus:vel in arte militiæ & bellorum in tribꝰ voluminibus diſtinctis quorũ primum ꝯtinet geſta ad vtrũq ſtatum ab ipſius mundi exordio vſq ad tempora Syluestri papæ & conſtantini magni Imperatoris. Secũdum volumẽ continet geſta vtriuſq ſtatus a Syluestro papa vſq ad Clementem.iij.& a Conſtantino vſq ad Imperatorem Hẽricũ vj.Tertium volumen continet magis modernorum geſta a tempore Hẽrici.vj.vſq ad tempora Federici Imperatoris moderni:videlicet Annum dñi.M.cccclviij.quæ omnia aliquo modo pertinent ad ſcientiam.Hæc ibidem ĩtuere & hic mecum deo laudes pro fine huius ſummæ depromẽ ex condigno.Sit itaq laus & gloria deo benedicto Amen.

¶Explicit tabula generalis titulorum quartę partis.



# INCIPIT QVARTA PARS SVM mæ btĩ Antonini archiꝑſulis Floreñ.In q̃ agit̃ de ꝟtutibus & gratia ac donis ſpũſſc̃ti.

## TITVLVS.I.DE VIRTVTIBVS IN GE nerali.

¶De diffinitiõe ꝟtutũ atq earũdẽ diuiſiõe. Cap̃.I

Cõſiderãda circa ꝟtutẽ ĩ gñali.

CIRCA VIRTVTEM IN gñali cõſiderãda ſunt ſex.ſ. diffinitio:diuiſio earũ & nũerꝰ: cõnexio duratio:acqſitio:& opatio. Quãtũ ad primũ ſic diffinit̃ ab Aug.in.ij. li.de libero arbitrio.

Virtus diffinit̃.

Virtꝰ eſt bona q̃litas mẽtis:qua recte viuit̃:q̃ nẽo male vtit̃: quã deꝰ ĩ nobis ſine nobis opat̃.In q̃ diffinitiõe tãgũt̃ quatuor bona q̃ ex ꝟtute cauſãt̃.Primũ eſt hoĩs ꝑfectio ĩ eo qđ dicit̃.ꝟtꝰ eſt bona q̃litas mẽtis:ꝑficit em̃ hoĩem quãtũ ad partẽ ĩtellectiuã ꝑ prudẽtiã & al̃s.appetitiuã rõnalẽ ꝑ iuſtitiã & alias.appetitiuã ſẽſualẽ ꝑ fortitudinẽ quo ad iraſcibilẽ: ꝑ tẽperãtiã quo ad cõcupiſcibilẽ.Faciũt em̃ potentias expeditas ad bene opandũ.Scđm eſt opis directio: vñ ſubdit̃. q̃ recte viuit̃.Recte em̃ viuere eſt bñ opari:& ĩ hoc ꝯſiſtit.Et ꝑ hãc clauſulam diſtĩguit̃ ꝟtꝰ ꝓprie & ſtricte dicta a ſciẽtia & ĩtellectu & ſapĩa.Licet em̃ ſint bonę q̃litates mẽtis:nõ tñ ſũt bonę qualitates volũtatis regulãtes ĩpam volũtatẽ & dirigẽtes ſed ꝑficiẽtes tm̃ ĩtellectũ.Vñ põt bñ & male viuere habẽs eas. Tertiũ eſt crimĩs excluſio:vñ ſubdit̃.qua nemo male vtitur. Nullus em̃ poteſt male vti actu virtutis:eo ꝙ actus virtutis vel a virtute procedens nunq̃ poteſt eſſe malus: ſed ſemper eſt bonus.Poteſt tamẽ aliqs male vti virtute tanq̃ obiecto: puta cũ male ſentit de virtute:cum.ſ. odit eam vl̃ ſuꝑbit de ea.qđ Iſido.in lib. de ſummo bono ꝓhibet dicens. Cũ qs ex deteriori iam melior eſſe cœperit: caueat de accæptis extolli virtutibus:ne grauiꝰ per ꝟtutes corruat:q priꝰ ex lapſu vitiorum iacebat. Quartum qđ cauſat̃ a virtute eſt infuſio diuini numinis cũ conſenſu volũtatis:vnde dicit̃.quã deus in nobis ſine nobis operat̃: qđ intelligitur quo ad virtutes infuſas ſine nobis operantibus principaliter: ſed non ſine nobis conſentientibus ſeu cooperantibus. Rainerius. Et in paruulis quidem cum infunduntur virtutes in baptiſmo quãtũ ad habitũ:vt dr̃ extra de baptiſmo:maiores. ſine ĩpis conſentiẽtibus expreſſe:qa cõſentire nõ poſſunt. Non habẽtes vſum rõnis pñt dici conſentire inquantum non diſſentiunt. Sed in habentibus vſum rationis : nunquam ſine ipſis cooperantibus ſeu aſſentientibus. vnde Hiero.Liberi arbitrij nos condidit deus: nec ad virtutes nec ad vitia neceſſitate trahimur: alioquin vbi neceſſitas ibi nec corona. de pœni.diſtĩctio.ij. ſi enim.Sunt virtutes omnes de quibus loquimur quidam habitus. Habitus autem eſt qualitas de difficili mobilis a ſubiecto:& facit hominem prompte & delectabiliter opari. Vnde ſecundum philoſophum. Signũ habitus generati eſt delectabiliter operari. Vnde diffinitur habitus ꝙ.ſ.eſt quo agimus cum volumus. Sicut autem habitus vitiorum faciunt hominem prompte operari malũ ita habitus virtutum bonum.

## §.I.DE VIRTVTIBVS DANTVR DI

Virtutum diuiſio.

uerſæ diuiſiones ſecundum diuerſos reſpectus. Et vno modo poſſunt ſic diuidi:videlicet ꝙ virtutes. Alię ſunt naturales. Aliæ acquiſitæ: Aliæ infuſæ.Quæ diuiſio virtutum attẽditur penes cauſam earum . Aliquæ em̃ ĩſunt ex diſpoſitione naturali.Aliæ ſcilicet acquiſitæ ex frequentatione actuali ſeu operum aſſuetudine. Alię infuſę ex munere diuinali ſeu gratia.Et primæ quidem non ſunt perfectæ virtutes: ſed potius quædam ſemina & inchoationes virtutum. Et ſic intelligendæ ſunt autoritates:quæ tales inclinationes naturales & aptitudines ad virtutes appellant virtutes: vt illud Iob. xxxj.Ab infantia mecum creuit miſeratio:& de vtero matris meę egreſſa eſt mecũ.miſeratio ꝟtꝰ eſt.& glo.ſuper illud Mat.iiij.Circuibat Ieſus totam Galileam.dicit. Docens naturales iuſtitias.i. virtutes : ſcilicet caſtitatem.humilitatem: iuſtitiam: quas naturaliter homo habet.& illud Damaſce. in.iij.lib. Naturales ſunt nobis virtutes. Pro cuius maiori declaratione notãdum ſecundum beatum Tho.j.ij.q.lxiij.articu.j.ꝙ circa ſcientias & virtutes aliqui poſuerunt eas eſſe ab intrinſeco:ita ſcilicet ꝙ omnes virtutes & ſcientiæ naturaliter præexiſtunt in anima: ſed per diſciplinam & exercitium impedimenta ſcientię & virtutis tolluntur.quæ adueniunt animæ ex corporis grauitate:ſicut ferrum clarificatur per limationem.Et hæc fuit opinio Platonicorum.Alij dixerunt ꝙ ſunt totaliter ab extrinſeco.i.ex influentia intelligentię agentis:vt ponit Auicenna.Alij dixerunt ꝙ ſecundum aptitudinem ſcientiæ & virtutes inſunt nobis a natura:non autem ſecundum perfectionem:vt dicit philoſphus .ij. Ethicorum.& hoc verius eſt. Ad cuius manifeſtationem oportet conſiderare ꝙ aliquid dicitur alicui naturale dupliciť: vno modo ex natura ſpeciei.Alio modo ex natura indiuidui. Ex natura quidem ſpeciei dicitur homini naturale id quod conuenit ei ſecundum animam rationalem. Ex natura vero indiuidui dicitur naturale quod conuenit ei ſecundum corporis determinatam complexionem. Vtroq autem modo virtꝰ eſt homini naturalis ſecundum quandam ĩchoationem. Secundum quidem naturam ſpeciei.i. inquantum in ratione hominis naturaliter inſunt quædam principia naturaliter cognita:tam ſcibilium q̃ agendorum : quæ ſunt quædam ſeminaria virtutum intellectualium & moralium inquantum in voluntate hominis eſt quidam appetitus naturalis homini qđ eſt ſm rõnẽ: ſm vero naturam indiuidui inquantum ex corporis diſpoſitione quidam ſunt diſpoſiti aliqui melius aliqui peius ad aliquas virtutes. Vnus enim habet aptitudinẽ ad ſcientiam:alius ad fortitudinem:aliꝰ ad temperãtiam.Sic ergo patet ꝙ virtutes inſunt nobis a natura ſecundum aptitudinem & inchoationem præter theologicas quæ ſunt totaliter ab extrinſeco.ſecundũ ꝟo perfectionem nullæ virtutes inſunt nobis a natura.Quod etiam poteſt probari ex hoc:quia quod ineſt nobis a natura commune eſt omnibus hominibus nec per peccatum aufertur: ſed virtꝰ non eſt ĩ oĩbꝰ hoĩbꝰ :qa abijcitur ꝑ peccatum.ergo &c.

ꝟtutes & ſcientiæ quõ nobis ĩſunt.

## §.II. VIRTVTES ACQVISITE SVNT

quæ ex actibus bonis frequentatis cauſantur. Ex hoc enim ꝙ quis frequenter vtitur cibo moderate acquirit abſtinentiam.Ex hoc ꝙ ſtimulatur a concupiſcentia frequenter & reſiſtit abſtinens ab illicitis voluptatibus acquirit caſtitatem & ſic de alijs.vt oſtendit philoſophus in.ij.Ethico.nec tamẽ per vnum actum bonum cauſatur virtus; ſicut nec vna hirundo facit ver.nec vna dies facit beatum vel fœlicem aut paruum tempus vt dicit philoſophus.j.Ethicorũ.Nec ignis poteſt ſtatim vincere ſuum combuſtibile:ita ꝙ ſubito totũ lignum conuertatur in ignem:ſed paulatim remouendo diſpoſitiones contrarias.Sic non ex vno actu habetur habitus acquiſitus virtutis:ſed ex multis. Cum enim ſecundum Dionyſium.iiij.c.de diui.no.bonum ſit virtuoſiꝰ q̃ malum & ex actibus vitioſis acquiritur habitus vitij:ergo & magis virtus acquiritur ex actibus virtuoſis.Pro huius declaratione dicit beatus Tho.j.ij.q.lxiij.arti.ij. ꝙ virtus hominis perficit ipſum ad bonum.Dicit enim philoſophus ꝙ virtus eſt quæ facit bonum habentem & opus eius bonum reddit. Ratio autem boni conſiſtit in numero:pondere & menſura: vt dicitur Sap̃.xj.c.oportet ergo ꝙ bonum hominis cõſideretur ſecundum aliquam regulam quæ eſt menſura rei. Regula autem hæc poteſt eſſe duplex: ſcilicet ratio humana & lex diuina.Et quia lex diuina eſt ſuperior regula : ideo ad plura ſe extendit q̃ ratio humana:ita ꝙ quicquid regulatur regula ſeu ratione humana: regulatur & diuina. ſed nõ ecõtra.Virtus ergo hominis ordinata ad bonum ſecundum ꝙ modificatur ſecundum regulam rationis humanæ poteſt ex actibus humanis cauſari inquantum huiuſmodi actus procedunt a ratione:ſub cuius poteſtate & regula tale bonũ conſiſtit.Sed virtus ordinans hominem ad bonum ſecundum ꝙ modificatur per legem diuinã & non ꝑ rationẽ humanam:non poteſt cauſari per actus humanos quorum principium eſt ratio:ſed cauſatur ſolum per operationem diuinam ſcilicet infuſionem gratiæ. Huiuſmodi autem virtutes acquiſitæ ex aſſuetudine operum ſine gratia non ſufficiunt ad ſalutem.vnde beatus Auguſtinus.Vbi deeſt agnitio veritatis incommutabilis.i. dei per fidem : falſa eſt virtus

ꝟtutes acqſitæ q̃ ſint.

Virtus hoĩs reddit eum ꝑfectũ ad bonum.

etiã in optimiſmoribus.xxviij.q.j.omnes deinceps.§.ex his. Vnde non ſunt perfectę ſimpliciter:ita.ſ.ꝙ perficiant hominem in ordine ad vltimũ finẽ:ſed ſecũdum qd.inquãtũ pficiũt quo ad fœlicitatẽ humanã ſeu ciuilẽ cõuerſatiõnẽ.Et de hmõi ꝟtutibꝰ loquit̃ pħs in Ethi.&aliȷ gẽtiles.Et de his intelligit̃ illud Hiero.Virtutibꝰ Romani ꝓmeruerũt imperiũ xxviij.q.j.§.ex his.in fine.§.

## §.III.VIRTVTES INFVSE SVNT

Virtutes infuſæ quæ ſint.

illę quæ cauſant̃ ex grã dei.Et de hmõi dicit beatꝰ Aug.diffiniens ꝟtutẽ:ꝙ ꝟtus eſt bona q̃litas mẽtis:q̃ recte viuit:q̃ nemo male vtit̃:quã deus in nobis ſine nobis operat̃.Sũt autẽ iſtæ virtutes nõ ſolũ fides:ſpes:charitas.ſed etiã oẽs aliæ:vt prudẽtia:iuſtitia:& hmõi.Pro cuiꝰ declaratione dicit beatus Tho.vbi.ſ.ꝙ oportet effectꝰ ſuis cauſis & pricipiȷs eſſe proportiõatos.Oẽs aũt virtutes tã itellectuales q̃ morales q̃ ex noſtris actibꝰ acqrunt̃ ꝓcedũt ex q̃buſdã pricipiȷs naturalibus in nobis p̃exiſtẽtibꝰ:loco q̃rum naturaliũ pricipiorꝫ cõferunt̃ nobis a deo ꝟtutes theologicę q̃bus ordinamur ad finẽ ſupnaturalẽ.Vñ oportet ꝙ his ẽt ꝟtutibꝰ theologicis proportiõabilit̃ aliȷ habitꝰ correſpõdeãt diuinitꝰ infuſi ſei cauſati in nobis:q̃ ſic ſe habẽt ad ꝟtutes theologicas ſicut ſe habẽt ꝟtutes morales & intellectuales ad pricipia naturalia virtutũ.Et p ꝟtutes qdẽ theologicas pficit̃ aĩa inquãtũ ſufficiẽter p eas ordinat̃ in deũ immediate.Per alias ꝟtutes ĩfuſas.ſ. morales & intellectuales:vt prudẽtiã & iuſtitiã:fortitudinẽ & tẽperantiã cũ partibꝰ ſuis:pficit̃ aĩa circa alias res:in ordine tñ ad deũ:& ſic nõ ſunt ſupfluæ.Et hmõi ſunt pfectæ virtutes ſimplicit̃ & neceſſariæ ad ſalutẽ.Et de his ĩtelligit̃ illď Ambro.in hexameron.Illa aĩa a deo cõpingit̃ q̃ habet in ſe ꝟtutũ grãm renitentẽ ſplẽdoreq́ꝫ pietatis.Illa aĩa bene picta eſt in qua relucet diuinę opatiõis effigies.Illa aĩa bene picta eſt in q̃ ſplẽdor glĩæ & paternæ imago ſubſtãtiæ.i.Chriſtus p grãm ꝟtutũ.de pœni.di.ij.illa.Itẽ Greg.ſup Ezech.ait.In ſanctorꝫ quippe cordibus ſpũſſanctus iuxta quaſdam virtutes:ſcilicet dum peſeuerant in grã:ſemper manet.iuxta quaſdam receſſurus venit & venturus recedit.In fide enim ſpe atq́ꝫ charitate:& in bonis aliȷs ſine quibus non poteſt ad cœleſtem patriam perueniri.ſicuti eſt humilitas: caſtitas: iuſtitia atq́ꝫ miſericordia:fœcũda perfectorũ corda nõ deſerit.In ꝓphetiæ vero virtute:doctrinæ fœcũda:miraculorum exhibitione electis aliqñ adeſt:aliqñ ſe ſubtrahit.de pœni.di.ij.poteſt.Quo ad primas virtutes dicitur ſpiritus ſtabilis.Quo ad ſecundas dicitur mobilis in libro Sapieñ.Et dicuntur gratię gratis datę huiuſmodi virtutes largo modo.Qui diu moraliter vixit & eſt in gratia dei:habet vtraſq́ꝫ infuſas & acquiſitas.Et nota ꝙ quidam dixerunt idem eſſe realiter ſm eſſentiam gratiam & virtutem infuſam:ſed differre ratione:quia gratia dicitur inquantum gratis datur a deo & facit hominẽ deo gratum & opera eius.Sed virtus dicitur inquantum inducit hominem ad bene operandum.Et hoc videtur ſenſiſſe magiſter ſen.in.ij.diſtinctio.xxvj.Sed beatus Tho.j.ij.q.cx. arti.iij.in corpore.q.dicit & probat ꝙ differunt realiter & ſm eſſentiam.Et gratia quidem eſt accidens exiſtens in eſſentia animæ ſicut in ſubiecto.Virtutes vero in potẽtiȷs animæ ſicut in ſubiecto.Et ſicut radiȷ procedunt a ſole:ita virtutes a gratia.Et de gratia quidẽ alibi tractabitur:hic de virtutibus.

Gratia & virtꝰ quõ differant.

Et nota ſecundum beatum Tho.vbi.ſ.q.lxiij.arti.iiij.ꝙ virtutes infuſæ differunt eſſentialiter ſeu ſpecie a virtutibus acquiſitis moralibus & intellectualibus.Nam alterius rationis formalis eſt modꝰ impoſitus in actu ipſarum virtutum circa materias ſuas per regulam rationis humanę:& alterius modus impoſitus ſecundum legem diuinam:puta in ſumptione ciborum modus ſtatuitur ratione humana ne noceat valitudini corporis:nec impediat rationis actum.Secũdum autem regulam legis diuinę requiritur ꝙ homo caſtiget corpus ſuum & in ſeruitutem redigat per abſtinentiam cibi.Itẽ per ꝟtutes morales infuſas regulant̃ homines:vt bene ſe habeãt in ordine ad hoc ꝙ ſint ciues ſanctorũ & domeſtici dei. Per ꝟtutes aũt acq̃ſitas vt bene ſe habeãt in ordine ad res humanas:& ſic ad aliũ finẽ ſunt ordinatæ q̃ illæ.Põt aũt aſſignari triplex differẽtia inter vtriſq́ꝫ:ſeu ꝙ differũt in tribꝰ.Prĩo in cauſalitate:in corruptibilitate:& ĩ vtilitate.In cauſalitate qdẽ qa infuſe cauſant̃ a deo nõ ex actu hũano.acquiſitę autem ex actibus humanis.Et quia deus operatur in inſtanti:

Virtꝰ infuſa & acquiſita differunt.

homo autem paulatim:ideo ꝟtutes acq̃ſitæ tẽpus & nõ paruũ reqrunt:infuſe in inſtanti per grãm iuſtificati obtinẽtur. vnde Ambro.Cum renũciat̃ improbitati:ſtatim aſciſcit̃ virtus.Egreſſus em̃ malitiæ:ꝟtutis operat̃ ingreſſum. eodemq́ꝫ aditu quo vitiũ excludit̃:inocẽtia copulat̃.in decretis.xxxiȷ. q.j.cũ renũtiat̃.Secũdo virtutes differũt in corruptibilitate. Nam virtꝰ acquiſita corrumpitur quo ad habitũ per vnum actum contrarium:puta caſtitas acquiſita per vnicũ actum fornicarium.Non enim directe actus contrariatur habitui: ſed habitus actui.Sicut autem habitꝰ virtutis(vt dictum eſt) ex pluribus actibus bonis non vno acquiritur:ita & habitus vitiȷ.Sed habitus virtutis infuſæ corrumpitur per vnicum actum peccati mortalis:immo omnes virtutes infuſæ ſimul deficiunt per mortale:hoc ideo eſt:quia quodlibet mortale directe cõtrariatur gratiæ & tollit gratiam quæ cauſa eſt huiuſmodi virtutum.Remota autem cauſa remouetur effectus Vnde Aug.Omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio.Et ſic exponitur illud Iaco.ij.Offendens in vno factꝰ eſt omnium reus:ſcilicet virtutum.de pœniten.diſtin.v.c.conſideret.Tertio differunt in vtilitate:quia actus virtutis infuſæ eſt meritorius vitæ æternæ.Non autem actus virtutis acquiſitæ ſine gratia comite.Vnde Gratianus dicit.xxviij.q.j. §.penul.ꝙ tales virtutes ſcilicet acquiſitæ non ſunt veræ:qa carent fructu ſalutis æternæ.

non

n

## §.IIII.DIVISIO VIRTVTVM ALIA

Virtutũ alia diuiſio.

datur de virtutibus ſm ꝙ habent hominem perficere:videlicet ꝙ virtutũ aliæ ſunt intellectuales:aliæ morales:alię theologicæ.De primo & ſcď o genere virtutum tractãt pħi gentiles.Vnde & pħs in.ij.Ethi.dicit duplicem eſſe ꝟtutẽ.Hanc quidem intellectualem:illã vero moralẽ vocat.Theologicas aũt non poſuerũt nec de eis cognitionẽ habuerũt.Sed ſolum fideles per infuſionem habent illi qui habent.Et ſimiliter de donis ſpirituſſancti non habuerunt notitiam gẽtiles. Intellectuales ꝟtutes ſunt quinq́ꝫ ſecũdũ philoſophũ in lib. Ethi.ſcilicet ſapientia:intellectus:ſcientia:ars & prudẽtia.Et dicuntur intellectuales:quia ſunt in intellectu vt in ſubiecto & perficiunt ipſum.Et primæ tres ſunt in intellectu ſpeculatiuo:aliæ duæ in intellectu practico.Prudentia tamen & ſi ſit intellectualis quantum ad eſſentiam & inter eas connumerentur:tamen quantum ad materiam eſt etiam moralis.Et ſciendum ꝙ quatuor ex his ſapientia:ſcientia:intellectus & ars:non proprie & ſtricte ſunt virtutes:nec conſueuerunt nominari virtutes:ſed aliquando diſtinguuntur ex oppoſito.vt in.iiij.Topi.prout ſcilicet virtus perfecta ſumitur.Pro cuius declaratione dicit beatus Tho.j.ij.q.lvij.articulo.j.ꝙ aliquis habitus dicitur virtus dupliciter.Vno modo:quia facit facultatẽ bene operãdi id eſt faciẽdi id qď in ſe bonũ eſt.Alio modo qa cũ facultate facit & vſum bonum.i. cõgrue ordinare ipſum opus ad debitũ finẽ.Prĩo igit̃ mõ:habitus intellectuales dicunt̃ ꝟtutes:qa faciũt facultatẽ bonæ opationis:q̃ eſt cõſideratio veri.hoc em̃ eſt bonũ opus intellectus:ſed nõ dicunt̃ habitꝰ intellectuales ꝟtutes.Scď o modo q̃ſi facientes bene vti habitu vel potẽtia.Ex hoc em̃ ꝙ aliqs habet habitũ ſciæ ſpeculatiuæ nõ inclinatur ad bene vtẽdũ:ſed fit potẽs ſpeculari verũ de his quorꝫ habet ſciam.Sed ꝙ vtat̃ ſcientia habita.hoc eſt volũtate mouente:& ideo virtus quæ perficit voluntatem:vt charitas vel iuſtitia:facit bene vti ſpeculatiuis habitibꝰ.& ſecũdũ hoc in actibꝰ eorũ poteſt eſſe meritum.ſolũ ergo morales cum prudẽtia dicuntur virtutes perfectæ.Vñ de hoc philoſophꝰ.ij.Ethi.dicit ꝙ ꝟtꝰ eſt habitus electiuus.i.electionem faciens in medio conſiſtens ſecundum determinationem rationis.

Virtutes intellectuales.

## §.V.DIFFERVNT AVTEM SAPIEN

Dría ſapientiæ ſciæ & intellectꝰ.

tia ſcĩa & intellectus inquantum ſunt virtutes habitus:& inquãtũ dona ſpirituſſancti:qa inquãtum virtutes acquirunt̃ per exercitium & pficiũt hoĩem in ordine ad fœlicitatẽ humanam.Sed inquãtum dona infunduntur a deo & perficiũt hominẽ in ordine ad fœlicitatẽ ſupernã:ad ꝓpte ſequẽdũ motꝰ ſpirituſſancti quos facit in anima.Hæ quinq́ꝫ virtutes intellectuales poſſunt figurari per quinq́ꝫ virgines ſapientes:& quinq́ꝫ fatuas.de quibus habetur parabola Mat.xxv. Virgines omnes ſunt:quia in ſe habẽt integritatẽ veritatis. Sed quinq́ꝫ ſapientes accipientes oleum in vaſis cum lampadibus



padibꝰ ſunt ipſæ prout debite habentur & exercẽt̃ cũ oleo ſcilicet charitatis in vaſe cordis & lãpade clarę famæ.Quinq́ꝫ fatuę ſũt cũ habent̃ ſine oleo charitatis & boni exempli. & his claudit̃ ianua ꝑadiſi:aliȷs apitur. Et ſapiẽtia qdem eſt de diuinis:nõ qdem ĩquãtũ hñr diuĩa reuelatiõe.hoc em̃ ptinet ad fidem.Sed inquãtũ hñr rõne hũana.Cõſiderat aũt ſapientia altiſſimas cãs:vt dr̃ in.j.Meta.vñ ꝯueniẽter iudicat & ordinat de oĩbꝰ.Quia em̃ iudiciũ pfectũ & vl'e haberi nõ põt niſi p reſolutiõem ad prĩas cauſas.Et iõ nõ ſolũ de ꝯcluſiõibꝰ iudicat de quibus eſt ſcientia:ſed & de principiȷs quorꝫ eſt intellectus. Vnde qa conſiderat ſapientia altiſſimam cauſam quæ eſt deꝰ.& per cauſam iudicatur de effectu:& per cauſam ſuperiorem de cauſis ſuperioribus.Ideo ſapientia habet iudicium de omnibus aliȷs virtutibus ĩtellectualibꝰ: & p̃eminet ipſis.Et q̃uis de deo in præſenti non poſſit haberi certa cognitio quo ad multa.ſicut habetur de aliȷs rebus. tamẽ talis cognitio imperfecta ſui nobilitate præeminet cognitioni etiam perfectæ aliarum rerum. Vnde pħs dicit in.ij.de cœlo & mundo:ꝙ magnum eſt de rebus cœleſtibꝰ poſſe aliquid cognoſcere: vl' de rebus nobilioribus etiã debili ratione.Et in libro de animalibꝰ dicit.ꝙ amabile eſt magis ꝑuũ aliquid cognoſcere de rebus nobilioribus: q̃ multa cognoſcere de rebus ignobilioribus. Scientia eſt habitus cõcluſionũ per demonſtrationem acquiſitus: & eſt circa creaturas. Et habet multas ſpecies:quia diuerſæ ſunt ſcientiæ ſcď m diuerſas materias. Et ex his aliquæ dicuntur artes liberales: ſcilicet triuium vt grammatica,logica,& rhetorica, Et quadruuium.vt aritmetica:q̃ eſt de numeris muſica: quæ eſt de ſonis.geometria:quę eſt de menſuris.aſtronomia:quę eſt de aſtris ſeu motibus & influentiȷs corporum cœleſtium. Et artes quidem dicuntur ſecundum beatum Tho.vbi.ſ. quia habent quandam ſimiltudinem cum arte. Ad artem enim petinet opus:quia ad illud ordinatur. Et quia in ſpeculabilibus eſt aliquid per modum cuiuſdam operis:puta conſtructio ſylogiſmi:aut orationis congruæ: aut opus numerãdi vel menſurandi.& ideo dicuntur artes non tamen proprie & ſtricte. Artes aũt dicuntur non ſimpliciter: ſed liberales ad differentiam illarum artiũ quæ ordinantur ad opa p corpus exercitata:quæ ſunt quodãmodo ſeruilia: inquãtũ corpus ſeruiliter ſubdunt animæ:& homo, ſm animã eſt liber. Aliæ artes dicunt̃ mechanicæ:qa ĩtellectꝰ quodãmodo mechat̃ in eis:& adulterat̃ recedens a cõſideratiõe veritatis:quę eſt ſpõſa eius. Aliæ vero ſcientiæ quæ ad nullũ hmõi opus determinantur:ſimpliciter ſcientiæ dicunt̃: vt philoſophia naturalis.Et q̃uis ſcientia ſit virtus:vt dicit tñ Aug. ꝙ ſunt quædã quę meliꝰ eſt neſcire q̃ ſcire.diſt.xxxviij.q̃uis.& hoc propter abuſum.& Amƀ.dicit ꝙ aſtronomia & aſtrologia & alia hmõi deſpecta ſunt.Et qui his ſtudent.curam animæ non habent.diſt.xxxvij.legimus.j.& Hiero.ait. Geometria & aritmetica & muſica habent quidem in ſua ſcientia veritatem:ſed non eſt ſcientia illa ſcientia pietatis. diſt.xxxvij. ſi quis artem nouerit. Intellectus eſt habitus pricipiorum quæ per ſe nota habentur:& ſtatim ab intellectu percipiuntur.vt ꝙ omne totum eſt maius ſua parte & huiuſmodi. Et non ſolum per intellectum cognoſcuntur principia naturaliter nota in ſpeculatiuis:ſed etiam in operatiuis: vt ꝙ malum eſt fugiendum.ꝙ nemini eſt facienda iniuria & hmõi. Et ſine intellectu hmõi principiorum:quæ pertinent ad vitã moralem:nõ poſſent haberi aliæ ꝟtutes.Opinio autem & ſuſpitio non ponuntur virtutes q̃uis ſint intellectuales habitus.ex eo ſm beatum Thomã vbi.ſ.quia habitus virtutis determinatæ ſe habent ad bonum. & nullo modo ad malũ. Bonum autem intellectus eſt verum:malũ eius eſt falſum. Vnde illi ſoli habitus intellectuales dicuntur virtutes: quibus ſemper verum & nunq́ꝫ falſum ineſt.Opinio autem poteſt eſſe veri & falſi.Eſt enim opinio vehemens inhæſio intellectus alicui concluſioni cum formidine tamen de oppoſito.Suſpitio autem eſt leuis inhæſio cum formidine de oppoſito . Ars etiam ſecundum philoſophum in vj.Ethicorũ ponitur virtus.non tamen proprie & perfecte. Quia ſecundũ beatum Thomam.q.lvij.arti.iij.cũ ars nihil aliud ſit q̃ recta ratio aliquorum operum faciendorum:quorum tamen bonum non conſiſtit in hoc ꝙ appetitus humanus aliquo modo ſe habeat ad eas.ſed ĩ eo ꝙ ipſum opus quod facit in ſe bonum eſt. Non enim pertinet ad laudem artificis. ĩquãtum artifex qua volũtate opus faciat:ſed quale eſt opus qď facit. Et in hoc cõuenit cũ habitibus ſpeculatiuis prædictis aliqualiter:quia ſcilicet pertinet ad ipſos qualiter ſe res habeãt quas cõſiderãt vel quas faciunt quo ad artẽ. nõ aũt qualiter ſe habeat humanꝰ appetitꝰ ad illas.Sunt aũt artes mltiplices.Prudẽtia ſm.b.Tho.vbi.ſ. ꝯuenit ĩ hoc cũ arte qa eſt in intellectu practico & circa contingentia quæ poſſunt aliter ſe habere.Sed differt in hoc.quia ars imperfecte habet rationem ꝟtutis:quia facit ſolũ facultatẽ boni opis:nõ autem vſum.Vnde per eã nõ fit appetitꝰ rectus. Bonũ em̃ rerꝫ artificialiũ nõ eſt bonũ appetitus hũani.ſed bonũ ipſorum operum artificialium Sed prudentia habet pfecte rõnẽ virtutis quia facit cũ facultate boni opis eſſe bonũ vſũ.& reſpicit appetitum præſupponens rectitudinẽ eius. Diffinitur autem prudentia ſecundum philoſophum ſic. Prudentia eſt recta ratio agibilium. Ars vero eſt ratio factibilium.Differunt autẽ agere & facere in hoc ſecũdum pħm.ix.Meta.qa factio eſt actio trãſiẽs ĩ materiã exteriorẽ ſicut ædificare.ſecar̃ & hmõi. Agere autem eſt actus permanens in ipſo agente.ſicut videre,velle & hmõi.Eſt autem prudentia neceſſaria ad bene viuendum . Nã bene viuere conſiſtit in bene operari. Ad bene autem operandum requiritur electio recta. Cum autem electio ſit eorum quæ ſunt ad finem: ad rectitudinem ipſius duo requiruntur ſcilicet debitus finis & id quod cõueniẽter ordinatur in debitum finem. Ad debitum finem eligendũ diſponitur conuenienter quis per virtutes morales q̃ peficiunt appetitiuam potentiam cuiꝰ obiectũ eſt bonũ & finis. Inclinant em̃ morales appetitiuam in bonũ conueniẽs rõni qui eſt debitus finis.Ad id autem quod conueniẽter ordinat̃ in debitum finem diſponitur homo per habitum rationis: quia conſiliari,iudicare, percipere,quæ ſunt eorum quæ ſũt ad finem:ſunt actus rationis.Et habitus etiam horum actuũ eſt prudentia,q̃ perficitur ratio ad hoc ꝙ conuenienter ſe habeat ad ea quæ ſunt ad finem.vnde maxime neceſſaria virtutum ſm beatum Thomã vbi.ſ.q.lvij.arti.v.

Sciẽtia qd ſit.

quid ſit ĩtellectꝰ

Qualr prudentia cõueniat cũ arte.

## §.VI. SECVNDVM GENVS VIR

De ꝟtutibus moralibus.

tutum dicitur morale:vt prudentia,iuſtitia, fortitudo, temperantia.Dicuntur autem hæ virtutes & morales & principales & cardinales.Et morales dicuntur ſeu de moribꝰ ſm philoſophum.j.Ethi.ſm ꝙ mos importat quandam inclinationem naturalem:vel quaſi naturalem ad aliquid agendum.Pro cuius declaratione ſciendũ ſm b. Tho.j.ij.q.lviij. arti.j.ꝙ mos duo ſignificat.Quandoq́ꝫ ſignificat ꝯſuetudinẽ ſicut dicitur Actuum.xv. Niſi circũcidamini ſcď m morẽ Moyſi:non poteritis ſalui fieri. Ad qď etiam facit qď dicit Augu.xi.diſt.in his. Mos populi dei & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt. Quandoq́ꝫ mos ſignificat inclinationem naturalem vel quaſi naturalem ad aliqid agendũ .Vñ & brutorum animalium dicuntur aliqui mores. Vñ dicitur ij.Machabæorum.xi.Leonum more irruentes in hoſtes proſtrauerunt eos.Et ſic accipitur in Pſ.lxvij. Qui habitare facit vnius moris in domo.Et huic ſignificatiõi morali ꝓpinqua eſt alia ſignificatio qua mos ſignificat conſuetudinem. Nam conſuetudo conuertitur in naturam: & facit ĩclinationem ſimilem naturali.Sicut aũt cõſuetudo:ita & mos ꝓprie eſt de his quæ ſunt bona nõ mala:ad quod facit qď dicit̃.di. viij. quæ contra mores. Ab hac autem ſecunda ſignificatione moris dicitur virtus moralis: qa inclinatio ad actum proprie competit appetitiue virtuti:cuius eſt mouere omnes potentias ad agendum.Virtus autem moralis eſt in appetitiua parte & perficit eam. Dicuntur ſecundo prædictę virtutes principales reſpectu minus principalium. & hoc ſecundum beatum Tho.q.lxi.arti.j. vbi.ſ.Vel reſpectu virtutum intellectualium:quæ ſolum faciunt boni operis facultatem:ſed non vſum vt morales.Et ideo dicuntur imperfectæ virtutes. Perfectum autem eſt principalius imperfecto ſicut morales principaliores. Et ſi non quantum ad ſubiectum in intellectualibus: tamen quantum ad rationem virtutis.quæ reſpicit bonum:qď eſt obiectum appetitus.Dicuntur etiam principales prædictæ virtutes reſpectu virtutum eis annexarum quæ ſunt minus principales. Omnes autem virtutes reducuntur ad prædictas quatuor: vt oſtendit Tullius in rethorica ſua. Nam prudentiæ annectuntur tres virtutes ſecundum pħm. in.vj.Ethicorum.Prima.ſ.

Prudentiæ ãnexæ

ſtituūtur tres virtutes.

eubolia q̄ eſt bn̄ ꝯſiliatiua: īq̄rendo de varijs modis & vijs qb⁹ pōt ꝑueniri ad debitū fine͂. Secūda eſt ſyneſis q̄ eſt iudicatiua .ſ. determinādo ex diuerſis vijs & modis quę menti occurrūt: illud qd' ſit ꝯuenienti⁹ ad ꝑueniēdū ad fine͂ debitū ꝭm cōmunes reglās & leges. Tertia gnomyn. q̄ ſumit iudicium de agēdis ꝭm rōnem naturale͂ ī his ī qb⁹ deficit lex. Propri⁹ aūt actus & prīcipalis prudētiæ eſt īpare vt executioni mādet qd' ꝯſultū & iudicatum eſt. Dicit aūt prudētia ꝯſultiua & iudicatiua: ſed hos duos act⁹ nō facit immediate: ſed mediātib⁹ p̄dictis. ſ. eubolia, ſyneſi, & gnomyn. Iuſtitiæ aūt ānectūt: religio, pietas, obſuātia, obediētia, liberalitas, gratia ſeu gratitudo: vindicatio ſub qua comprehēditur pœnitentia inquantum virtus: veritas: affabilitas ſeu amicitia: & epikeia ſeu æquitas. Fortitudini annectuntur magnanimitas, magnificentia, patientia, & perſeuerantia. Temperantiæ annectuntur continentia, manſuetudo, clementia, modeſtia ſtudioſitas, eutropelia ſeu vrbanitas, & humilitas & de his patebit. ī. Dicuntur tertio virtutes cardinales. vnde Amb. ſuper Lucam. Scimus virtutes eſſe quatuor cardinales temperantiam, iuſtitiam, prudentiam, & fortitudinem. Propter ea autem dicuntur cardinales: vt dicit in catholicon: ad ſimilitudinem cardinis in quo motus oſtij firmat. Cardo aūt ꝭm eundem eſt vna pars oſtij. ſ. cuneus qui in foramine vertitur. vnde & cardo dicitur aliquādo ip̄m foramen. Et dicit cardo a cardian. quod eſt cor. quia ſicut cor hoīem regit & mouet: ita ille cune⁹ ianuam regit & mouet. Hinc & aſſiſtentes papę præcipue dicuntur cardinales: quia per eos mund⁹ debet regi gubernari & moueri: ſicut oſtium per cardinem hæc ibi. vnde Prouer. xxvj. Sicut oſtiū vertitur in cardine: ita piger in lecto ſuo. Dicuntur ergo cardinales hæ virtutes: qa per eas vertit cor hūanum ſecūdū rationem: vt claudatur vitijs & aperiatur bonis operibus. De his dicit Sap̄. viij. Sobrietatem. i. temperantiā & prudentiā docet & iuſtitiam & virtutem. i. fortitudinem: quibus nihil in vita vtilius eſt hoībus. Et figurantur ꝑ velū ex quatuor coloribus intextū quod erat ante tabernaculū: vt ponit magiſter in. iiij. ſen. Figurentur etiam per quatuor angulos domus Iob quæ eſt cōſcientia ſecundum Grego. in moral'. Significantur etiam ꝑ quatuor animalia quæ vidit Ezech. eiuſdem .j. Aquila em̄ ſignificat prudentiam, Homo iuſtitiam. Leo fortitudinem. Vitulus temperantiam ꝭm Grego. ſuper Ezechi. Et prudentia quidem dicitur cum alijs tribus cardinalis & principalis eas excellens: non tamen coſueuit dici moralis.

Virtutes annexæ temperātiæ

## §. VII. DE DICTIS VIRTVTIBVS

cardinalibus ſecūdū Tho. j. ij. q. lxj. art. iiij. eſt duplex opinio Quidam enim dicunt eſſe quaſdam conditiones generales humani animi: quæ inueniuntur iu omnibus virtutibus: ita ſcilicet ꝙ prudentia nil aliud ſit ꝙ quædam rectitudo diſcretionis in quibuſcumq; actibus vel materijs. Iuſtitia ſit quædam diſpoſitio animi per quam homo oꝑatur qd' debet in quacūq; materia. Temperātia vero ſit quędam diſpoſitio animi quæ modū quibuſcumq; paſſionibus vel operationibus imponit. Fortitudo autem ſit diſpoſitio animi ꝑ quam firmatur in eo quod eſt ꝭm rationem ꝯtra quoſcumq; impetus paſſionum vel laborum. Hæc quatuor ſic diſtīcta non important diuerſitatem habituum virtuoſorum quātū ad iuſtitiam, fortitudinem & temperantiam. Cuilibet enim virtuti morali ex hoc ꝙ eſt habitus ꝯuenit ei firmitas q̄dam ne a contrario remoueatur: quod ſecundum prædicta pertinet ad fortitudinem. Et ex hoc ꝙ eſt virtus habet ꝙ ordinet ad bonum in quo importatur ratio recti vel debiti: quod pertinet ad iuſtitiam: Et ex hoc ꝙ moralis eſt: habet ꝙ modum rationis obſeruet in omnibus & vltra non ſe extēdat quod pertinet ad temperātiam. Solum autem hoc quod eſt habere diſcretionem: quod dicebatur pertinere ad prudentiam: videtur diſtingui ab alijs tribus: inquantum hoc eſt ipſius rationis per eſſentiam: alia tria important quandam participationem rationis. Alij vero & melius accipiunt has quatuor virtutes ſecundum ꝙ determinantur ad materias ſpeciales. Vnaquæq; quidem illarū ad vnam materiam in qua principaliter laudatur illa generalis conditio a qua nomen virtutis accipitur. Et ſcd'm hoc manifeſtū eſt ꝙ prædictæ virtutes ſunt diuerſi habitus ſcd'm diuerſitatem obiectorū diſtincti. Quod ergo dicit Gre. in. xxij. moral'. ꝙ prudētia vera nō eſt q̄ iuſta: fortis: & temperans non eſt. poteſt intelligi ꝭm primā opinione͂ dictā. Vl' ꝙ iſte virtutes denominant adiuicem ꝑ redūdātiā quādā qa a prudētia alię dirigūt. Et q eſt fortis in periculis mortis: eſt habilior ad refrænādū delectabiliū ꝯcupiſcentiam: & ſic de alijs. De dictis aūt ꝟtutibus moralib⁹ ſciēdū ꝙ non ſunt paſſiones: quod patet ex eo ꝙ paſſiones ꝭm ſe ꝯſiderate ſe habēt ad bonū & ad malum: ꝭm ꝙ poſſūt cōuenire ratiōi vel nō cōuenire. Nihil aūt tale poteſt conuenire ꝟtuti cū ſꝑ ſe hēat ad bonū. Dicit aūt ꝟtus moralis mediū īter paſſiones non ꝭm eſſētiā: qa tunc eſſet eiu ſdē generis cum extremis: ſed dicitur medium quantum ad effectū: qa. ſ. inter paſſiōes ꝯſtituit mediū. Sed ad actū ꝟtutum poteſt cōcurrere paſſio: ſic ecōtrario ad actū vitiorum. Paſſio em̄ triſtitiæ reperitur ī actu īuidiæ: ꝭm ꝙ cōtrariat talis paſſio rationi: & im miſericordia ꝭm ꝙ cōuenit rōni: Sūt aūt virtutes morales vel circa actus interiores rationis dirgendos vt prudentia: vel circa actus interiores ad alterū: vt iuſtitia: vel circa paſſiones iraſcibiles: quæ ſunt ſpes & deſpatio: audacia & timor: ira & fortitudo. Aut concupiſcibilis quæ ſunt amor & odium: deſiderium & abominatio: gaudiū & triſtitia. Et de iſtis paſſionibus. s̄. in. j. parte de tēperātia. Sed notandum ꝙ ſi paſſiones animi dicantur inordinatæ affectiones: ita ꝙ per deliberationem rōnis eis aſſētiat. ſic non poſſunt eſſe in aīo ſapientis. i. virtuoſi. vt dicebāt Stoici. Sed ſi paſſiones dicuntur q̄cumq; motus appetitus ſenſitiui qui præueniunt iudicium rationis: ſed ordinant ab ea. ita ꝙ nō eis aſſētiūt ſic poſſunt eſſe in aīo ſapiētis & quātūcūq; ꝟtuoſi. vt dicebāt Peripatetici. q̄rum ſectā īſtituit Ariſt. & vt dicit Aug. ī. ix. de ci. dei. c. iiij. vbi iſta tractat. diſcordia hæc inter Stoicos & Peripateticos magis erat ꝭm ꝟba q̄ ꝭm rerum ſnīas: Proprior tn̄ erat locutio Peripateticorum. ſ. ꝙ paſſiones caderent in animo ſapientis: ſed regulatæ erāt a rōne. Et ꝟtutes quidē morales quæ ſunt circa paſſiones: vt foritudo & temperantia: in vſu ſuo ſeu actu non poſſūt eē abſq; paſſiōe. Huius rō eſt. qa ꝭm hoc ſequeret virt⁹ moralis ꝙ faceret appetitū ſēſitiuū omnino otioſū. Sed non ꝑtinet ad ꝟtutē ꝙ ea quę ſunt ſubdita rōni a proprijs actibus vacēt. ſed ꝙ exequāt imperiū rōnis ꝓprios act⁹ agēdo. Vn̄ ſicut ꝟtus mēbra corporis ordinat ad actus exteriores debitos: ita appetitū ſenſitiuum ad mot⁹ ꝓprios ordinatos. Motus appetitus ſenſitiui ſunt paſſiōes: q̄ ſunt materia dictarum ꝟtutum. ſed virtutes q̄ non ſunt circa paſſiōes: ſed circa operationes poſſūt eſſe ſine paſſione. vt iuſtitia. qa per eas applicatur volūtas ad proprium actū q non eſt paſſio. ſeq̄t tn̄ ad actū iuſtitiæ gaudiū. nō ꝭm ꝙ paſſio eſt: ſed actus in voluntate. Et ſi hoc gaudiū mſtiplicet ꝑ iuſtitiæ perfectione͂: fiet redūdātia vſq; ad appetitum ſenſitiuū. Triſtitia aūt cū ſit paſſio ex dictis patet ꝙ poteſt eſſe cū virtute & in virtuoſo. Et ꝙ dicit de ſapientia q̄ docet iſtas virtutes: vt habetur Sap̄. viij. ꝙ nō habet amaritudinem conuerſatio illius: nec; tædiū ꝯuict⁹ illi⁹ ſed gaudium. intelligit ꝭm. b. Tho. vbi. s̄. ꝙ nō triſtat de ſapientia & de his q̄ congrunt ei. ſ. actibus bonis. ſed triſtatur vtiq; de his q̄ ſunt impedimenta ſapientiæ & hæc eſt bona triſtitia. Triſtari em̄ poteſt ſapiens de nocumentis corporis: ſed moderate. & de peccatis quę habet: qa in multis offendimus omnes. ait Iac. iij. Et de peccatis præteritis: & de peccatis proximorum: & hoc laudabiliter. Inter has autem virtutes morales excellit iuſtitia. vnde Grego. xij. q. ij. c. cum deuotiſſimā. dicit. Summum bonum eſt in rebus humanis iuſtitiam colere: & ſua vnicuiq; iura ſeruare.

Quod virtutes morales virtutes nō ſūt paſſiones.

Quod ꝟtutes morales quæ ſūt circa paſſiones non poſſunt eē abſq; paſſiōe rō pōit

## §. VIII. DIVIDVNTVR AVTEM SV

pradictæ ꝟtutes cardīales ī. iiij. drīas. ſ. exēplares purgati animi: purgatorias: & politicas ꝭm Plotinū Ph̄m. vt recitat Macrob. de ſōnio Scipiōis. Quæ diuiſio diuerſos effect⁹ notat earum: & diuerſos ſtatus habentiū eas. Pro cui⁹ declaratione dicit beatus Tho. j. ij. q. lx. arti. v. ꝙ ſicut Augſti. dicit in lib. de morib⁹ ecclię. Oportet ꝙ aīa aliqd ſeq̄t ad hoc ꝙ ei ꝟtus poſſit īnaſci. & hoc eſt de⁹: quē ſi ſeqmur: bn̄ viuim⁹. Oportet igit ꝙ exēplar hūanæ ꝟtutis in deo p̄exiſtat. ſicut etiā in eo p̄exiſtūt oīm rerum rōnes. Sic igit virt⁹ pōt ꝯſiderari ꝓut eſt exēplariter ī deo: & ſic dnr ꝟtutes exēplares: ita. ſ. ꝙ ipſa diuina mēs in deo dicat prudētia. Tēperātia ꝟo ꝯuerſio ītētiōis diuinę ad ſeip̄m: ſicut ī nobis tēperātia dr̄ ꝑ hoc ꝙ concupiſcibilis conformat rationi. Fortitudo autem dei eſt ei⁹ imutabilitas

Alia diuiſio ꝟtutum cardinaliū ꝭm diuerſos effect⁹ ꝭm Macrobium.

tabilitas



tabilitas. Iuſtitia ꝟo dei eſt obſuatio legis æternæ ī ſuis opibus ſicut Plotin⁹ dixit. Et qa hō ꝭm ſuā naturā eſt aīal politicū: ꝟtutes hmōi cardīales ꝓut ī hoīe exiſtūt ꝭm ꝯditionem ſuæ naturæ politicæ vocant: ꝓut. ſ. hō ꝭm has ꝟtutes recte ſe hēt in reb⁹ hūanis gerēdis. Et ꝭm magrm ſētē. in. iij. ex ꝟbis Aug. Prudētia ē in p̄cauēdis inſidijs. iuſtitia in ſubleuādis miſerijs. fortitudo in ꝑferēdis moleſtijs. tēꝑantia ī coercēdis delectatiōib⁹ prauis. hæc ibi. Sūt tn̄ & alij act⁹ dictarum ꝟtutū vltra p̄dictos. Qui ei hn̄t hic politicas ꝟtutes. hn̄t q̄dē tētatiōes magnas de vitijs ꝯrijs. ſed rōne ſuꝑant eas. & hic eſt ſtatus imꝑfectorum. Et qa ad hoīem ꝑtinet vt etiā ad diuīa ſe trahat quātū poteſt: vt dicit ph̄s. x. Ethi. & hoc nobis in ſacra ſcriptura mſtiplr ꝯmēdat. vt eſt illd'. Eſtote ꝑfecti ſicut pr̄ vr̄ cœleſtis ꝑfectus eſt. Mat. v. neceſſe eſt ponere quaſdā ꝟtutes medias inter politicas q̄ ſunt hūanæ: & exēplares q̄ ſunt diuinæ. q̄ quidem virtutes diſtinguunt ſecundum diuerſitatē mot⁹ & termini. ita. ſ. ꝙ quædā ſūt virtutes tranſcendētiū & in diuinā ſimilitudinem tēdētiū: & hæ vocant purgatoriæ ita ſcilicet ꝙ prudentia oīa mundana diuinorum ꝯtēplationem deſpiciat omnēq; animi ꝯditione͂ in ſola diuina dirigat. Temperātia ꝟo relinquat inquantum natura patitur. q̄ corꝑis vſus req̄rit. Fortitudo eſt vt anima non terreat ꝓpter receſſum a corpore & aſcenſum ad ſuperna. Iuſtitia vero vt tota aīa conſētiat ad hmōi propoſiti viā. & hn̄tes hmōi paucas tentatiōes ſuſtinēt & leuiter ſuperant. & ſenſualitas parū & quaſi nihil contradicit rationi. idcirco ſunt in magna animi q̄ete. Et hic eſt ſtatus valde perfectorum in via. Quædam vero ſunt virtutes iam aſſequentium diuinam ſimilitudinem quæ vocantur purgati animi: ita ſcilicet ꝙ prudentia ſola diuina ītueat Tēperantia terrenas cupiditates neſciat. Fortitudo paſſiōes ignoret. Iuſtitia cum diuina mente ꝑpetuo fœdere ſociet eā ſcilicet imitādo. has virtutes dicim⁹ eſſe beatorum vel aliquorum in hac vita ꝑfectiſſimorum vt Chriſti & matris eius. Et nota ꝙ cū dicit ad purgatorias virtutes ꝑtinere deſpicere: & fugere mundana & ſolis diuinis inhærere. hæc ſcilicet deſerere res humanas & hoīm negotia. vt ſit per rectores vbi neceſſitas imponit: vt qa imperatur tale exercitium per ſuperiorem & hmōi vitioſum eſſet alias autem virtuoſum. Et ſic intelligendum eſt illud quod dicit exercitiū virtutis purgatoriæ. vnde Aug. dicit. Otium ſctm̄ quærit charitas: veritatis negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis: quam ſarcinam ſi nullus imponit. parcipiendæ atq; intuendæ vacandum eſt veritati. Si autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſſitatem. & habet. viij. q. j. qui epiſcopatum.

## §. IX. DE VIRTVTIBVS THEOLO

gicis ꝙ neceſſarium ſit ponere virtutes theologicas. ſcilicet fidē: ſpē: & charitatem. & eas habere quas nec habuerunt nec cognouerunt gentiles ph̄i: q volūt ſaluari. patet ex hoc qa p̄cæpta legis ſunt de actibus virtutum quibus homo tēdit ad beatitudinem perfectam. Et præcæpta dantur in diuina lege de actibus fidei. ſpei: & charitatis: vt patet in diuerſis locis & ea præcæpta oportet ſeruare iuxta illud Mat. xix. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. ergo &c. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. j. ij. q. lxij. arti. j. ꝙ homo perficitur ꝑ virtutē ad act⁹ qb⁹ ordinatur in beatitudinem. Eſt autem duplex hominis beatitudo ſeu fœlicitas. Vna ſcilicet proportionata humanę naturæ ad quam ſcilicet homo poteſt ꝑuenire ꝑ prīcipia ſuæ naturæ. & ſi nō ordinaretur ad aliam fœlicitatē hō niſi ad iſtam: tunc ſufficerēt ei virtutes ītellectuales & morales. Nā cum virtus ſit quidam habitus ꝑficiens hoīem ad bn̄ operandum. vt dicit idem beat⁹ Tho. vbi. s̄. q. lvj. & principium humanorum actuum ſit duplex. ſ. intellect⁹ & appetit⁹. Virtus aūt intellectualis ꝑficit intellectū ſiue rationem & ꝟtus moralis appetitū. Iuſtitia quidem appetitū rōnalem ſeu voluntatē. & fortitudo & tēperātia appetitū ſēſitiuū ſeu ſenſualem. Sed quia eſt alia beatitudo ſeu fœlicitas naturam hominis excedēs ad quam homo ſola diuina virtute ꝑuenire poteſt ꝭm quandam diuinitatis participatione͂. ꝭm qd' dicit. ij. Pe. ij. ꝑ Chriſtū facti ſum⁹ diuinæ naturæ conſortes. & hmōi beatitudo proportione͂ humanæ naturæ excedit cum naturalia principia hoīs ex quibus procedit ad bene agendū non ſufficiant ad ordinandum hoīem in prædictam beatitudinē ꝑfecte. ſicut ſunt ꝟtutes ītellectuales & morales. Ideo oportet ꝙ ſuꝑaddantur homini diuinitus aliqua principia per quæ ita ordinetur ad beatitudinem ſuꝑnaturalem. ſicut per principia naturalia ordinatur ad finem cōnaturalem & fœlicitatem: non tamē abſq; diuino adiutorio. Et hæc principia dicuntur virtutes theologicæ. tum quia habent deum ꝓ obiecto inquantum per eas recte ordinamur in deum. tum quia a ſolo deo nobis infunduntur. tum etiā quia ſola diuīa reuelatione nobis in ſacra ſcriptura hæ virtutes traduni. Et q̄uis ad deū naturalr rō & voluntas ordinent: ꝓut ſunt naturæ prīcipiū & finis ꝭm eius ꝓportiōne͂ naturæ: ſed ad ip̄m ꝭm ꝙ eſt obiectum btītudīs ſuꝑnaturalis rō & volūtas non ordinant ſufficient ꝭm ſuā naturā. Quāuis aūt ꝑ naturalem īclinatione͂ ordinet hō in fine͂ ſibi ꝯnaturale͂ ſeu btītudinem quo ad ītellectū ꝑ lumē naturale ip̄i⁹: q̄ ad voluntatē ꝑ rectitudinē ei⁹ tēdētis ī bonū rōnis: tn̄ hæc deficiūt ab ordine beatitudīs ſuꝑnaturalis & ꝑfecte. iuxta illd'. j. Corum. ij. Ocul⁹ nō vidit nec auris audiuit &c. Vn̄ oportuit ꝙ aliq̄d hoī ſuperadderet quātū ad vtrūq; ordinandum ip̄m in fine͂ ſuꝑnaturale͂. Et ītellect⁹ q̄dē ordīat in ip̄m fine͂ ſuꝑnaturalem ꝑ hoc ꝙ addunt hoī q̄dā prīcipia ſuꝑnaturalia q̄ diuīo lumīe capiūtur. & hæc ſūt credibilia de qb⁹ eſt fides. Scd'o ordinat voluntas quātū ad illū fine͂ & quātū ad motū intentionis in ip̄am tēdētem ſicut in id quod eſt poſſibile ꝯſequi ꝙ ꝑtinet ad ſpem & quantū ad vnione͂ quādā ſp̄ūale͂ ꝑ quā q̄dāmō trāſformamur in illū fine͂ qd' fit ꝑ charitatē. Appetit⁹ em̄ cuiſcumq; rei naturalr mouetur & tēdit ī fine͂ ſibi ꝯnaturalem. & iſte mot⁹ ꝓuenit ex quadā ꝯformitate rei ad ſuū fine͂. Mot⁹ ī finem vltimū eſt ꝑ ſpē. ꝯformatio ad fine͂ ꝑ charitatē. Eſt aūt ordo hic inꝰ ip̄as quātū ad act⁹. nā quātū ad hītū ſimul īfūdunt. Ordine gn̄ationis p̄cedit fides ſpē & charitatē & ſpes charitatē. Nō em̄ pōt mot⁹ appetit⁹ in aliq̄d tēdere amādo vl' ſperando. niſi illud ſit apph̄eſum ſenſu vl' intellectu. Per fidē autē apph̄ēdit intellect⁹ q̄ ſpat & amat. Et ex hoc ꝙ aliq̄s ſpat de aliq̄ ꝓcedit ad amādū. Ordīe aūt ꝑfectiōis charitas p̄cedit fidē & ſpē: qa vtraq; ꝑ charitatē formant & hn̄t ꝑfectione͂ virtutis. Hæc figurant ꝑ tres ciuitates refugij vltra Iordanem. & tres citra Iordanē. ad q̄s fugiēs q homicidiū fecerat a caſu ſalu⁹ erat a morte corꝑali. Sic poſt baptiſmū inchoatū ī Iordane tempore grāæ & ante. ſ. in veteri teſtamēto q occidit animā ſuā per pctm̄ vl' etiam q hēt originale p̄ctum ex primis parētib⁹ q occiderūt hūanū gen⁹ nō hoc ītēdētes: ſaluari nōn pōt de morte ęterna niſi reperiēs ſe ī iſtis ꝟtutib⁹ & ꝑſeuerās Qui em̄ habet vnā perfecte habet & alias. ſignantur & ꝑ tres filias Iob ꝭm Gre. in. j. & vlti. moral'.

de neceſſitate ꝟtutū theologicarum.

De duplici hominum btītudīe

De ordine virtutū theologicarū quantū ad act⁹.

¶ De acq̄ſitiōe ꝟtutū. & q̄mō ſumat mediū ī eis. CA. II.

## DE ACQVISITIONE VIRTVTVM.

Sciendum ꝙ modus acquirēdi virtutes eſt triplex. ſeu tria debent ſeruari.

¶ Primum eſt appetitū dirigere.

¶ Secundum infectiuū excludere.

¶ Tertium eſt mediū attendere.

de trib⁹ ꝑuādis ī acq̄ſitiōe ꝟtutum.

Et quātum ad primum debet appetitum dirigere: vt ſcilicet contrarium eius faciat ad qd' magis inclinatur & delectatur ex natura ſua infecta. vt ſi inclinatur ex natura ſua vel conſuetudine ad vnum vitium: ad ei⁹ contrarium ad quod ilinatur nitatur. exemplo illorum qui dirigunt ligna diſtorta qui in aliam partem torquent contrariam vt dirigant. Et ſic intelligitur ꝙ regnum cœlorum vim patitur & violenti rapiūt illud Mat. xj. Iſta ei violētia īfert ſibiipſi q̄ ad appetitū ſēſuale͂. vn̄ & de pœ. diſt. ij. ſi q̄s ſemel. dicit em̄ ſic. Si q̄s ſemel notatus fuerit inuidiæ vl' ꝯtentiōis vitio: & rurſ⁹ in hoc ip̄m inciderit: ſciat ſe primam cām ex q̄ inuidia vl' ꝯtētio naſcit ī interioribus medullis hr̄e reconditā. Oportet ergo eū ꝑ ꝯria atq; aduerſa curari. i. ꝑ hūilitatis exercitū. Exercitia ꝟo hūilitatis ſūt ſi ſe viliorib⁹ officijs ſubdat: & miſterijs īdigniorib⁹ tradat. Ita nāq; arrogātiæ & hūanæ glīæ vitiū euitari vl' curari poterit. vt ī ꝯſuetudīe hūilitatis affect⁹ vltra iā nō īcidat ī arrogantiæ & hūanæ glīæ vitiū. Et in ſingulis vitijs ſilis cura adhibeat. Hæc ibi. Quantū ad ꝭm q vult fieri ꝟtuoſus debet īfectiuū abijcer. Nō ei poſſum⁹ ī delectatiōib⁹ diu morari qui gratulemur ī eis. & iō eas ī principio vitar debem⁹ exemplo ph̄orum ſeu ꝓborum virorum vrbis Troianæ q iudicabāt Helenā mulierē pl'cherrimā quā. ſ. rapuit Paris vt peſtē ſugiendā: Sic & nos oēs corꝑales delectatiōes abijciam⁹: qa tūc vl' nihil vl' parū peccabim⁹. Nā ꝯcupiſcētia delectationū in plura pecca

ta īducit. Tertio debet mediū attēdere. hoc aūt facit quando
ab extremis q̄ ſūt vitioſa recedit. & ꝑcipue qn̄ recedit ab ex-
tremo qđ magis medio opponit̄: ſicut ſi qs vult ad fortitu-
dinē ꝑuenire oportet ꝙ magis recedat a timiditate q̄ magis
opponit̄ fortitudini q̄ꝫ ab audacia. hęc. b. Tho. ī ſcripto ſuꝑ
librum Ethicorum.

Quod oīs virtꝰ aliq̄ mō ꝯſiſtit ī medio q̄ modo hoc intelligit̄

## §. I. ET NOTA QVOD OMNIS VIR

tꝰ aliquo mō ꝯſiſtit ī medio: ſed nō vno & eodē mō. Nā vir
tꝰ moralis ꝯſiſtit in medio rōnis ſm ꝙ mediū rōnis dr̄ id qđ
rō ꝯſtituit ī aliqua materia: ſiue circa actiōes: vt ī iuſtitia. qđ
etiā dr̄ mediū rei. ſiue circa paſſiōes: vt ī tēperātia & fortitudi
ne. qđ dr̄ ſolū mediū rōnis & nō rei. Et pro huiꝰ declaratio-
ne dicit. b. Tho. i. ij. q. lxiiij. art. i. ꝙ ꝟtꝰ de ſui rōne ordīat ho-
minē ad bonū. Moralis aūt ꝟtꝰ ꝓprie eſt ꝑfectiua appetiuæ
ꝑtis aīæ ſm aliquā determinatā naturā. Mēſura aūt & regula
appetitiui motꝰ circa appetibilia eſt ipā rō. Bonū aūt cuiuſli
bet regulati & mēſurati in hoc ꝯſiſtit ꝙ cōformet̄ ſuæ regu
læ & mēſuræ, ſicut bonū in artificiatis eſt ꝙ ꝯſeq̄tur regulā
artis. Malū aūt ꝑ ꝯñs in hoc eſt ꝙ diſcordat a regula & mēſu
ra ſua. qđ q̄dē cōtigit duplr̄. vel ꝑ hoc ꝙ ſupexcedit mēſurā:
vel per hoc ꝙ deficit ab ea, ſicut apparet manifeſte in oībꝰ re
gulatis & mēſuratis. Et iō patet ꝙ bonū ꝟtutis moralis con
ſiſtit ī adæquatiōe ad mēſurā rōnis. Manifeſtū eſt aūt ꝙ inter
exceſſū & defectū, mediū eſt æqualitas ſiue cōformitas. Pru-
dētia aūt q̄uis ſit intellectualis ꝟtꝰ: hēt idē mediū ꝙ & mora
lis: ſcilicet rectitudo rōnis. ſed in hoc differūt: qa prudentiæ
eſt iſtud mediū vt regulātis & mēſurātis: ꝟtutis aūt moralis
vt regulatæ & mēſuratæ. & ſilr̄ exceſſus & defectꝰ. Aliarum
aūt ꝟtutū itellectualium: vt ſcia, ſapia, & itellectꝰ: bonū cōſi
ſtit in q̄dā medio ꝑꝯformitatē ad ipām rē ſm ꝙ dicit eſſe qđ
eſt: & nō eſſe qđ nō eſt: in q̄ rō veri ꝯſiſtit. Exceſſꝰ aūt eiꝰ ſm
affirmationē falſā ꝑ quā dicit̄ eſſe ꝙ nō eſt. Defectꝰ ſm nega
tionē falſā ꝑ quā dicit̄ nō eſſe, ꝙ eſt. Res em̄ ē mēſura intelle-
ctꝰ nr̄i: vt dr̄. ix. Meta. Ex eo em̄ ꝙ res eſt vl̄ nō eſt: dr̄ eē ꝟitas
in opinione & orōne noſtra. Virtutes etiam theologicę ꝑñt
dici cōſiſtere in medio: ſed nō ita proprie & ꝑ ſe: ſed per acci
dens, nam mēſura propria earum & regl̄a eſt deus. fides em̄
nr̄a mēſurat̄ ſm veritatē diuinā. ſpes ſm magnitudinē potē-
tiæ eius, charitas ſm bonitatem eius. Et iſta eſt menſura ſuꝑ
excellens omnē facultatem creatam. vnde nunq̄ꝫ poteſt ho-
mo tm̄ diligere vel ſperare vel credere in eum quātū debet.
Et ſic non poteſt ibi eſſe exceſſus: ſed quanto plus tanto me-
lius. Sed conſiderando menſuram harum ex parte noſtra: vi
delicet. ſm ꝙ congruit conditioni noſtræ poſſunt conſidera
ri medium & extrema ex parte noſtra. Nam in dilectione ex
ceſſus ſi quis diligeret plus proximum q̄ꝫ debet: puta cōmit
tendo peccatū pro ſalute ipſius. defectus cum odit vl̄ inuidet
vl̄ hmōi. In ſpe defectus eſt per deſperationem. exceſſꝰ ꝑ prę
ſumptionem. In fide vt inter contrarias hæreſes vt Arriano
rū & Sabellianorū vel nimis leuiter credere & difficiliter ra
tionabilia credere & dubitare. In prudentia exceſſus: nimia
ſolicitudo: vel nimis inniti ſenſui ſuo: defectus: negligentia
& inconſtantia. In iuſtitia. in diſtribuendo nimis dare vl̄ ni
mis parum. In liberalitate quæ eſt pars iuſtitiæ exceſſus ē ꝓ-
digalitas: defectus: auaritia. In fortitudine nimia audacia vl̄
intimiditas: defectus: puſillanimitas: In temperantia: gula:
luxuria & huiuſmodi. defectus: inſenſibilitas: puta non ſu-
mēdo neceſſarias delectationes. Et ſic poſſet aſſignari ī alijs.
Mlta autem ſolent occurrere homini impedimenta in volē
do tenere medium. Sed dicit Gre. vij. q. i. aduerſitas. Aduer-
ſitas quæ bonis votis id eſt propoſitis. obijcit̄ probatio vir
tutis eſt: non iudicium reprobationis: vnde non dimittēdū.
Figura habetur cum populus dei in deſerto vellet ire recto
itinere: non declinando ad dexteram vel ſiniſtram ad terrā
promiſſionis: obſteterunt reges Seon & Baſan. Sed pugnā-
tes contra eos & vincentes proſecuti ſunt iter rectum. Ad te
nendum viam medij. i. virtutum inducunt multæ auctorita
tes, vt illud Ps̄. lxxiij. Deus autem rex noſter a ſæculo opera
tus eſt ſalutē ī medio terræ. i. creaturę rōnalis ꝑ virtutē q̄ con
ſiſtit in medio. vn̄ dicit dn̄s. Scietis qa in medio Iſrl̄ ego ſum.
Iohel. ij. & Aggęi. ij. Sp̄us meꝰ in medio veſtri. dicit dn̄s. Hęc
eſt em̄ via per quam ibant vaccæ quæ trahentes arcā dn̄i gra
diebantur vno itinere: non declinātes neq̄ꝫ ad dexterā neq̄ꝫ
ad ſiniſtram: vt habet̄. i. Reg. vj. Vnde ſapiēs. mediū tenuere

Quare ꝟtutes theologicæ dicūtur cōſiſtere ī medio.

beati. Et in ſignum huius legitur Ioan. xx. ꝙ reſuſcitatꝰ xp̄s
ſtetit in medio diſcipulorum ſuorum. Et Luc. ij. Inuenerunt
eū in tēplo in medio doctorꝝ: & in cruce in medio latronum.
¶ Quæ bona operent̄ in nobis virtutes. CA. III.

## DE OPERATIONE VIRTV

tum. Operantur em̄ ī nobis. A malo excluſiōem.
In prelio triumphatiōem. Et ī cœlo ꝑmiatiōem.
Vn̄ apl̄s ad has inuitās dicit ad Ro. xiij. Indua-
mur arma lucis. reſpectu primi dicunt̄ īdumēta. reſpectu ſe-
cūdi arma. reſpectu tertij lucis. Prio ergo ꝟtutes excludunt a
malis. vn̄ dicunt̄ indumēta. E habitus dn̄r indumēta quibꝰ
tecti excludimur a ꝯfuſione nuditatis & turpitudinis. Apo.
iij. Veſtimētis albis induaris. i. veris ꝟtutibꝰ: ne appareat cō
fuſio nuditatis tuæ. Hic & Amb̄. de pœ. diſt. ij. ſapiēs. Sapiēs
nūq̄ꝫ ē ianis. i. nudus: ſed ſp̄ hēt in ſe amictū prudētiæ q pōt
dicere iuſtitia veſtiebar. Hæc nāq̄ꝫ ſunt īterna mētis velamia
q̄ nullꝰ ꝑdit niſi volēs: his expoliatꝰ Adā cognouit ſecundū
hæc ibi. Excludit nāq̄ꝫ ꝟtus nō ſolū culpā: ſed & pœnā & triſti
tiā. Et culpā q̄dē excludit ꝟtꝰ vt ſuū ꝯriū. Cōtraria em̄ ſiml̄
ineſſe nō poſſūt. Quælibet em̄ ꝟtꝰ hēt vitiū aliq̄đ ſibi dire-
cte ꝯriū: vt caſtitas luxuriā: liberalitas auaritiā & hmōi. Vir
tus autem infuſa excludit oēm actum p̄cti mortalis: qa qđ-
libet ſibi contrariatur vl̄ directe vl̄ per quādam cōſequētiā
ſ. ratione connexionis earū. P̄ctā aūt venialia non excludit
virtus. Excludit ſcđo pœnā. Nam q̄uis qs habeat ꝟtutem:
oportet ꝙ faciat ſibi violētiā in operando. Patit̄ em̄ quandā
pœnam & difficultatem in actu bono: ſed habita ꝟtute ope
ratio ſm vſum eſt delectabilis. Vn̄ ſapiens dicit ꝙ ſignum
generati habitus eſt delectabiliter operari. & ſic excludit pœ
nam difficultatis. Pœnam etiam de cōmiſſis peccatis dimi-
nuit virtus per actum ſuum qui non ſolum eſt meritorius:
ſed etiam ſatiſfactorius. Excludit etiā triſtitiā virtꝰ. ꝟtuoſus
em̄ non contriſtat̄ de opere ꝟtuoſo: ſed gaudet. Vn̄ dicit Au.
de pœni. diſt. iij. ſi apl̄s. Hinc ſemper doleat & de dolore gau
deat: quia ſcilicet dolor de peccatis eſt actus virtuoſus. Tri-
ſtatur autem de his q̄ virtuti repugnāt aliq̄ modo: ſcilicet de
peccatis ſuis vel aliorum. vt Ezechias cum fleuit fletu ma-
gno. Eſa. xxxviij. Et Samuel peccata Saulis. i. Reg. xvi. vel a-
lijs miſerijs. Moderate tamen ſemꝑ ne incidat in deſperatio
nem: vt Iudas qui præ triſtitia laqueo ſe ſuſpendit. Mat. xx-
vij. Non ſic Petrus negans. non ſic Dauid de morte paruuli
filij. ij. Regum. xij.

De effectibus ꝟtutum ī gn̄ali.

ꝟtutes opant̄ ī nobis tria.

## §. I. SECVNDO OPERANTVR IN

bello victoriam & defenſionē. vnde dicunt̄ arma. vn̄ apl̄s.
Arma veſtra non ſunt carnalia: ſed ſp̄ūalia ad deſtructiōem
inimicorū. ad Ephe. vi. declarat ipā arma dicēs. Induite lori-
cā iuſtitiæ in omibꝰ ſumē. ſcu. fi. &c. Et galeā ſalutis aſſumi
te. & de alijs alibi ſcribit̄. ad hͦ facit quod habet̄. xxiij. q. i. niſi.
Quatuor aūt ſunt inter alia vitia & iacula q̄bus in pręſenti
vita ab hoſte inuadimur & percutimur. ſ. ſtultitia: ī iuſtitia:
inconſtantia: & concupiſcētia: Per oppoſitū quatuor ſūt ar-
ma quibus ꝓtegimur & pugnamꝰ. ſ. prudentia ꝯ ſtultitiam
iuſtitia cōtra iniuſtitiam: fortitudine ꝯ incōſtantiā: tēperan-
tia ꝯ ꝯcupiſcētiā. Hæc eſt ſn̄ia Hiero. Sed adhuc potiora ſūt
arma. Scutum fidei: galea ſpei ſalutis: & gladiꝰ charitatis: q
gladiꝰ in viſione figurata fuit oſtenſus Iudæ Mach. aureus
tn̄: & dictū eſt ei in hoc ſigno vinces. ij. Macha. xv. Et apl̄s. ij.
Corꝫ. vi. Per arma iuſtitiæ a dextris & a ſiniſtris. iuſtitia eſt
oīs ꝟtꝰ: verū habēdo oēs ꝟtutes has adhuc īdigemꝰ adiuto-
rio Chriſti. & hoc oportet nos cognoſcere ex hūilitate & vi-
rilr̄ reſiſtere. Et in hoc hēmꝰ figurā in Dauid: q bellās ꝯ gigā
tē Goliath cū baculo & fūda & lapide eū occidit. i. Re. xvij.
Goliath ſignificat diabolū q terribilis & fortiſſimꝰ eſt. bel-
lādo ꝯ eū cū. ſ. tētat debemꝰ vti baculo crucis ad crucifixū re
currēdo. Fūda quæ eſt vilis eſt hūilitas q̄ debet adeſſe cogno
ſcēdo nos miſeros. i. īfirmos. Lapis eſt virilr̄ reſiſtētia: exēplū
in Machario cui dixit diabolꝰ ꝙ ſolū hūilitas ſua eū vīcebat

De quatuor vitijs qbꝰ ī pſenti vita īuadimur.

## §. II. TERTIO OPERANTVR IN CE

lo ꝑmiationem vnde dicuntur lucis arma. nō ſolum qa fa-
ciant hoīem luminoſum interiꝰ in anima & exteriꝰ in ꝯuer
ſatiōe iuxta illđ. Luceat lux vr̄a corā hoībꝰ. Mat. v. & pulchrū arma lu
diuerſis coloribꝰ ꝟtutū. Hūilitas em̄ pōit nigredinē: charitas
rubedinem:

Quare ꝟtutes dicunt̄ arma lucis.



rubedinem: ſapiētia aureum colorē: fortitudo viredinē: tē-
perantia albedinē: prudentia hyacīthinū: Sed etiā dicūtur ar
ma lucis: qa ꝑducūt ad lucem ſupernæ patrię: vn̄ Gre. ſuper
Ezechielem homil. v. Iuſti qa vſq̄ꝫ ad finē vitæ ꝑficiūt ī vir
tute: ad ꝑfectum diē tūc veniūt qn̄ ad regna cœleſtia ꝑducti
in ea luce quā deſiderāt iā minꝰ aliq̄d nō habebunt. de pœ.
diſt. ij. nō reuertebant̄. & hoc dicit exponens illud Pro. iiij.
Iuſtorꝫ ſemita q̄ſi lux ſplēdēs ꝓficit & creſcit vſq̄ꝫ in ꝑfectū
diem. Et quāto quis fuerit virtuoſior: tanto in patria ſplen-
didior: Stella em̄ differt a ſtella ī claritate. i. ad Corꝫ. xv. Hoc
autem faciunt veræ ꝟtutes nō fictæ ꝑ hypocriſim: q̄ non ve-
re lucēt. Vn̄ Gre. de pœ. diſt. ij. multi. vl̄ ſm aliā litterā: citiꝰ
incipit capitulum illud. Sæpe hō multis occulte peccatis in-
uoluit̄: & in vna aliqua ꝟtute magnus videt̄: q̄ ipā q̄q̄ꝫ ꝟtus
inuaneſcēs deficit: qa dū īnoteſcit hoībꝰ ꝓculdubio laudat̄:
eiuſq̄ꝫ fauor inhianter appetit̄. Vn̄ fit vt ipā virtus ante ocu
los dei virtus nō ſit: dū abſcōdit ꝙ diſplicet: & ꝓdit qđ pla
cet. qđ intelligendū videt̄: qn̄ hoc fit ꝑ hypocriſim: de qua
ibi loq̄tur Grego. & ſubdit exempla. Latet plerūq̄ꝫ ſuperbia
& caſtitas innoteſcit. Atq̄ꝫ iō oſtēſa diu caſtitas circa finē vi-
tę ꝑdit̄: qa cōperta ſuꝑbia vſq̄ꝫ in finē vitæ incorrecta reti-
net̄ &c. Ponit exēplū etiā de mīa & patientia: & in fine cap̄.
dicit. Idcirco aūt virtutis iter non ꝑuenturi inchoant vt eis
q ꝑuenturi ſunt viam qua gradiantur oſtendant: quorū ca-
ſus vtilitate non modica electorum ꝓfectibꝰ ſeruit: qa illo-
rū lapſū dū conſpiciunt de ſuo ſtatu contremiſcūt: & ruina
q̄ illos damnat: iſtos humiliat: Hęc ibi.
¶ De inæqualitate recæptionis virtutum: & quomodo ſūt
gradus in ipſis. CA. IIII.

## DE INEQVALITATE RECE

ptionis virtutum. Sciendū ꝙ vnus habet virtu-
tes magis intenſę q̄ꝫ alter & nō æqualiter. Et vnꝰ
& idem poteſt habere virtutes magis intenſas &
perfectas vno tempore q̄ꝫ alio. Et idem etiam vno & eodem
tp̄e pōt hr̄e ꝟtutē aliquā ꝑfectiꝰ & pleniꝰ q̄ꝫ aliꝰ: nō ſm habi
tū: ſed ſm iclinatiōem naturæ & apparētiā exteriorē ꝑ ma-
ius exercitiū. Quātū ad primū ꝙ in vno ſit maior ꝟtus q̄ꝫ in
alio: patet ꝓpter q̄tuor rōnes. Prio ꝑꝑ meliorē diſpōnē: in-
quātū vnꝰ eſt meliꝰ, diſpoſitꝰ ex naturali cōplexiōe ad vnā
ꝟtutē q̄ꝫ aliꝰ: ſicut phlegmaticꝰ eſt magis diſpoſitꝰ ex cōple-
xiōe ad māſuetudinē q̄ꝫ clicꝰ. Et ſic pōt ītelligi illđ Sap̄. viij.
Sortitꝰ ſū aīam bonā. ſ. quātū ad iclinatiōem ad ꝟtutes ex bo
na corpis ꝯplexiōe. Scđo ꝓpter maiorē aſſuefactionē īquā-
tū vnꝰ magis aſſueſcit ad ꝟtutes ſeu magis exercitat̄ ī bonis
operibus q̄ꝫ alius. Conſuetudo em̄ dicit̄ q̄ſi altera natura. Et
ſic ex frequentia bonorꝫ operum magis firmat̄ & ītēdit̄ hitꝰ
virtutum. Vn̄ Cypria. Gr̄a ſp̄ūalis q̄ in baptiſmo æq̄liter a
credentibus ſumit̄ in conuerſatiōe atq̄ꝫ actu nr̄o poſt modū
vl̄ minuit̄ vl̄ auget̄: vt in euāgelio dn̄icum ſemē æqualit̄ ſe
minat̄: ſed ꝓ varietate terræ aſſumit̄ aliud in multiformē co
piam vel trigeſimi vel ſexageſimi vel cēteſimi nūeri fructū
exuberanter cumulat̄ de cōſe. diſt. iiij. nec quemq̄ꝫ. A gr̄a aūt
ꝓcedūt ꝟtutes īfuſæ. Tertio pōt eſſe magis ꝑfecte ꝟtꝰ ī vno
q̄ꝫ in alio ꝓpter maiorē diſcretionē: īquātū vnꝰ habet ꝑſpi-
catius iudiciū rōnis q̄ꝫ aliꝰ. Ad qđ pōt īduci illđ de talentis.
Mat. xxv. Vnicuiq̄ꝫ dedit ſm ꝓpriā ꝟtutē. ſ. capacitatis: cæte
ris paribꝰ. Quarto ꝓpter maiorē īfuſionē. ſ. diuię gr̄æ. & iſta ē
principalior rō. Magis em̄ īfūdit vni de virtute q̄ꝫ alteri ſm
maiorē ītētionē ſeu ꝑfectionē. Et hoc pricipalr̄ ex bn̄placito
dei ſm illđ Eph. iiij. Vnicuiq̄ꝫ data eſt gr̄a ſm mēſurā dona-
tiōis Chriſti. & ſcđario ſm conatū hoīs ad ꝑparādū ſe ad ip
ſam: q etiā conatꝰ ex dei dono ꝓcedit. Quātum ad ſcđm. In
vno & eodem diuerſis temporibus pōt eſſe virtus maior &
minor. Nā gradꝰ mltiplices ſūt ī ꝟtutibꝰ: ad q̄s pōt qs de die
in diē ꝓficiendo aſcēdere. Qđ diffuſe declarās Gre. ſuꝑ Eze-
chielē. (Et habet̄ de pœni. diſt. ij. dū ſanctam ecctiam) ſic ait.
Vnaq̄q̄ꝫ virtus q̄ſi q̄buſdam gradibus auget̄: Et ſic ꝑ incre-
menta meritorū ad ſummū ꝑducit̄. Alia nāq̄ꝫ ſunt ꝟtutis ex
ordia: aliud ꝟtutis ꝓfectꝰ: aliđ ꝑfectio. Et hoc ꝓbat idē Gre.
in. d. c. per auctoritates Ps̄. vbi ait. Deus in gradibus eius co
gnoſcetur ſm aliā litterā. nā noſtra trāſlatio habet deꝰ in do
mibus eius cognoſcetur. Et Iob. xxxi. Per ſingulos gradus
meos pronūtiabo illū. i. ꝑ ſingula īcremēta ꝟtutum q̄ a deo
accipio: laudem deo tribuā. Inducit etiā parabolā q̄ habetur

Quare ī vno ſit ꝟtꝰ maior q̄ꝫ in alio ſūt q̄tuor ratiōes.

ꝙ hō poteſt ꝓficere in ꝟtutibus.

Mar. iiij. De ſemine iactato in terram: qđ cum ortum fuerit
primo facit herbam: deinde ſpicā: demū plenū frumento: in
ſpica. Semen iactat̄ in terram cum ꝓpoſitū cōcipitur in cor-
de boni opis: ꝑ ſemen infuſæ ꝟtutis. Qđ ortū eſt herba: per
pricipiū boni opis executi: ſpica ꝑ ꝓfectū: plenū frumēto ꝑ
perfectionē: tādē per falcē mortis collectum ī horreū ſuꝑnæ
patriæ reponitur. iuxta illud. Triticū autem cōgregate ī hor-
reum meū. Mat. xiij. Ponit etiā Gre. exemplum de beato Pe
tro qui fuit quaſi herba ante paſſionem conculcatus pede ti
moris quaſi ſpica tēpore reſurrectōis: plenum frumēto poſt
pentecoſten. Dicit etiam Gratianus de pœni. diſt. ij. charitas
eſt aqua: in fine illius ca. ꝙ nemo repēte fit ſummꝰ: ſed a mi-
nimis quiſq̄ꝫ inchoat vt ad maiora ꝑueniat: Itē nota ꝙ nūq̄ꝫ
poteſt aliquis ita augeri in virtutibus quin poſſit adhuc ma
gis perfici: excæpto Chriſto qui ſummam plenitudinem ac
cæpit quantum creatura eſt capax. Vnde de eo intelligitur il
lud Ioan. i. Non ad menſuram dat deus ſpiritum. i. eodē mo
do tantam menſuram ſicut omnibus alijs & ſāctis & ange-
lis: ſed quaſi infinitam. Et quanto quis magis proficit: minꝰ
videt̄ ſibi habere: quia magis cognoſcit qđ ſibi deeſt ad qđ
poteſt pertingere. Et ſic intelligitur illud Eccl̄i. xviij. Cum
conſummauerit homo tunc incipiet. ſ. ſecundum ęſtimatio
nem ſuam. Quātū ad tertium nota ꝙ oms̄ virtutes in vno
homine pro eodē tēpore ſūt æqualiter intēſę ſm. b. Thomā
i. ij. q. lxvi. arti. ij. & iij. Quāuis em̄ vna ſit excellētior alia īter
ſe eas cōpando. ſicut charitas eſt maior fide & ſpe & alijs. &
prudentia excellētior alijs cardinalibus: tamen ſcđm partici
pationem ſubiecti. prout. ſ. intenduntur vel remittuntur in
ſubiecto omnes virtutes vnius hoīs ſunt æquales æq̄litate
ꝓportiōis inquātum æq̄liter creſcūt ꝓportionaliter ī hoīe.
Sicut digiti manus ſūt ineq̄les ſm quātitatem: ſed ſūt æq̄les
ſm ꝓportionē. cū ꝓportionaliter augeant̄. Vn̄ & Aug. in li.
de tri. dicit. ꝙ q̄cūq̄ꝫ ſunt æquales in fortitudine ſunt æqua-
les in fortitudine & temperantia & ſic de alijs. Quod autem
vnus ſanctꝰ laudat̄ magis de vna ꝟtute q̄ꝫ de alijs: vt Abraā
de fide. Moyſes de māſuetudine. Iob de patiētia. & ſic de alijs
& de quolibet ꝯfeſſore cantat̄ in eccleſio. Nō eſt iuētꝰ ſilis il
li &c. eo ꝙ habuit p̄rogatiuā alicuiꝰ ꝟtutis. Et hoc ē ꝓpter ex
cellentiorem prōptitudinē ad actum talis virtutis. quod po
teſt procedere vel ex natura vel ex ꝯſuetudine: vl̄ ex gratia.
Ex quolibet autem actu virtutis non auget̄: ſed vel augetur
vel ſaltem diſponitur ad augmentum: ſicut gutta cauat lapi
dem: non vno ictu ſed ſępe cadendo. Similiter per actū ma-
lum corrumpitur virtus: vel diſponitur ad corruptionem.
vt per ceſſationem a bono ope. vel negligenter faciendo &
tūc dicit̄ diminui. Et de his hēs. i. ī tractatu de charitate. c. i.
¶ De connexione virtutum vtrū ſic ſunt catenatæ adiuicem
vt vna ſine altera haberi non poteſt. CA. V.

No. hūc paſſum.

ꝙ ī vno hoīe ꝓ eodem tempore ꝟtutes ſūt eq̄lr̄ ītēſę ſm Thomā

Rō q̄re vnꝰ ſanctꝰ magis ꝯmēdat̄ de vna virtute q̄ꝫ de alia hic ponit̄ in gn̄ali.

## DE CONNEXIONE VIRTV

tū vtrū. ſ. oms̄ ſint concatenatæ adinuicē vt vna
nō poſſit haberi ſine altera? Ad qđ dicit. b. Tho.
i. ij. q. lxv. arti. i. ꝙ quantū ad ꝟtutes intellectuales
clarum eſt ꝙ nō ſūt connexæ adiuicē: nec ēt cum alijs ꝟtuti-
bus. Et ratio eſt qa ſunt circa diuerſas materias adiuicē non
ordinatas. & ideo non inuenitur in eis connexio. Qđ patet
ex hoc qa hn̄s ſciam nō hēt ſapiam. & hn̄s vnā ſciam nō hēt
aliā: & hn̄s artē nō hēt ſciam: & hn̄s artē vl̄ ſciam nō hēt vir
tutes morales nec theologicas. Quātū aūt ad cardīales ꝟtu-
tes cōcatenatæ quidē ſūt. ſm ſuū eſſe ꝑfectū. Nā vt dicit idē
vbi. s. virtus moralis pōt accipi duplr̄. Vno mō īperfecta.
alio mō ꝑfecta. Et imperfecta quidē nihil aliđ eſt, q̄ꝫ inclina
tio quędam ad faciendū aliquod opꝰ de genere bonorꝫ. ſiue
talis inclinatio inſit nobis a natura: ſiue ex aſſuetudine opū.
Et hoc mō virtutes morales non ſunt connexę. Videmꝰ em̄
aliquem prōptum ex complexione copis vel aſſuetudīe ad
opa liberalitatis q tn̄ nō eſt promptꝰ ad opa caſtitatis. Perfe
cta aūt virtus moralis eſt habitus inclinans ad opꝰ bonum
bene agendum. Et ſm hanc accæptionem ſunt virtutes car-
dinales oēs connexæ. Et hoc eſt qđ dicit Gre. xxij. moral. ꝙ
vna ꝟtꝰ ſine alijs aut oīno nulla ē aut īperfecta eſt. Hmōi cō-
nexiōis rō eſt ſm ph̄m. qa nulla virtꝰ moralis pōt ſine pru
dentia hēri: eo ꝙ ꝓprium ꝟtutis moralis ſit facere electionē
rectā: cū ſit habitus electiuus. Ad rectā aūt electionē nō ſuffi
cit inclinatio in debitum finē: qđ eſt directe ꝑ habitū ꝟtutis

Quæ ꝟtutes ſūt ꝯnexæ & q̄ non.

virtutes cardinales eſſe ꝯcatenatas pōt accipi duplr̄.

moralis.ſed etiam ꝙ aliquis directe eligat ea quæ ſunt ad fi⸗
nem: quod fit per pruden tiā:q̄ eſt cōſiliatiua, iudicatiua, &
p̄ceptiua, de his q̄ ſunt ad finē. Silr prudētia haberi nō pōt
niſi habeant cæteræ virtutes morales. cū prudentia ſit recta
rō agibiliū:q̄ ſicut ex principijs ꝓcedit ex finib⁹ agibiliū ad
quos aliquis ſe recte habet ꝑ virtutēs morales. Et ſic patet eas
eſſe ꝯnexas. Virtutes tñ illæ q̄ non ꝑficiunt hoīem ſm cōem
ſtatū.i.quātū ad ea q̄ cōiter in omi vita hoim occurrunt agē
da:ſed ꝑficiūt ſm eminētē ſtatū:vt magnificentia, magnani
mitas, virginitas. inquātū acquiſitæ nō ſūt ꝯnexæ cum mo⸗
ralibus ſecundum habitum: ſed ſecundum propinquā potē
tiā:qa.ſ.de facili ab habētib⁹ ipas morales per exercitium ac
q̄ri poſſūt. Nō ſolū aūt ſūt ꝯnexæ adinuicē cardīales ſed etiā
ſi ſint infuſæ:ſūt ꝯnexę cū theologicis & cū donis. Neq; em̄
ꝑfectæ ſūt ipæ cardīales ꝑfectione.ſ.ducēte in vltimū finem
niſi fuerint cū fide ſpe & charitate. Et cū dicit Proſper ꝙ omis
virt⁹ p̄ter charitatē pōt eſſe cōis bonis & malis: loq̄tur de ꝟtu
te imperfecta vt ſūt acq̄ſitæ ſiue infuſæ. Acq̄ſitæ em̄ nō ſunt
ꝯnexæ cū theologicis. Quātū autem ad ꝟtutes theologicas.

ꝟtutes theologicas eſſe ꝯnexas etiā pōt intelligi dupl̄r.

ſciendū ꝙ ſunt ꝯnexæ adinuicē ſecūdū ſuū eſſe ꝑfectū. Nam
ſm iperfectum eſſe & iforme: pñt eſſe fides & ſpes ſine chari
tate: ſed act⁹ eaꝝ nō ſūt ꝑfecti nec meritorij. Charitas aūt ſi⸗
ne fide & ſpe eſſe nō pōt. Sed cū fides & ſpes ſūt formatę per
grām, ſūt ꝯnexæ adiuicē: ſicut ꝯnexæ theologicæ cardīalib⁹
infuſis. Cū em̄ in lege diuina dent̄ p̄cępta de actibus cardina
liū:& Chriſtus dicat Io. xiiij. Si diligitis me:mādata mea ſer
uate. qui habet charitatem implet illa mādata quæ dant̄ de
actibus illarum virtutum. Sūt etiam cōnexæ cum donis ſpi
ritus ſancti: qui enim habet charitatem, habet ſpiritum ſctm̄.
Vnde dicit̄ ad Ro. v. Charitas dei diffuſa eſt ī cordib⁹ nřis ꝑ
ſpm̄ ſctm̄, q dat⁹ eſt nobis. Qui habet ſpm̄ ſctm̄ hēt & dona

ꝙ dona ſpūſſcti ſunt cō⸗nexa.

ei⁹. Quātū ꝟo ad dona ſciēdū ſm. b. Tho. i. ij. q. lxviij. ꝙ ſunt
cōnexa adinuicē: ita ꝙ vnū ſine alio hēri nō pōt. vñ Gre. in
ij. rmoral̄. dicit ſignari ipſa per ſeptem filios Iob quorū qui
libet faciebat conuiuium alijs in die ſuo. quia dona ipa refi⸗
ciunt ſe inuicem. i. hominem in quo ſunt delectant nō vnū
ſine altero. Sunt etiam cōnexa cum ꝟtutib⁹. qa ꝯnectunt̄ in
charitate: ita ꝙ qui habet charitatem hēt dona. & econuerſo
virtutes cardīales quæ perfectæ ſine charitate hēri nō poſſūt.

¶De duratione virtutum. CA. VI.

# DE DVRATIONE VIRTVTVM

Virtutes intellectuales durant quō ītelligit̄.

Vtrum durent poſt hanc vitam? Ad qd̄ be. Tho.
i. ij. q. lxvij. arti. ij. ꝙ ꝟtutes intellectuales durant
quantū ad id qd̄ eſt formale in eis nō quātū ad id
qd̄ eſt materiale. Eſt aūt formale in eis ſpēs ītelligibil̄ cogni
torū: q̄ remanet in intellectu poſſibili poſt actū itelligendi:
quibus mediantibus hō intelligit. Materiale ꝟo ī eis ſūt phā
taſmata: ad quæ phantaſmata aſpiciendo hō intelligit ī hac
vita applicando ea ad ſpecies ītelligibiles q̄ corrumpuntur
corrupto corpore: qa potētiæ ſenſitiuæ. ſ. phātaſia & memo
ria ſūt affixę organis corporis: & ſic intelligit̄ illd̄ apl̄i. Sciē
tia deſtruet̄. ſ. quātū ad id quod eſt materiale: qa nec phantaſ
mata remanebunt corrupto corpe nec erit vſ⁹ ſciæ ꝑ ꝯuerſio
nē ad phantaſmata. Virtutes aūt morales ſimiliter remane⸗
bunt quātū ad id qd̄ eſt formale in eis. & hoc eſt ordo rōnis.
Sed nō quātū ad id qd̄ eſt materiale: & hoc eſt moderari paſ
ſiōes appetit⁹ iclinātis ad illicita: vl̄ exercere ꝯmutatiōes &
diſtributiōes quo ad iuſtitiā. q̄ in alia vita nō ſūt. vñ Augu.
dicit in. xiiij. de tri. ꝙ prudentia ibi erit ſine vllo ꝑiculo erro
ris. fortitudo ſine moleſtia maloꝝ &c. Sed prudētiæ erit nul
lū bonū deo p̄ponere vl̄ æquare. Fortitudini firmiſſime co⸗
hærere: tēperātiæ nullo noxio delectari: iuſtitiæ ſubditū eſſe
deo. Quātū ad ꝟtutes theologicas: charitas ſola remanet: qa
nō iportat ī ſui ratiōe iperfectiōem: ſed fides & ſpes īportāt
in ſui rōne impfectiōem: qa fides eſt credere qd̄ nō vr̄. ſpes
ſperare qd̄ nō habet̄. Ibi aūt tollit̄ oīs iperfectio: & clare vr̄
& perfecte poſſidet̄. Quantū ad dona remanent quidē quan
tum ad eſſentiam: vt di. Amb̄. & magiſter in. iij. ſen. non aūt
quantum ad materiam circa quā operant̄. & ſic hñt nūc ope
ratiōem circa aliquā materiā quā nō hēbūt ī patria. b. Tho.

# TITVLVS. II. DE PRVDENTIA.

¶Quomodo dicitur prudentia quæ mediū præfigit in om⸗
ni virtute. CA. I.

# POST TRACTATVM DE VIRTV

tibus in cōi: videndum eſt de ſingulis earū in par
ticulari. Et primo de quatuor cardinalibus. Dein
de de alijs. Et tractat⁹ iſte de cardīalib⁹ fere tot⁹ ex
tractus eſt de lib̄. quem fecit Henricus de Arimino ordi. p̄di
catorum de virtutibus cardinalibus. Sunt tñ mlta addita: vt
materia exigit de virtutibus annexis iſtis quatuor. Et q̄dam
etiam de ipſis quatuor de lib̄. ipo excerpta aliq̄ñ abbreuiata.
Sciendum eſt ꝙ virtu s hūana q̄ ad perfectionem vitæ ciuilis
requiritur ad duo p̄cipue ordinatur. ſ. ad moderationem paſ
habentur bona diuitiarum:deliriarum & honorum : quæ
communiter reperiuntur in ciuitate.Ex quibus imminent
pericula maxima.ſ. contẽnendi & blaſphemandi deum:
polluendi & maculandi corpus:diſtrahendi animũ: & op
primẽdi proximũ.quę pericula notat Pſ̃.liiij.dicens. Vidi
iniquitatem & contradictionẽ in ciuitate &c.Ecce contem
ptus & blaſphemia contra deum : qua ſibi contradicitur.
Sequitur.Super muros eius iniquitas.ſ. adulteriorũ & for
nicationum:quę maculant corpus. Et labor ĩ medio eius.
ſ.noxię ſolitudinis:& iniuſtitia quo ad dãnificationẽ pro
ximi.Vnde dominus ad vitandum iſta pericula hortabat̃
dicẽs.Exite de medio Babylonis popule meus &c. In ipo
certamine a mundo aliud telũ eſt aduerſitas : quæ deſigna
tur per mare.Quia ſicut mare amarum dicitur & fluctuat:
ſic aduerſitas amaritudinem habet : & mentem fluctuare
facit: & hinc pericula inſurgunt diuerſorum vitiorum im
patientiæ murmurationis diffidentiæ & hmõi.Eccl'i.xliij.
Qui nauigant mare:enarrant pericula eius : adeo ꝙ etiam
nauicula Petri in medio mari huiuſmodi iactatur flucti-
bus. Et hoc figuratum eſt per mare quod vidit Daniel in
viſione in quo pugnabant quatuor venti quadruplicis af
flictionis:ſcilicet ablationis rerũ & paupertatis:infamatio
nis:infirmitatis corporeę:& tribulationis familię.Et inde
procedunt quatuor beſtiæ vitiorum.ſ. murmurationis &
impatientiæ:diffidentiæ : & turbationis. In quarto certa-
mine quod eſt ab homine ſęuiẽte:duplici telo percutimur.
ſ.apertæ perſecutionis & occultæ circũuentionis. Ex qbus
imminẽt nobis pericula ex gẽtibꝰ:& pericula ex falſis fra
tribus. Per gentes intelligunt̃ infideles & alij mali manife
ſte perſequentes bonos: ſicut Gręci.ſ. Antiochus cum ſuis
Machabęos & Romani apl'os & martyres.De quibus põt
intelligi illud Iohelis.j. Gens aſcendit ſuper terrã fortis &
innumerabilis:dentes eius vt leonis.Sed diſſipa gentes.ſ.
gentiliter viuentes quæ bella volunt : perſequendo.ſ.fide
les:ait Pſ̃. Aliud certamẽ ab hoie malo eſt circũuentionis
ex quo imminet periculũ deceptionis:diſcordiæ & diſſen-
ſiõis.Eccl'ia iam paſſa eſt perſecutiões a Iudęis: paganis: &
hæreticis.Nunc autem patitur perſecutionẽ ab hypocri-
tis.i.ſimulatis hoibus & falſis fratribus.i.chriſtianis.Vn-
de Iob.xxx.in perſona ipſius eccleſię ait.Frater fui:& ſociꝰ
draconũ:quo ad primũ genus periculi.ſ. manifeſtæ perſe-
cutiõis. Socius ſtruthionis.i. hypocritarũ quo ad pręſens
tempus.De vtraqꝫ dicit Aug. Vox contribulatorum cum
Chriſto &c.vij.q.j.aduerſitas.§.huic idẽ.Sed Chriſtus nos
cautos reddit dicens. Attẽdite a falſis prophetis: id eſt chri
ſtianis vel religioſis : qui veniunt ad vos in veſtimentis
ouium &c.Mat.vij.

*accidia ſũme ſolitarios ĩfeſtat.* (margin, beside "ne percutimur telo accidię")

*Tertiũ bellum diaboli* (margin, beside "occupatum.de conſe.diſt.v.")

*quartũ bellum* (margin, beside "procedunt quatuor beſtiæ")

*Eccl'ia militãs nũc patit̃ pſecutionẽ ab hypocritis.* (margin, beside "hæreticis.Nunc autem patitur")

¶De partibus ſubiectiuis prudentiæ & de cognitione ſui ipſius. Capitulum.III.

## D E PARTIBVS SVBIECTI

uis prudẽtię nũc agẽdũ: q̃ ſũt pticularis ſeu mo-
naſtica:oeconomica:politica:regnatiua & mi-
litaris.Et vt pfecta ſit cõſideratio prudẽtię oſtẽ
dẽdũ eſt qũo cuilibet ciui expediat eã habere. Vbi diligen
ter notandũ eſt ꝙ qlibet ciuis põt tripl'r cõſiderari.ſ. quã-
tum ad ſingularem ſui perfectionẽ quantũ ad familiæ gu-
bernationẽ ; quantum ad ſui conciuis cõmunicationẽ. Et
ſ̃m hoc plures ponuntur ſpecies prudentiæ.Si em̃ conſide
ret̃ ciuis in ſe:neceſſaria eſt prudentia particularis. Si con-
ſideretur vt familiæ gubernator : neceſſaria eſt prudentia
oeconomica.Si vero vt ciuis:tũc iterũ põt tripl'r cõſidera-
ri.Quia aut vt eſt principanti ſubiectus & tunc neceſſaria
eſt prudẽtia:quę communi nomine politica dr̃. Aut vt eſt
alijs principãs:& tunc requiritur prudẽtia regnatiua. Aut
vt eſt boni cõmunis propugnator : & tũc opus ẽ prudẽtia
militaris.Et ſic in vniuerſo habemus quinqꝫ ſpecies prudẽ
tię.ſ.particularẽ:oeconomicã:politicã:regnatiuã: & mili-
tarẽ.Prudentia igitur particularis neceſſaria eſt ciui quan
tum ad eius ſingularem perfectionẽ : qua videlicet ſeipm
regere ſciat:ſe caute a peccatis ſeruãdo:& diuinis pręceptis
obediendo.Hoc aũt fieri nõ poteſt ſine prudentia quæ eſt
humanorũ actuũ directiua:ſicut.ſ̃. dictum eſt. Vnde dicit
Grego.in Paſtora.Hoſtis callidus tãto liberius pectus per
cutit quãto nudum a prudẽtię lorica deprehendit. Ad hãc
virtutẽ inducit apl's ad Ephe.v.dicens.Videte fratres qũo
caute ambuletis:non quaſi inſipientes: ſed vt ſapiẽtes re-
dimentes tempus:qm̃ dies mali ſunt: ꝓpterea nolite fieri
imprudentes:ſed intelligentes quę ſit voluntas dei. Si qs
autẽ bonitate ſingulari caret hanc prudentiã non habẽdo
proculdubio nec familiam ſufficiẽter regere poſſet:nec ve
rus ciuis exiſteret.Qui ſibi non ſufficit prudẽter viuendo:
nec alij ſufficiet conuiuẽdo:quia qui ſibi nequã eſt: cui bo
nus erit. Et qui cũ deo rectus non eſt:nec cũ ciuibus rectus
erit.Oculus quidẽ qui in ſe corruptꝰ eſt: alia mẽbra regere
neſciet & cum eis incõpetens erit.Patet ergo qũo prudẽtia
particularis ad ſingularem ciuis pfectionẽ requirat̃.Exem
plum ponitur de Abraã. Cõſiſtit hęc perfectio ſingularis
prudentię in conſideratione ſui. Vnde Helinãdus dicit ꝙ
in tẽplo Apollinis tale oraculũ fuiſſe datũ legit̃ Gnoti ſe
auton.i.noſce teipm.quę ſententia Iob.v.ſcribitur his ver
bis. Viſitãs ſpeciẽ tuã non peccabis. Idem aũt eſt ſeipſum
cognoſcere quod ſpeciẽ ſuã viſitare.Species quippe homi
nis eſt anima ad imaginem dei facta:quę tunc viſitat̃ quã
do qualis ſit in vita indagatur. Et ad hoc optime facit qd᷑
dicit Ber.in lib.de conſideratiõe. A te primum inchoet cõ-
ſideratio tua:& in te finiatur &.j̃. Conſidera quid. quis &
qualis ſis.Quid in natura:quia aĩal rõnale mortale.Ratio
nalitas ſubleuat monaſticã miſeriam mortalitatis: & mor
talitas humiliat altitudinem rõnis.Quis in perſona.cuius
cõditionis vel dignitatis & qũo vteris officio tuo. Qua-
lis in vita vtrũ bonus vel malus:proficiẽs vl' deficiẽs &c.
Ibi vide.Et nota ꝙ iſta cognitio ſui quam facit prudentia
inducit tria magna bona: videlicet iudiciũ cognitionis di
uinę:principiũ ſaluationis humanę:faſtigium perfectiõis
internę.De primo dicit Salomon Prouerb. xxx. Dicit vir
cum quo eſt deus & qui deo ſecum morãte confortatꝰ ait.
Stultiſſimus ſum virorum:quod pertinet ad veram ſui co
gnitionem.Ber. Ab exterioribus redibit animus ad inte-
riora:ab interioribus ad ſuperiora: vt poſſim cognoſcere
vnde venio:aut quo vado:quid ſum:& vnde ſum. Et ita p
cognitionem mei valeam peruenire ad cognitionem dei.
Quãtoqꝫ in cognitione mei perfectior : tanto ad cognitio
nem dei accedo.& Macro. Anima perfectam habet ſapien
tiam:cũ vnde orta ſit:& de quo fonte venerit recognoſcit.
De ſecũdo dicit Pſ̃. A peccato meo mũda me: qm̃ iniqui-
tatem meã ego cognoſco. Mundatio a pc̃tõ eſt principiũ
ſalutis.Ad hoc Seneca. Initiũ ſalutis notitia peccati. Nam
qui peccare ſe neſcit corrigi nõ vult.Ber.de cognitiõe ſui.
Principium ſalutis humilitas generatur. De tertio dicitur
Lu.xviij. Qui ſe humiliat : quod includit cognitionẽ ſui:
exaltabitur.Boe. de pħica conſolatione. O mortales extra
vox petitis quod intra vos eſt poſitam fœlicitatẽ : quia.ſ.
per veram cognitionem ſui quis peruenit ad eam. In hu-
ius figuram habes Lucę.ix.Quod cæci ſunt vocati ad cœ-
nam quæ ſignificat beatitudinẽ.Et loquit̃ de cœcis:qui.ſ.
cognoſcũt ſe cęcos:nõ cognoſcẽtes qd᷑ pertinet ad cogni-
tionẽ ſui.Bern̄.ſuper Cãti. Nemo ſine cognitione ſui ſal-
uatur.Salus autem perfecta in beatitudine. Econtrario ex
ignorantia ſuiipſius cõſequuntur homines tria mala ſeu
detrimenta.Eſt em̃ fundamentum infirmitatis : nutrimen
tum iniqui-

*Prudentia particularis eſt ciui neceſſaria.* (margin, beside "tarẽ.Prudentia igitur particularis")

*Oraculum qd᷑ erat affixum in tẽplo apollinis.* (margin, beside "plum ponitur de Abraã")

*Cognitio ſui tria bona inducit.* (margin, beside "Ibi vide.Et nota ꝙ iſta cognitio")

*P ignorãtiã ſui ipſiꝰ incurritur triplex malũ.* (margin, beside "nam quæ ſignificat beatitudinẽ")



tum iniquitatis:complemẽtum fatuitatis. Quo ad primũ
ignorantia ſui eſt fundamẽtum infirmitatis humanę ſpũa
lis.ſ.peccati.Canti.j.Si te ignoras o pulcherrima mulierũ
egredere: ſi pro quia pulcherrima mulierum. i. creatura-
rum eſt anima:quæ quia ignorat ſe egredit̃ a ſe diſpergen
do & vagando per diuerſa vitia.Ber.ſuꝑ Canti. De igno-
rantia ſui venit ſuperbia in te:quę eſt principium peccato
rum.Item Lactantius de falſa religione. Nullus animę ſua
uior cibus veritate.Ignorantia autem ſui cauſa prauitatis.
Sen̄.in epl'is.Ideo ad ſanitatem difficiliter peruenimus: qa
nos egrotare neſcimus.Quantum ad ſecũdum Pſ̃.Neſcie-
runt.ſ.neceſſaria ad ſalutem:neqꝫ intellexerunt:id eſt intꝰ
legerunt cognoſcendo ſeipſos:in tenebris ambulant pc̃tõ
rum.Terẽtiꝰ.Ita fere corrupta eſt oĩm hoĩm natura: vt alie
na melius iudicet q̃ꝫ ſua:& hoc in malum. Vnde Tulliꝰ in
lib.de offi.Neſcio quo fit vt magis in alium cernamꝰ ſi qd
delinquitur.Et tñ Chriſtus dicit Luc.vj.Eijce primũ trabẽ
de oculo tuo: vt eijcias feſtucã de oculo fratris tui.Quo ad
tertium Pſ̃.Homo cũ in honore eſſet non intellexit ſeipm
vel ſuã cognitionem:cõparatꝰ eſt iumentis inſipientibus.
Ber.in li.de ꝯſideratiõe ad Euge.Licet omnia myſteria no
ueris:lata terrę:alta cœli: ꝓfunda maris.ſi te neſcieris:om-
nino eris ſimilis hoĩ inſipienti ędificãti domum ſuã ſuper
arenã ſine fundamento.i.ruinam non ſtructuram faciens.
Ptole.Inſipiens eſt qui ſuiipſius ignorat quantitatem. Tul
lius de Tuſcu.quæſtionibus.Stultitię proprium eſt alioꝝ
vitia cernere ſuorũqꝫ obliuiſci.

¶De prudentia monaſtica aut particulari.&.ix. regulis di
rectiuis humanę vitę. Capl'm. IIII.

## Q VALITER PRVDENTIA PAR

ticularis quę habet hoĩem ordinare in ſeipſo:di
rigat opa eiꝰ ſatis pulchre põt trahi ex his ꝟbis
q̃ habẽt Cañ.v.videlicet.Dilectus meus cãdidꝰ
& rubicũdus:electus ex milibꝰ.Caput eius aurũ optimum.
Comę eius ſicut plantæ palmarum:nigrę quaſi coruꝰ.Ocu
li eiꝰ ſicut colũbæ ſuper riuos aquarũ quæ lacte ſunt lotę
& reſidẽt iuxta fluenta pleniſſima. Genę eius ſicut aureolę
aromatũ conſitę a pigmẽtarijs.Labia eius diſtillantia myr
rham primã.Manꝰ eiꝰ tornatiles aureę plenæ hiacynthis.
Venter eius eburneus diſtinctus ſaphyris:crura eius colũ-
næ marmoreæ fundatę ſuꝑ baſes aureas.Guttur eiꝰ ſuauiſ-
ſimũ:& totꝰ deſiderabilis.hæc ibi.Quę intelligi poſſũt de
Chriſto vero.i.pſona eiꝰ.de quo dr̃ Iob.v. Prudẽtia eiꝰ pꝯ
cuſſit ſupbũ.ſ.diabolũ. Ac etiã de Chriſto myſtico.i. eccle
ſia eiꝰ ſeu de eiꝰ fidelibꝰ quibꝰ dr̃ Mat.x.Eſtote prudentes.
Ex quibꝰ verbis trahuntur nouẽ regulę directiuæ totiꝰ vi
tę humanę.Et ſ̃m hoc ꝙ ipſa verba exponit egregius vir
p cũcta laudabilis dñs Ioã.Dñici cardinalis Raguſinus in
lib.ſciẽtifico.etſi vulgare ĩtitulato amor charitatis . Et pri
mo qdem oſtendit̃ excellẽtia xpi in generali: cum.ſ. dicit.
Candidus.ſ.p puritatem.Rubicũdus per charitatem . Ele-
ctus ex milibus per gratiæ & ſapientię ſublimitatem.Exin
de ponuntur dictæ regulę.

*Prudentia pticularis qualr̃ dirigat hominem* (margin, beside the initial)

¶Prima dirigit intentiones:ibi.Caput eius &c.
¶Scd'a cogitationes:ibi.Comæ eius &c.
¶Tertia cognitiones: ibi.Oculi eius &c.
¶Quarta exemplationes:ibi.Genę eius &c.
¶Quinta locutiones:ibi.Labia eius &c.
¶Sexta actiones:ibi. Manus eius &c.
¶Septima fructificationes:ibi.Venter eius &c.
¶Octaua gubernationes vel affectiones.ibi.Crura eius.
¶Nona diſciplinationes:ibi.Guttur eius &c.

Prima ergo dirigit intentiones quæ ſignantur per caput.
Caput autẽ deſignat intẽtionẽ:qa ſicut caput eſt principiũ
corporis:ita intentio principium operis.Nam ſ̃m ſapien-
tem finis ad quẽ reſpicit intẽtio mouet agentẽ.Et in his q-
dẽ q̃ de ſe ſunt mala: vt blaſphemia:homicidium; vſura &
hmõi:quantũcũqꝫ videret̃ haberi pia intẽtio:non põt eſſe
veraciter bona nec opꝰ bonũ:ſed ĩ alijs ꝟa ẽ autoritas cõis
ſ.quicqd agãt hoĩes:intẽtio iudicat oẽs. Et aliqui qdẽ hñt
caput terreũ:q.ſ.nõ intẽdũt niſi cõgregationẽ ſubſtantiæ
in ſuis opibus:etiã de gñe bonoꝝ: ꝓpter hoc ieiunãt orãt
& hmõi: vt pſperent̃. Alij caput carneũ:q intendũt tm̃ ſa-
tiſfacere naturæ: vt ea q̃ fiũt ꝓpter parẽtelas vel ſenſualita
ti vt multi ſub ſpecie ſpũs qui multa faciũt ꝓpter pñtiam
corpalẽ pſonarũ. Alij habẽt caput aureũ; & iſti ſunt ſcĩ q
oĩa quæ faciũt:faciũt ꝓpter honorẽ dei:& amorẽ eiꝰ.Cha-
ritas em̃ aurum ſignificat. Apoc.iij.Suadeo tibi emere au
rũ:id eſt charitatẽ:quia ſicut aurũ excellit oĩa alia metalla:
ita charitas omẽs virtutes.Et quanto quis ex maiori inten
tione charitatis aliquid facit:tanto magis eſt deo gratus &
meret̃.Chriſtus autẽ oĩa facit & fecit ex maxima charitate.
Et ideo merito dicit de eo eccleſia.Caput eiꝰ. i.intentio eiꝰ
aurũ optimum perfectiſſima intentione. Vñ ipſe dicebat
Io.iiij.Meus cibus eſt: vt faciã voluntatẽ eius qui miſit me
ecce intentio & multa ſimilia inuenies. Et ſic in iſto ſplen
dore illuminat oẽm hoĩem venientẽ in hũc mundũ.Diſce
ergo dirigere intentionẽ tuã.Scd'a dirigit cogitationes q̃
deſignant̃ p comas.i.capillos: quia ſicut capilli exeunt de
capite ſeu procedũt:ita cogitationes a mente.Quale caput
tales capilli.Noſtrũ caput vanũ ẽ:& ideo vanos capillos
ꝓducit & materialiter & ſpũaliter. Tria dicit de his cogita
tionibus:quales debent eſſe & noſtræ.Primo ꝙ ſunt vni-
tę in vno fine etſi ſint diuiſæ in materia.Et ideo dicit ela-
tę.i.tales ſicut rami palmarũ qui quidẽ vident̃ eſſe diuiſi
abinuicẽ:& ſunt in ſummitate:ſed in fine in vnum conue
niũt:ita chriſtus diuerſa agebat & loquebat̃ : & de diuerſis
materijs:tñ ſemper ad honorem dei & ſalutem proximi.
Sic & tu:etſi de diuerſis materijs cogitas:mõ de gubernãda
familia:mõ de artificijs: modo de alijs. fac oĩa ad laudem
& gloriã dei.Scd'o cogitatiões debẽt eſſe firmæ & ſtabiles
ideo dicit.palmarũ. Palma em̃ viriditatẽ ſemꝑ conſeruat
in hyeme vt in æſtate:ſemꝑ ſtat vno modo.Et quanto ma
gis antiquat̃:tãto magis dulceſcũt fructus eius.Et eſt mul-
ti temporis: inferius ſubtilis:ſuperius lata cõtrario modo
aliarum arborũ.Sic cogitationes bonæ debent eſſe firmæ.
Aug.de pœ. diſt.iij.inanis.Bonũ ꝓpoſitũ cõſerua iugiter:
neqꝫ pſperitate:neqꝫ aduerſitate mutari ſemper deuotiꝰ ſe
hr̃e.Habere latas meditatiões de diuinis & modicas de ter
renis.Tertio debẽt eſſe humiles:ideo dicit.nigrę &c. Nota
ꝙ coruus libenter quieſcit ſuꝑ cadauera:ſic verus humilis
cõſiderat mortẽ ex qua ſumit ſibi occaſionẽ humilitatis.
Humilis ſum corde.ait Chriſtus Mat.xj.Tertia dirigit illu
ſtrationes quæ ſignantur per oculos : ideo dicit oculi eius
ſicut colũbarũ.Sicut em̃ oculo corporali qs videt corpora
liter:ita oculo intellectus ſpũaliter.Et ſicut duplex eſt ocu
lus ita duplex eſt intellectus:practicus.ſ. circa operabilia:
& ſpeculatiuus circa cognoſcibilia:ibi quieſcens.i.vna po
tentia intellectiua cum duplici dicto officio. Primo igitur
intellectus debet eſſe diſcretiuꝰ diſcernẽdo falſa a veris: bo
na a malis: vt vera & bona eligat & falſa & mala reprobet
ideo dicit:ſicut columbarum. Vñ columba diſcernit grana
quę ſunt bona & ſana comedit:corrupta dimittit. Sic egit
dñs Ieſus.iuxta illud Eſa.vij.Sciat reprobare malum & eli
gere bonum.Et vt hoc poſſit homo melius facere debet ſe-
cũdo oculos intellectus tenere ſuper riuos aquarum.i.ſuꝑ
doctrinis lectis vel pręauditis eas ruminando. Vnde dixit
beatus Anto. cuidã interrogãti de via ſalutis.In oĩ re quã
facis adhibe te cũ teſtimonio ſcripturarũ.Et nota ꝙ nõ qſ-
libet libros vel doctrinas debemus ruminare: ſed illas ſo-
lum quæ ſunt lotæ lacte. i. ſcripturas ſacras quæ ad mo-
dum lactis ſunt purificatiuę mentis illuminatiuæ & con-
fortatiuę Alię autẽ doctrinæ vt pħiæ poeſis & de palati-
nis et centinouiũ & hmõi non purificant:ſed inquinãt mẽ
tem ſuperbia vel immunditia.Columba ſtans ſuper riuos
aquarũ inde per vmbrã contẽplat̃ accipitrẽ perſequentem
vt vitet eũ.Sic aĩa per ſcripturas põt cognoſcere inſidias
diaboli:quõ diuerſis modis quęrit capere & ibi ĩ omnibꝰ
videt remedia.Ipſas chriſtus allegabat prædicando: pro-
pterea Iudęi mirabantur dicentes. Quõ hic literas ſcit cum
non didicerit. Io.vij.Tertio debet etiam cõſiderare diligẽ
ter inſtinctus diuinos ſeu inſpirationes ſpũſſancti: vt exe-
quatur qui adhuc melius & purificãt & illuminãt: ꝓpterea
ſubdit.Reſident iuxta fluẽta pleniſſima:quę ſunt dona ſpi
ritusſancti.Vnde Chriſtꝰ dixit clamãdo Io.vij . Qui credit
in me ſicut dicit ſcriptura flumĩa de vẽtre eius fluẽt aquæ
viuę:loquens de ſpiritusſancto.Quarta dirigit exẽpla quæ
notant̃ per genas:ibi.Genę eius.ſicut genę ſunt ſub oculis:
& nunqꝫ cooperiũtur ſicut alia pene omnia mẽbra:ita exẽ
pla.i.opera manifeſta ſub oculis in cõſideratione ſunt ho
minum & occultari non poſſunt.Tenetur autem quilibet
non ſolum conſcientiæ ſuę prouidere:ſed etiam ꝓximum
bonis exemplis ædificare.Et ꝓpterea non ſolum a malis:

*Charitas aurũ ſignificat.* (margin, beside "ritas em̃ aurum ſignificat")

*Addeqꝫ talis erit dñs qualis & ipſa domꝰ i.r.* (margin, beside "dore illuminat oẽm hoĩem")

*Quies corui ẽ cadauer* (margin, beside "hr̃e.Habere latas meditatiões")

ſed etiam ab his quæ habent ſpeciem mali cauere debet iuxta ſnĩam apoſtoli.j.&.ij.ad Coꝛ.viij.Debent autem exẽpla eſſe primo humilis patientiæ:propterea dicit areolæ. In area fit ꝑcuſſio grani:& calcatio ſuſtinet plures ictus: & tamen nõ frangitur terra ſed integra & ſolida perſeuerat. Nullum maius exemplum dat de ſe ſeruus dei ꝙ de virtute patientię:vt iniurijs tribulationibus non frangatur:nõ turbetur non queruletur ſed ſirmus & integer in virtute ꝑmaneat.hoc Chriſtus edocuit.Vñ Aug.j.q.j.xp̃s. Chriſtus quid fecit nobis.i.quale exemplũ dedit:qui tanta patiẽtia proditorem ſuum ſuſtinuit vſq; in finem:vt ei primã eucharistiam cõfectam manibus:& ore ſuo cõmendatã ſicut cæteris apoſtolis proprijs manibus daret &c. Areolæ dicit in plurali:qa patiẽtiæ exemplũ debet oñdi in tribulatiõibus corpalib⁹ & ſpũalibus q̃ duriores ſũt:qa tangũt aĩam. Areolę nomen diminutiuũ eſt.Ex quadam humili cognitiõe ꝓpriorũ defectuũ:& ꝑ ↄñs recognoſcere ſubditũ oĩm pœnarũ debet ꝓcedere iſta patientia:nõ modo pħico.Debent ſcd'o & alijs virtutũ pręƀere exẽpla.ideo ſubdit. aromatum. Aromata odorifera & ſuauia ſunt virtutes.zaccarum eſt charitas.cynamomũ puritas.gariophilus humilitas.balſamus obedientia.myrrha pñia &c. Harum exẽpla debes dare modo de vna:modo de alia;quę omnes : qa eis occurrunt tentationes & tribulationes:ideo debẽt eſſe fundatę in humili patientia;vt ſint areolę aromatum.Debent tertio omnia exempla etiam operum virtuoſorum eſſe cũ magna diſcretione.Vnde ſubdit.Conſitę a pigmentarijs.

Pigmẽtarij qui dicant.

Pigmentarij ſunt qui ſciunt componere medicinas & confeſſiones.Non oĩm eſt hoc qui habent aromata : ſed paucoꝝ & magna practica.Non oẽs qui habent virtutes ſciũt ſemp vti diſcretione.Paucorum eſt hoc & exercitatorũ in via ſpũs.Et tñ ſi deſit diſcretio non erit virtuoſum op⁹. Niſi em̃ oĩa fiũt cũ modis & tpibus nõ ędificabũt:ſed ſcãdalizabũt qd' Chriſtus ſumme ſeruauit: qñq; reprẽhẽdẽs: qñq; cõſolans:qñq; tacẽs:qñq; loquẽs : qñq; miracula faciẽs:qñq; nõ faciẽs:qñq; ieiunans:qñq; comedens &c. oĩa ad ędificationẽ.Quinta regula dirigit locutiões q̃ deſignãtur ꝑ labia.Vnde labia eius &c.Poſuit deus & labia & dẽtes ante linguam:vt non ſubito loquamur quicquid menti occurrit:ſed tardi ſimus ad loquendum:vt admonet Iacobus in Canonica ſua.c.j.Debet ergo locutio primo eſſe ex dilectione:& temperata.Vnde dicit. diſtilantia. Ad diſtillationem plura cõcurrũt.ſ.fornellus cum igne:cãpana: & materia q̃ debet diſtillari:& alembicus vnde egreditur guttatim.Sic ad hoc vt aliqs bene loquaꝛ:debet eum mouere charitas quæ eſt ignis in corde & fornax.campana eſt ratio.Illud ꝙ diſtillaꝛ eſt materia quę debet dici. Alembicus eſt os.Vas vbi recipiꝛ eſt auditor.Quando ergo charitas inducit aliquem ad loquendum: ipſa virtus charitatis tanq; calor quidam intẽſus debet materiam locutiõis quaſi euaporando per diſcuſſionem tranſmittere ad altitudinem rationis & dimiſſa omni ſuperfluitate illud ſubſtantiale quod aſcendit in rationem.i.quod dictat ratio paulatim per os proferre vbi eſt auditus. Non enim ad modum maris redundantis debet ſe iactare:vel quicquid eſt in corde dicere:nec ad modum torrentis omnes immũditias viarum colligere narrando.ſ.defectus aliorum: ſed paulatim & rationabiliter.Sic fecit dñs Ieſus vnde ipſe dicebat Ioã. v.Hęc dico vt ſalui ſitis.Ecce charitas quę mouebat ad loquendũ.Et de eo dicitur.j.Pe.ij.Nec dolus ẽ inuẽtus in ore eius:nec etiã aliquod malum.Vnde ipẽ dicebat Ioã.xviij. Si male locutus ſum:teſtimonium perhibe de malo. Ecce materia rationabilis & tota euaporata. Parum locutus ẽ. Vnde Eſa.liij.Sicut agnus coram tondente ſe obmuteſcet. Secundo materia locutionis debet eſſe vtilis.propterea dicit.myrrham. Myrrha eſt amara purgatiua & præſeruatiua a corruptione.Sic locutio amara debet eſſe ad reprehendendum vitia aliorum,non ad adulandum: ad purgandũ ſua peccata per confeſſionem:ad admonendum:& ſic præſeruando alios a vitijs. Tertio debet eſſe de melioribus : ꝓpterea dicit. primam. Prima enim diſtillatura eſt melior alia.Sic poteſt homo loqui de diuerſis bonis & bene : ſed debet homo eligere etiam melius ita ꝙ ſit totaliter ſermo ſm deum:ſicut fecit Chriſt⁹ qui ait Ioan.viij.Sicut audiui a patre:ſic loquor in mundo:Sexta dirigit operationes q̃ deſignantur per manus:vnde dicit manus eius &c. Opera quę facimus artificialia & multa alia manibus facimus. Et propterea manus in ſcriptura deſignant opus noſtrũ.Hæc autem opera debent eſſe bona primo.Et propterea dicit. tornatiles.Tornus eſt inſtrumentum quod valde cito operatur.remouet a lignis ſuperfluitates & polit:& tantum reuertitur retro quãtum procedit in antea.Hoc ſpiritualiter debet eſſe in operibus noſtris.ſ.vt prompte operemur nõ tarde vel lente in ſurgente a dormitione : in eundo ad eccleſiam:in accedendo ad confeſſionẽ & hmõi.Neſcit enim tarda molimina ſpiritusſancti gr̃a.dicit Amƀ. in Homil'. ſuꝑ Lucam.Debemus etiam tollere ſuꝑfluitates ab operibus noſtris: vt in veſtimẽtis:cibis:in ędificijs: & huiuſmodi.Canti.ij.Tempus putationis aduenit.Debemus facere opera munda & nitida in conſpectu dei.Debemus in operibus noſtris non ſolum reſpicere in antea ad alia quæ reſtant facienda:ſed etiam aliquando reuidere præterita ad dolẽdũ de defectib⁹.ſicut faciebat Paulus dicẽs.j.Coꝛ.xv. Non ſum dignus vocari apl's.qa perſecutus ſum eccleſiã dei.Et Aug.in lib.confeſſionum accuſans peccata p̃terita.

Quaꝛ ĩ ↄſpectu dei debemus opari nitida.

Fuit dñs Ieſus ſolicitus & promptus in operibus ſuis.Ioã. viij.Diluculo venit in tẽplum:nil ſuperfluum erat in eo. Colligite ait:quę ſuperauerant fragmenta ne pereant.Ioã. vj.Oĩa opa ſua deo accẽpta.Io.viij.Ego ait quę placita ſũt ei.ſ.patri facio ſemp.Secũdo opa iſta debent eſſe multiplicia.ideo ſubdit.Aureæ.Aurum enim valde extenditur ſuper omnia alia metalla.Nam de vno ducato fiunt circa.c. petię ad deaurandum picturas.Sic opera noſtra debent ſe extendere ad multa.Aliquando ad pauperes paſcẽdo.Aliquando ad eundum ad eccleſiam:ad officium:ad prædicationẽ.Aliquando ad opera religioſa &c. Multa bona opa oſtendi vobis.ait Chriſtus Io.x.Debet tertio in ipſis opibus eſſe cõſideratio prẹmiorum:ꝓpterea ſubdit.plene hiacynthis.i.lapidibus præcioſis:vel floribus alliſis qui hñt colorem cœleſtem.Labor te terret.ait Augu.cogita de prẹmio.Sic dominus Ieſus ſemper in operibus ſuis contẽplabatur deum & ſupernam gloriam.Diſce ergo ipm̃ ſequi:q illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ. Septima dirigit fructificationes quę deſignantur ꝑ vẽtrẽ. Vnde dicit venter eius &c.In ventre ſtat fructus humanus i.puer.Magna cura & ſtudio quærebant hoĩes in veteri teſtamento facere fructus humanos.i.filios.Vnde & in lege ſterilis dicebatur maledicta.Sed iam in nouo teſtamento non curat deus tantũ de iſta fructificatione.Immo dicit Lucę.xxiij.Beatę ſteriles quę non genuerunt & vbera quę nõ lactauerunt:ſed vult fructus ſpirituales permanentes non deficientes vt filij.vnde dicit Ioan.xv.Poſui vos vt eatis & fructum afferatis:& fructus veſter maneat.Et qualis eſſe debeat oſtenditur cum ſubditur.Eburneus. Ebur eſt os elephantis animalis caſtiſſimi:& ſignificat caſtitatem. Vnde in añ.Ebur caſtitatis,hos igitur filios debemus generare. & tales qui ſint caſti.i.caſtitatem debemus in nobis amare:& in alijs ſuadere.Dicuntur etiam fructus noſtri opera permanentia:vt libri:ędificia.hoſpitalia:quæ quidem faciunt ad gloriam humanam: vt pingendo arma & hmõi: ſed eburnea non ſunt:& ideo facienda ad gloriã dei. Ebur eſt durum:& ſignificat conſtantiam & perſeuerantiã quã debet quis ſuadere his quos trahit ad deum non ſolum actiua & mundana:ſed ſpũalia & cœleſtia. Sic dominus Ieſus egit.Nullum docuit aliquam artem vel ſcientiã cum omnes ſciret:ſed bene diuina & ſpiritualia.Eſt autem diſtinctus iſte venter ſaphyris:quia facit docere filios ſuos ſpirituales quos verbis & exemplis trahit ad Chriſtum. Octaua dirigit gubernationes deſignatas per crura. vnde dicit. crura eius &c.Sicut enim ſuper crura & tibias ſuſtentatur totum corpus.ſic totum corpus eccleſię ſuſtentatur & regitur duplici regimine: eccleſiaſtico. ſ.& temporali.di.xcvj. duo ſunt:ſed ad hoc vt nõ ruat ipſum corpus eccleſię:oportet vt iſta regimina ſint iuſta.Et propterea ſubdit. Colũnę marmoreę.Aliqui faciunt rempublicam.i.regimẽ columnas luteas.ſ.non quęrendo niſi colligere pecunias & deprędationes:extorſiones & hmõi.Alij faciunt columnas ferreas:vtentes vi tyrannica:gladio & ſpata:nutriẽtes ſectas: expellentes bonos &c. Alij de nihilo faciũt:ſed deſtruunt factas faciendo contra deum & eccleſiam:vt poſſint bene proſperari in ſtatu ſuo.Regimen tale durare nõ poteſt : ſed iam ruit.Faciendo iſtas columnas ſolum de argento , non ſufficit:id eſt ſi ſolum vacaretur contemplationi & lectiõi vl' doctrinę:aut pręlatis.Requiritur adhuc aliud: videlicet columnę:

Sterilis ĩ antiq̃ lege dicebatur maledicta.



Marmor inter lapides eſt durior.

colũnæ marmoreę.Null⁹ lapis durior marmore : null⁹ cãdidior:null⁹ vtilior ad ſeruãda vnguẽta.Et cum ſit ita durũ:mirum eſt ꝙ melius domatur plumbo ducibili q̃ ferro.Et ideo conuenienter ſignificat iuſtitiam. Nulla enim virtus requirit tantam fortitudinem ſicut iuſtitia iudicatiua.Impugnatur em̃ a ſanguine:a minis:a muneribus:a p̃cibus.Nulla virtus pulchriorem facit rempublicam & puriorem.Eſt enim reddens vnicuiq; qd' ſuum eſt.Sicut autẽ corporis pulchritudo reſultat ex membrorum debita proportione:ita ipa iuſtitia quæ habet proportionare cuncta facit corpus eccleſię pulchrum ſolum a plumbo humili.i. a pœnitentibus & humiliatis aliquantulum flectitur. iuxta illud Virgilij.Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos. Columnę in plurali dicit:quia duplex eſt iuſtitia. ſ. diſtributiua & cõmutatiua:vt p̃miare bonos & punire malos. Super baſes aureas.i.ſuper fidẽ & charitatem.al's nihil valet.Sed quia qd' expoſitum eſt de duplici regimine:ſpectat ad prudentiam politicam non exeundo terminos prudentiæ particularis:qua quis regulat ſeip̃m poteſt dici ꝙ crura ſignificant appetitus ſiue affectus:quia ſicut curib⁹ itur: ita affectibus anima pergit verſus cœlum vel infernum:ſecundum qualitates affectionum.Duo autẽ crura ſunt duo appetitus.ſ.ſenſualis & rationalis: quæ crura dicuntur nõ eſſe carnea:neq; ferrea ſed marmorea.Habent ſpiritualiter crura carnea in his q̃ expediunt carni:non quærunt neceſſitatem:ſed voluptatem:vt ſufficiant oĩ modo ipſi ſenſualitati.Cum tamẽ dicat apl's ad Ro.viij.Debitores ſumus nõ carni:vt ſm carnẽ viuamus.Si em̃ ſm carnẽ vixeritis: moriemini.Appetitum autem rationalem habent carneum: qui in operibus ſpũalibus quæ faciunt carnalia quęrũt honores:diuitias & hmõi.Vel etiam quia patres ſpirituales aut fratres aut filios ſpirituales carnaliter.i.ſenſualiter diligunt ſemper: quærentes eorum præſentiam corporalem. Contra quos dicit Auguſt.in regula.Inter nos non carnalis:ſed ſpiritualis debet eſſe dilectio.Crura etiam ferrea habent qui nec ſibi nec alijs per affectum compaſſionis mouenꝛ ad ea quę neceſſaria ſunt:ſed duri & rigidi nimis ſũt. Contra quos dicit Hiero.ꝙ dignitatem creaturę rationalis amittit qui ieiunium charitati: aut vigilias pręfert ſenſuũ integritati.de conſe.diſt.v.non mediocriter. Prudens igiꝛ habet crura affectuum non carnea neq; ferrea:ſed marmorea.i.pura & fixa ſeu firma:quæ crura affectuum fundanꝛ ſuper baſes aureas.i .ſuper duo præcæpta charitatis dei & proximi dilectionis.Nona dirigit diſciplinationes.i.modum docẽdi ſeu inſtruendi alios. Doctrina enim voce porrigitur:quę a gutture ꝓcedit:& ideo ipſa diſciplinatio notatur cum dicitur:guttur eius ſuauiſſimum. Debet enim q docet ſiue priuate ſiue publice loqui non ſolum aperte vt intelligaꝛ:ſed etiam ſuauiter: vt audientis animus delectetur: ꝓpterea dicitur guttur ſuauiſſimum:non tamen debet adulatiue loqui.Nã cõtra hmõi adulatores dicit dñs Macha.ij.Maledicam benedictionibus veſtris. i. ſermonibus adulatorijs.j.q.j.maledicam.& in eadem.q.c.multi. Sed debet loqui vtiliter & benigne.iuxta illud.ij.Coꝛ.vj.In ſuauitate:in ſpũſancto:& cum loqui habet materias de ſe turpes:vti debet vocabulis quantũ põt honeſtis:non aperte ſicut ribaldi:nã tales locutiones non ſunt ſuaues: ſed odioſę ſapientibus.Vnde Hiero.de nephandis criminibus quę in occulto fiunt quę noĩare etiam turpiſſimum eſt:ne & dicentis os & aures audientium pollueren̄ꝛ: generaliter ſcriptura compreſſa eſt dicẽs.Verecundos facite filios Iſrl' ab omni immunditia.xxxij.q.iiij.in eo.

## §.I.QVIA SVPRA INTRODVCTA

De prudẽtia ſerpentis.

eſt autoritas illa.Eſtote prudentes ſicut ſerpẽtes. Potes hic notare quadruplicẽ prudentiã ſerpentis naturalem quam virtualiter imiteris.Prima eſt: quia ſerpens quando videt ſe percutiẽdum:de toto corpore facit ſcutum: vt pręſeruet caput illęſum.Nam etſi vulnereꝛ in corpore capite itegro nõ ex hoc mortem incurrit.Sic debes & tu oĩa exponere.ſ. ſubſtantiam:famã etiã vitam læſioni vel amiſſioni:vt caput videlicet rõnis:ſeu Chriſtus qui eſt caput noſtrũ illęſ⁹ euadat.Læditur em̃ rõ vel ipſe Chriſtus in nobis exiſtens ſolum ꝑ culpam quæ ſemꝑ debet vitari.Vnde Aug.Poti⁹ debet quis oĩa mala pati ꝙ peccato conſentire.xxij.q.v.ita ne. Secũda prudentia ſerpentis eſt:quia vetuſtus effectus & infirmus vt iuueneſcat arctum foramen ingrit lapidis firmi per qd' cũ difficultate trãſiẽs:vetuſtã pellẽ deponit: exinde induens nouã.Sic & tu factus debilis & antiquus ꝑ peccatum ſi vis vt iuuẽtus tua renouetur ꝑ gr̃am: oportet te ire ꝑ foramen arctum pnię quantũcũq; ubi difficile videaꝛ.Et hoc foramen debet eſſe in fixa petra & firma. i. firmo ꝓpoſito nõ recidiuãdi.quia vt ait Aug. Nihil ꝓſunt lamenta ſi iterentur peccata.ſ.quo ad ꝓpoſitum iterandi. vulnus iteratum tardius ſanaꝛ.de pœ.di.iij.inanis. Tertia prudentia ſerpentis.ſ.aſpidis eſt:quia cum incantaꝛ ne audiat vocem incantantiũ obturat aures ſuas.vt ait Pſ̃. lvij. Vnam figendo in terrã:in aliam caudam immittendo.Sic & tu fac cum incantator diabolus vult te capere incãtationibus ſuarũ ſuggeſtionũ:claudas aures:cogitatiões:& affectus ne ipſis aſſentias:& hoc ex conſideratione finis peccati:quod ſignificatur ꝑ caudam:quia vt dicit apoſtolus ad Roma.vj.Finis illorum mors eſt.Et ex cõſideratione mortis corporalis ad terram proſternẽtis humiliatur homo & cauet a peccatis.iuxta illud. Terram geris: terram teris : & in terram reuerteris,qui de terra ſumeris.xiij.q.ij.in eccl'iaſtico.Quarta prudentia ſerpentis eſt:quia inſidiatur calcaneo mulieris.vt dicitur Geñ.iij.vt.ſ. occidat eam. Mulier autem voluptatem ſeu mundanam proſperitatem deſignat.Calcaneus eius eſt finis eius.Sic autem occiditur ſeu contemnitur humana proſperitas ſeu voluptas:dum attenditur finis eius:id eſt vanitas & nocibilitas. Grego.in Homil'. Momentaneum eſt quod delectat: ſed æternum quod cruciat.

## §.II.ITEM AD PRVDENTIAM PAR

ticularem ſiue monaſticam ꝑtinet illa autoritas.Prouerb. penul.Quatuor ſunt minima terræ:& ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus:id eſt prudentiora.Formicę populus infirmus quæ præparãt in meſſe cibum ſibi.Lepuſculus plębs inualida qui collocat in petra cubile ſuũ . Regem locuſta nõ habet:& egreditur vniuerſa per turmas ſuas.Stellio manibus nititur:& moratur in ædibus regum.Expone moraliter.In formica commendatur nobis prouidentia quę eſt pars prudentiæ:ꝑ quam reſpiciꝛ ad futura ſibi prouidens. Vnde Prouerƀ.vj. diciꝛ.Vade ad formicã o piger. In locuſta quę ſaltat:& poſt ſaltum retro decidit:deſignatur ĩ prudente ardens deſiderium ęternorum quę ſunt vltimus finis:qui maxime attẽditur a prudẽte.iuxta illud. prudenter agas & reſpice finem.Sed caſus locuſtę in retro. ſignificat recordationem præteritorum defectuũ & hmõi. Memoria autem pręteritorum ad prudentiã pertinet tanq; pars eius. In ſtellione qui eſt lacertulus quaſi depictus & ſtellatus: qui alas non habet:ſed manibus nititur incedere : ſignificat diligẽtiam in opatione:quæ ſupplet defectum noſtrũ. Diligentia autẽ operationis pertinere videtur ad rectam ordinationem præſentium quę eſt ſecunda pars prudẽtię: vbi in opere faciendo cõſiderãdum eſt an tale opus liceat: expediat & deceat : vt licitũ reſpiciat neceſſitatẽ: ſed ad ſalutem expediens vtilitatem : decẽs honeſtatem ſcd'm Ber. & habetur extra de voto.magnæ.In lepuſculo qd' eſt animal timidiũ velociter fugiens:ſed in petra collocans cubile ſuum:ſignificatur diffidentia de proprijs viribus ſuis & ſenſu ſuo:& confidentia in deo ſeu Chriſto quæ eſt petra. Petra aũt erat Chriſtus.Vnde Prouer.iij.diciꝛ. Ne innitaris prudentiæ tuæ.vbi Hiero.Prudẽtiæ ſuę innitiꝛ qui ea quæ ſibi agenda vel dicenda videntur patrũ decretis præponit.extra de conſtitu.ne innitaris.

Prudentia formicę.

¶De prudentia oeconomica. Cap.V.

## SECVNDA PRVDENTIA

Prudentia oeconomica

eſt oeconomica:q̃ ẽ neceſſaria ciui inquantũ eſt familię gubernator.Vbi ſciẽdũ ẽ ꝙ ſm qd' vult pħs.j.Pol.In ꝑfecta familia ſeu domo tres cõitates requirunꝛ.ſ.viri & vxoris : dñi & ſerui:patris & filij. Et prima quidẽ requiriꝛ ꝑp opus generatiõis quã natura principal'r in ea intendit.Scd'a requiriꝛ propter opus adminiſtratiõis.Nõ em̃ res gñata ſubſiſtere poſſet niſi adminiculũ ſerui adeſſet: vbi ſcd'm pħm loco ſerui non tm̃ acci piꝛ miniſter rõnalis:quẽ poſſunt diuites habere:ſed etiam mancipiũ aliqd' irrationale qd' loco ſerui pauperib⁹ deſeruit: vt bos:aſinus:vel etiã inſtrumẽtũ aliqd' lucratiuũ: vt nauis:ligo:vel aliud hmõi. Tertia requiriꝛ propter perpetuã ſpeciei cõſeruationẽ:& ideo humana vita in vno per

petuari nō pōt:ſed requirit̄ ſucceſſio filiorū in quibus nō
ſolū humana ſpecies:ſed etiā vna familia perpetuari pōt.
Scd'm has tres cōitates neceſſaria ſunt tria regimina prudē
tiæ. Nam alia prudentia requirit̄ in regimine vxoris: alia
in regimine ſeruorum: & alia in regimine filiorum.

## §. I. PRIMO ERGO CIVIS QVI

eſt gubernator familiæ:debet pollere quadā prudentia ad
regimē vxoris. Vbi ſcire oportet ꝙ vir circa vxorem tri-
plr̄ debet ſe hr̄e.ſ.ꝙ ei affabilr̄ ꝯuiuat:decēter ip̄am tractet
ſiue ꝓcuret:& ſine zelotypia diligat & viuat. In ea aūt de-
bet tria velle ſibi ꝙ ſit caſta cum pudicitia: verecunda cū
ſilentio: & pia cū diſcretione. Hæc oīa menſurāda ſunt ꝑ

*Vir debet laudabilr̄ cū vxore vitā degere.*

prudētiam viri. Primo vir cū vxore debet affabiliter viue
re. Eſt em̄ maritus ſolaciū vxoris:nō ſolū in copula carna-
li:ſed etiā in cōuictu ſociali:maxime cū vxorē non deceat
ſe multū exhibere extraneis ſocijs & ſolacijs. Poſſet em̄ cito in
famiam apud alios incurrere:& malā de ſe in corde viri ge
nerare opinionē: Ad hęc ergo vitanda, debet vir vxori eē
affabilis & beniuolus:alr̄s vita vxoris eſſet cū triſtitia. Si-
gna autē amicitiæ quæ debēt vxoribus exhiberi non ſunt
vniformiter ad oēs habenda. Si em̄ vxor eſt humilis & ho
neſta:ſunt quidē ſigna hmōi oſtendēda:& ſi aliqn̄ erret de
bet verbis blādis & dulcibus admoneri. Si vo ſit ſupba &
contumax debet aſperior increpatio adhiberi. Rex Aſuerꝰ
domeſtice ſe habuit ad Reginā Heſter quando ab ea inuita
tus ad ꝯuiuium benigne & dulciter inuitationem ſuſcępit
& cum ea familiariter comedit. Heſter. v. Ad reginam vo
Vaſthi durius ſe habuit: qa eiꝰ imperio parere cōtempſit.

*Debet decēter tractare*

Heſter. iij. Secundo vir debet vxorē decēter tractare tam in
ornamentis ꝗ̃ in alijs ad eius perſonam pertinentibus. Eſt
em̄ mulier facta in adiutorium viri ad opus generationis.
Vnde non ſicut ancilla vel ſerua tractanda eſt:ſed ſicut ſo
cia gubernanda:propter quod de media ſubſtātia viri: vt
de coſta formata eſt:ſicut ſacra ſcriptura teſtatur. Debet au
tem vir vxorem tractare in veſtimentis & alijs ornamen-
tis ſm ꝙ decet & ſuo ſtatui expedit. Decet enim vxorē mi-
litis magis honorificas veſtes habere ꝗ̃ vxorem ſimplicis
ciuis:& vxorem regis ꝗ̃ vxorem militis: & ſic de alijs dili
genter inſpectis conditionibus perſonarum ſtatuum labo
rum & temporum. Alioquin ſi ſecus fiat datur ciuitatibꝰ
magna occaſio ruinę & deſtructionis. Vnde philoſophꝰ. j.
Rheto. loquens de Macedonibus. ait eos eſſe infœlices: eo
ꝙ ſuis vxoribus illicita ꝑmittebāt. Valerius maximus ci-
ues Roma. cōmendat eo ꝙ vxoribus de indumētis & alijs
neceſſarijs prouidebant ornamētis dicens. Cōſuetudo diu
approbata apud Romanos:inde ad alios deriuata: ꝙ viri
vxores ſuas ornamentis decētibus induebāt:ſed paruo vi
ctu nutriebāt. Tertio vir debet vxorem ſic diligere vt ze-

*Vir debet zelotypiā vitare propter ſcādala inde ſequētia.*

lotypiam vitet alioquin ſibi magnū nocumentum nō ſer
uādi fidem prębet. Infertur quidem nocumentum magnū
viro:ſi nimis circa vxorem eſt zelotypus:quia ſemper eſt
in ſuſpitione:& ꝑ conſequēs in cordis anxietate: vn̄ fit cū
vna cura aliā impediat ꝙ retrahat̄ a debitis operibus ciui
libus:propter quod ad cōuiuendū cum alijs ciuibꝰ grauis
redditur & ineptus. Item vxori ex hoc non ſeruandi fidem
incitamentum præſtat. Id enim quod prohibetur ex ipſa
ꝓhibitione magis ꝯcupiſcitur. Nā ſm philoſophū. ij. Rhe
tho. Concupiſcētia eſt eius qd' abeſt:non aūt eius quod ad
eſt. Et cū ex ipſa ꝓhibitione res ꝓhibita videat̄ abeſſe eo-
ipo magis deſideraf. Ex quo ſequit̄ vxores zelotypoꝝ ma
gis incitari ad malum:quia in his magis augetur concupi
ſcentia eorum quę prohibentur:vel a quibus ſe priuari ꝑ
viros ſuſpicantur. Mandauit deus in veteri lege:vt vir ꝓ
pter amoris zelotypiam falſum crimen vxori non impo-
neret. aut per odium non affligeret:ſed potiꝰ ſcripto libel-
lo repudij eam dimitteret. Deutero. xxiiij. Quod permiſſi-
ue fuit factum:vt dixit Chriſtus Matthęi. xix. ad vitādum
vxoricidium. Vnde non ſine peccato hoc faciebāt. Nunc
nullo modo illud toleratur per leges canonicas. Et Vale-
rius narrat ꝙ quidā ex nimio amore ad vxorem ip̄a mor-
tua ſe interfecit.

*Fides ē ſeruāda inter vxores & h̄ oī iure ꝯtinet̄.*

## §. II. AB VXORE AVTEM VIR QVE

rere debet quę muliebri ſexui vident̄ competere:inter quę
primū eſt ꝙ ſit caſta & pudica. Decet em̄ vtrūq; coniugē ſi
bijnuicē fidem ſeruare. Ad hoc em̄ aſtringuntur:nō ſolum
diuino præcępto quo omnis fornicatio ꝓhibet̄: ſed etiam
iure naturali qd' dictat cōiunctionē maris & fœminę eē in
diuiſibilem propter bonū prolis procreādę:& ad profectū
producendę. Ad qd' requirit̄ permanētia maris cum fœmi
na vſq; in finem:ex quo apparet matrimonium eſſe de iu-
re naturali. Maxime aūt decet & expedit bonis matrimonij
ꝙ vxor polleat caſtitate:qa eius violatio eſt periculoſior
ꝗ̃ violatio viri ꝓpter incertitudinē filiorū adulterorum q
in hæreditate paterna ſimul cum legitimis poſſent ſucce-
dere. Item & hoc cōditione mulieris magis repugnat ꝗ̃ cō
ditioni viri. Ad caſtitatem autem vxoris multum facit ſo-

*Caſtitas regrit ſobrietatē.*

brietas:& cibi parcitas quibꝰ maxime mulieres debēt pol
lere. Debent em̄ eē temperatę circa cibum & potum:ꝓpter
quod natura facit eas eſſe paruę & rarę digeſtionis:& ꝑ cō
ſequens paruæ ſumptionis. Recitat Valerius maxi. ꝙ Ro-

*Mulieres Romanæ antiquitus a vino abſtinebant.*

manis mulieribus neſas erat vinum bibere. Vnde ait ꝙ vi
ni vſus olim Romanis fœminis ignotus erat: ne in aliqd'
dedecus prolaberentur:qa vſus vini conſueuit eſſe proxi-
mus ad veneream incontinentiam. Non ſolū aūt vxorem
decet eſſe caſtam in veritate:ſed etiā pudicā quātū ad exte
riores corporis geſtꝰ. Debet em̄ ab omni ſpecie mala abſti
nere:puta a petulantia oculorū:diſcurſibus ſupfluis:inor-
natis corporis motibus:viroꝝ colloquijs:ludis virilibꝰ:
& ab omnibus hmōi:quę earū honeſtatem in oculis hoīm
poſſent aliqualiter denigrare. Vn̄ Chryſo. in quadam Ho
mil'. ſuper Ioan. dicit ꝙ mulieris eſt domi philoſophari:id
eſt in domo operoſam continue ſe reddere & a diſcurſi-
bus ſe cohibere. Eſt enim. vt dicitur in tractatu de abuſio.
vnum abuſionis genus mulier ſine pudicitia. Gratia au-
tem ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata. Eccl'i. xxvj.

*Mulier debet eē verecūda.*

Secundo debet vir in vxore quærere ꝙ ſit verecunda & ta-
citurna. Verecundia enim ſecundum philoſophum. vij.
Ethic. eſt quædam paſſio quæ conuenit ætati iuuenili: &
hoc maxime competit mulieri. Cū em̄ ſm eundem Philo-
ſophū. verecūdia ſit timor inglorationis:ille maxime eſt
verecūdus:qui maxime timet confundi vel erubeſcere co-
ram alijs. Talis autem eſt qui eſt laudis appetitiuꝰ:& iterū
qui eſt parui cordis. Mulieres autem ſūt laudis appetitiuę
propter carentiam virtutis & operum virtuoſorum: & ex
hoc ſunt erubeſcitiuę timentes confundi in conſpectu alio
rum. Item ſunt timidę ex paruitate cordis quaſi oīa expa-

*Mulieres ſunt timidę.*

ueſcētes. Cum aūt hęc paſſio ſit laudabilis & quędam cate-
na retrahens a multis turpibus quęrenda eſt in vxore vere
cūdia:alioquin ſi mulier verecundiā perdit: efficitur auda
ciſſima ſine fræno. ſm illud Hiere. iij. Frons mulieris mere
tricis facta eſt tibi:noluiſti erubeſcere. Et intātum excedit
ꝙ vix inuenit̄ aliquis vir qui perpetraret illa:quæ mulier
inuerecunda attentaret ſiue in turpibus ſiue in quocumq;
genere peccatorum. Mulier em̄ in eo quod concipit cōiter
excedit ſiue in bono ſiue in malo. & hoc contingit ꝓpter
paucitatē ratiōis & abundantiā paſſionis. Signum autem
hmōi laudabilis paſſionis videt̄ eſſe ſilentium ſiue tacitur
nitas:& ideo nō decet mulierem eſſe garrulam vel litigio-
ſam:quia hoc maxime indicat audaciam virilem:quā mul
tum vitare debent mulieres. eſt em̄ ſm philoſophū ſilētiū
ornamētū mulieris. Vn̄ in hmōi ornamēti laudem dr̄ Ec-
cl'i. xxvj. Mulier ſenſata & tacita nō eſt immutatio aīę eru-
ditę. Exemplum de Sara quæ viris:id eſt angelis comeden
tibus ſub arbore non exiuit ad eos:ſed tanq; verecunda &
taciturna in tabernaculo manſit. Tertio debet vir in vxo-

*Debet eē miſericors.*

re quærere ꝙ ſit pia & miſericors:ſed cū diſcretione. Mulie
res enim communiter & pueri ſunt miſeratiui:ſed pueri ꝓ
pter innocentiam credentes alios eſſe innocentes. Et ideo
omnes indigne putant aliquid pati. Mulieres vero ꝓpter
mollitiem complexionis quam anima naturaliter imita-
tur:& ideo nihil durum alijs ſuſtinere poſſunt. Ad hoc au
tem maxime inducenda eſt vxor propter duo. Primo pro-
ptr familiam quā debet cōſolari:eo ꝙ cōiter in domo ha-
bet reſidere. Debet em̄ eſſe ſolicita & operoſa ad ea quę ſūt
in familia & ꝑ familiam agēda. Secūdo propter eleemoſy
nas pauperibus erogandas. Viri em̄ ſunt intenti ad merca
tiones:& ad alia opera magna ad hoc ꝙ familia non defi-
ciat in neceſſarijs:& ideo frequenter negligunt pauperes
& ſeipſos in his quę ſpectant ad deum:quapropter vxores
in hac parte defectum virorum ſupplentes debent eſſe elee
moſynarię & pie tam pro ſe ꝗ̃ pro viris. Exemplū de Ma-
ria Magdalena cum alijs mulieribus quę Chriſto mini-
ſtrabāt



ſtrabant de facultatibus ſuis. Marci. xv. & Luc. viij. Et reci-
piebant hoſpitio. Lucę. x. Et de ſepultura eius. Marci. xvj.

## §. III. LICET QVANTVM AD CON

ſtitutionem domus imperfectæ poſt communitatem viri
& vxoris prius ſit tempore communitas dn̄i & ſerui ꝗ̃ pa-
tris & filij:natura tamen in parētibus magis eſt ſolicita cir-
ca filios ꝗ̃ circa ſeruos:& ideo prius eſt agendum de regi-
mine filiorum: vltimo de regimine ſeruorum. Sciendū eſt

*Patres debētē ſoliciti circa filios.*

igitur ꝙ patres debent eſſe ſoliciti circa filios. Ad quorum
curam obligantur tam iure naturali ꝗ̃ diuino. Iure quidē
naturali:quia filius eſt aliquid patris. Eſt enim generatus
de ſubſtantia patris:ſiue per modum principij tantum acti
ui:vt dicunt naturales:ſiue per modum principij actiui &
materialis:vt dicunt medici:vt videlicet pars deciſa a pa-
tre in ſimul cum materia a matre miniſtrata ſit de ſubſtātia
corporis filij materialiter. Eſt autē naturale ꝙ quilibet dili
gat opera ſua:vt vult philoſophus. iij. Ethic. Vnde patres
diligūt filios:& poete poemata ſua. Hoc etiam apparet ex
natura totius quod ad ſe naturaliter partem ſeparatam tra
hit:pater autem ad filium ſe habet vt totum ad partem. Ex
quo patet ꝙ vehemens eſt amor patris ad filium quaſi ſui
ad ſe. Ex amore autem ſolicitudo cauſatur circa dilectum:ſi
cut ergo patres eſſe ſubſtantię filijs contulerunt: ſic cōferre
tenentur nutrimentum quantum ad gubernationē corpo-
ris: & diſciplinam quantum ad regimen morum. Iure qui
dem diuino ad hoc quidem obligantur:ſicut dicit ſcriptu-
ra ex ore ſapientis. Si filij tibi ſint erudi eos: alioqn patres
q ſunt negligētes circa correctionē filiorum participes exi
ſtunt peccatorum eorum:& frequēter iuſto dei iudicio etiā

*Heli ꝓpter filiorū incorrectionē a dn̄o ꝑcuſſus fuit.*

in hac vita puniuntur. Heli ſummus ſacerdos Iudæorū:qa
negligens & remiſſus fuit in correctione prauorum filioꝝ
dure a dn̄o increpatur:qui tandē iuſto dei iudicio morte ſu
bita ac miſerabili:quantū ad oculos hominum:ruptis cer-
uicibus a tergo cadendo extinguitur. j. Regū. iiij. Et Dauid
etiam quia negligens fuit in correctione filiorum punitus
fuit ex multis malis quę fecerūt: vt dicit Gratia. diſt. xlvij.
ſicut hi qui per inſaniam. §. neceſſe. Quia autem ſermones
vniuerſales in moralibus ſunt minus vtiles: conſiderari
oportet in ſpeciali ea a quibus filij per patres ſunt retrahen
di. Et ea ad quæ ſunt inducendi. Sunt autē tria pręcipue ad
quę iuuenes naturaliter inclinantur:a quibꝰ retrahi debēt
per patres. Sunt enim paſſionum ſectatores:in verbis pro-
caces ſeu lapſu linguę præcipites:& in ſenſu proprio perti-
naces:ſunt autem tria ad quæ ſunt inducēdi:ſcilicet ꝙ ſint
diuinorum cultores:ꝙ ſint honoratiui maiorum:& ꝙ ſint
ſectatores bonorum morum. Primo ergo iuuenes naturali

*Adoleſcētes ex natura inſequūt̄ paſſiōes*

ter inſequuntur paſſiones:quod eis contingit ex abundan
tia caloris & feruore ſanguinis ex quo ſit incitatio ad con-
cupiſcētias venereorum. Cum ergo omnis homo agat vel
ex ratione vel ex paſſione:iuuenes autem vſu rationis ca-
reant:conſequens eſt eos ex paſſionibus agere & earum eſſe
inſecutores:ab his aūt retrahi poterūt per literarum ſtudiū
& artium mœchanicarum exercitiū. Vnde ab infantia ſunt
deputandi ad hmōi opera:& maxime ad ſciētias liberales:

*Sciētiæ liberales.*

vt eſt grammatica quę directiua ſermonis eſt in loquendo
congruum. Ad dialecticam:quę eſt directiua rationis in cō
cludendo verum. Ad rhetoricam:quę eſt ſuaſiua in propo
nendo ornatum. Ad muſicam:quæ eſt delectabilis in vitā
do otium. Ad arithmeticam:quę eſt inſtructiua proportio
num in ſciendo numerare. Ad geometriam:quæ eſt mēſu-
ratiua quantitatum in videndo ſpatia terrarum. Ad aſtro-
logiam: quæ eſt perſpectiua aſtrorum cognoſcendo natura
les effectus corporum cœleſtium. Exemplum in Philippo
patre Alexandri magni:qui philoſophos plures deputauit
ad eruditionē Alexandri. Similiter octauianus filios ſuos
faciebat exercitare in exercitijs corporalibus:vt in iacien-
do lapidem, fundā, ſaltando, ſagitando & hmōi. Filias aūt
ſuas lanificijs fecit inſtrui:vt artem haberent & vſum viuē
di. Et valent hæc ad otiū iuuenū vitandū. Sunt inſuper iu-
uenes in verbis laſciuis procaces & lapſu linguæ præcipi-
tes. alijs conuitiando & faciliter deierando. mouentur autē
ad verba laſciuię per hoc ꝙ effręnatis affectionibus ad ve-
nerea incitantur. Vnuſquiſq; aūt ſecundū philoſophū dele
ctabiliter cogitat loquitur & operatur ea ad quæ afficitur.
Erumpunt aūt faciliter ad iniurias inferendas:ſiue ex eo ꝙ
alijs ſe maiores reputāt:feruore ſanguinis & calore in eis vi
gente. Siue etiā qa paucoꝝ experti & nō repulſam ſunt paſ
ſi: Vn̄ ſm philoſophū. ij. Rheto. Animoſi ſunt cōiter & bo
nę ſpei. Frequēter aūt deierāt:vel ad deierandū ſunt faciles
qa nōdū aliqua cōſciētia regūtur & ſeipſos totaliter igno-
rant. Et ideo nullo remorſu cōſciētię tacti faciliter enūtiāt
qd' eis in mentē euenerit. Nō etiā decentiā cōuiuendi alijs
reſpiciunt:cum multū mentiendi conſuetudo & deierandi
repugnet. Ab his aūt vitijs linguę iuuenes retrahuntur per
monita paterna & materna. Debent em̄ parentes continue

*Parētes inſiſtāt correctioni filiorum.*

correctioni filiorum inſiſtere:modo admonēdo:modo in-
crepando:modo verberando:& filij debent paternis moni
tionibus obtemperare ſcd'm documentū Salomonis ī mul
tis locis lib. Pro. Alioquin fiūt iniurioſi, cōtumelioſi, blaſ
phemi, & verba ſcurrilia loquentes. Quapropter philoſo-
phus. vij. Pol. docet iuuenes circa locutiōes eſſe coercēdos.
Debent autem inſtrui ſtatim ab ipſa infantia propter te-
neritatem ætatis:ex qua dociles exiſtentes cito recipiunt
formam bonam. Si autem per negligentiam parentum:
aut propter aliquam innatam in natura malam diſpoſi-
tionem ad huiuſmodi vitia vel alia aſſueuerunt: difficile
erit eos abducere quādo ad ętatem perfectiorem peruene-
rint. Refert Greg. in lib. Dial'. puerum qnq; annoꝝ ignibꝰ
gehennæ deputatum: participāte patre in pœna eiꝰ:qa nō
correxerat:ex eo ꝙ ex mala cōſuetudine frequēter linguam
in dei blaſphemiā relaxabat Item ſunt in ſenſu ꝓprio ꝑti-
naces. Faciliter em̄ annuntiant qd' ignorāt. Et ideo vt plu-
rimū fatua & falſa loquunt̄. Et qa glorioſi volūt apparere
hoc pertinaciter defendere ſatagunt. Inſup grandia ꝑ præſu-
munt paucoꝝ experti:ad quę peragenda non ſufficiunt̄:&
tamen ꝙ male fecerint ex pertinacia confiteri erubeſcunt.
Ad his aūt retrahi poterūt:ſi negotia ardua & alicuius pō-
deris:puta regimina vel mala cōſilia:aut aliqua hmōi eis
non tribuantur. Nam ſm pħm nō ſunt iuuenes eligēdi du
ces:eo ꝙ conſtat eos non eſſe prudentes. Roboā filius Salo
monis pertinax fuit:& prudētia caruit:quando cōſilio an-
tiquorum non acquieſcens:conſilium iuuenum ſecutꝰ eſt
dure & ſuperbe populo reſpondendo: propter qd' magnā
partem regni meruit amittere. iij. Reg. xij.

## §. IIII. INTEREA VIDENDVM EST

*Etas iuuenilis eſt inducēda primitꝰ ad cultū diuinum.*

ad quæ ætas iuuenilis eſt inducenda. Et dicendū ꝙ in fide
& diuino cultu prius eſt inſtruenda. Cum em̄ ea quæ ſunt
fidei ſupra rationē exiſtant: tanto citius proponi debent:
quanto eis facilius acquieſcitur. Pueri autē qui rationem
dictorum nō quęrūt cito ſunt creduli. vt philoſophꝰ dicit
ij. Rheto. Et maxime his quę dicūtur a parentibꝰ: a qbꝰ nō
credunt ſe falli. Vnde dicitur. ij. Ethi. ꝙ iuuenes ſolū eru-
diuntur a lege. Appellat aūt ibi philoſophꝰ eruditiōes a le
ge documēta parētū maxime quātū ad fidem quā tenent.
Eſt autē valde vtile ꝙ iuuenes in his quæ dei ſunt erudiā
tur ab infantia:quia ſic aſſueti firmius adhęrent: nec poſ-
ſunt auerti poſtmodū propter conſuetudinē iam in natu-
ram cōuerſam. Eſt enim conſuetudo altera natura. vt dr̄ in
lib. de memo. & remi. Cuiꝰ cauſa aſſignatur a philoſopho
ij. Rheto. vbi dicitur ꝙ natura eſt ſemꝑ: conſuetudo aūt ſę
pe. Sępe aūt propinquū eſt ei quod ſemꝑ eſt: & ſic conſue
tudo eſt propinqua naturę. Vt aūt ea quæ dicta ſunt iuue-
nes capiāt:alliciendi ſunt vt eccleſias frequentent: vbi di-
uina myſteria celebrātur:& ꝙ geſta ſanctorū: miracula &
hmōi frequēter audiant. Ideo apl'us ad Ephe. vj. admonet
patres dicens. Educate filios in diſciplina & correctione
dn̄i. Vnde lex vetus inſtituit ꝙ patres circa filios eſſent ſo
liciti de inſtructione diuini cultꝰ. Ideo dicit̄ Exod'. xij. Cū
dixerint vobis filij veſtri quæ eſt iſta religio. Dicetis eis:
victima tranſitus dn̄i eſt. Exemplum Tobiæ: qui docuit
filium ſuum ab infantia timere deum & abſtinere ab omi

*Adde ꝙ venerāda eſt ſenectꝰ ꝑ l. ſemꝑ & ibi. Bar. ff. de iure immu.*

peccato: vt patet in libro eius capi. j. Deinde ſunt inducē-
di vt reuerentiā maioribus impendant:& maxime parenti
bus. Decet enim iuuenes maiores & antiquiores venerari.
Vnde Leuit. xix. mandatur. Coram cano capite conſurge:
& honora perſonam ſenis. Et ideo inter pręcępta quę dan-
tur reſpectu ꝓximi:primum datur de honoratione paren-
tum:vnde in commendationem huiꝰ pręcæpti pœna aſpe
ra & dura olim infligebatur tranſgreſſoribus. Præcępit em̄
Moyſes. Deutero. xxj. ꝙ filius contumax & proteruus:&
parentum imperio obedire contemnens: deberet a popu-
lo lapidari. Videmus etiam in hac vita frequenter multa

aduerſa filijs euenire diuinitus:quando parentibus ſunt in
feſti.Exemplū de illis decem fratribus de quibꝰ narrat Au
gu.xxij.de ciui.dei.c.viij.circa finem.qui duri & infeſti ma
tri ſuæ:cum propter hoc malediceret eis:effecti ſunt mem≠
bris tremebundi.

## §.V. VLTERIVS INDVCENDI SVNT

*Inducēdi ſūt iuuenes ad bonos mores,*

iuuenes ad bonos mores inter quos tres pręcipue expediūt
ad perfectionē iuuenilis ætatis.Mores em̄ poſiti a philoſo
pho.ij.Rheto.quorū ſex ſunt laudabiles:& ſex vituperabi≠
les ſunt quodāmodo naturales.Et ideo de his taceamus li≠
cet eos pro maiori parte incluſerimꝰ in antedictis. Loqua≠
mur autem ad præſens de moribus neceſſario acquirendis:
ſine quibus iuuenes fiunt vitioſi:maxime cum ad perfectā
peruenerint ætatem:& ideo a pueritia conādum eſt ad eos
habendos.

¶Primo em̄ debent eſſe morigerati circa cibum & potum
ne fiant guloſi & leccatores.

¶Secundo circa ludos decentes & congruos:ne fiant blaſ≠
phemi & taxillorum luſores.

¶Tertio circa honeſtas ſocietates:ne fiant malorum homi
num ſectatores.

*Adde ſecūdum hie.ꝙ ꝗ uis multi ſint vino ſobrij cibo rū tn̄ ingurgitatę ſunt æbrij.*

Primo ergo adhibenda eſt cautela circa filios:ne ſint intē≠
perati circa comeſtibilia. Nam ex cibo inordinato modo
ſumpto efficiuntur guloſi:& ad conuerſandū inepti.Ex vi
nē etiā intēperate ſumpto fiunt multipliciter vitioſi.Facili
ter em̄ fiunt ębrioſi:laſciui:& rixoſi.Ebrioſi quidem: quia
aſcendentibꝰ fumoſitatibꝰ quæ habēt ex vino generari tur
batur cerebrū:quo turbato ratio deprimitur:& ſic eiꝰ vſus
impeditur:vnde ębrietas cauſat̄.Fiunt etiā laſciui ꝑ hoc ꝙ
corpus caleſit:quo calefacto fit incitatio & ꝓuocatio ad lu
xuriā.Venter em̄ & genitalia ſcd'm Hiero.ſunt vicina mē
bra:vt ex vicinitate membroꝝ intelligat̄ confederatio vi≠
tioꝝ:quia vt dicit idem.Venter mero ęſtuans facile deſpu
mat in libidinē.diſ.xxxv.vēter.Fiunt etiā rixoſi:qd' ex pri
ma cauſa cōtingit.Nā cerebro turbato & vſu rōnis amiſſo
faciliter prorūpunt in verba inordinata.Ex hoc cauſantur
lites & diſſenſiones.Habet em̄ vinum in nimia quantitate
ſumptū ſanguinē inflammare:& per conſequēs hoīem ani
moſum reddere & iraſcibilem. Propter hoc aſſuefaciendi
ſunt iuuenes ad parcitatem cibi & potus. Tullius lib.ij.de
Tuſcul.quęſtionibꝰ narrat ꝙ Licurgi laboribꝰ & abſtinen
tijs erudiūt iuuentutē:venādo:currendo:eſuriendo:ſitien≠
do:algendo:eſtuando.Et Sene.li.ij. de ira dicit ꝙ educatio
filiorū maximā diligentiā plurimū ꝓfuturā deſiderat.Fa≠
cile eſt em̄ animos teneros cōponere:ſed difficile ſcindūtur
vitia q̄ nobiſcum creuerūt.Vnde Prouerb.xxij.Adoleſcēs
iuxta viam ſuam graditur:cum ſenuerit non recedet ab ea.

*Ad honeſtos ludos inducēdi ſūt pueri.*

Secundo inducendi ſunt ad ludos decentes & honeſta ſola
tia.ſcd'm em̄ Pħm.viij.Poli.Ludꝰ eſt neceſſarius in vita hu
mana.Eſt em̄ vt dicit quædā deductio per quam vitantur
tædia vitæ:inertia corporis:& ꝓnitas ad laſciuiam. Pueri
em̄ neſciunt eſſe otioſi:quia humana mēs naturaliter otiū
refugit.Et ideo ꝑmitti debent circa ludos occupari: dūmo
do non ſint inhoneſti:alioquin vagari incipiunt de illici≠
tis cogitationibꝰ.Vitatur etiā ab eis inertia corpalis: dum
per conuenientes ludos eoꝝ mēbra habiliora reddūtur ad
grauiora exercitia ſuſtinēda:eis peruenientibus ad ætatem
perfectā.Hmōi aūt ludi non ſunt ſolū intelligendi qui per
corpus exercētur:vt trochi ludus.ſicut dicit Cato.ſed etiam
qui auditu & viſu percipiūtur.Vnde eis interdū ſunt reci≠
tandę honeſtæ fabulæ & parabolicæ ſm̄ fictionē Eſopi:&
aliquæ pulchræ hiſtorię:quibꝰ libenter intendant. Coercē
di etiā ſunt ab impudicis & inhoneſtis viſibilibꝰ non ſolū
in veritate verū etiā in imaginibꝰ & picturis:vt vult Pħs
vij.Ethi.Cū Hiſmael filiꝰ Abraę ex ancilla natus Iſaac fra≠
trem ſuum natū ex libera matre. ſ.Sara vellet inducere ad
turpem ludum idolatrię vel laſciuię:egre ferens Sara dixit
ad Abraam virum ſuum.Eijce ancillā & filiū eiꝰ.Geñ.xxi.

*Inducēdi ſūt ad ſocietates honeſtas,*

Tertio inducendi ſunt ad ſocietates honeſtas & retrahendi
a prauis.Inter cętera enim quę maxime nocēt eis eſt inordi
nata ſocietas.Fiunt em̄ ex hoc vani fures:& vniuerſaliter
ad omnia vitia:quibus ſocios vidēt irretitos:faciliime cō
uertūtur:quod eis contingere videt̄ ꝓpter tres ꝓprietates
quę in eis reperiuntur.Sunt em̄ molles & faciliter ductibi≠
les Complexionē em̄ corporis tenerā cōſequit̄ cōditio aię.
maxime quantū ad patrē ſenſitiuā:cuiꝰ operationes pueri
maxime inſequuntur.Mollia autē & ductibilia faciliime
impreſſionē recipiūt ad modū cęrę.Iuuenes ergo ad mores
ſocioꝝ cito inclinant̄.Sunt etiā nimis amatores amicitia≠
rum.vt dr̄.ij.Rheto.Et ſodales diligunt:quia gaudent con≠
uiuere ſimilibꝰ.Vbi eſt aūt multa iuuenū congregatio ibi
multum eſt de ſenſualitate & parū de ratione:& ſic neceſſe
eſt fieri vana & diſſoluta ac multum inordinata.Item iuue
nes ſunt multum creduli:vt dictū eſt.ſ. Cum em̄ parum vi
geant rōne faciliter credunt:& ideo cito poſſunt ſeduci.Igi
tur ꝓpter ꝑ̄dicta debent patres:ſiue per ſe ſiue per pedago≠
gos filios admonere: vt diligenter conſiderent ſocios ma≠
gis maturos & compoſitos cum quibꝰ cōuerſentur:alioſq;
deuitēt & fugiant.Narrat Boe.in lib.de diſci.ſcho. de filio
Lucretij ꝙ fuit abſq; diſciplina nutritus: conſumens bona
paterna cum aleatoribꝰ & leccatoribus:hic cum a patre de
patibulo frequenter eſſet redemptus:demū iterum captus
patris pœnuria redimi non potuit:qui cum lachrymis vo
ce querula oſculum a patre petijt:& cum pater acceſſiſſet ad
eū:naſum patris filius morſu acutiſſimo ſecuit dicēs.Qua≠
re bonos ſocios contempſi:quare magiſtri documentis nō
obediui:quare meis prauis moribus non obſtetiſti. Nunc
de te capio vindictam.

*De filio Lucretij aleatore & æbrio.*

## §.VI.EXPEDIT AVTEM ET CONVE

niens eſt aliquos eſſe ſeruos:& hoc tribꝰ de cauſis.ſ.Propter
appetitus corruptionē.Propter intellectus depreſſionem.
Et propter rerū tpalium adminiſtrationē. Quia em̄ aliqui
ſunt in appetitu deprauati & ad mala proni. dignū eſt eos
ſeruos aliorū exiſtere & pœna ſeruitutis puniri: & iſta fuit
prima cauſa inducens ſeruitutē:vt patet de filio Noe noīe
Cham verenda patris deridēte propter cuiꝰ irreuerētiā to≠
ta eius poſteritas ſeruituti eſt addicta.Item dignum eſt ali
quos eſſe ſeruos aliorū ꝓpter intellectꝰ depreſſionē: & iſta
eſt cauſa quodammodo ex natura inducta: vt tangit pħs.j.
Pol.Qui em̄ ſunt corpe fortes & robuſti ad onera ſuſtinen
da intellectu deficiūt vt plurimū:& hi apti ſunt ad ſeruien
dum vt a ſapientibus regant̄. Qui vo ſunt carne molles &
viribus corporis deſtituti:intellectu ſunt vigētes vt pluri≠
mū.Et hi apti ſunt ad dominandū & alios regendum. Item
expedit aliquos eſſe ſeruos ꝓpter pœnuriā rerum tēporaliū
ex qua maioribꝰ ſeruire tamq; eorū miniſtri cogūt̄: qui vt
corporaliter ſuſtētent̄:aliorū regimini ſe ſubdūt. His viſis
videnda ſunt quę & quot obſeruāda ſunt ad hoc ꝙ conue≠
nienter habeant ſe ſerui ad dños:& econuerſo.Eſt autē ſciē≠
dum ꝙ ſerui ad dños ſe debent habere tripliciter: ad hoc
ꝙ digne exerceant officium debitum:ſcilicet ꝙ ſint fideles
in cōmiſſis a dñis ſuis.Intelligentes in pręceptis. Et decen≠
tes in obſequijs.Debent ergo primo eſſe fideles in his quæ
eis a dñis cōmittuntur.Nomen em̄ ſerui a ſeruiēdo dictum
eſt:vel a ſeruando.Ille igitur vere ſeruus eſt qui in ſeruien
do eſt conſeruatiuus bonorū dñi ſui.Vnde in commenda≠
tionem fidelitatis ſeruorū : promittit eos dñs ſupra multa
conſtituere:qui etiam in pauco fuerūt fideles. Matth.xxv.
Narrat Valerius lib.iij.de quodam milite Cęſari fideliſſi≠
mo:qui cum eſſet captus et ad Antonium adductus inui≠
tatus ab eo ꝙ Cęſaris miles non eſſet amplius : ſed ſuus:re≠
ſpondit.Iugulari me potius iube:quia nec ſalutis beneficio
nec mortis ſupplicio abduci poſſum:vt Cęſaris miles eſſe
deſinam:& tuus eſſe incipiam. Antonius autem ſuę fideli≠
tatis merito vitam conceſſit.Non ſolum autem debent eſ≠
ſe fideles:ne dominos ſuos defraudent : ſed etiam prouidi
& intelligentes:ne ab alijs circa dominorum bona defrau
dentur:& vt etiam ea quæ eis mandantur recte appræhen
dant & debite exequantur:vnde dominus in euangelio cō
mendat ſeruum qui cum fidelitate habet prudentiam.Fide
lis inquit ſeruus & prudens quem conſtituit dominus ſu
per familiam ſuam.Matth.xxiiij. Vera autem prudētia ſer
uorum eſt quando cum intelligentia ſtatim ſequitur prom
pta obediētia.Vnde Hiero.ſuper Hiere.ait. Serui eſt dimiſ
ſo capite aure patula prompta voluntate ad obediendum
audire vocem domini. iuxta illud Samuel.j. Regum.iij.
Loquere domine:quia audit ſeruus tuus. Debet ergo ſer
uus mandatum domini attente audire : recte appræhende
re & ipſum ſine dilatione executioni mandare . Quidam
monachus dum ſcriberet in cella & primam partem literæ
o inchoaſſet a ſuo patre abbate vocatur qui mox literam
incompletam dimittens de cella egreditur vt abbatis
imperio

*Serui ad dños ſe debēt hr̄e tripliciter.*

*Serui debēt eſſe ꝓuidi.*



imperio pareat.Rediens vero literam illā merito obedien
tię ex auro cōpletam inuenit diuinitus. Decet tertio ſeruos
eſſe decentes & puros nō ſolū mūditia corporali quā decet
habere miniſtros:ſed multo magis mūditia mētali ne ſint
morum corruptores in familia. Ex hoc em̄ poſſet præſtari
magnū nocumentū tā filijs q̄ etiā filiabus & etiā alijs qui≠
buſcūq; in domo ꝑmanētibus. Vñ Pſ.c. Ambulans in via
immaculata hic mihi miniſtrabat.Exemplū in Ioſeph qui
de adulterio inuitatus ab vxore dñi ſui operi nefario nul≠
latenus acquieuit:ſed dixit.Ecce dñs meus oībus mihi tra≠
ditis:ignorat quid habeat in domo ſua:nec quicq; eſt quod
nō in mea poteſtate ſit pręter te quę vxor eius es.Quomo≠
do poſſum hoc facere.Geñ.xxxix.

## §.VII.DOMINI AVTEM AD SER

uos ſimiliter tripliciter ſe habere debent. videlicet.

¶Vt ſint in loquēdo placidi:ne verbis durioribus exaſpe≠
rentur.

¶In remunerando bñfici:ne cōpulſi neceſſitatibꝰ furētur.

¶Et in mādādo diſcreti:ne nimis grauaminibꝰ onerentur.

*Dñi erga ſeruos nō debēt eē nimiū aſperi.*

Primo ergo decet dños ad ſeruos eſſe vbis placidos. Aſpe≠
ritas em̄ verboꝝ reddit dños ſeruis oneroſos: vt non eis a
ſeruis prōpto aīo ſeruiatur. Aduertendū tñ̄ eſt ꝙ non decet
dños ſe nimis familiares exhibere ſeruis:ſic em̄ venirent in
cōtemptū.Eſt ergo mediū tenendū quātū poſſibile eſt: vt
videlicet nō nimis inhumanos ſe reddāt:nec ſe nimis cōtē
ptibiles exhibeāt.Nam em̄ vt ait Ariſt.v.Poli.Princeps de
bet eē ſeuerꝰ.i.reuerēdus:qd' pōt intelligi in quocūq; regi≠
mine ſiue reſpectu vxoris vel filioꝝ:ſeu etiā ſeruorum: vel
oeconomico ſeu etiam politico & regali. Secūdo decet eſſe
dños bñficos in remunerando.Debēt em̄ ꝓuidere neceſſi≠
tatibꝰ ſeruoꝝ ſcd'm decētiā & exigentiā ſeruoꝝ & cōuētio≠
nes pactoꝝ:alioqn efficiūtur fures & diſſipatores bonorū
dñoꝝ ſuorū.

*Debent eē diſcreti erga ſuitia.*

Tertio decet dños eſſe diſcretos circa ſeruitia
diſtinguēda & imponenda ſeruis. Debent em̄ dñi experiri
prius cōditiones & qualitates ſeruientiū:& quoſdā ad quę
dā deputare:& quoſdā ad alia ſcd'm eoꝝ idoneitatē diuer≠
ſam.Nec etiā debent eos grauare quantitate ſeruitioꝝ:vel
etiā diuturnitate laboris,ſed menſurare eoꝝ vires & ꝓpor
tionare laboribꝰ.Sic em̄ oīa ordinate fiāt & tota res dome
ſtica in pace quieſcet.Mandauit deus in lege veteri ꝙ ſerui
modeſte a dñis tractētur ne videlicet imoderatis laboribꝰ
affligerent̄.Vñ voluit in Deut.v.ꝙ in die ſabbati requie≠
ſceret ſeruus & ancilla.Et iterū:ꝙ in ſeptimo anno a ſerui≠
tio liber eſſet. vt habet̄ Deut.xv. Ad prædicta menſurāda
expedit dñis primo ꝙ ſint conſideratiui ſuæ cōditionis ad
hoc ꝙ deprimat̄ in eis tumor elationis.Debēt em̄ cōſidera
re ſeruos ex eiſdē ſeminibus eſſe ortos.ſicut dicit Sene.Eo≠
dem frui cœlo:æque ſpirare:ęque mori.Præterea cogitare
debent hęc eſſe bona fortunę:q̄ in ſibi ſubiectis frequenter
placidos:triſteſq; commutat vultus.Neſcis inquit Seneca
qua ętate Hecuba ſeruire cœperit qua Creſus:qua Darij ma
ter:qua Prelo:qua Diogenes. Sic ergo cū inferiore viuas:
quēadmodū ſuperiorē tecū viuere velis.Inſuper conſide≠
rare debent dñi ſe ab vno deo eſſe ꝓductos ad ſuā imaginē
eſſe factos:& eiuſdē glorię eſſe capaces.Qua propter deꝰ ho
mines quos ſic æqualis conditionis condidit:non homini
bus ꝑ̄tulit:ſed pecoribus.Dominamini inquit piſcibꝰ ma≠
ris & volatilibus cœli &c.Gene.j.Vnde dicit Augu.ꝙ pri
mi iuſti paſtores pecorum magis q̄ reges hoīm conſtituti
ſunt.Exemplū de ſeruo nequā quia noluit compati ſocio
de paruo debito miſſus fuit in carcerem. Matth. xviij.Exē≠
plum de beato Martino qui in militia ſeruiebat ſeruo ſuo
cum debuiſſet ſeruiri ab eo.

¶De prudentia regnatiua. Cap.VI.

*Prudentia dr̄ legis poſitiua.*

## POST PRVDENTIAM DIRE

ctiuā familię:q̄ dr̄ oeconomica:vt recto ordine
ꝓcedamus:agendū eſt de prudētia q̄ dr̄ regulati
ua ſiue legis poſitiua.Hęc em̄ eſt homini neceſ≠
ſaria inquantū eſt rector cōitatis pfectę:vt eſt ciuitas vel re
gnū.Et quia regis eſt regere ciuitates & regna:inſuper & le
ges condere:ideo talis prudentia dicitur regnatiua: ſiue le≠
gis poſitiua:ſub qua habent comprehendi quęcūq; alia re
cta regimina principiū:vt puta ducū:comitū:& poteſtatū
& hmōi.Hęc aūt virtus tanto magis eſt principibꝰ & recto
ribus neceſſaria quanto plures habent ſuæ gubernationi
ſubiectos.Vnde eis ſub ſpeciali rōne conuenit tanq; pro≠
pria.Regere em̄ alios & dirigere in finem debitū fit ꝑ pru≠
dentiā. Vnde dicit pħs.vij.Ethi. Illos æſtimamus pruden≠
tes qui ſibi & alijs poſſunt bona ſpeculari & ꝓuidere. Pru
dentia ergo in principe debet eſſe quędā cognitio vniuer≠
ſalis excedens cognitiones ſingulorū & ſe extendēs ad bo≠
num cōmune oīm.Debent em̄ per eius prudētiā operatio≠
nes ſubditorū dirigi in finem debitum.Cum ergo tantum
bonū ſicut eſt directio oīm & gubernatio boni cōis proue
niat ex prudentia præſidētis: diligēter aduertēdū eſt ne in
regimine pręficiat̄ qui hac virtute careat.Nā talis facil'r in
tyrannidē degenerat.Cū em̄ ꝑ prudentiā vere bona q̄ ſunt
opa virtutū cognoſcant̄:& ad ipſa facienda hoīes dirigan
tur:ſequit̄ ꝙ ꝑ imprudentiā & fatuitatē bona ſenſibilia q̄
nō ſunt vere bona:vt ſunt diuitiæ & deliciæ corpales tāq;
bona ſimpl'r accępten̄t. Circa talia nāq; ponet rector im≠
prudens ſtudiū ſuū:vt omiſſis operibꝰ virtutū affluat diui
tijs & ſenſibilibꝰ bonis:ꝓpter qd' efficiet̄ expoliator boni
cōis:deprędator ppl'i:extorſor pecuniarū vndecūq;:& oīm
ſubditorū oppreſſor.Hęc autē ſunt tyrānorum.Ex hoc vlte
rius ſequit̄ ruina ciuitatis:qa ppl's nō valēs ſuſtinere tanta
grauamina ciuitatē deſeret ꝓpter qd' deſerētur artes : agri≠
cultura tollet̄:& finaliter politia peribit:ſi lōgo tpe hmōi
tyrannidē exercere ſtudeant.Patet ergo quāta mala ꝓueni
re poſſunt ex inſipientia pręſidentis.Rex Salomon cōſide≠
rans ſapientiam ſiue prudētiā ſumme neceſſariam eſſe præ
ſidentibus : deo ſibi promittente ꝙ daret oīe qd' peteret:
ipſam ſolā poſtulauit dicens.Da ſeruo tuo cor docile:vt iu
dicare poſſit ppl'm tuū & diſcernere inter bonū & malū.iij.
Reg.iij.Tullius in lib.de offi. loquens de bello Athenien≠
ſiū pręfert prudentiam fortitudini.

*Quare ſalomō poti⁹ q̄ ſiuit prudētiā q̄ alias virtutes & diuitias*

## §.I.PRINCEPS AVTEM EX VIRTV

te prudentię pręcipue debet circa q̄tuor ſtudere : videlicet.

¶Vt deo placeat.

¶Populo pro poſſe ſatiſfaciat.

¶Reipublicæ prouideat.

¶Et leges iuſtas & poſſibiles condat.

Ad hęc oia ꝑagenda debet cura ꝑuigili intēdere. Et primo
ꝙ deo placeat.Qui em̄ alios regit & ordinare ſtudet in finē
debitum:prius conari debet vt ſeipm̄ ordinet in deum qui
eſt finis oīm regentiū.Ex hoc aūt duo bona conſequetur.
Primo qa prīceps a ppl'o magis diligitur ſi viderit eum eſ≠
ſe cultorem diuinorū & operantem virtuoſa.Vnde pħs di
cit:ꝙ principem decet eſſe deicolam.Debet em̄ princeps ec
cleſias fabricare & eas frequētare:hoſpitalia erigere & pau
peres enutrire,Secundo quia facilius populum guberna≠
bit & ad bona trahet.Videns em̄ populus dñm ſuum de di
uinis curantem admirabitur eum:putans eum deo eſſe cō
iunctum & ſibi familiarem eūq; imitari ſtudebit.Rex Salo
mon ædificato templo: ſtetit ante altare dñi in conſpectu
eccleſiæ & Iſrael:& expanſis manibus in cœlum:& genibꝰ
in terram fixis:longam orationem ante deum fudit pro ſa≠
lute populi:propter qd' populus benedicens regi:gaudens
reuerſus eſt in tabernacula ſua.iij. Reg. viij.& ix. Ex hiſto≠
ria tripartita habetur de Conſtantino qui fuit dei cultor vi
ſo in ſomnis ſigno crucis:& ei dicto ꝙ in hoc vinceret. Fe
cit vexillum crucis ante exercitum deferri . Et de palatio
oratorium fecit:& tabernaculum inſtar eccleſię fieri man≠
dauit:quod ſecum deferebat quando in bellum procede≠
bat : vt tam ipſe q̄ milites diuina audirent : & multa pul≠
chra ordinauit ad exaltationem fidei & eccleſiæ. Similiter
Ioſias rex factus ſuper Iuda multum fuit ſolicitus & zelans
ad reducendū populū ad verū cultū dei.iiij.Regum. xxij.&
xxiij.&.ij.Paral'.xxiiij.Scd'o debet ſtudere vt ppl'o ſatiſfa≠
ciat qd' fit dū ſe nō ſeuerū:ſed reuerēdū exhibet: ſi familiā
honeſtā & curialē habeat:ſi ſapiētes cōſiliarios cōſultat: ſi
iudices iuſtos teneat ſi benefactores digne ꝑ̄miat: & delin≠
quentibꝰ pœnas debitas infligat.Per hęc ppl's cōſolabitur.
diſſenſiones:emulationes:& murmuratiōes vitabit. Sicq;
in pace quieſcens in dilectionē principis aſſurget.Rex Da≠
uid multū ſe gratū & dilectū ppl'o exhibuit.Vnde volenti
exire ad bellū cōtra Abſalon.dixit ppl's.non exibis: qa tu
vnus ꝓ decē milibꝰ cōputaris.ij.Reg.xviij. Sic Clemēs pa≠
pa ab omnibus multū amabatur.Nicolaus etiam oībus ſe uidere
amabilē exhibebat.Debet tertio ſtudere vt ꝓuideat reipu vtilita≠
bli.qd' quidem fit ſi in illa ea habētur quæ poſſunt eſſe ad ti reipu.

*Prīceps debet ppl'o cōgrue ſatiſfacere.*

*Prīceps debet ꝑ*

directionē & cōſolationē & corporalē ſuſtentationē. Ad di
rectionē aūt reipu. valēt ſapientes ad quod maxime debet
princeps intendere. Debet em̄ ꝓcurare ꝙ in ciuitate ſit ſtu-
diū literarū pro pueris erudiendis: ꝙ ſint iuriſperiti ꝓ dire
ctione cauſarū & cōſilijs dandis & alij ſapientes ſm̄ ꝙ vide
rit ciuitati expedire. Vnde ponit phs ꝙ ad verū regē perti-
net ſapiētes etiā extraneos ſi ꝓprios nō habet honorare &
promouere. Ad cōſolationē aūt reipu. valēt virtuoſi. Non
enim ſolū in ciuitate debet eſſe directio quæ eſt per ſapien
tes: ſed etiā recta operatio quę eſt per amicos dei. Et ad hoc
maxime debet princeps intēdere: videlicet vt habeat i ciui
tate religioſos verbū dei prædicantes: clericos honeſtos di
uina celebrantes: & alios timētes deū qui pro ppl̄o orēt: cū
frequenter inueniamus ciuitates ſaluatas propter merita
aliquorū amicorū dei. Ad corporalē vero ſuſtētationē va-
lent bona fortunę. Vnde princeps diligēter debet attende-
re ne in ciuitate accidat cariſtia: ſed abundātia victualium
ſit in ea: & ad hoc cōſequēdum debet prævenire tpa annos
vberes & fertiles cū ſterilibus conſiderare & fructus reſer-
uare tpe oportuno: nō obſtante ꝙ ꝑditio fiat in fructibus
reſeruatis. Debet aūt pręcipue conatum adhibere circa ma
xime neceſſaria: vt eſt frumentum ſal & hmōi. Pharao rex
Egypti vidēs Ioſeph ſapientem cum multo honore præue
nit: & toti regioni pręfecit: vt copia frumēti ſeruati futuræ
fami prouideret. Gen̄. xlj. In epiſtola quā dicitur Ariſtote-
les Alexandro ſcripſiſſe: tale ſibi dat documentū decet regē
legiferos honorare: religioſos venerari: ſapientes ſublima
re: & cum eis cōferre: quantū vero ad prouiſionē eoꝝ quæ
poſſunt accidere ſubdit idem Ariſto. Oportet regem futura
cogitare: & futuris caſibus prudenter occurrere.

Legiferi venerādi, oīb⁹ honorādi.

## §. II. CVM AVTEM SECVNDVM PHI

loſophū. vj. Ethi. duę ſint prudentię politicę. Vna quæ eſt
quaſi architectonica in principe exiſtēs quæ nunc dicta eſt
regnatiua vel legis poſitiua: & alia quaſi manu operans in
ſubditis exiſtens: q̄ cōmuni nomine retento dicit̄ politica.
Reſtat poſt prædicta vt de hac aliquid dicamus. Vbi prius
oſtendendum eſt omnē hominē natura eſſe politicū & ciui
lem: & per conſequens idoneū ad obſeruātiā ciuilium præ
cęptorū. Nec obſtat ꝙ aliqui eligāt vitam ſolitariam & cā-
peſtrem. Hoc em̄ poteſt eſſe tribus de cauſis vt ponit philo
ſophus. j. Politi. Quia aut tales ſunt vt dij: aut ſicut beſtiæ:
aut bonis fortunę priuati. Aliqui em̄ tacti amore dei: vitā
ſocialem deſerunt: & ſolitariam eligunt vt expeditius diui
ni contemplationi vacare poſſint: ſicut fuerunt multi ſan-
cti patres: vt Antonius: Benedictus: multiq̄ alij in deſerto
degentes. Hi tales poſſunt dici dij participatiue: quia deo
aſſimilari ſtudent in cōtemplatione ſummę veritatis. Alij
vero habent naturam ſylueſtrem & ferocem: & ad conui-
uendum cum alijs importabilem. Et tales ſub iugo legis ſi
mul cum alijs ſtare non valentes: beſtiæ dicuntur: non ho-
mines: quia hominum eſt inſimul ſocialiter conuiuere.
De hoc duplici genere hominum dicit phs prædicto libro
ꝙ non potens cum alijs communicare ei nulla eſt pars ci-
uitatis: ſed eſt vel beſtia vel deus. Sunt inſuper alij qui
ciues eſſe nō poſſunt: ſunt enim bonis fortunę priuati: pu-
ta diuitijs & potentia. Hi paupertate preſſi ciuitates deſere
re coguntur & loca campeſtria & ſolitaria ad agros excolē
dos habitare. His cauſis remotis quæ cōiter ſunt ab huma-
na natura extraneę: omnis homo naturaliter eſt ciuilis &
politicus: quod dupliciter oſtēdi poteſt. Primo ex eo ꝙ ha
bet communes conceptus: quos per vocem vult alteri com
municare. Delectatur em̄ homo alteri indicare quod conci
pit & ſimul cum eo conferre: quod non ſolū eſt ad delecta-
tionem: ſed & ad neceſſitatem. Nam quod vnus non videt
per intellectū alterius intellect⁹ ſupplet: & ſic colloquium
ratiocinantis hominis cū hoīe facit ad bonū cōſiliū: & per
conſequēs ad bonū iudiciū. Cōuenienter ergo diffinitur hō
aīal eſſe rōnale. Ratio em̄ diſcurſum inquiſitionis impor-
tat quæ tandem ad rationē veri terminatur. Cain poſtq̄ ge
nuit Enoch dicitur primus ædificaſſe ciuitatē quam voca-
uit Enoch ex nomine filij. Gen̄. iiij. Vbi datur intelligi ꝙ
iam multiplicatus erat in filijs & nepotib⁹ ad quoꝝ cuſto
diam & humanarū neceſſitatū ſubuentionē ſub certis offi-
cijs & modis viuendi primus ordinauit: vt dr̄ in Scholaſti
ca hiſtoria. Ex quo etiam patet ꝙ neceſſaria eſt omni homi
ni ciuitatis habitatori prædicta prudentia politica: qua ſit

Naturaliter qlibet hō ē ciuilis & politicus.

idoneus obſeruator legis: qua etiam alijs ſciat conuiuere &
principibus obedire. Vbi eſt aduertendū ꝙ aliter mouetur
ſubdit⁹ a principante: & aliter irrationabilia & inaīata mo
uent̄ a ſuis motorib⁹. Nam iſta ſic mouent̄ ꝙ non mouent
& ſic agunt̄ ꝙ non agunt. Non em̄ habēt dn̄ium ſui actus
cū libero arbitrio carent: & ideo rectitudo regiminis tm̄ eſt
in ſuis motorib⁹. Sed homo ſubditus principi ſic mouetur
& agitur ab eo ꝑ pręceptū: ꝙ tn̄ mouet ſeipm̄ ꝑ liberū arbi
triū. Et ideo requiritur in eo quædā rectitudo regiminis ꝑ
quā ſeipm̄ dirigat in obediendo maioribus & cōuiuendo
alijs ciuibus. Vn̄ Tullius lib. j. de offi. dicit ꝙ in repu. ſunt
magiſtrat⁹: perſonę priuatæ: & etiā peregrini: ad quos oēs
ſpectat habere ꝓpriā prudentiā ſcd'm eorū officia. Sicut ad
magiſtratus pertinet curā habere ciuitatis: ſeruare leges: iu
ra deſcribere: & ſuę fidei cōmiſſa meminiſſe. Ad priuatum
vero ciuem pertinet recto iure alijs conuiuere: nec ſubmiſ-
ſum: nec abiectum: nec ſe efferentem nimis eſſe. Talem em̄
dicere ſolem⁹ bonum ciuem. Peregrini vero eſt pręter ſuū
negotiū nil agere: de alio non inquirere: qa vitioſum eſt in
aliena patria curioſum eſſe. Ex talibus igitur officijs ꝑ pru
dentiam ordinatis cōſurgit harmonia pacis in repu. Nam
ſecundū Aug. in lib. de ci. dei. Quilibet in ciuitate eſt ſicut
vna litera in ſermone. Et ſicut vna chorda in cithara: quæ
cum bene fuerit cum alijs ordinata: conſurgit concent⁹ har
monicus ſecundū proportionē diſtinctus. Sic etiā in mul-
tis perſonis i ciuitate ſummis medijs & infimis, interiectiſ-
q̄ alijs ordinibus ſecundū ꝓportionē officiorum ordina-
tis conſurgit optima politia. Hanc prudentiam ordinauit
deus in populo iudæorum. Primo reſpectu præſidentium
in loco iudicij. Vnde ſtatuit in eis copiam iudicum dicēs.
Deute. xvj. Iudices & magiſtros conſtitues in oībus portis
tuis. De ambiguis vero & arduis voluit eſſe recurſum ad
locum vnum a deo electū in quo eſſet & ſummus ſacerdos
qui determinaret dubia emergētia circa diuinū cultum: &
ſummus iudex qui determinaret dubia pertinentia ad iudi
cia hominū ſicut patet. Deute. xvij. Deinde quantum ad cō
munem ciuiū conuerſationem ſtatuit fieri cōmunicationē
de rebus paruis abſq̄ pretio dicens. Deute. xxiij. Ingreſſus
vineam proximi tui comedes vuas quantū tibi placuerit:
foras autem ne efferas tecum: ne videlicet ex hoc daretur oc
caſio grauis dāni ex quo pax turbari poſſet q̄ inter diſcipli
natos non turbatur ex paruorū accæptione: ſed magis ami
citia confirmatur: & homines aſſueſiunt ad faciliter cōmu-
nicandum. Quātum autem ad mutuorum ſubuentionem:
quæ eſt frequens & neceſſaria inter homines: voluit curia-
les eſſe eos & faciles. Et hoc tripliciter. Primo ne cum mu-
tuum concederent vſuras exigerent: vel pignora vitę neceſ
ſaria acciperent. Et ſi acceperint ante ſolis occaſum reſtitue
rent. Vnde Deutero. xxiiij. mandauit ꝙ non acciperent ꝓ
pignore molā: quia eius vſus neceſſarius eſt habentib⁹ mo
lendi exercitium. Si vero veſtimentum acciperent loco pi
gnoris ꝙ ante ſolis occaſum redderēt. ſicut dicitur ibidem.
& Exo. xxij. Si pecuniam mutuā dederis populo meo pau-
peri qui tecum habitat: nō vrgebis eum quaſi exactor: nec
vſuris opprimes. Secūdo ꝙ nō importune exigerēt. vn̄ di-
cit Exo. xxij. & Deute. xxiiij. ꝙ in repetendo nō deberēt do
mum ingredi: eſt em̄ domus tutiſſimū hominis recęptacu-
lum. Et ideo moleſtum eſt non ſolū homini: ſed etiā cuicū
q̄ aīali ꝙ in ꝓprio habitaculo inuadatur. Tertio ad maius
fomētum charitatis inſtituit ꝙ in ſeptimo anno debita re-
mitterētur. Probabile em̄ erat vt ſi commode reddere poſ-
ſent ante ſeptimū annum redderent. Diſciplinati em̄ hoīs
nō eſt mutuantē gratis velle defraudare. Si aūt oīno impo
tentes eſſent: eadem ratione erat eis debitum remittendum
ex dilectione qua eis erat de nouo concedendum propter
indigentiam. Quantum ad extraneos diuina ſapientia pru
dentiſſime illum populum ordinauit. Primo enim voluit
Iudæos eis eſſe pios & miſericordes dicens Exo. xxij. Adue
nā non ꝯtriſtabis neq̄ affliges eū. Aduenæ em̄ & ipi fuiſtis
in terra Egypti. Et Deuter̄. xxiiij. mandauit diuitibus deci-
mo anno fieri decimā pro peregrinis: pupillis: & viduis.
Quia vero extranei nō habent illū amorem ad bonum rei
publicę: quem habent ciues. Ideo ſecundo ſtatuit ꝙ nō ſta-
tim ad conſortiū populi admitterentur: niſi in tertia gene-
ratione. Sicut em̄ philoſoph⁹ dicit in. iij. Poli. ꝙ apud quoſ
dam Gentiles nō recipiebantur aliqui in ciues: niſi qui ex
auo vel atauo habitatore nati exiſterent.

Ad officiū magiſtrat⁹ quid ꝑtineat.

Prudentiā deus ordinauit apd' iudęos.

Domus dr̄ tutiſſimū receptaculum.





## §. III. POST PREDICTA DE QVIN

ta ſpecie prudentiæ q̄ dr̄ militaris aliqua pauca dicamus.
Circa qd' eſt ſciēdū ꝙ militia principaliter eſt inſtituta ad
defenſionem boni cōis qd' impediri poteſt per impugna-
tionē hoſtiū & ſeditionē ciuiū. Sic em̄ debet eē in ciuilib⁹
ſicut in naturalibus: cū ars ſit naturæ imitatrix. Videmus
autē ꝙ natura tribuit rei naturali duplicē ꝟtutē. Vnam ꝑ
quā aſſequit̄ cōuenientia: & aliā ꝑ quā repellit nociua: vt
igni dat leuitatem ꝑ quā aſcēdat ſurſum ad locum. ſ. gñtis
& ſalutis: & calorē per quē reſiſtat & obuiet corrumpenti-
bus. Animalibus etiam dati vim concupiſcibilem per quā
aſſequunt̄ ea q̄ ſunt eorū ſaluti accōmoda. Et iraſcibilem
ꝑ quā reſiſtāt corrūpētib⁹ & læſiuis. Sil'r in moralib⁹ & ci
uilibus cōueniens eſt duplicē eſſe prudentiā reſpectu boni
cōis vnā. ſ. ad regendū & leges cōdēdū: & hęc eſt regnatiua
ſiue legis poſitiua. Et aliā ad reſiſtendū & reprimendū in-
ſultus hoſtium: & hæc dr̄ militaris. Ex hoc apparet ꝙ mili
tia nihil aliud eſt q̄ quædā prudētia opis bellici ordinata
ad defenſionē boni cōis. Ex hiſtoria Scolaſtica Hieruſalē
quę erat ciuitas principalis in regno Iudęoꝝ: olim triplici
muro erat circundata. Per hoc diſtinguens tria genera ha-
bitātium ſm̄ tria murorū interſtitia. In iteriori namq̄ par
te primi interſtitij habitabat rex cum principibus & conſi
liarijs: & ſacerdotes cum prophetis & leuitis. hi pollebant
prudentia regnatiua in gubernando populum tam in præ
cæptis iudicialibus: q̄ in cærimonijs diuini cultus. In par-
te vero media ſecūdi interſtitij habitabant milites pollen
tes prudētia militari. Hi deputati erant ad defenſionem &
cuſtodiā reipublicæ. In parte ꝟo extrema tertij iterſtitij ha
bitabant artiſtę manu operantes: qui ciuitati deſeruiebāt
pro neceſſitatibus humanæ vitæ. Hoc quippe ordine Hie
ruſalem politia fuit diſpoſita: q̄diu ſub præcæptis dei &
prophetarum monitis vixit.

Quare militia ſit itroducta.

¶ De partibus potentialibus prudentiæ: videlicet eubolia
ſyneſi & gnomyn. Capitulum. VII.

## DE PARTIBVS POTENTIALI

bus prudētiæ ſeu de ꝟtutib⁹ adiunctis ei. Nota
ꝙ ſunt tres ſm̄ phm̄ in lib. Ethi. ſ. eubolia ſyne-
ſis & gnomyn. Pr̄ia ḡ dr̄ eubolia: q̄ ſm̄ phm̄ dr̄
rectitudo cōſilij. Et ꝙ ſit virtus probat bea. Tho. ij. ij. qō. lj.
arti. j. ſic. De rōne virtutis eſt ꝙ faciat actū hoīs bonum. In
ter cæteros actus hoīs ꝓpriū eſt ei cōſiliari: qa hoc impor-
tat hoīs quandā rōnis inquiſitionē circa agēda in quibus
cōſiſtit vita humana. Eubolia aūt importat bonitatē cōſi
lij. Dr̄ em̄ ab eu qd' eſt bonū & bolyn qd' eſt conſiliū qua-
ſi bona ꝯſiliatio: vel potius bene conſiliatiua. Et ſic patet
ꝙ ſit virt⁹ humana. Sciendū etiam ꝙ non eſt bonū ꝯſiliū:
ſiue aliquis malū finē in conſiliādo ꝯſtituit: ſiue etiā ad fi-
nē bonū malas vias adinueniat: vn̄ vtrūq̄ eſt ꝯ rōnem eu
bolię. vt dr̄. vj. Ethi. Hæc aūt virtus ſicut nec aliæ in nullo
pctōre inuenit̄. Omne em̄ pctm̄ eſt cōtra bonā ꝯſiliationē.
Requirit̄ em̄ ad bene conſiliandū nō ſolū adinuentio vel
excogitatio eorū quæ ſunt oportuna ad finē: ſed etiā aliæ
circunſtantiæ. ſ. tps cōgruū vt nō ſit nimis tardus: nec ni-
mis velox in conſilijs. Et modus cōſiliandi. ſ. ꝙ ſit firm⁹ in
cōſilio ſuo & alię circūſtantiæ debitę, q̄ pctōr peccādo non
ſeruat. Sed bn̄ virtuoſus in his q̄ ordinat̄ ad finē virtutis:
licet in alijs negotijs aliqn̄ nō ſit bn̄ cōſiliatiu⁹. Et licet cō-
ſiliū importet dubitationē: vn̄ & impfectionē. eſt tn̄ virt⁹
q̄. vij. Ethi. dr̄ eſſe pfectio. Sed pfectio eſt ſm̄ modum hoīs
qui nō pōt ꝑ certitudinē cōprehendere veritatē rerū ꝑ ſim
plicē intuitū: ſed per inueſtigationē. Eſt aūt eubolia virt⁹
diſtincta a prudētia ſm̄. b. Tho. vbi. ſ. ar. ij. Et rō eſt: qa vir
tus ꝓprie ordinat̄ ad actū quē reddit bonū: & ideo oportet
ſm̄ differētiā actuū eſſe diuerſas virtutes: & maxime qn̄ nō
eſt eadē ratio bonitatis in actib⁹. Si em̄ eſſet eadē ratio bo-
nitatis in eis. tūc ad eandē virtutē ꝑtinerēt diuerſi actus ſi
cut ex eodem depēdet bonitas amoris deſiderij & gaudij: et
ideo oīa iſta pertinent ad eādē virtutē charitatis. Actus ei
rationis ordinati ad opus ſunt diuerſi: nec habent eandem
rationem bonitatis. Ex alia enim ratione efficit̄ homo be-
ne conſiliatiuus: & ex alia bene iudicatiuus: & ex alia be-
ne pręceptiu⁹. quod patet ex hoc ꝙ iſte aliqn̄ abinuicē ſepa
rant̄: & ideo oportet aliā eſſe virtutē euboliā ꝑ quā hō eſt
cōſiliatiu⁹ bene & aliā prudētiā ꝑ quā homo eſt bene p̄cæ

De bonitate cōſilij.

Diſtinguit̄ et eubolia a prudentia.

ptiuus. Et ſicut cōſiliari ordinat̄ ad pręcipere tanq̄ ad prin
cipalius: ita etiā eubolia ordinatur ad prudētiam tanq̄ ad
principaliorē virtutē ſine qua nec virt⁹ eſſet: ſicut nec mo-
rales virtutes ſine prudentia. nec cæterę virtutes ſine chari
tate. Et cum dr̄. vj. Ethi. ꝙ prudentis eſt bene conſiliari: in-
telligendum eſt ꝙ ad prudentiam pertinet bene conſiliari
imperatiue. Ad euboliam autem elicitiue.

## §. I. SECVNDA VIRTVS ANNEXA

prudētiæ dicitur ſyneſis. hęc ſcd'm bea. Tho. vbi. ſ. arti. iij.
importat iudiciū rectū: nō quidē circa ſpeculabilia: ſed cir-
ca particularia opabilia: circa: quę etiā eſt prudētia: vn̄ ſm̄
ſyneſim dicūtur in gręco aliqui ſyneti. i. ſenſati: vel euſyne
ti. i. boni ſenſus: ſicut: econtrario qui carēt hac virtute dicū
tur a ſyneti. i. iſenſati. Oportet aūt ꝙ ſcd'm differētiā actuū
qui nō reducuntur in eandē cauſam ſit etiā diuerſitas vir-
tutū. Manifeſtum eſt aūt ꝙ bonitas conſilij & bonitas iudi
cij non reducūtur in eandē cauſam. Multi em̄ ſunt bene cō-
ſiliatiui qui tn̄ non ſunt bene ſenſati quaſi recte iudicātes:
& ideo pręter euboliā oportet eſſe aliā virtutē quę eſt bene
iudicatiua. & hec dr̄ ſyneſis. Et no. ꝙ rectū iudicium in hoc
cōſiſtit ꝙ vis cognoſcitiua apprehēdat rem aliquā ſcd'm ꝙ
in ſe eſt: qd' quidē ꝓuenit ex recta diſpoſitione virtutis ap
prehēſiuę: ſicut in ſpeculo ſi fuerit bene diſpoſitum impri
muntur formę corpoꝝ ſcd'm ꝙ ſunt. Si vero fuerit ſpeculū
male diſpoſitū apparent ibi imagines diſtortæ & prauę ſe
habentes. Quod autē virtus apprehenſiua ſit bene diſpoſi-
ta ad recipiendū res ſm̄ ꝙ ſunt: contingit quidem radicali-
ter ex natura. Conſummatio autem ex exercitio vel ex mu
nere gratiæ. Et hoc dupliciter. Vno modo directe ex parte
ipſius cognoſcitiuæ virtutis: puta qa nō eſt imbuta prauis
cōcæptionibus: ſed veris & rectis: & hoc ꝑtinet ad ſyneſim
ſcd'm ꝙ eſt ſpecialis virtus. Alio mō indirecte ex bona di-
ſpoſitione appetitiuę virtutis: ex qua ſequit̄ ꝙ hō bene iu
dicet de appetibilib⁹: & ſic bonū virtutis iudiciū ſequitur
habitus virtutum moralium: ſed circa fines. Syneſis aūt eſt
magis circa ea quę ſunt ad finem. Et nota ꝙ in malis poteſt
eſſe iudicium rectum in vniuerſali: Sed in particulari agi-
bili ſemper eorum iudicium corrumpitur. Et nota ꝙ finis
proximus conſilij quod pertinet ad euboliam eſt inuentio
eorum quæ ſunt agenda. Finis autē iudicij eſt rectitudo. Fi-
nis aūt præcępti quod pertinet ad prudentiam eſt vltimus
finis. Et quia contingit ꝙ id quod bene iudicatū eſt differri
vel negligenter agi & inordinate: ideo poſt virtutem ſyne
ſis quę eſt bene iudicatiua neceſſaria eſt finalis virtus prin
cipalis quę ſit bene præcæptiua ſcilicet prudentia. Tertia
virtus annexa prudentię ſecundum Tho. vbi. ſ. artic. iiij.
dicitur gnomyn: quā philoſophus. vj. Ethi. ponit ſpecialē
eſſe virtutē. Pro cuius declaratione ſciendū ſecundū Tho.
ꝙ habitus cognoſcitiui diſtinguuntur ſecundū altiora vel
inferiora principia: ſicut ſapientia in ſpeculatiuis altiora
cōſiderat q̄ ſcientia: & ideo ab ea diſtinguitur: & ita etiam
oportet eſſe in actiuis. Manifeſtū eſt aūt ꝙ illa quę ſunt pręter ordinem inferioris principis ſiue cauſæ reducūtur quā-
doq̄ in ordinem altioris principij: ſicut mōſtruoſi partus
animalium ſunt præter ordinem virtutis actiuæ: in ſemi-
ne tamen cadūt ſub ordine altioris principij. ſ. cœleſtis cor
poris vel vlterius diuinę prouidentię. Vnde ille qui conſi
deraret virtutē actiuā in ſemine non poſſet rectum iudiciū
ferre de hmōi mōſtris: de quibus tn̄ pōt iudicare ſecundum
conſiderationē diuinę ꝓuidentiæ. Contingit aūt quando
q̄ aliquid eſſe faciendū pręter cōes regulas agendoꝝ: puta
ꝙ impugnatori patrię non eſt depoſitum reddendum: vel
aliquid hmōi. Et ideo cū de hmōi oporteat iudicare ſcd'm
aliqua altiora principia exigitur altior virt⁹ iudicatiua q̄
ſint regulę cōmunes ſcd'm quas iudicat ſyneſis & hęc talis
vocatur gnomyn: quę importat quandā pſpicacitatem iu
dicij. Et q̄uis oīa quę præter communē curſum cōtingere
poſſunt conſiderare ꝑtinet ſolū ad ꝓuidentiam diuinā: ta-
men inter homines ille qui eſt magis pſpicax poteſt plura
horum ſua ratione dijudicare.

De ſcd'a virtute prudentię annexa. ſ. ſyneſi.

De tertia ꝟtute annexa prudētiæ. ſ. gnomyn.

## TITVLVS. III. DE FORTITVDINE.

¶ Fortitudo animam tripliciter firmat: quo ad ſe cōtra mū
di aduerſitates: quo ad bonum commune contra patriæ ho
ſtilitates: quo ad deum contra errorum prauitates.

Capitulum. I.

# CIRCA VIRTVTEM FORTItudinis

CIRCA VIRTVTEM FORTItudinis quatuor ſunt vidēda. Primo de p̄conijs ad eius laudē ptinētib⁹. Secūdo de materia circa quā verſat̄. Tertio de actibus eius & aſſumēdis bellis. Quarto de partibus eius.

## §. I. PRECONIA FORTITVDINIS

*De p̄coniis fortitudinis.*

p̄nt aſſignari tria ex eo videlicet ꝙ animū tripl'r firmat. ſ.
¶Quo ad ſe contra mundi aduerſitates.
¶Quo ad bonum cōe contra patriæ hoſtilitates.
¶Quo ad deum contra errorꝫ prauitates.

Eſt ergo primū p̄conium fortitudinis: qa aīm format quo ad ſe ꝯ mundi aduerſitates. Vbi ſciendū eſt ꝙ ſtatus p̄ntis vitæ eſt ſtatus cuiuſdā pugnæ. vñ Iob ipſam aſſimilat militię. vij. c. *Militia eſt inqt vita hoīs ſup terrā*: ꝓpter qđ cōgregatio fideliū vocat̄ eccl'ia militans. Militat em̄ p̄ns vita nr̄a multiplici pugna: nūc ꝯ carnis ſpurcitias: nunc ꝯtra mūdi neqtias: nunc v̄o ꝯ diaboli inſidias. Neceſſaria eſt ergo v̄tus fortitudinis: q̄ aīam habet firmare ad tot tolerāda & reprimēda. vñ Eſa. lij. ſub figura Siō humanā mentē admonet vt hac virtute ſe armet. Induere inquit fortitudine tua Siō: p Siō arcē intelligimus q̄ ciuitati Hierl'm dn̄abat̄ & eā ꝓtegebat: & cōuenięter mens humana intelligitur q̄ ad modū arcis cæteris virib⁹ principat̄: has ſiqdē regit & defendit qn̄ virtute fortitudinis induta decorat̄. vñ Salo. Prouer. vlti. Fortitudo & decor indumentū ei⁹. In tātū aūt hęc virtus hoīem firmat & ſtabilit: ꝙ nulla aduerſa nulla blādimenta: nullaq; vitiorꝫ tētamēta p̄nt eū a bono rōnis abducere. vñ Amb. lib. j. de off. dicit. Nō mediocris animi virtus eſt fortitudo q̄ ſola defendit ornamenta virtutū oīm: q̄ inexpiabili prelio aduerſus oīa vitia decertat. Inuitat ad labores: fortis ad pericula: rigidior aduerſus voluptates: auaritiam fugat tanq; labem quādā quę virtutem effœminat. Nulla em̄ fortitudo corporalis huic pōt cōparari. Sicut dicit Sen̄. Facilius eſt inquit gentem vnam q̄ virum vnum vincere. Et loquit̄ de viro ſcd'm ꝙ a v̄tute animi vel a fortitudine dicit̄. Antiqtus em̄ nomē virtutis fuit ſolius fortitudinis. vt dicit Tullius. Et quantū ad hoc loquitur Salomon Prouerb̄. xvj. Melior eſt patiens viro forti & q dn̄atur aīo ſuo expugnatore vrbiū. Hoc fortitudinis preconio Iob indutus fuit cōtra oīa aduerſa toleranda. Nam primo Sathan ꝓcurante mundi aduerſa ſuſtinuit dū oīa bona ſua perdidit vna cum liberis. Deinde in carne dum a planta pedis vſq; ad verticem nō remanſit in eo ſanitas. Vltimo ipſe diabolus auctor malorꝫ vxorē contra ipſum ꝓuocauit: & tres eius amicos ſibi oneroſos fecit: imponentes ei ꝙ licite oīa deus intulerat aut inferri p̄miſerat ꝓpter ei⁹ peccata & tamen in oībus his non peccauit Iob labijs ſuis: nec ſtultum quid contra deū locutus eſt. Iob. j. & ij.

*De ſcd'o p̄conio fortitudinis.*

Secundū preconiū huius virtutis eſt: qa animū firmat quo ad bonum cōe cōtra patriæ hoſtilitates. ẜm em̄ philoſophū. j. Ethi. bonū quāto eſt cōius tāto eſt diuini⁹. Bonū aūt patrię eſt quoddā bonū cōe ciuiū nulli particulari pſonę appropriandū: ſed ab oībus cōiter appetendū. Ea aūt quæ ſunt cōia minus diligūtur & de eis minor cura habet̄ ac p h' neglecta deſtruuntur & perduntur. Ad conſeruationē igit̄ patriæ & bonorū communiū neceſſe eſt ꝙ ſint in ciuitate hoīes virtuoſi viriles & aīo ſtabiles bonū cōe diligētes qui neglectis ꝓprijs bonis etiā corporib⁹ morti ſe exponāt pro conſeruatione & defenſione ciuitatis: hoc autem facit virtus fortitudinis quę ad bonū cōe defendendū hoīem impellit.

*Neceſſe eſt habere hoīes virtuoſos in ciuitate.*

Et quantum ad hoc eſt cęteris virtutib⁹ excellentior qa diuinior: eſt em̄ pugnans pro bono cōi. vñ dicit Amb̄. j. de offi. Eſt fortitudo velut cęteris excelſior: q̄ vtilior eſt in rebus bellicis ī ciuilib⁹ ſeu domeſticis. Ad hoc aūt naturalis ratio inclinat. Sicut em̄ in humano corpore multa ſunt membra q̄ p multa officia ſibijnuicem deſeruiūt. & ſic vitā totius corpis ſaluant. Sic in vna ciuitate q̄ vnū corp⁹ cōſtituit: multi ſunt hoīes qui diuerſis officijs intēdētes ad mutua obſequia ſibijnuicem cōmunicāda: bonū cōe ciuitatis vniformiter intendere debent: nec ab hoc retrahi debēt timore aliquo vel diſpendio cōmodi ꝓprij. Hoc aūt bonū cōe fortis conſiderat qui bona ꝓpria ad tuitionē & conſeruationē patrię ordinat. Vñ dicit Philiſoph⁹. vij. Eth. Nō ſolū nobis nati ſumus ſed ortus noſtri partē patria vendicat partē amici. At ꝙ vt placet Stoicis. ſicut q̄ in terris gignunt̄ ad vſum hoīm oīa creari ſic hoīes hoīm cauſa eſſe generatos vt ipſi inter ſe alij alijs ꝓdeſſe poſſent. Exemplum apud antiquos ſicut narrat Sen. erat tanta cura rerum cōmunium ꝙ ipſi pauperes erant in domib⁹ ſuis quorꝫ tamen diuitijs ærariū plenū erat: vnde malebant ſibi eſſe pauperes vt rēpublicam opulentiſſimā haberent: ſicut narrat Tullius de quodam q omni gaza. Macedonū potit⁹ q̄ maxima erat tantū in ærariū inuexit pecuniæ: vt vnius imperatoris prędā finē attulerit tributorꝫ: nec aliud in domū ſuā intulit p̄ter memoriā nominis ſempiternā.

*De tertio p̄conio fortitudis.*

Tertiū preconiū fortitudinis eſt qa animam firmat quo ad deū cōtra errorꝫ prauitates ſiue infidelium tyrannides. Sicut em̄ amor terrenæ ciuitatis aliquos facit pugiles ꝓ ipſa vſq; ad mortē decertātes: ita immo multo fortius amor cœleſtis patrię conſtituit ꝓ Chriſti fide pugnatores: qui ꝓ eius defenſione mortē corpis nō metuunt. Ad hoc aūt rō inclinat: ſicut em̄ multi hoīes faciunt vnum corpus: qđ eſt ppl's vel ciuitas ꝓ cuius defenſione ſinguli ciues morti ſe debent exponere: qa bonū cōe debet præponi ſingulari bono: ita ſcd'm apl'm ad Rom̄. xij. Multi vnū corpus ſumus in Chriſto: ſinguli autē alter alterius mēbra Chriſtus aūt cū de⁹ ſit eſt bonū vniuerſale & cōe oīm: multo magis q̄ reſpublica reſpectu ſingularium ciuiū. Et ideo ſi licet ꝓ defenſiōe reipub. temporalem mortem ſubire: & vitā corporis contēnere: multo magis oportet ꝓ republica cœleſti q̄ de⁹ eſt vel q̄ tota in ip̄o eſt: mortē corpis nō metuere. Vñ Aug. v. de ciui. dei. c. xviij. Si em̄ antiq p̄res ꝓ republica terrena oīa cōtēpſerūt & tot picula ſunt aggreſſi: horribilia mortis genera perpeſſi: quid magnū eſt ꝓ ipſa ęterna cœleſtiq; patria ſcl'i hui⁹ cūcta blādimēta contēnere. Vel quō audebit qs de voluntaria pauptate ſe extollere: vel ꝓ Chriſto mortē timere eo dicēte. Nolite timere eos q occidūt corpus. Et ſubdit arguendo. Si ipſi antiq hæc fecerunt amore patrię: laudiſq; immenſa cupidine. prout dicit poeta. qd magnū ſi ꝓ vera libertate qua vere liberantur filij dei, talia & maiora tormēta ſunt ſuſtinēda quanto retributio maior a ſuſtinētib⁹ expectat̄. Tales qdē q mortē ſuſtinēt ꝓ cœleſti patria: non tm̄ fortes: ſed martyres. i. teſtes dicunt̄. Sunt em̄ pugiles fidei Chriſti & iō quadā ſpeciali p̄rogatiua q̄ dr̄ aureola in cœleſti patria accipiūt inſignia.

*De duplici certamine & differenti.*

Eſt aūt vlteri⁹ ſciendū ꝙ aliter eſt in ciuili certamine quando ꝓ patria pugnat̄: & aliter in certamine martyrij qn̄ pro chriſto mors ſuſcipit̄. Nā ſicut dicit Maximus in ſermone. Qui occidit̄ ꝓ mūdo vincit̄ cū occidit̄: qa niſi vinceret̄ nō occideret̄: q aūt occidit̄ ꝓ Chriſto vict⁹ nō dr̄: qa cū occidit̄ victor efficitur. Hoc p̄conio fortitudinis excellētiſſimæ. b. Paulus fuit decorat⁹. Nō em̄ vnā mortē ſubijt ꝓ fide Chriſti: ſed plures. Fuit em̄ vita ſua plena mortib⁹: ſicut patet cōſiderāti ab. xj. c. actuū aplorꝫ vſq; in finē. Ip̄e em̄ enumerat ij. Corꝫ. xj. ꝙ fuit in laborib⁹ plurimis: in mortib⁹ frequenter. Vnde de Aſia valedicēs fratrib⁹ dicebat p oēs ciuitates ſpiritusſanct⁹ ꝓteſtat̄ mihi: qa vincula & tribulatiōes meæ manēt in Hierl'm: ſed nihil horꝫ vereor: nec facio animam meā precioſiorē q̄ me. Animā aūt appellat vitā exterioris hominis: qua corp⁹ exterius aīatur. Cū aūt dicit me: loquit̄ de interiori homine quo ſpiritualiter viuit: & per quē vere ipſe eſt: quia per rationem homo eſt homo.

*Beatus Paulus qualiter ſuſtinuit plures mortes.*

¶Circa quę conſiſtit virtus fortitudinis. Cap̄. II.

# FORTITVDO EST VIRTVS

*De fortitudīe qd ſit & circa quæ ſe habeat vel v̄ſetur.*

FORTITVDO EST VIRTVS ponens in aīo firmitatē ad ſuſtinēdū vel repellendū difficile quoddā ẜm ꝙ ratio dictat. Dictat autē rōne volūtas retrahat̄ ab ei⁹ ſequela ꝓpter aliqđ malū corpale: qa nullū bonū corpale ęqualet bono rōnis. Maximū malū & terribile īter oīa mala corpalia eſt mors vt dicit ph's. j. Ethi. q̄ tollit oīa bona corpalia: quapꝓpter neceſſe eſt ꝙ fortitudo aīm firmet ꝯtra hoc maximum malū ꝓpter bonū rōnis ſequēdū. Et ſic virtus fortitudinis ꝓprie erit circa timores periculorꝫ mortis. Qđ aūt fortitudo maxime circa mortis picula cōſiſtat hinc apparere pōt. Eſt em̄ fortitudo virtus ponēs medium inter duas paſſiones. ſ. timorē & audaciā. Cohibet em̄ timorē ne timendo retrahat̄ ab eo qđ rō dictat: & moderat̄ audaciam ne quis audendo aggrediat̄ qđ rō vetat. Timor autē & audacia proprie reſpiciūt pericula. Timet em̄ aliqs: quia imaginatur ſibi aliqđ periculū imminere. Et aliqs per audaciā aggreditur aliqđ difficile periculoſum. Eſt aūt ꝓpriū virtutis circa ꝓpriū obiectū reſpicere id qđ eſt vltimū & magis difficile & circa

*virtutis eſt fines reſpicere.*



le & circa id ſe ordinare: ſicut tēperātia maxime reſpicit delectabilia tactus ad quę reprimēda ordinatur. Inter oīa aūt pericula difficilimū eſt mortē ſuſtinere: q̄ eſt vltimū terribiliū: ſicut dicit ph's. iij. Eth. Et ſic patet ꝙ fortitudo eſt principaliter circa picula mortis ſicut circa ꝓpriā materiā. vñ dicit Andronic⁹ philoſoph⁹ ꝙ fortitudo eſt virt⁹ iraſcibilis nō facile obſtupeſcibilis a timorib⁹ q ſunt circa mortē. Cū aūt v̄tuoſus in actu virtutis intendat qđ bonū eſt. ꝯn̄s eſt ꝙ fortis pericula mortis ſubeat ꝓpter aliquē bonū finē cōſequēdū. Pericula aūt mortis ex egritudine vel tēpeſtate maris: aut ex inſidijs latronū vel ſi qua alia ſunt hmōi: nō vident̄ directe alicui imminere ex intētione ꝓſequēdi aliqđ bonū. picula aūt mortis q̄ ſunt in bellicis directe imminent hoī ꝓpter aliqđ bonū inquantū. ſ. defendit bonū cōe per iuſtū bellū. Sed eſt ſciendū ꝙ iuſtum bellū pōt eſſe duobus modis. Vno mō qn̄ ſit generale ſicut cū aliqui decertant in acie. Alio modo qn̄ ſit pticulare puta cū aliquis iudex vel aliqua priuata pſona non recedit a recto iudicio timore gladij imminētis: vel cuiuſcūq; periculi mortē inferentis: quocūq; prędictorꝫ modorꝫ quis mortē incurrat fortis eſt cenſendus: & ſic ad fortitudinē pertinet firmitatē animi habere: non ſolū contra pericula mortis q̄ imminent in bello cōi: ſed etiā q̄ imminēt in pticulari īpugnatione: vbi mors incurrit̄ ꝓpter bonū virtutis. Pōt etiam fortis ſubire picula cuiuſcūq; alterius mortis & fortis cenſeri dūmodo opus virtutis intendat: puta cū aliqs nō refugit amico infirmāti obſequi ꝓpter timorē mortiferæ infectiōis vel cū nō refugit iter magnū facere ad aliqđ pium negotiū proſequendū ꝓpter timorē naufragij vel latronū. Ex his q̄ dicta ſunt patet qd ſit fortitudo: & circa qd v̄ſetur. Eſt em̄ cohibitiua timorꝫ & moderatiua audaciarum circa pericula mortis q̄ ſunt in bellicis. & hoc ꝓpter bonū cōe defendēdū vel opus virtutis non deſerendū. Tantus fuit apud antiquos Romanos amor de repu. ꝙ ſicut dicit Valeri⁹ ſtatim honoris apicem aſſumentes abiecta priuata charitate publicam induebant: nec etiā filios plorabant quando in bellis mortem pro republica ſuſtinebant.

## §. I. DEINDE OCCVRRIT CONSIDE

*De actib⁹ fortitudinis.*

ratio de actibus fortitudinis & iuſtitia belli. Sciēdū vt dicit philoſoph⁹ in. iij. Ethi. ꝙ actus fortitudinis nihil delectabile videtur habere. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. ij. ij. q. cxxiij. ꝙ cū duplex ſit delectatio. ſ. corporalis q̄ ſequit̄ tactū corpaliū: & ſpūalis q̄ ſequit̄ apprehenſionē animę. Iſta duo ꝓprie ſequūtur opa virtutū: qa in eis cōſiderat̄ bonū rationis. Principalis aūt actus fortitudinis eſt ſuſtinere aliquā triſtitiā ſcd'm apprehēſionē aīę: puta qa amittit hō corporalē vitā: quā v̄tuoſus amat: nō ſolū inquantū eſt q̄ddā bonū naturale: ſed etiā inquantū eſt neceſſaria ad opa virtutū & q̄ ad eam ptinēt. Et etiā ſuſtinet aliqua doloroſa ſecūdū tactū corpis puta vulnera vel flagella. & ideo fortis habet vñ delectet̄ ex vna pte. ſ. ẜm delectationē aīalē. ſ. de ip̄o actu v̄tutis & de fine ei⁹: & ex alia pte habet vñ triſtari debeat: & aīaliter dū cōſiderat amiſſionē vitę & corpaliter ſuſtinēdo tormēta. Vñ legit̄. ij. Mach. vj. dixit Eleazar⁹. Diros corpis ſuſtineo dolores ſcd'm aīam vero dixit. ꝓpter timorē tuū libēter hæc patior. Senſibilis aūt dolor corporis facit non ſentiri aīalē delectationē virtutis: niſi forte p ſupabundantem dei gratiā aīa fortius eleuetur ita ad diuina ꝙ magis delectatur in eis q̄ a corporalibus pœnis afficiatur: ſicut legitur de. b. Tyburtio martyre incedente ſup carbones viuos qui dixit. Videt̄ mihi incedere ſup flores &c. Facit tn̄ virtus fortitudinis vt rō non abſorbeat̄ a corporalibus doloribus. Triſtitiā aūt aīalem ſuperat delectatio virtutis inquantū hō præfert bonū virtutis corporali vitę & quibuſcūq; ad eā ptinētib⁹. Et ideo dr̄ in. iij. Ethi. ꝙ a forti nō requirit̄ vt delectet̄: quaſi delectationē ſentiēs: ſed ſufficit ꝙ nō triſtet̄.

*De duplici actu fortitudinis & qs ſit pricipalior.*

Deinde occurrit cōſideratio de actib⁹ & iuſtitia belli. Itē oportet ſcire ꝙ actus fortitudinis ſunt duo. ſ. aggredi & ſuſtinere. Eſt aūt principalior actus ſuſtinere. i. immobiliter ſiſtere q̄ aggredi. Dictū eſt em̄ ſupra ꝙ fortitudo eſt circa timores reprimēdos & audacias moderādas. Difficili⁹ eſt aūt timorē reprimere q̄ audaciā moderari eo ꝙ ip̄m periculū qđ eſt obiectū audaciæ & timoris: de ſe cōfert ad repreſſionem audaciæ: ſed operatur ad augmentū timoris. Aggredi autem pertinet ad fortitudinem ex ea parte qua habet audaciam moderari. Sed ſuſtinere ſecundū ꝙ habet timorem reprimere. vnde patet ꝙ ſuſtinere eſt principalior actus q̄ aggredi. Apparet etiā hoc ratione ſumpta ex parte difficultatis: quę maior eſt in actu ſuſtinendi q̄ aggrediendi. Et hoc tripliciter. Primo quia ſuſtinere videtur aliquis ab aliquo fortiori inuadente: qui em̄ aggreditur inuadit per modum fortioris. Difficilius eſt autem pugnare cum fortiori q̄ cum debiliori. Secundo: quia ille qui ſuſtinet iam ſentit pericula imminentia. Ille autem qui aggreditur habet ea futura. Difficilius eſt autem non moueri a pręſentibus q̄ futuris. Tertio: quia ſuſtinere importat diuturnitatem temporis ſed aggredi poteſt aliquis ex ſubito motu. difficilius eſt autem diu manere immobilem q̄ ſubito motu moueri ad aliquod arduum. Vnde philoſoph⁹ dicit in. iij. Ethi. Quidam ſunt preuolentes ante pericula: in ip̄is autem diſcedunt. Fortes aūt econtrario ſe habent. Nam vt ibidem dicitur in ſuſtinēdo triſtia maxime aliqui fortes dicuntur. Exemplū de Alexādro narrat Feſtus Pōpeius. ꝙ cū ad periculoſum bellum exercitum eligeret: non iuuenes robuſtos: nec primum florem ætatis: ſed veteranos plæroſq; etiam emeritos militię: qui cum patre auoq; paterno militauerant elegit: vt non iam milites q̄ magiſtros militię putares: ordineſq; nemo niſi ſexagenarius duxit vt ſi principia caſtrorꝫ cerneres: ſenatū te potius reipublicæ videre diceres. Itaq; in prælio nemo fugā: ſed victoriam cogitauit.

## §. II. DICTVM EST AVTEM SVPRA

ꝙ fortis operatur propter bonum cōmune tuendū p iuſtū bellum. Et ideo de bello aliquid videndū eſt præſertim cū ibi actus fortitudinis. ſ. aggredi & ſuſtinere manifeſtentur. non ſolum quantum ad firmitatem animi. ſed etiam quantum ad corporis fortitudinem quę eſt frequenter indicium & diſpoſitio fortitudinis interioris. Non enim eſt contra rationē virtutis ꝙ ex naturali complexione habeat qs naturalem inclinationem ad virtutem. Vnde ex magnitudine extremitatum latitudine pectoris: erectione ceruicis: viuacitate oculorꝫ: & alijs huiuſmodi coniecturare poſſumus magnitudinem cordis tanq; ex quibuſdam ſignis & diſpoſitionibus ad virtutem: licet finale cōplemētum ſit ex more & conſuetudine. Ex actibus em̄ frequētatis generatur habitus: vt ex frequenter iuſta operari & temperate viuere ſumus iuſti & tēperati: vt docet Ariſt. ij. Ethi. De bello ergo conſiderantibus tria videre ſufficiat.

*De reqſitis ad iuſte bellādum ſeu ad iuſtum bellum*

¶Primo quæ ad iuſtum bellum requiruntur.
¶Secundo de natura aſſumptionis belli.
¶Tertio de his quibus licitum eſt ad bella procedere.

## §. III. QVANTVM AD PRIMVM

ſciēdū ꝙ chriſtiana religio bella nō recuſat: nec dānat ꝓ loco & tpe oportuno. Vñ ſcriptura euangelica teſtimonio Ioānis bap. cōcedit ꝙ licitū eſt ſtipēdijs vti & ꝓ republica militare. Dicit em̄ Augu. in ſermo. de puero Cēturionis. Si chriſtiana diſciplina oīno bella culparet: hoc poti⁹ cōſiliū ſalutis petētibus in euāgelio diceret̄ vt abijcerēt arma: ſeq; militię ſubtraherēt. Dictū eſt aūt eis. Neminē concutiatis. Eſtote contenti ſtipēdijs veſtris: quibus ꝓpriū ſtipēdium ſufficere p̄cepit, militare non ꝓhibuit. & habetur. xxiij. q. j. paratus in fine. Sed ad hoc ꝙ bellū ſit iuſtū tria reqruntur ſcd'm Tho. ij. ij. q. xl. ar. j. Primū eſt auctoritas principis: cuius mandato bellum eſt gerendū. Non em̄ pertinet ad perſonā priuatā bellū mouere. qa poteſt ius ſuū in iudicio ſuperioris proſequi. Et quia conuocare multitudinē: quod in bellis oportet fieri, nō ptinet ad priuatā pſonā. Cū aūt cura reipublicę cōmiſſa ſit principib⁹ ad eos ptinet rempu. ciuitatis vel regni vel ꝓuinciæ ſibi ſubditę tueri. Et ſicut licite eam defendunt materiali gladio contra interiores perturbatores: dū puniūt malefactores ẜm illud apl'i ad Rom̄. xiij. Non ſine cauſa gladium portat: miniſter em̄ dei eſt vindex in irā ei q male agit. Ita & gladio bellico ad eos ptinet rempub. tueri ab exteriorib⁹ hoſtib⁹. Vñ Aug. cōtra. Manicheos. xxiij. q. j. qd culpatur. dicit. Ordo naturalis mortaliū paci accōmodatus hoc poſcit vt ſuſcipiendi belli auctoritas atq; conſiliū penes principē ſit. Exēplū in filijs Iſrael q noluerūt ad bella ꝓcedere: niſi prius ſup eos principe conſtituto a quo eſſet auctoritas belli aſſumēdi. Vñ poſt mortē Ioſue conſuluerunt dn̄m dicentes. Quis aſcēdet ante nos contra Chananeum: & erit dux belli? Dixitq; dn̄s. Iudas aſcēdet. Iudic. j. Scd'o requiritur cauſa iuſta: vt. ſ. illi q im-

*De primo reqſito ad iuſte bellandū.*

*Miniſter dei dr̄ vindex in iram.*

pugnãtur propter aliquã culpã impugnari mereantur. vñ dicit Aug. in lib. queſtionũ vete. & no. teſtamenti. Iuſta bella ſolent diffiniri quæ vlciſcuntur iniurias. ſic gens vel ciuitas plectenda eſt: quę vel vindicare neglexerit qđ a ſuis improbe factũ eſt: vel reddere qđ ꝑ iiuriã ablatũ eſt. xxiij. q. ij. c. dñs. qđ intelligẽdũ eſt qñ ciuitas contra quã bellum aſſumiť frequenter & in multo dãnificauit ciuitatẽ q̃ bellũ aſſumit. Et iterũ ſi reqſita de recõpenſatione dãni reddere neglexit. alias nõ videť quãtũ ad forũ cõſciẽtię cã ſufficiẽs ꝙ bellũ in quo infinita rerũ ac corporũ diſpẽdia & animorũ flagitia vitari non pñt: debeat aſſumi. Abraã aſſumpta cauſa iuſta audito em̃ ꝙ Loth nepos ſuus iniuſte erat captꝰ cũ trecẽtis decẽ & octo vernaculis quatuor reges in pugna eſt aggreſſus &c. Geñ. xiiij.

*Ad bellũ iuſtũ reqritur intẽtio iuſta.*

Tertio ad iuſtũ bellũ requiritur intentio bellandi recta: ꝙ videlicet intendať vel vt bonũ ꝓmoueatur vel vt malũ viteť. vñ dicit Aug. in lib. de verbis dñi. Apđ veros dei cultores illa bella pacta ſunt: q̃ nõ cupiditate vel crudelitate ſed pacis ſtudio quęranť vt mali coerceantur. Debet ergo geri bellũ vt pax acquiratur: non queri pax vt bellũ exerceať ſecũdũ be. Aug. xxiij. q. j. noli. Exemplũ. Saul reprobatus fuit a deo: qa in victoria quam habuit ꝯtra Amalech nõ ſeruauit purã intentionẽ ad diuinũ mãdatum: ſed pepercit gregibꝰ ex cupiditate. j. Reg. xv.

*De ſecũdo reqſito.*

## §. IIII. SECVNDO PRINCEPS CAueat ne ſit facilis ad bella aſſumenda.

Nõ em̃ debet aſſumere bellũ etiã p̃dictis ſuppoſitis: niſi vrgente neceſſitate per cępta videlicet manifeſta & notabili lęſione: & iterũ hoſtibus nõ paratis ad ſatiſfactionẽ: ſicut dictũ eſt. s̃. Sed tũc cũ matura deliberatione & humili ac deuota diuini adiutorij inuocatione debet cõtra hoſtem reipublicę bella mouere.

*Cã qua re nõ eſt facile bellãdũ*

Cauſa aũt quare non debet eſſe facilis ad bella mouẽda: eſt varius euentus belli: qa nunc hũc nũc illũ cõſumit gladiꝰ ſicut rñdit Dauid ad Ioab. ij. Reg. xj. Impoſſibile eſt etiã ꝙ in bellis non multa mala ꝯtingãt: frequenter em̃ accidunt ſtrages hoim: effuſiones ſanguinũ: depopulationes terraꝝ: expoliatiões rerum: captiuitates etiam & paupertates multas ſup innocẽtes neceſſe eſt euenire. Multę etiã corruptiones in moribus ſuccreſcũt. Nam libidine vincendi & conſuetudine bellandi hoies reddũtur fortiores: animoſiores & ꝓniores ad vlciſcendũ & opprimendũ plus q̃ ordo diuini iuris requirat. Propter hęc & ſimilia q̃ in bellis cõmuniter eueniũt: debet princeps aſſumere bellum cum multo timore & dei reuerentia: p̃miſſis ad deum ſctõꝝ viroꝝ pijs ſupplicationibꝰ. Vñ Moyſes cũ mitteret Ioſue ad pugnam cõtra Amalech. Exo. xvij. Primo ad deũ refugium habuit: vnde ſtans in vertice collis & habẽs virgam dei in manu ſua: manus ſuas ad cœlum extẽdit ꝓ victoria habẽda cõtra Amalech. ꝓpter qđ dř ibi. Cũ leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael. Ad hoc etiam ꝙ Iudæi cõſulte & deliberate ad bella ꝓcederẽt: eis multa obſeruanda deus mãdauit.

*De ordine & mõ in bellãdo antiquitꝰ ſeruato.*

Primo ꝙ ad pugnã ꝓcedentes anteq̃ bellũ inirẽt: pacem hoſtibus offerrent. Secundo ꝙ appropinquãte iam p̃lio ſacerdos ante aciem exercitus ſtaret q pugnaturos confortaret ꝓmittẽdo auxiliũ dei. Tertio ꝙ remouerentur impedimẽta victorię remiſſis domũ quatuor generibus hoim: vt qui ędificauit domũ nouã & non dedicauit eam: qui plantauit vineã: qui deſpõſauit vxorem & formidoloſus. Deuť. xx. Permaxime autem ad victoriam valent orationis ſuffragia. Exẽplum legitur in hiſtoria Romanoꝝ: ꝙ cũ Fulgentius & Alborgaſtes contra Theodoſiũ chriſtianiſſimum Imperatorem venirẽt in prælium. Theodoſius cũ ſciret ſe ſuis deſtitutum fiducialiter ſigno crucis facto ſe in bellum dedit: victoriam a dño expectãs: qđ & pleniſſime obtinuit. Frequẽter aũt occulto dei iudicio: ſed nõ iniuſto: iuſtiores aut minus mali in bello ſuccumbũt a peioribus ſuperati.

*Nota cauſam q̃re nõnũq̃ iuſtiores ĩ bello ſuccumbunt.*

Qđ ex duplici cauſa contingere poteſt: aut quia tales a præceptis diuinis aliqñ receſſerunt: et ideo dignum eſt: & eorum emẽdationi expediens vt a nequioribus ſe tanq̃ a dei miniſtris attriti puniantur. Sicut voluit deus populũ Iudęoꝝ flagellari per Aſſyrios & Babylonios qui erant idolatræ & diuini cultꝰ impugnatores. Et ſic qui erãt magni peccatores facti ſunt in filijs errantibus diuinæ legis executores. Aut huiuſmodi contingere põt: qa tales q ſuccũbunt interdum de ſuis viribus nimis præſumũt a deo victoriã nõ quærẽtes: & ideo alioꝝ qui digne puniri merebantur: digni punitores fieri nõ merentur. Exemplũ in. xj. tribubus Iſrael collectis ad pugnam cõtra tribum Beniamin ob puniendũ ſcelus eorum: quę bis fuerunt debellatæ ab ipſa tribu Beniamin: quia de ſuis viribus confidebant. Iudi. xx.

## §. V. QVANTVM AD TERTIVM

*De tertio reqſito ad iuſtum bellũ. ſ. qbus liceat & qbus nõ.*

Sciendũ ꝙ prelatis eccleſiæ & clericis non licet pugnare in bello. Et hoc duplici ratiõe ẜm. b. Tho. ij. ij. q. lx. ar. ij. Pria eſt gñalis: videlicet qa bellicũ exercitium habet multas inquietudines quę multũ impediũt animũ a cõtẽplatiõe dei & orone: qbus oportet eos vacare. Scđa eſt ſpecialis. Nam oẽs ordines clericoꝝ ordinãtur ad altaris miniſteriũ: ĩ quo reprę̃ſentať paſſio Chriſti ſub ſacramẽto: & ideo nõ ꝯpetit eis occidere vel ſanguinẽ fundere: ſed magis eſſe patos ad effundendũ ſuũ ſanguinẽ ꝓ Chriſto vt ipm imitentur.

*Effũdẽs ſanguinẽ mutilatione fit irregularis.*

Vñ eſſundẽtes ſanguinẽ etiã ſine pctõ. ſ. ꝑ mortẽ vel mutilationẽ ſunt irregulares. Ei aũt q eſt deputatus ad aliqđ officiũ nullo modo licet exercere id ꝑ quod ſuo officio incõgruus reddiť. Poteſt addi tertia rõ. ſ. ꝓhibitio eccleſiæ. vt. xxiij. q. viij. ꝑ totum. & in. c. cõuenior. Vbi dicit Amb. Aduerſꝰ milites & Gothos arma mea lachrymæ meę ſunt. Talia enim ſunt munimẽta ſacerdotis: aliter nec debeo nec poſſum reſiſtere. Nec obſtat qđ diciť. xxiij. q. viij. hortatu. ꝙ hortatu Adriani papæ Carolus ſuſcępit bellũ contra Lõgobardos Et Leo papa deſcendit ad littus maris cũ exercitu Romanorum contra Saracenos. q. ea. ſępe. Nã prælati eccleſiæ & clerici pñt vtiq̃ intereſſe bellis de licẽtia ſuperioꝝ vt iuſte pugnãtibus ſubueniãt hortationibus, abſolutionibꝰ & hmõi operibꝰ ſpũalibus: vt prędicti fecerunt: de quibus dictũ eſt. Sed nõ vt pugnẽt ipſi ꝓpria manu ſcđm beatũ Tho. vbi s̃. in ſolutiõe ſcđi argumẽti. Et qa de bello diffuſe habes. s̃. in. iij. par. ti. iiij. ideo non plus hic: ſed ibi.

¶De triplici martyrio. Capitulum. III.

*De bello ꝑticulari ſcilicet martyrio.*

## DE MARTYRIO QVOD PERtinet ad bellũ particulare imminẽs a perſecutoribus fidei:

in quo ꝓmaxime exerceť actus fortitudinis Cũ em̃ ꝑtineat ad rõnẽ martyrij: vt aliquis firmiter ſtet in veritate & iuſtitia cõtra pſequẽtiũ impetus. Et ad fortitudinẽ ꝑtineat cõfirmare hoiem in bono virtutis cõtra pericula p̃cipue mortis: patet martyriũ eſſe actũ fortitudinis dũ fidẽ & iuſticiã non deſerit martyr propter imminẽtia ꝑicula mortis in quodã certamine ꝑticulari a pſecutoribꝰ imminẽti. Vñ Cyprianus in ſermone ait. Vidit admirãs p̃ſentiũ multitudo cœleſte certamẽ in p̃lio ſtetiſſe ſeruos Chriſti voce libera: mẽte incorrupta: virtute diuina. Et de martyribus canit eccleſia. Fortes facti ſunt in bello.

*triplex eſt martyrium.*

Eſt aũt triplex martyriũ ſcđm Berñ. in ſermone ſctõrũ martyrũ. ſ. martyriũ volũtatis tm̃: martyrium opis tm̃: martyriũ opis & volũtatis ſimul. Primũ ſuſtinuit Ioannes euãgeliſta: cui dictũ eſt a germano eius. Calicem meũ bibetis. Mat. xx. Vñ Cyprianus. In ſeruis dei apud quos cogitatur martyriũ & mẽte cõcipitur animus ad bonũ deditus iudice deo coronať.

*Nota ꝙ primũ martyriũ ſuſtinuit Ioan. euãgeliſta.*

Aliud eſt em̃ martyrio aĩm deeſſe: aliud aĩo defuiſſe martyriũ. de pœni. di. j. nunqd. qđ tñ intelligẽdũ eſt de corona aurea non aureola. Scđm martyrium fuit in Innocentibꝰ. q̃uis em̃ qdã dixerunt ꝙ in eis miraculoſe acceleratus fuit vſus liberi arbitrij: ita ꝙ etiam voluntarie martyriũ paſſi ſunt. tñ ẜm. b. Tho. qa ꝑ auctoritatẽ ſcripturę hoc nõ ꝓbať. melius dř ꝙ martyrij gloriã quã in alijs ꝓpria volũtas mereť illi paruuli occiſi ꝑ dei gratiã ſunt aſſecuti. Vñ Augu. in ſermone ait. Ille de veſtra corona dubitabit in paſſione pro Chriſto: q etiã paruulis baptiſmũ ꝓdeſſe nõ eſtimat Chriſti. Nõ habebatis ętatẽ qua in paſſurũ Chriſtũ crederetis: ſed habebatis carnẽ in qua pro Chriſto paſſuro paſſionẽ ſuſtineretis. Martyrium volũtatis & operis ſuſtinuit Stephanus cum alijs adultis martyribus. qđ martyriũ oẽ pœnę debitũ ſoluit: & ſubito aduolare facit ad cœlũ. Vñ dř. eẋ de cele. miſ. c. cũ Marthę. ꝙ iniuriã facit martyri q orat ꝓ martyre. Et ꝙ ſit maximus actus fortitudinis oſtendit Cypria. dicẽs ĩ epiſtola quadã. O bti martyres quibus vos laudibus prædicẽ. O milites fortitudinis robur corporis noſtri quo præconio vos explicem.

*Tria cõcurrunt ad martyrium.*

## §. I. AD RATIONEM AVTEM MARtyrij ſtricte ſumpti tria reqrũtur

videlicet gřa ſeu charitatis beneuolentia: mortis pœna & fidei cauſa. Primũ reqritur: qa ſine ea nõ eſſet fructuoſum. Vnde apl's. j. ad Coꝝ. xiij. Si tradidero corpus meũ ita vt ardeã. ſ. ꝑ martyriũ: charitatẽ aũt non habeã: nihil mihi ꝓdeſt. ſ. ad regnũ cœloꝝ obtinẽdũ. Et ẜm Aug. q ſic ait. Si qs nõ habens charitatẽ in aliquo ſchiſmate cõſtitutus: nec Chriſtũ negat: patitur turbationes: anguſtias: famẽ: nuditatẽ: perſecutiones: pericula: carceres: vincula: tormenta: gladiũ: flãmas vel beſtias: vel ipſam crucẽ timore gehẽnę: nullo modo ſunt iſta culpãda: ſed laudãda patiẽtia. Et qđ ait Apl's. j. Coꝝ. xiij. Nihil prodeſt. intelligatur ad regnũ cœloꝝ obtinẽdũ: nõ ad extremi iudicij ſuppliciũ tolerabilius ſubeũdũ. de pœ. diſt. iij. ſi qs. Ipſa aũt ſufferẽtia martyrij demonſtrãt maxime pfectionẽ charitatis: qa per ipſam cõtẽniť qđ maxime amať. ſ. vita tẽporalis. Vñ Chriſtus Io. xiij. Maiorẽ charitatem nemo habet &c. i. maius ſignum charitatis. Scđm qđ eſt de ratione martyrij eſt pœna nõ quęcũq̃ ſed mortis. Vñ Maximꝰ dicit in ſermone de martyre: ꝙ vincit ꝓ fide moriẽdo qcqd vinceret ſine fide viuẽdo. Pro cuius declaratiõe dicit bea. Tho. ij. ij. q. cxxiiij. ꝙ martyr dř quaſi teſtis fidei Chriſtianę: ꝑ quã nobis viſibilia ꝓ inuiſibilibꝰ cõtẽnẽda ꝓponãtur. vt dř ad Heb. xj.

*Interp̃tatio nominis martyr.*

Vñ ad martyriũ ꝑtinet vt hõ teſtificetur fidẽ oſtẽdẽs opere ſe cũcta p̃ſentia cõtẽnere vt ad futura & inuiſibilia bona perueniat. q̃diu aut hoi remanet vita corporalis nõdũ opere oſtẽdit ſe cuncta tẽporalia deſpicere. Nã cõſueuerũt hoies & cõſanguineos & oĩa bona poſſeſſa cõtẽnere: & etiã dolores corporis pati vt vitã ꝯſeruẽt. Vñ & Sathan cõtra Iob. ij. dixit. Pellẽ ꝓ pelle: & cuncta q̃ habet hõ dabit ꝓ aĩa ſua. i. vita. Et ideo ad pfectionẽ martyrij requiriť mortẽ ſuſtinere propter Chriſtũ. Vñ nec martyriũ ꝓprie dř ꝓ ſola tolerãtia carceris: vel exilij: vel rapię diuitiarum: vel alicuius cruciatus: ſicut ſuſtinuit Ioannes euãgeliſta flagella: oleũ feruẽs & exiliũ: niſi forte ẜm quid: qa ex his qñq̃ ſequiť mors: etſi nõ ſubito. Vñ eccleſia celebrat martyriũ Marcelli papæ in ſtabulo quieſcẽtis: qa illã mortẽ incurrit ex flagellis & alijs afflictionibus prius ſibi illatis. Tertiũ qđ requiriť eſt cauſa. Vñ Augu. Martyrem non facit pœna. ſ. tm̃: ſed cauſa. Cauſa autẽ iſta eſt veritas fidei. Sed ſciendũ ẜm Tho. vbi. s̃. ꝙ ad fidei veritatẽ ꝑtinet nõ ſolũ credulitas ipſa cordis: ſed etiã exterior proteſtatio: quę fit nõ ſolũ per verba quibus cõfitetur qs fidẽ: ſed etiã per facta qbus aliqs fidem ſe habere oſtẽdit: ẜm illud Iaco. ij. Ego oſtendã tibi ex operibus fidẽ meam. Et iõ oĩm virtutũ opera ſcđm ꝙ referunť in deũ: ſunt quędã proteſtationes fidei per quã innoteſcit ꝙ deus hmõi opera a nobis requirit: & nos pro eis remunerat. Et ſcđm hoc pñt eẽ cauſa martyrij opera ẽt aliarũ virtutũ. Et ſic quicũq̃ patiť mortẽ violentã pro quocũq̃ bono opere factẽdo: vľ ꝓ quocũq̃ pctõ vitando pp Chriſtũ: qa totũ hoc ꝑtinet ad fidei proteſtationẽ martyr exiſtit. vñ & beati Ioãnis baptiſtæ martyrium celebrať qui ſuſtinuit mortem: nõ pro neganda fide: ſed pro reprehenſione adulterij.

*De quadruplici martyrio.*

## §. II. MARTYRIVM SVMENDO

large ꝓ morte violẽta põt dici ꝙ eſt quadruplex martyriũ ſcđm quadruplicẽ eius cauſam & fundamentũ. Primũ eſt ex cõmiſſa iniqtate: videlicet ĩ his q occiduntť ꝓ ſceleribus cõmiſſis. Vñ. j. Peť. iiij. c. dř. Nemo veſtrũ patiať quaſi homicida. Tales ſi patienter ferũt mortẽ cõtriti de cõmiſſis: nõ rõne pœnæ tm̃: vel verecũdię: ſed reſpectu dei offenſi: etſi nõ percipiãt coronã martyrij: tñ ſaluanť. Si aũt tm̃ dolent ꝓpter ſuppliciũ impatiẽtes vel incõtriti ad inferna deſcẽdũt. Vñ ex latronibus crucifixis cũ Chriſto: q a dextris erat: qa cõtritus valde: intrauit paradiſum. Qui a ſiniſtris ꝓpter impatiẽtiã & incõtritionẽ infernũ. Et ad tale martyriũ ꝑtinet mors: q̃ ſuſtineť ꝓ partialitatibus guelfa & guelbina: & hmõi. de quibus Cypria. Inexpiabilis eſt culpa diſcordiæ: nec paſſione purgať. diſt. xc. neq̃. Scđm eſt ex intẽſa cupiditate. ſ. in illis qui occiduntur in bellis iniuſtis quę ex auaritia fiũt: vt Oreb: Zeb: Zebee & Salmana cũ centũ viginti milibus. Qui dixerũt. Hęreditate poſſideamus ſanctuariũ dei. in Pſ̃. lxxxij. & in lib. Iudicũ. & q hodie in bellis: niſi obſeruatis debitis circũſtãtijs iuſte bellarent: vt Iudas Machabęus cũ fratribus. j. Machab. v. & ij. Vel pro recuperãda terra ſancta. xxiij. q. viij. ſcire. Et ad hoc etiam pertinet mors quã incurrunt mundani violenta a latronibus vel alijs propter tpalia iniuſte acquirẽda. Et etiã auſteritas quã ſuſtinẽt hypocritę vt boni reputẽtur: & mulieres propter apparere. j. q. j. vide quantum. Tertiũ ex immẽſa cæcitate. ſ. in infidelibus. de hoꝝ numero erãt prophetę Baal. q coram Helia incidebant carnes ſuas lanceolis in honorem Baal. vt. iij. Reg. xviij. Sic & auſteritates Iudęorum & Paganoꝝ & monachorum Grę̃coꝝ incredibiles pertinẽt ad hoc martyriũ ducẽs ad infernũ: & mors quã ſuſtinẽt hęretici ꝓ ſuis erroribꝰ.

*Martyriũ hereticorũ ducit ad infernũ*

Ad hoc etiã pertinet triſtitia inordinata quã aliqui ſibi aſſumũt de tribulatiõibus. vel morte ſuoꝝ: vel de defectibus ſuis cõſciẽtiã ſcrupuloſam nolẽtes deponere ad cõſiliũ alioꝝ. Vel etiã ex deſperatiõe ſibi mortẽ inferẽtes. Quartum eſt ex infuſa charitate. ad Heb. xj. In occiſione gladij mortui ſunt: vt Eſaias: Hieremias: & alij etiã innumeri in nouo teſtamẽto. hoc ducit ad cœlum. Augu. de Cypriano martyre. Ab ĩferiori accipit ſentẽtiã, a ſuperiori coronã. xj. q. iij. etſi ad tẽpus. Framea eſt aĩa martyris ſplendida charitate: acuta veritate: vibrata dei virtute. Permaxime martyria ſctõrũ eccleſiã ędificant: & ad oẽ bonũ ĩducũt. Vñ Augu. vt mũdus hic vincať cũ amatoribus: erroribus & terroribus ſuis ſctõꝝ martyria docuerũt.

*Eſt iteꝝ martyrium triplex ẜm Berñ.*

Sumendo martyriũ ꝓ magno labore ſine morte. ſic dicit Bernar. triplex eſſe ſine ſanguine. Parcitas in vbertate q̃ fuit in Dauid. Liberalitas in paupertate: vt in Tobia. Caſtitas in iuuentute: vt in Ioſeph in Egypto. Item Greg. Martyres ſine ferro eſſe poſſumus ſi patientiam in animo ſeruemus.

¶De partibus fortitudinis integralibus & ſubiectiuis. Capitulum. IIII.

## DE PARTIBVS FORTITVdinis.

Nota ẜm Tho. ij. ij. q. cxxviij. ar. j. ꝙ cum alicuius virtutis poſſint eſſe triplices partes. ſ. ſubiectiuæ: integrales & potentiales. Fortitudini autem ẜm ꝙ eſt ſpecialis virtus non pñt aſſignari partes ſubiectiuæ: eo ꝙ nõ diuiditur in multas virtutes ſpecie differẽtes: qa eſt circa materiã valde ſpecialẽ. Aſſignantur aũt ei partes quaſi integrales & potentiales. Integrales quidẽ ſcđm ea q̃ oportet cõcurrere ad actũ fortitudinis. Potentiales aũt ſcđm ea q̃ fortitudo obſeruat circa difficillima. ſ. circa pericula mortis. Aliquę alię virtutes obſeruãt circa quaſdã alias materias minus difficiles: quæ quidẽ virtutes adiunguntť fortitudini: ſicut ſecũdarię principali.

*duplex eſt actꝰ fortitudinis.*

Eſt autẽ ſicut ſupradictũ eſt duplex actus fortitudinis. ſ. aggredi & ſuſtinere. Ad actũ aũt aggrediẽdi duo requiruntur. Primũ pertinet ad animi prę̃parationẽ: vt. ſ. aliquis promptũ animũ habeat ad aggrediẽdũ. Et quãtũ ad hoc ponit Tull'. in lib. Rheto. fiduciam. Vñ dicit ꝙ fiducia ẽ per quã magnis & honeſtis rebus multũ ipſe animus ĩ ſe fiduciæ cũ ſpe collocauit. Scđm aũt pertinet ad operis executionem: ne. ſ. aliquis deficiat ab executione illoꝝ q̃ fiducialiter inchoauit. Et quantũ ad hoc ponit Tull'. magnificentiã. vñ dicit. Magnificentia eſt rerũ magnarũ & excelſarũ cũ animi ampla quadã & ſplẽdida propoſitione cognitio atq̃ adminiſtratio. i. executio: vt. ſ. amplo propoſito adminiſtratio nõ deſit. Hęc em̃ duo ſi coerceantur ad propriã materiã fortitudinis. ſ. ad ꝑicula mortis erũt q̃ſi ꝑtes ĩtegrales ipiꝰ: ſine qbꝰ fortitudo eſſe nõ põt. Si aũt referanť ad aliquas alias materias in qbus eſt minꝰ difficultatis: erũt virtutes diſtinctæ a fortitudine ẜm ſpeciẽ: tñ adiũgenť ei ſicut ſcđarię principali. ſicut magnificẽtia a Pħo ĩ. iiij. Ethi. poniť circa magnos ſumptus. Magnanimitas animi vř idẽ eẽ fiducię circa magnos honores.

*de ſcđo actu fortitudis.*

Ad aliũ aũt actũ fortitudinis qui eſt ſuſtinere: duo requiruť. quorũ primũ eſt ne difficultate imminẽtiũ maloꝝ animus frãgať ꝑ triſtitiã: & decidat a ſua magnitudine. Et quãtũ ad hoc ponit patiẽtiã. vñ dicit Tull'. ꝙ patiẽtia eſt honeſtatis animi vel vtilitatis cã rerũ arduaꝝ aut difficiliũ volũtaria ac diuturna ꝑpeſſio.

*Differẽtia ĩter patiẽtiã & perſeuerãtiã.*

Aliud aũt ẽ vt ex diuturna difficiliũ paſſiõe hõ nõ frãgať vſq̃ ad hoc ꝙ deſiſtat ẜm illud ad Heb. xij. Nõ fatigemini animis vr̃is deficiẽtes. & quãtũ ad hoc ponit pſeuerãtiã. Vñ dicit ꝙ pſeuerãtia eſt in rõne bñ cõſiderata ſtabilis & ꝑpetua permãſio. Hęc ẽt duo ſi coerceanť ad ꝓpriã materiã fortitudinis: erũt partes quaſi integrales ipſius. Si aũt ad quaſcũq̃ materias difficiles referanť: erũt virtutes a fortitudine diſtinctæ: & tñ ei adiungenť ſicut ſcđariæ principali. Qđ autẽ Macrobius ponit ſeptẽ ꝑtes fortitudinis. ſ. magnanimitatẽ: fiduciam: ſecuritatem: magnificentiã: cõſtãtiã: tolerantiã & firmitatẽ: reduciť ad id qđ ponit Tull'. Nã fiduciã & magnificẽtiã ponit vterq̃. Tolerãtiã vero quã ponit Macro. loco eius patientiã ponit Tul'. Et firmitatẽ a Macro. dictã Tull'.

appellat pſeuerãtiã. Tria ỽo q̃ ſupaddit Macro. duo vide
licet magnanimitas & ſecuritas cõprehẽdunt ſub fidutia a
Tullio. Sed Macro. magis p ſpãlia diſtinguit. Fidutia em̃
pertinet ad ſpei certitudinẽ: magnanimitas aũt ad magni-
tudinẽ rei ſperatæ. Spes aũt firma nõ põt eẽ niſi amoueat
ꝯriũ. Timor em̃ quodãmõ ꝯriat ſpei. & iõ Macro. addit ſe
curitatẽ q̃ excludit timorẽ. Tertiũ aũt qđ addit. ſ. cõſtantiã
cõprehẽdi põt ſub magnificẽtia. Oportet em̃ ĩ his q̃ qs ma
gnifice facit cõſtãtẽ aĩm hr̃e. Põt ẽt cõſtãtia ad pſeuerãtiã
pertinere vt pſeuerãs dicat aliquis ex eo ꝙ nõ deſiſtit pro-
pter diuturnitatẽ. Cõſtãt aũt ex eo ꝙ nõ deſiſtit ꝓpter quę
cũq; alia repugnãtia. Sciẽdũ ẽt ꝙ Phs. iij. Ethi. ponit quinq;
modos fortitudinis. Prima fortitudo eſt politica quę forti
ter operat propter timorẽ exonerationis vel pœnæ. Secũda
militaris quę fortiter operat pp artẽ & experiẽtiã reipubli
cę. Tertia q̃ fortiter opat ex paſſiõe pcipue iræ. Quarta eſt
quę fortiter operat p cõſuetudinẽ victorię. Quinta q̃ forti
ter operat p ignorãtiã periculorũ. Quia ỽo iſta qnq; defi-
ciunt a vera rõne virtutis: qa etſi conueniãt in actu fortitu
dinis: differunt tñ in motiuo. ideo nõ ponunt partes forti
tudinis: ſed dicuntur modi eius ſm Tho. Differt aũt ſpes a
fiducia: qa ſpes eſt virtus theologica qua quis confidit de
deo. per fidutiã aũt quæ eſt virtus moralis & pars fortitu-
dinis habet homo fidutiam in ſeipſo tñ ſub deo.

Qui ſũt modi fortitudinis ſm Philoſophũ.

differũt ſpes & fidutia.

¶De magnanimitate. Capitulum. V.

## DEINDE CONSIDERANDVM

reſtat de partibus fortitudini annexis: quas pro
tanto annexas dicimus: qa ei adiungunt ſicut
ſecundariæ principali. Et hoc ideo eſt: qa forti-
tudo obſeruat circa maxima difficilia. ſ. circa pericula mor
tis. Aliquæ aliæ virtutes obſeruãt circa quaſdã alias mate
rias min⁹ difficiles in qb⁹ oportet p eas aggredi ardua. Po
nit aũt Tullius ĩ ſua rhetorica has virtutes prĩcipali anne
xas eẽ quatuor: videlicet fidutiã loco cui⁹ ponim⁹ magna-
nimitatẽ. ſic em̃ eã vocat Ariſto. magnificẽtiã: patientiã &
perſeuerãtiã. De vnaquaq; iſtarũ aliquid dicẽdũ vt cõple
tior ſit conſideratio fortitudinis. Primo ergo de magnani
mitate tractemus: de qua tria conſideranda occurrunt.

¶Primo circa quid exiſtit.

¶Secundo ſi eſt dicenda virtus.

¶Tertio de ſignis & proprietatibus eius.

## §. I. QVANTVM AD PRIMVM

eſt ſciendum ꝙ magnanimitas ex ſuo noĩe importat quã-
dã extẽſionẽ animi ad aliquod magnũ. Vñ ſm Phm. iiij.
Ethi. Magnanimus eſt magnitudine extremus: non quidẽ
per receſſum a medio rõnis: ſed qa ad magna tendit. Inter
res aũt humanas pręcipue exteriores quę in vſum hoĩs ve
niũt: vel ſibi aliquo mõ impẽdunt: maximũ locũ tenet ho
nor. tũ qa ꝓpinquiſſim⁹ ẽ virtuti: vt pote teſtificatio eius
exiſtẽs: tũ qa deo & optimis exhibet: tũ ẽt qa hoĩes pp ho
norẽ cõſequendũ & vituperiũ vitãdũ oĩa alia poſtponũt.
Cũ ergo oĩs virtus ſit pfectio potẽtię reſpectu vltimi ſim-
pliciter & difficilis. ſicut aliquis abſolute dr̃ fortis ex his q̃
ſunt ſimpliciter difficilia. aliquis dr̃ magnanimus ex his q̃
ſunt ſimplr̃ magna cuiuſmodi ſunt honores vt dictum eſt.
Vñ ꝯñs eſt magnanimitatẽ circa honores cõſiſtere tãq; cir-
ca propriã materiã. Qđ aũt magnanimitas ſit virtus hinc
patere põt. Vbi em̃ errare cõtingit circa ordinem rationis
per abũdãtiã & defectũ: neceſſe eſt ibi ponere remediũ vir
tutis: q̃ mediũ cõſtituat inter extrema. Eſt em̃ virt⁹ habitus
electiuus ĩ medio cõſiſtẽs: ꝓut rõ determinabit. vt patet. ij.
Ethi. Circa honores aũt magnos quę ſunt materia magna
nimitatis: vt dictum eſt: cõtingit errare per exceſſum prę-
ſumptiõis & defectũ puſillanimitatis quę ſunt vitia extre
ma. Pręſumptuoſus em̃ peccat p ſuperabũdãtiã inquantũ
mediũ rõnis excedit ſm proportionẽ ad maiora tendẽs q̃
ſibi coueniat. Eſt em̃ vitioſum qñ aliqua actio nõ cõmẽſu
rat virtuti agẽtis: qđ cõtigit qñ aliquis aſſumit ad agẽdũ
vel appetendũ q̃ pręferunt ſuę virtuti: qđ facit pſumptuo
ſus: qa tẽtat magnificare ſeipm honorib⁹ maiorib⁹ q̃ coue
niat ſuæ virtuti q̃ ẽ imperfecta. Vel q̃rit honorari ex his q̃
nõ ſunt digna magno honore: vt ſunt bona fortunæ: ſicut
diuitię: nobilitates & alia hmõi. Sicut aũt p pręſumptionẽ
aliqs excedit ꝓportionẽ ſuę potẽtię dũ nitit ad maiora q̃
poſſit: ita ẽt per puſillanimitatẽ deficit a ꝓportiõe ſuę po-
tẽtię dũ recuſat in idẽ tẽdere: qđ eſt ei cõmẽſuratũ: & ideo
ſicut pſumptio eſt vitiũ per exceſſum: ita puſillanimitas p
defectũ. Vñ ſeru⁹ q acceptã pecuniã dñi ſui fodit in terrã &
nihil eſt ex ea operatus propter timorẽ puſillanimitatis di
gne punitur a dño. vt habet Mat. xxv. Exemplum. Mardo
cheus inter pręſumptionẽ & puſillanimitatẽ tenẽs mediũ
videt magnanimus fuiſſe. Nõ em̃ extra ſuã virtutẽ pręſum
ptuoſe efferebat intrudendo ſe ad interiora facta regis: ſed
extra demorãdo ad ianuã: & deambulando quotidie ante
veſtibulũ domus: curã habẽs ſalutis reginę Heſter quę ſua
neptis erat. Nõ fuit etiã puſillanimitate deiectus q nec mi
nis nec terrorib⁹: nec ſpe ꝯmodi tpalis voluit ſup bũ Amã
adorare. vt patet Heſter. ij. iij. & iiij. Qui tñ ab eo honorẽ &
reuerẽtiã mirabilẽ ſibi impẽdi ſuſtinuit: arbitrãs ſe dignũ
talibus ꝓpter multã virtutẽ ſibi datã diuinitus. Sed poſſet
videri alicui ꝙ magnanimitas nõ ſit virtus. Nã humilita
ti magnanimitas vr̃ cõtraria. Nulla aũt virtus virtuti eſt
cõtraria. Nõ ergo magnanimitas eſt virtus (vt videt) quæ
ſe dignificat & alios cõtẽnit: cui⁹ cõtrariũ facit humilitas.
Sed ad hoc intelligendũ ſcire oportet ꝙ in hoĩe inuenitur
aliquod magnũ qđ ex dono dei poſſidet: & aliqs defectus
qui cõpetit ei ex infirmitate naturę. Magnanimitas igitur
facit ꝙ hõ ſe magnis dignificet ſm cõſiderationẽ donorũ
quę poſſidet ex deo. Sicut ſi habet magnã virtutem animi:
facit ꝙ ad pfecta opera virtutis tẽdat. Et ſimiliter eſt dicen
dũ de vſu cuiuſlibet alterius boni: puta ſciẽtię vel exterio
ris fortunæ. Humilitas aũt facit ꝙ hõ ſeipm paruipendat
ſcđm cõſiderationẽ proprij defectus. Similiter ẽt magnani
mitas cõtemnit alios ſcđm ꝙ deficiũt a donis dei. Nõ em̃
alios tãtũ appreciat ꝙ pro eis aliqd indecẽs faciat. Sed hu-
militas alios honorat: & ſuperiores ęſtimat: inquantũ ĩ eis
aliqd inſpicit de donis dei. Vñ in Pſ. xiiij. dr̃ de viro iuſto.
Ad nihilũ deductus eſt in cõſpectu eius malignus: qđ pti-
net ad cõtẽptũ magnanimitatis. timẽtes aũt dñm glorifi-
cat. qđ pertinet ad honorationẽ humilis. Et ſic patet ꝙ ma
gnanimitas & humilitas nõ ſunt cõtraria: q̃uis in contra-
ria tẽdere videant: qa procedũt ſm diuerſas rõnes ſeu cõſi
derationes. Exẽplũ. Dauid humilis fuit & magnanimus.
humilis fuit qñ corã deo cõſiderans ſuã paruitatẽ ante ar-
cã ſaltabat regno iã adepto. Magnanimus vero qñ cõſide-
rãs ſe ex dono dei vnctũ in regẽ ad regnũ aſpirabat vt de-
bebat: deuitãdo aſtutias Saulis: & ipm & domum eius a re
gno repellendo. vt patet ex pluribus cap. j. & ij. Reg.

De magnanimitate: & quid ĩportat ex noĩe ſuo.

Q̃ magnanimitas ẽ virtus.

De pręſũptione & puſillanimitate q̃ ſũt extrema eius.

Exemplũ de Mardocheo.

magnanimitas videtur contrariari humilitati.

magnanimitas qd efficiat.

## §. II. DE PROPRIETATIBVS ET

ſignis magnanimitatis multa ſcribit Phus in. iiij. Ethi. in-
ter quæ octo poſſumus accipere p quę qs poterit cõuince-
re de ipſa virtute acquiſita: vel de naturali inclinatione ad
ipſam. Dicit em̃ ꝙ magnanimus habet motũ lentũ & vocẽ
grauẽ & locutionẽ ſtabilẽ. Quorũ rõ põt eẽ: qa corporales
motus diuerſificant ſcđm diuerſas animi apprehenſiones
& affectiones: vñ cõſequuntur determinata accidentia cir-
ca prędictos motus. Prĩo em̃ velocitas motus prouenit ex
eo ꝙ hõ ad multa attendit quæ explere feſtinat. magnani-
mus autẽ tẽdit ſolũ ad magna quę pauca ſunt q̃ ẽt indigẽt
magna attentione: & ideo habet motũ tardũ. Deinde acui
tas vocis & velocitas linguæ cõpetit his pręcipue q de plu
ribus cõtẽdere volũt: qđ nõ ptinet ad magnanimos q nõ
debent ſe intromittere niſi de magnis. Tales aũt diſpõnes
corporales cõueniũt magnanimis ſcđm exigẽtiã virtutis.
Hos etiã qui naturaliter ſunt diſpoſiti ad magnanimitatẽ:
tales cõditiones naturaliter aſſequuntur. Prædicatores de-
bent habere has proprietates magnanimi: qa debẽt eſſe in
ſuis actibus maturi: & in prædicatione tubales. Exemplũ.
Vnde Ezechiel in viſione quatuor aĩaliũ deſignãtiũ qua
tuor euãgeliſtas: vidit plãtã pedis eoꝝ quaſi plantã pedis
vituli. Vitulus em̃ mature incedit & fortiter. Vidit & ſcin
tillas quaſi ęris candẽtis. Es enim metallũ ſonorũ eſt. Et in
oẽm terram exiuit &c. Ponit vlterius Phs quinq; laudabi
les proprietates magnanimi. Primo ꝙ eſt immemor bene
ficioꝝ: qđ nõ ẽ intelligẽdũ ꝙ nõ habeat in memoria bñfi
cia quę recępit: & ꝙ etiã benefaciẽtibus nõ retribuat: ſed eſt
intelligẽdũ ꝙ nõ eſt ſibi delectabile ꝙ ab aliqbus bñficia
recipiat quin eis maiora recõpẽſcet. Et hoc pertinet ad pfe
ctionẽ gratitudinis: in cuius actu vult ſemp excedere ſicut
in actibus aliarũ virtutum. Vñ magnanimitas eſt ornatus
oĩm aliarũ virtutũ inquãtũ intẽdit in actu oĩm ad grande.

magnanimitatis ſigna.

proprietates q̃s debent habere prędicatores.

Quinq; ꝓprietates magnanimi.

Vult ergo



Vult ergo dicere ꝙ eſt prõptior: & ſibi eſt delectabilius ad
benefaciẽdũ q̃ ad accipiẽdũ qđ videt eſſe actus liberalita
tis & charitatis. Hãc magnanimi cõditionẽ habuit Abraã
qñ filijs Ethei gratis offerẽtibus ſepulturam pro defuncta
Sara vxore ſua nõ acquieuit: ſed ſtatĩ quadringẽtos ſiclos
argenti & probatæ monetę publice ꝓ iure ſepulturę habẽ
dæ tradidit. Geñ. xxiij. Erat em̃ Abraã liberi ac nobilis ani
mi. vnde ꝓ bñficio gratis accępto nolebat ſe alicui ſubde
re. Et quantũ ad hoc renuit eſſe beneficij memor. Scđo po
nit ꝙ eſt otioſus & tardus: qđ nõ eſt intelligẽdũ quaſi defi
ciẽs ab operãdo ea q̃ ſibi cõueniũt: ſed qa nõ ingerit ſe qui
buſcũq; operibus ſibi nõ cõueniẽtibus: ſed ſolũ his q̃ ma-
gna ſunt qualia decẽt eũ. Hãc cõditionem habuit Saul qñ
de nouo factus rex & a pluribus cõtẽneret diſſimulauit. j.
Reg. x. Sed veniẽtibus nuncijs Iabes Galaad pro adiutorio
ad eũ oſtendit auctoritatem & magnitudinẽ animi in fru-
ſta diſcerpens boues quos ſequebat: & pręcipiẽs ꝙ ſic fie-
ret ſicut bobus eius qui nõ veniret ad pręliũ oĩs Iſraelis. j.
Regũ. xj. Tertio ponitur ꝙ magnanimus vtitur ironia ad
multos: qđ nõ ẽ itelligendũ de ironia ſcđm ꝙ veritati op
ponit: dicẽdo de ſe aliqua vilia q̃ nõ ſunt: vel negãdo ali-
qua q̃ ſunt. Sed qa nõ totã ſuã magnitudinẽ oſtẽdit: maxi-
me quantũ ad inferiorẽ multitudinẽ. Nã ſicut dicit Phs lo
quens de hac proprietate. Ad magnanimũ ptinet magnũ
eſſe ad eos qui in dignitate & in bonis fortunę ſunt. ad me
diocres aũt moderate. Hãc conditionẽ habuit Dauid q li-
cet eſſet in regẽ p Samuelẽ ꝓphetã vnctus: de mandato tñ
patris victualia ſuis fratribus quibus diuinitus erat pręla
tus mãſuetus deferebat. j. Reg. xij. Alexander etiã qui tanta
cordis altitudine fuerat vſus in debellatione Darij eũ mor
tuũ in vlnis proprijs deferebat: qui pietatis officio in cor-
poris funeratione functus eſt. Quarto ponit ꝙ nõ põt con
uiuere alijs: qđ nõ eſt intelligẽdum ꝙ nõ ſit familiaris ad
amicos: ſed qa oĩno deuitat adulationẽ & ſimulationẽ quã
quęrit cõiter hoĩm multitudo. hoc enim ſpectat ad animi
puitatẽ. Cõuiuit tñ oĩb⁹ magnis & paruis: ſicut oportet: &
qñ oportet: ſicut. s. dictũ ẽ ĩ tertia ꝓprietate. Admonet Ari
ſto. Alexã. quãtũ ad iſtã ꝓprietatẽ dicẽs ſic. Honorificũ eſt
inquit regẽ abſtinere a multiloquio & nõ frequẽtare ꝯſor
tia viliũ pſonarũ: qa nimia familiaritas parit contẽptũ. Et
ſubdit. Indi ſtatuerũt ꝙ rex tm̃ ſemel in anno appareret cũ
regali apparatu & nobiles circa eum ſtarent: & vulgus a re
motis. In illo die cõſueuerũt dona elargiri reos de carceri-
bus emancipare & alia pia opera exercere. Quinto & vltĩo
ponit Philoſophus ꝙ magis poſſidet ĩfructuoſa: vbi vult
dicere ꝙ proponit honeſta q̃ vocat ĩfructuoſa: vtpote ad
alia non ordinata vtilibus q̃ vocat fructuoſa: qa videlicet
pp aliud querunt vt per ea ſubueniat alicui defectui q ma
gnanimitati repugnat. Temiſtides qui ſua probitate Per-
ſas fugauerat: magis dilexit honeſta q̃ vtilia. vñ interro-
gatus de filia ſua: vtrũ eã pauperi ſed ornato aut locuple-
ti parũ probato maritandã collocaret: Rñdit. Malo virũ
pecunia indigentem q̃ pecuniam viro.

Qualr magnanimus vtat ironia.

Rex debet eſſe parcilo qu⁹ exẽplo Alexandri magni.

¶De virtute magnificentiæ quid ſit: & quibus con-
ueniat. Capitulum. VI.

## DE VIRTVTE MAGNIFICEN

tię: de qua cõſequẽter ẽ agẽdũ duo breuiter vi-
dere ſufficiat. ſ. circa qd exiſtat: & qb⁹ ꝓprie cõ-
ueniat. Dictũ ẽ aũt. s. duas eẽ virtutes circa pecu
niã vel vſum ei⁹. ſ. liberalitatẽ & magnificẽtiã. Qđ em̃ cir
ca gen⁹ pecunię ſit virt⁹ ponẽda. patere põt ex his quę dicit
Augu. in lib. de libe. arbi. vbi ait ꝙ bñ vti his quib⁹ male
vti poſſumus ptinet ad virtutẽ. Poſſum⁹ em̃ bñ & male vti
pecunia: & his q̃ extra nos ſunt in vſum noſtrũ veniẽtib⁹.
Igit vt bñ vti poſſumus pecunia: & his quæ p eã mẽſuran-
tur: eſt virtus neceſſaria. Sed eſt ſciẽdũ ꝙ virtutes illæ quæ
ſunt circa res exteriores habent aliã difficultatẽ ex ipſo ge
nere rei: qa res exterius exiſtẽtes ẽt paruæ ſunt multũ appe
tibiles: vtpote neceſſariæ ad humanã vitã & aliã difficul-
tatẽ ex magnitudine ipſius rei. Et iõ oportet circa pecuniã
& vſum eius duas eſſe virtutes. ſ. liberalitatẽ quæ reſpicit
cõiter vſum pecuniæ: & magnificẽtiã q̃ reſpicit magnũ ei⁹
ſumptũ. Et ſic patet circa qd habet magnificẽtia cõſiſtere:
qa videlicet circa magnos ſumpt⁹. Vlterius eſt ſciẽdũ ꝙ li
cet reſpiciat extremũ cõſiderata quãtitate eius qđ facit: cõ
ſiſtit tñ in medio cõſiderata regula rationis a qua nõ defi-
cit neq; eã excedit. Vñ ponit medium inter duas extremas
malicias: quarum vnã dr̃ paruificẽtia q̃ cõſiſtit in defectu.
Magnificus em̃ intẽdit ad magnitudinẽ operis: puta tem-
pla cõſtruere ad honorem dei: hoſpitalia ꝓ pauperibus &
hmõi peregrinãtibus facere. Et ex hoc intendit magnitudi
nẽ ſumptus quã nõ vitat vt faciat magnũ opus. Exemplũ.
Paruificus fuit rex Antigonus. de quo dicit Señ. ꝙ cũ qui-
dã noĩe Cynicus talentum ab eo peteret. Rñdit plus eſſe q̃
Cynicũ deceret. tũc ille repulſus petijt denarium. cui ille re
ſpõdit minus eſſe q̃ regẽ dare deceat. Turpiſſima hęc cauil
latio iquit Señ. quã inuenit vt neutrũ daret cũ dare potuiſ
ſet denariũ tãq; Cynico: & talẽtum ſicut rex. Idem ponit de
Alexã. q cuidã militi aliqd petẽti dedit vrbẽ quãdã. & di-
cẽte illo hoc nõ cõuenire ſuę fortitudini. Nõ quęro inquit
quid te accipe liceat: ſed qd me dare: animoſa vox & regia.
Cõtra magnificẽtiã etiam eſt expẽdere multa inutiliter: vt
Balthaſar qui fecit conuiuiũ magnũ optimatibus & con-
cubinis ſuis: vnde punitus fuit: vt habetur Dañ. v.

De magnificẽtia circa qd exiſtat.

## §. I. DEINDE VIDENDVM EST

quibus hęc virtus habeat cõuenire. Circa qđ eſt ſciendũ ꝙ
ſicut dicit Phs in. iiij. Ethi. Magnificus nõ eſt ſumptuoſus
in ſeipm. Nã vt dictũ eſt ad magnificẽtiã pertinet aliquid
facere magnũ. qđ aũt pertinet ad pſonã ſingularis hoĩs nõ
eſt qd magnũ habito reſpectu ad res diuinas vel cões: qb⁹
debet magnificus intẽdere: qa talia ſunt ꝓportionata ma-
gnitudini ſumptuũ q cadũt ĩ vſu virtutis. & iõ magnific⁹
nõ intẽdit principalr̃ facere ſumptus in his q̃ ptinẽt ad ei⁹
pſonã: niſi talia eſſent q̃ de ſe habẽt aliquã magnitudinẽ:
& requirũt ſolẽniter agi: ſicut ſũt ea q̃ ſemel vel raro fiũt:
vt nuptiæ: militię & hmõi. vel ẽt q̃ ſũt diu permanẽtia: vt
cõueniẽs habitatio domus. talia em̃ magnifice proſequit
magnific⁹: ſimpliciter tñ ad magnificũ ptinet ſumpt⁹ face
re reſpectu rerũ cõmuniũ & diuinaꝝ vel cadit magnitudo
expẽſarũ. talis aũt magnitudo nõ adeſt niſi diuitib⁹ & po
tẽtibus: qb⁹ vt dicit Amb. ſupabũdãtia dat a deo vt meri
tũ bonę diſpẽſationis acqrãt. Ad hoc em̃ pręfecit deus diui
tes & potẽtes pauperib⁹: vt eis prouideãt nõ ſolũ quãtũ ad
vſus proprios: ſed ẽt cões: puta in faciẽdo hoſpitalia: tem-
pla & eccleſias cões: qđ maxime ptinet ad principes & pla
tos q pcipue debẽt intẽdere magnũ in ordine ad honorem
dei & vtilitatẽ eoꝝ qui eius cultui deputant. Vñ dicit Phs
ꝙ honorabiles ſumptus ſunt maxime q ptinent ad diuina
ſacrificia. Et ideo magnificẽtia ſanctitati coniũgitur. ideo
Exo. xiiij. de deo ſcriptum eſt. Magnificus in ſanctitate. Et
in Pſ. xcv. Magnificentia in ſanctificatione eius. qa vide-
licet præcipuus hui⁹ virtutis effectus ad ſanctitatẽ & ỽtutẽ
ordinat. Et qa bonũ cõe reipublicę eſt quoddã diuinũ: iõ
ꝯueniẽter ad magnificũ ptinet vt ſtudeat ad honores cões
ciuitatis: vñ tota reſpubli. poſſit ſublimari & laudem hr̃e
ſuppoſito ſemp honore dei. Et ſic patet ꝙ eſſe magnificum
ꝓprie ptinet ad diuites & potẽtes: qa tñ principalior actus
virtutis eſt interior electio: q̃ põt eſſe abſq; exteriori fortu
na. inde eſt ꝙ paup põt eſſe magnificus quantũ ad habitũ:
etſi nõ quãtũ ad actũ deficiẽtibus ſibi bonis fortunæ q̃ or-
ganice deſeruiunt huic virtuti in qua requirit exterior exe
cutio. Sicut patet de muliere paupercula quæ in gazophy
latio miſit duo ęra minuta plus offerens q̃ diuites ſm ſuã
conditionem. vt dñs oſtendit Luc. xix. Sed Salomon qa
actu habuit magnas opes: decuit eũ facere magnificũ op⁹:
qđ & fecit. Nam & honorem dei mirabile tẽplum tã ſum
ptuoſitate q̃ pulchritudine extruxit: in q̃ grande ſacrificiũ
deo obtulit boum vigintiduo milia: & ouium centum vi
ginti milia: vt patet. iij. Reg. viij.

De magnificẽtia quibus conueniat.

diuites a deo facti ſunt vt pauperib⁹ ſubueniant.

¶De virtute patientiæ. Capitulum. VII.

## SEQVITVR DE PATIENTIA

Inter alias autẽ paſſiones triſtitia eſt efficax ad
impediẽdũ bonũ rõnis: ſm illud ſapiẽtis Eccl̃i.
xxx. Multos occidit triſtitia. & ij. ad Coꝝ. vij. Sę
culi triſtitia mortẽ operat. Triſtitia aũt hmõi ex aduerſis
malis illatis naſcit quæ niſi refrænetur animus ſibi ſuccũ
bit: & ad vindictam appetendam & indignationem indu-
cit. Neceſſaria ẽ ergo virt⁹ ꝯ hmõi vt homo nõ abducat a
bono rõnis pp triſtitiã aduerſoꝝ. Hęc aũt virtus ẽ patiẽtia
quę ab Augu. ſic diffinitur in lib. de patiẽtia. Patientia eſt
qua mala ęquo aĩo toleramus. i. ſine perturbatiõe triſtitię

patiẽtia qđ ſit.

Ioſeph ęquanimiter aduerſa portauit. Vñ nec aĩo contri-
ſtatus eſt ex iniuria vẽditionis qua a ſuis fratribus nequi-
ter eſt vẽditus. Sed facta deprecatione ad eos & non obtẽ-
ta euaſione patienter ſuſtinuit illata mala. Geñ. xxx. c. Et
poſtmodũ clemẽter indulſit. Geñ. xlvij. & l. Et nota ꝙ pa-
tientia debet habere quatuor conditiones quæ notari pñt
ibi. ij. Coꝶ. vj. In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut
dei miniſtros in multa patientia. Et primo debet eſſe gene-
ralis ſeu vniuerſalis non partialis. Vñ dicit. In oĩbus. ſ. ad-
uerſis circa ſubſtãtiã: circa famã: circa perſonã: vt nõ cõtri-
ſteť ꝑ paupertatẽ: & cũ ſua ei auferunť: nec ꝑ contumelias,
deriſiones & detractiones: nec ꝑ lęſionẽ pſonę ſuę vel cõiũ
ctoꝶ. Iaco. v. Sufferẽtiã. i. patiẽtiã Iob audiſtis. ſ. quẽ debe-
tis imitari qui amittendo oẽs diuitias & familiã & ſanita-
tẽ: & illatis ſibi cõtumelijs verboꝶ ab vxore & amicis ĩ oĩ
bus his nõ peccauit. Iob. j. Scđo debet eſſe realis non ver-
balis. vñ dicit. Exhibeam⁹ nos. nõ ſolũ alios verbis ad mo
nẽdo ad patiẽtiam. Luc. xxj. In patiẽtia veſtra poſſidebitis
aĩas vrãs. nõ in patiẽtia alterius. exẽplũ in Chriſto q̄ dicit.
Tacui ſemper ſilui: patiẽs fui: ſicut parturiẽs loq̄bar. Eſa.
xlij. Tertio debet eſſe ſpũalis. vñ dicit. Sicut dei miniſtros.
Aliqui habẽt magnã patiẽtiã in laborib⁹ mũdi: ſicut ſtipẽ
diarij: nautę: agricolę & hmõi. ſed nõ eſt ſpũalis talis patiẽ
tia. Alij etiã in hoc ꝙ nõ triſtanť: ſed tñ nõ reuertuntur ad
deũ inter flagella. Alij attędianť nec gratias agũt. Non ſic
Apl'us: ſed gloriať di. Libẽter gloriabor &c. ij. ad Coꝶ. xij.
Quarto debet eẽ finalis: ibi. In multa patiẽtia. Qui em̃ ha-
bet patiẽtiã per vnã vicẽ vel annũ nõ ſufficit: ſed oportet
ꝙ ſit per totã vitã. vnde. Qui ſuſtinuerit vſq; in finẽ. ſ. pa-
tienter ferendo aduerſa: hic ſaluus erit. Matth. x.

*Patientiæ quatuor cõditiões.*

## §. I. SED QVERITVR VTRVM IN

*De iniurijs vtrũ ſint tolerãdæ.*

iurię ſemꝑ ſint patiẽter ſuſtinẽdę? Ad qđ rñdet. b. Tho. ij.
ij. q. cviij. ar. j. Mali tolerãdi ſũt a bonis ĩ hoc ꝙ ab eis ꝓprias
iniurias patiẽter ſuſtinẽt ſcđm ꝙ oportet. Vñ ſuꝑ illo ver
bo Cañ. ij. Sicut liliũ inter ſpinas &c. dicit glo. Nõ fuit bo-
nus q̄ malos tolerare nõ potuit. Nõ aũt tolerant eos vt ſu
ſtineãt iniurias dei & proximoꝶ. vñ Chryſ. ſuꝑ Mat. In in
iurijs ꝓprijs eſſe patientem laudabile eſt. Iniurias autẽ dei
diſſimulare nimis impiũ eſt. Sed illud qđ dictũ eſt de iniu
ria ꝓpria ĩtelligẽdũ eſt qñ iniuria illata pſonę ad ſolã pſo
nã ptinet: tũc em̃ patienter ſuſtinẽda eſt. Qñ aũt iniuria re
dũdat ĩ iniuriã dei & eccleſiæ: tũc debet aliq̄s propriã iniu
riã vlciſci. qđ tñ intelligẽdũ ẽ zelo iuſtitię nõ liuore vĩdi
ctæ. Exẽplũ in Helia. iiij. Regũ. j. Qui fecit deſcẽdere ignem
ſuꝑ eos q̄ venerãt ad capiẽdũ ipſum. qđ fecit ad oſtenden-
dũ verũ deũ eſſe quẽ colebat: & ob zelũ iuſtitię. vt dr̃. xxiij.
q. iiij. ſi illic. §. ſed obijcitur. Sylueriꝰ etiã papa excõicauit
eos qui ipm̃ in exilium miſerũt. vt. xxiij. q. iiij. Guiliſarius.
Qđ aũt dicit dñs Mat. v. Si q̄s te percuſſerit in vnã maxil-
lam: prębe ei & alterã &c. Dicit Augu. xxiij. q. j. paratus. Pa
ratus debet eſſe hõ iuſtus & pius patiẽter eoꝶ malitias ſu-
ſtinere. i. iniurias quos fieri bonos quęrit. Iſta autẽ præcę-
pta. ſ. patientiæ magis ſunt ad pręparationem cordis q̄ ad
opus qđ in aperto fit: vt teneať in ſecreto animi patientia
cũ beneuolẽtia. In manifeſto aũt id fiat qđ eis prodeſſe vi-
deť: q̄bus bñ velle debemus. Et inducit exẽplũ Chriſti qui
percutiẽti maxillã nõ prębuit alterã: ſed rñdit reprehẽden
do percutiẽtẽ. Io. xviij. Et Paulus percuſſus in faciem dixit.
Percutiat te deus paries dealbatæ. Act. xiij.

*Adde ꝙ rancor ẽ dimittẽd⁹: iniuria vero non. ita Aug. in tract. male. in tit. de iniu.*

## §. II. DE PATIENTIA CONSIDE

*De laudib⁹ patientiæ.*

randũ eſt primo de laudibus. Scđo de remedijs quæ indu-
cunt ad patiẽtiã. Tertio de fructibus ſeu vtilitatibus ſuis.
Nunc de laudibus eius videndum eſt. Et poſſumus de ipa
quatuor laudes magnificas prædicare.

¶ Primo: quia pugnantem inexpugnabiliter armat.

¶ Secundo: quia hoſtem fortiter expugnat.

¶ Tertio: quia de ipſo nobiliter triumphat.

¶ Quarto: quia vincentem fœliciter coronat.

*Prima laus patientię.*

Primo ergo patientia pugnantẽ inexpugnabiliter armat.
Circa qđ eſt ſciendũ ꝙ hõ in mũdo iſto poniť ſicut ĩ loco
laboris & certaminis in quo neceſſe eſt multipliciter exer
citari. Vñ di. Iob. v. Hõ naſcitur ad laborẽ & auis ad volã-
dũ. Et idẽ vitã humanã militię aſſimilat. Cuius cauſam aſſi
gnare videť cũ alibi dicit. Hõ nũq; in eodẽ ſtatu ꝑmanet.
Iob. xiiij. Et ſi aliquis mũdi gloria fulget: diuitijs abundet:
delitijs gaudet: & fere q̄dã mũdi oblectamẽta ſibi ad votũ
ſuccedẽtia habet. talis tñ nõ diu in eodẽ ſtatu ꝑmanet: q̄a ſi
videris impiũ ſuꝑexaltatũ & eleuatũ ſicut cedros libani:
trãſiẽs & ecce nõ erit: quęres, & nõ inueniet locus eius. Nã
poſt proſpera ſuccedũt aduerſa: glorioſa iuuẽtus ſenectute
frãgiť: egritudine robuſtũ corpus cõteriť. Diuitias pauper
tas fugat: poſt gloriã & magnificẽtiã aduerſantiũ rerũ im-
petus ſurgunt: delicias flagella repellunt: ſingula gaudia
triſtitijs permixta fiũt. & q̄d pluraʕ tot in mũdo ſibijnuicẽ
ſunt repugnãtia ꝙ vix eſt aliq̄s mũdo vtẽs q̄ momẽto ho
rę vitã ducat in quiete. Et ꝓ tãto dicit Iob. xiiij. ꝙ hõ natus
de muliere breui viuẽs tpe: repleť multis miſerijs: q̄ quaſi
flos egrediť & cõteriť &c. Quia ẽ vita pñs eſt tãq; mutatio
nis & laboris ad bñ certandũ: neceſſe eſt armatos forti ar-
matura fore. Nulla aũt armatura fortior q̄ illa per quã cor
mãſueſcit ſub deo. & hęc eſt patiẽtia quę hoĩem regit: ſcuto
bonę volũtatis ipm̃ cohibẽdo ab illicito appetitu vĩdictę.
Ipſam em̃ linguã retrahit a contumelia & murmuratione:
man⁹ a violẽtia & ꝑcuſſiõe: oculos a toruis aſpectib⁹: pedes
a greſſib⁹ iniq̄s. Et ſic totũ hoĩem infra ſe claudẽs ſub ꝓte-
ctiõe dei: cuius refrigeriũ q̄rit cõſtituit. Et quãtũ ad hoc dr̃
patiẽs aĩam ſuã poſſidere. Lu. xxj. In patiẽtia vrã poſſidebi
tis aĩas vrãs. Et Apl's ad Col'. ij. Induite vos ſicut electi dei
viſcera miĩę: benignitatẽ: humilitatem: modeſtiam: patien
tiã. Patiẽtiã iõ ponit vltimo: q̄a eſt cuſtos & radix oĩm vir
tutũ. vt dicit gl. ſuꝑ illo verbo. In patiẽtia vrã poſ. aĩas vr.
Señ. in lib. de ira dicit: ꝙ Cęſar Auguſtus fuit mirabilis pa
tiẽtię: q̄ nec cõuitijs ꝯ ſe dictis mouebať: ſed cõuitiãtib⁹ per
ſuadebat ꝙ liguis moderatius vterenť. Inimicis parcebat
leuiter: hoſtibus inuadẽtib⁹ & inſultãtib⁹ ꝯ ei⁹ dñiũ aĩo nõ
irritabať: ad ſe reuertẽtes ſuſcipere gaudebat. Ex hac Augu
ſti patientia arguit Señ. ꝯ ſe dicẽs. Nunquid in domo mea
poſſum qđ Auguſtus toto orbe terrarũʕ Ille patiẽs fuit &
hoſtibus ignoſcebat: & ego nõ ignoſcã pigris negligẽtib⁹
& garrulis famulis meisʕ Et ſubiũgit ea quę debẽt mouere
hoĩem ad ignoſcẽdũ. Puerũ: inq̄t: ętas excuſat: fœminã ſe-
xus: extraneũ libertas: domeſticũ familiaritas. Et ſubdit.
Amicus ẽ q̄ offendit fecit qđ voluit. Inimicus fecit qđ de-
buit. Prudẽtiori cedamus. ſtultiori remittamus.

*De patientia Cęſaris Auguſti.*

*Demotiuis ad ignoſcẽdum.*

Scđa laus patiẽtiæ eſt: q̄a fortiter hoſtẽ impugnat. Vbi ſciẽdum ẽ ꝙ
ad bñ pugnãdũ duo reqrunť ꝑcipue quãtũ ſpectat ad prę-
ſens. ſ. magnitudo viriũ & peritia pugnãdi. Vñ dicit Vale
rius maxi. de bellis Romanoꝶ. ꝙ ad ictus inferẽdos ac vi-
Sc̄do ꝑſeuerātia inſueta in naturā & ꝑ ꝯñs in delectationē cōmutat. Frequētia em̄ operandi habitū virtutis inducit ſc̄dm ph̄m in. ij. Ethi. dicentē: ꝙ ex frequēter iuſta operari ſeu agere ſumꝰ iuſti: ac ex frequēter tēperata facere tēperati: & ſic de alijs. Habitus aūt eſt qualitas difficile mobilis: ſicut dicit Ph̄s. Et ideo ſc̄dm Tull. ad modū naturæ eſt rōni conſentaneus. ꝓpter quod ad bona aſſuetꝰ & delectabil'r & abſq; difficultate operat. Vñ dicit Greg. in ep̄l'is. Subito ꝓcedēti de vmbra ad ſolem: de otio ad laborē graue cernit eē qd' incipit: ſed poſtq; ſueſcere cœperit vſus tollit difficultatē: inuenitq; facile eſſe qd' īpoſſibile ante putauit. Si quis ergo vult eſſe virtuoſus neceſſe habet virtutes frequētare. Nā videamꝰ naturā cōtinue operādo ex modicæ nucis additione imperceptibil'r magnam arborē facere: & paruā materiā cōtinuitate naturæ operantis in maximū corpus excreſcere: & aquā mollē perſeuerāti percuſſiōe ſuꝑ durū lapidē cadendo cauare. Hoc totū bonū efficit ꝑſeuerātia in actibus moralibꝰ multo efficaciꝰ q̄ natura in naturalibꝰ rebus. Cęcus a natiuitate a chriſto illuminatus cū eū prius ignoraret contra Phariſęos cōminantes & blaſphemātes cōſtanter in cōfeſſione veritatis perſeuerauit Io. ix. Exemplū de Nico. ſene incōtinētiſſimo pro quo Andreas perſeuerās in orōne obtinuit vt contineret.

*Tertius effectus*

Tertio perſeuerantia acq̄ſita cōſeruat. Frequenter em̄ hō q̄ virtutes multas acq̄ſiuit ex torpore & negligētia eas ꝑdit. Nā licet ꝑ virtutē habeat ꝙ ſit bonus: nō tñ habet ꝙ ſemꝑ in bono ꝑſiſtat. Ad hoc em̄ reqrit gratuitū dei donū cōſeruātis hoiem ī bono vſq; ī finē vitę. Cū em̄ liberū arbitriū de ſe ſemꝑ ſit vertibile q̄diu viuimus in hac vita: vt dictū eſt. ō. nō dat ei per habitꝰ virtutū etiā infuſarū ꝙ ſe immobiliter in bono ſtatuat. Vñ dicit Aug. in lib. de correptiōe & gr̄a ꝙ primo homini datū eſt: nō vt perſeueraret: ſed vt ꝑſeuerare poſſet. Et hoc multo magis verificat in ſtatu naturę corruptę. Et ſic patet ꝙ ad cōſeruationē virtutū requiritur perſeuerātia virtutū quæ negligētiā & torporē tollit & virtutes in operatiōe ſemꝑ vireſcere facit. vñ dicit Aug. ꝙ perſeuerantia magnū donū dei eſt quo cætera dona dei cōſeruant. Daniel propter crudele regis Darij ędictum: trinā orationē quā ante deū faciebat. i. ter in die non dimiſit ſed cōſtanter in his bonis q̄ agere cōſueuerat perſeuerauit Dañ. vj. vt habet Tob. viij. Exemplū etiam de Sara vxore Tobię.

*Quartꝰ effectus*

Quarto perſeuerātia virtutes in bono cōſummat. ſm̄ em̄ ap̄l'm. j. ad Coꝝ. ix. Multi quidē in ſtadio currunt ſed vnus accipit brauiū. qd' de perſeuerāte eſt intelligendū ſc̄dm glo. Vñ dicit Greg. in moral. Incaſſum bonū agit ſi ante vitę terminum deſeratur: qa fruſtra velociter currit q̄ priuſq; ad metā venerit deficit. & de pœ. diſt. ij. multi bene incipiūt. & c. ſeq. & Chry. dicit. Tolle perſeuerātiā: nec obſequiū mercedē habet: nec beneficiū gr̄as, nec laudē fortitudo. Deniq; nō qui inceperit: ſed qui ꝑſeuerauerit vſq; in finē hic ſaluus erit. Eſt igitur vt dicit Berñ. ſingularis filia ſummi regis virtutū finis & cōſummatio. Et qa tantū bonū per iſtā acquirit. ideo diabolus multū ei inſidiatur. Vñ dicit Berñ. in ep̄l'is. Scias diabolū ſoli ſemꝑ perſeuerantiæ inſidiari. quā ſolā virtutē nouit coronari. Ergo ſtude perſeuerātiæ quæ ſola coronat. Et hoc ſignauit deus Geñ. iij. loquēs ad ſerpentem. Et tu quidē inſidiaberis calcaneo eius.

*Cā quare diabolus virtuti perſeuerantiæ inſidiatur.*

Per calcaneū nāq; intelligitur extrema pars vitæ: cui diabolus multū inſidiat ſed cōtra inſidias eius perſeuerantia eius caput cōterit. Complementum ergo & cōſeruatio operū noſtrorū eſt perſeuerantia. In lege iubet in omni ſacrificio cauda offerri. Leui. iij. Et Iacob filio ſuo Ioſeph tunicā fecit vſq; ad talos totum corpus tegentem. Geñ. xxxvij. Et nota ꝙ perſeuerantia eſt virtus ſpecialis prout importat propoſitū perſiſtendi in bono nec deficiēdi propter aduerſa vllo tēpore. Sed prout importat ipſam actualē cōtinuationē in bonis operibus vſq; ī finē vitæ: nō ꝑtinet hoc ad virtutē ſpecialē. Et de hac dicit Aug. de pœ. diſt. iij. ſi ex bono. Cur hoc vt hō finiat hanc vitam anteq; ex bono mutet in malū: cur aūt illud alijs donetur alijs non donetur: ignorat. Id tñ donū dei eſſe in bono perſeuerantia ſc̄dm ſcripturas fateantur nobiſcū. Et cur alijs det: alijs nō det ſine murmure aduerſus deum dignentur ignorare nobiſcum.

# TITVLVS. IIII. DE TEMPERANTIA

¶ Quid ſit tēperātia: & circa quā materiam verſat. Cap. I.

POST HOC AGENDVM EST de temperantia. de qua quatuor videnda ſunt. Et primo quid ſit: & circa quā materiā verſat. Sc̄do de partibus eius integralibus. ſ. verecundia & honeſtate. Tertio de partibus ſubiectiuis. ſ. abſtinentia & ſobrietate & caſtitate. Quarto de partibus potentialibus. ſ. continentia, manſuetudine, clementia, modeſtia, eutropelia, ſtudioſitate & humilitate. Ad primi euidentiā duo breuiter ſunt videnda. ſ. de ratione appropriationis huius nois tēperātia ad ſpecialē virtutē: & de ipſa materia ſeu obiecto virtutis. Sciendū eſt igit ꝙ ſc̄dm cōſuetudinē humanę locutionis aliqua noīa communia reſtringuntur ad ſignādū ea ſolū quę ſunt pręcipua inter illa quę ſub tali communi ſignatione cōtinent: ſicut nomē vrbs qd' cōmuniter & indifferenter ſignificat quālibet ciuitatē: antonomatice accipit pro ciuitate Romæ. ſm̄ hoc ergo nomē temperantia dupliciter pōt accipi. Vno modo ſm̄ cōmunitatē ſuę ſignificationis: & ſic tēperantia nō eſt virtus ſpecialis ſed potius generalis. Vel poteſt dici conditio ſequēs oēm virtutē ſm̄ ꝙ quędā moderatio requirit in qualibet virtute morali. Hoc em̄ importat nomē temperantia. Significat em̄ quandam tēperiē: quā ratio ponit in humanis operatiōibus & paſſiōibus. Alio modo cōſiderat quaſi antonomatice. ſm̄ ꝙ ſignificat moderationem in his quæ habent maxime hominē allicere: & a bono rationis abducere. cuiuſmodi ſunt delectationes ciborum & venereorū. Et hoc modo temperantia eſt virtus ſpecialis.

*Temperātia circa quid exiſtat.*

Ex hoc aūt faciliter apparet circa quam materiam exiſtat. Dictū eſt em̄. ō. ꝙ ad virtutem moralē pertinet cōſeruare bonū rationis contra paſſiones eius ordini repugnātes. Concupiſcentiæ aūt delectationū tactus circa quas temperantia cōſiſtit maxime ſunt rationi repugnātes. Nā delectatio tanto eſt vehementior quāto cōſequit operationē magis cōnaturalem. Maxime aūt aīalibus naturales ſunt operationes quibꝰ cōſeruat humana natura. Hæc aūt cōſeruatio cōſideratur vel in indiuiduo: & hoc fit ꝑ cibū & potū. Vel in ſpē. & hoc fit ꝑ cōiunctiōnē maris & fœminę. Et ideo circa delectatiōes & cōcupiſcētias reprimēdas ciboꝝ & potuū ac ēt venereorū ꝓprie habet cōſiſtere tēperātia. vñ dicit Aug. in li. de libe. arbi. Tēperātia eſt affectus coercēs & cohibēs appetitū ab his rebꝰ q̄ turpiter appetunt. & Tul. in. j. Rhet. dicit.

*Diniffitio tēperantiæ.*

Temperātia eſt rationis in libidinē atq; alios non rectos animi impetus firma & moderata dñatio. Sancta Iudith. temperatiſſima



tiſſima fuit in oī genere tēperantię. Nam ſicut dicit Hiero. Ieiunijs erat confecta. lugubri habitu ſordidabat. cilicium habēs ſuꝑ lūbos ſuos. ſecretū cubiculū in ſuperioribus domus fecerat vbi clauſa manebat cum puellis ſuis. Sicq; ſuā viduitatē ī ſc̄tā puritate ducebat. Iudith. viij. & ix. & Aug. Princeps omnium vitiorum dū videret Adā ex limo terrę ad imaginē dei factū, pudicitia ornatū, tēperātia compoſitū, charitate ſplēdidū, primos parētes illis donis ac tantis bonis ſpoliauit pariter ac peremit. de pœ. diſt. ij. principes.

## §. I. DE PARTIBVS TEMPERANTIE

*De partibꝰ integralibꝰ tēperantiæ.*

integralibꝰ. Nota ſm̄ be. Tho. ij. ij. q. cxliiij. ar. j. in cor. q. ꝙ alicuiꝰ virtutis cardinalis triplices partes eſſe pñt. ſ. integrales, ſubiectiuę, & potentiales. Partes integrales alicuius virtutis dicunt conditiones quas neceſſariū eſt concurrere ad virtutē: & ſc̄dm hoc duę ſunt partes integrales temperātiæ. ſ. verecūdia ꝑ quā aliqs refugit turpitudinē tēperantię cōtrariā: & honeſtas per quā aliqs amat pulchritudinē tēperātiæ. Nā inter virtutes pręcipue tēperātia vēdicat ſibi quēdā decorē: & vitia ītēperātię maxīe turpitudinē habēt. Partes aūt ſubiectiuæ huiꝰ ꝟtutis ſunt ſpecies eius. Oportet aūt diuerſificare ſpecies virtutū ſc̄dm diuerſitatē materiæ vel obiecti.

*Tēperātia circa quid ſit.*

Eſt aūt tēperātia circa delectationes tactus q̄ diuidunt in duo genera. Nā quędā ordinant ad nutrimentum & in his quātū ad cibū eſt abſtinētia: quātū ad potū eſt ſobrietas. Quędam ordinantur ad vim generatiuā: & in his quantū ad delectationem principalē ipſius coitꝰ eſt caſtitas quātū ad delectatiōes quę ſunt in tactu & oſculis & amplexibus: & hmōi eſt pudicitia. Partes potentiales virtutis dicunt virtutes ſc̄dariæ q̄ modū quē principalis virtus obſeruat circa aliquā materiā illæ idē obſeruāt in qbuſdā alijs materijs in quibus non eſt ita difficile. Pertinet aūt ad tēperātiā moderari delectatiōes tactus quas difficilius eſt moderari. Vñ quęcūq; virtus moderationē aliquam operat in aliqua materia & refrenationē appetitꝰ in aliqd tēdētis ponet pars potentialis tēperātię: ſicut ꝟtus ei adiuncta. Qd' cōtingit tripl'r. Vno mō ī interioribus motibꝰ animi. Alio mō in exterioribus motibꝰ & actibꝰ corporis. Tertio mō ex interioribꝰ rebus. Pręter motū aūt cōcupiſcētię quē moderat & refrenat tēperātia tres motus inueniunt in aīa tendētes in aliqd. Primus qdē eſt motus volūtatis cōmotę ex impetu paſſiōis: & hūc motū refrenat cōtinētia: ex q̄ fit vt licet hō immoderatas cōcupiſcētias patiat nō tñ voluntas vincit: ſed reſiſtit. Alius motus interior in aliqd tēdēs eſt motus ſpei & audacię quę ipſam cōſequit. Et hūc motū moderat ſeu refrenat humilitas. Tertius motus eſt irę tendentis in vindictā quā refrenat manſuetudo ſiue clemētia. Circa autē motus corporales moderationē & refrenationē facit modeſtia: quā Andronicus in tria diuidit. Ad quorū primū ꝑtinet diſcernere qd ſit faciendū & qd dimittēdū: & qd quo ordine agēdū: & in hoc firmiter perſiſtere. & quātū ad hoc ponit bonā ordinationem. Aliud eſt ꝙ homo in eo qd' agit decentiā obſeruet: & quantū ad hoc ponit ornatū. Tertiū eſt in colloquijs amicoꝝ & qbuſcūq; alijs: & quātū ad hoc ponit auſteritas. Circa exteriora ꝟo duplex moderatio eſt adhibenda. Primo quidē vt ſuperflua non requirant: & quantū ad hoc ponitur a Macro. parcitas: & ab Andronico ꝑ ſe ſufficiētia. Sc̄do vt nō nimis exq̄ſita requirat & quantū ad hoc ponit Macrobius moderationē. Andronicus ſufficiētiā. Et ſic cū Tullius nō ponat in rhe. ſua ꝑtes tēperātię niſi cōtinētiā, clemētiā, & modeſtiā: cōprehendit ipē ſub modeſtia oīa illa q̄ ꝑtinēt ad moderationē corporaliū motuū & reꝝ exterioꝝ ēt moderationē ſpei. i. hūilitatē.

## §. II. DE VERECVNDIA QVE EST

*De verecundia quid ſit vtrū ſit virtus.*

pars ītegralis tēperātię: qd ſit: & de quo: & vtrū ſit ꝟtꝰ. Eſt aūt verecūdia ſm̄ ph̄m in. iiij. Ethi. timor īgloriatiōis. ſm̄ Damaſ. aūt eſt timor in turpi actu: vel de turpi perpetrato. Pro cuius declaratiōe ſciēdū ſc̄dm bea. Tho. ij. ij. q. cxliiij. ar. ij. ꝙ timor ꝓprie ē de malo arduo: qd' difficile vitat. Eſt autē duplex turpitudo. Vna vitioſa. ſ. q̄ ꝯſiſtit in deformitate actus volūtarij. Et hęc proprie loquēdo nō habet rōnē mali ardui. Qd' em̄ in ſola hoīs volūtate cōſiſtit nō videt eſſe arduū: & ſupra hoīs ptātē eleuatū. Et propter hoc non apprehēdit ſub rōne terribilis. vñ dicit ph̄s in. ij. rhe. ꝙ horum maloꝝ nō ē timor. Alia eſt turpitudo quaſi pœnalis q̄ cōſiſtit in vituperatiōe alicuius: ſicut q̄dā claritas glorię ꝯſiſtit ī honoratiōe alicuiꝰ. Et qa hmōi vituperiū habet rōnē mali ardui: ſicut honor habet rōnē ardui boni: verecūdia q̄ ē timor turpitudinis. prīo & p̄cipal'r reſpicit vituperiū ſeu opprobriū. Et qa vituperiū debet vitio ſicut honor virtuti: iō ex cōſequēti verecūdia reſpicit turpitudinē defectuoſam.

*Verecūdia timor turpitudīs*

Dupl'r aūt reſpicit verecundia culpā. Vno mō quia ex verecūdia hō deſinit agere turpia. i. vitioſa ꝓpter timorē improperij. Alio mō vt hō in turpibus quę agit vitet publicos cōſpectus propter timorē vituperij. Horū primū ſm̄ Greg. Naziañ. ꝑtinet ad erubeſcētiā. ſc̄dm ad verecundiā. Quia igit verecūdia proprie reſpicit ingloriationē ſm̄ ꝙ debet culpę q̄ eſt defectus volūtarius: iō de opprobrijs & contumelijs q̄ inferuntur alicui ꝑꝑ virtutē virtuoſus nō curat ſed cōtēnit: quia indigne ſibi irrogantur: ſicut legit de apoſtolis Actuū. v. ꝙ ibant gaudētes a conſpectu cōcilij &c. Ex imperfectiōe aūt virtutis ꝓuenit ꝙ aliqs verecūdet de opprobrijs q̄ ſibi inferunt propter virtutē. Qd' verecundantur hoīes de paupertate, ignobilitate, ſeruitute, & hmōi: prouenit ex hoc: quia ſicut honor q̄ debet ꝟtuti habet quādā excellentiā: ita vituperiū qd' proprie debet culpę reſpicit aliquē defectū ad minus ſm̄ opinionē hoim.

*de remedio ī bonis operibꝰ vīdicant.*

De operibus virtuoſis in ſe cōſideratis non eſt verecūdia: ſed per accidens contingit ꝙ aliqui de hmōi verecundent: vel inquātum habent vt vitioſa ſm̄ opi. aliquorum: vel inquātū hō refugit in opibꝰ ꝟtuoſis notā de pręſumptiōe vel ſimulatiōe. Qd' de maioribus malis hoīes minus verecundent aliqñ: procedit vel quia illa maiora habēt minus de rōne turpitudinis: ſicut vitia carnalia magis ſpecialia: vel quia in quodā exceſſu temporalis boni ſe habent: ſicut verecūdant homines magis de timore q̄ audacia: & furto magis q̄ rapina & hmōi.

## §. III. EST AVTEM VERECVNDIA

*Qd' verecūdia eſt virtꝰ large ſumendo*

virtus: ſumēdo large nomē virtutis: put. ſ. virtꝰ dr̄ oē qd' ē bonū laudabile in hūanis actibꝰ vel paſſiōibus: & ſic verecundia ē virtus: qa quędā laudabilis paſſio. di. lxxxvj. cōſiderāda. dicit Amb. ꝙ verecundia ingenuos prodit natales. Sumēdo aūt virtutē ꝓprie: ſic nō eſt virtus. Nā virtus eſt q̄dā ꝑfectio: vt dr̄. ij. Phyſi. Et iō omne illud qd' repugnat ꝑfectiōi: etiā ſi ſit bonū: deficit a rōne virtutis. verecundia aūt deficit a ꝑfectiōe. qa eſt timor alicuius turpis: qd'. ſ. ē exprobrabile. ſicut aūt ſpes eſt de bonō poſſibili & arduo: ita & timor eſt de malo poſſibili & arduo. Ille aūt q̄ eſt ꝑfectꝰ ſm̄ habitum virtutis nō apprehēdit aliqd' exprobrabile & turpe ad faciendū vt poſſibile & arduū. i. difficile ad vitādum: neq; actu facit aliquid turpe vñ opprobriū timeat: & ſic proprie non eſt virtus: qd' ēt dicit ph̄s in. iiij. Ethi. Quāuis aūt cōſiſtat in medio ſm̄ rōnē verecūdia: nō tñ eſt habitus electiuus qd' reqrit ad rōnē virtutis: ſed eſt paſſio vt dictū eſt. Et qa vitia q̄ pertinēt ad intēperātiā: maxime habēt turpitudinē vel etiā exprobrationē cū ꝑ ea magis aſſimulemur brutis aīalibus. Iō verecundia q̄ eſt timor de turpi: magis reſpicit tēperantiā q̄ alias virtutes. ſ. rōne motiui. Pōt tamen pertinere ad alias virtutes inquātum vitia eis appoſita ſunt turpia. Fouet autē verecundia honeſtatē remouendo quę ſunt honeſtati contraria: nō ita ꝙ pertingat ad ꝑfectam rōnē honeſtatis. Sic aūt eā deſcribit Amb. in li. de offi. Verecūdia ſocia & familiaris eſt mentis placiditati: proteruiā fugitans: ab oī luxu aliena: ſobrietatē diligit: honeſtatem fouet: & decorem reqrit. Publicanꝰ de peccatis ita verecūdabat ꝙ nō audebat oculos ad cœlū leuare & templo appropinquare. Lu. xviij. Dña q̄ iniecit oculos in Ioſeph inuerecūda valde fuit inuitans eū de adulterio. Ecōtra Ioſeph iuuenis & elegātis formę: facie verecūda potiꝰ ꝑmiſit ſe incarcerari q̄ aſſentire malo. Signa virtuoſę verecūdię oſtēderunt magna filij Noe duo. ſ. Sem & Iaphet qñ auerſis faciebus poſuerunt palliū ſuꝑ Noe nudatū in tabernaculo timore paternę verecūdiæ. Dicit Ambro. ꝙ verecūdia ingenuos prodit natales. diſt. lxxxvj. cōſideranda. Vnde dicit idē de virgine Maria ꝙ erat verecūda ſermone. Et de beato Berñ. legit ꝙ erat verecundus ſupra modum. Ita aūt eſt vtilis ꝙ dicit Aug. in li. de pœ. Fit dignus venia qui erubeſcit ꝓ Chriſto. ſ. confitendo verecūde pc̄tm̄ ſuū: vt de pœ. di. v. conſideret.

*maria ꝟgo erat verecūda.*

## §. IIII. VERECVNDANTVR AVTEM

*De verecūdia. ſ.*

hoīes maxime ſm̄ ph̄m in. ij. rhe. corā virtuoſis ſapientibꝰ

coerā q̄ bꝰ quis verecū datur.

coniunctis familiaribꝰ & ꝓpalātibus vitia de defectibus magis q̄ȝ corā alijs. Ratio huius eſt ſm bea. Tho. vbi. ſ. qa cum vituperiū opponatur honori: ſicut honor importat teſtimoniū quoddā de excellētia alicuius, & pręcipue q̄ eſt ſm virtutē: ita opprobriū cuius timor eſt verecūdia: īportat teſtimoniū quoddā ex defectu alicuius: præcipue q eſt ſcdm culpā. Et iō quāto teſtimoniū alicuius reputaṫ maioris ponderis: tanto magis ab eo verecundamur. Pōt autē teſtimoniū alicuius ponderis maioris reputari tripliciter. Vno modo propter certitudinē veritatis ꝓcedētē ex rectitudine iudicij: ſicut patet de ſapiētibus & virtuoſis a quibꝰ homo magis deſiderat honorari & magis ab eis verecundatur. Vnde a pueris & beſtijs nullus verecundatur ꝓpter defectū iudicij recti q eſt in eis. Scdo mō propter certitudinē ꝓuenictē ex cognitiōe quaſi particulari eoꝝ de qbꝰ eſt teſtimoniū: qa vnuſquiſq̄ȝ bene iudicat q̄ cognoſcit. Et ſic magis verecūdamur a pſonis cōiūctis quę magis facta nr̄a conſiderant. A peregrinis aūt & oīno ignotis ad quos facta nr̄a nō ꝑueniūt: nullo mō verecūdamur. Tertio mō eſt teſtimoniū alicuius magni pōderis ex effectu. ſ. ꝓpter iuuamentū vel nocumentū ab eo prouenīens. & iō deſiderant hoīes magis honorari ab his qui pn̄t iuuare: & magis verecundātur ab his q pn̄t nocere. Et inde eſt ꝙ quantum ad aliquid magis verecūdamur a pſonis magis coniunctis cū quibꝰ ſumꝰ ſemp cōuerſati: quaſi ex hoc nobis ꝓueniat perpetuū detrimētū opprobrij. Qd' aūt prouenit a pegrinis & trāſeūtibus cito trāſit. Sic ēt magis verecūdamur a propalatoribus vitiorū & irriſoribꝰ & fabularū fictoribꝰ pp nocumentū inde proueniēs quod eſt diffamatio apud multos. Apud illos etiā inter quos nihil mali fecimus verecundamur pp nocumentū ſequēs: quia per hoc amittimus bonā opinionē quā de nobis habebāt. Ab illis a qbꝰ aliqd de nouo poſtulamus vel quoꝝ volumus primo eē amici magis verecūdamur ꝓpter nocumētū inde proueniēs. ſ. impedimentū implēdę petitiōis & amicitię aſſumēdę. A ſīlibꝰ nobis in malis nō verecundamur eos cognoſcēdo: quia non ęſtimamus ꝙ defectū noſtrū apprehendāt vt turpe.

## §. V. ERVBESCENTIA NON INVE

niṫ in pfecte ꝟtuoſis: vt patet in. iiij. Ethi. Nec ī obſtinatis profundatis in pctō ſm illud Hiere. iij. Frons meretricis facta eſt tibi erubeſcere neſciſti. Huius ratio eſt ſm bea. Tho. vbi. ſ. quia cū verecundia vt dictū eſt: ſit timor turpitudinis: ꝙ aliquod malum non timeatur pōt cōtingere: vel qa illud nō ęſtimatur vt malū: aut qa non ęſtimaṫ vt poſſibile vel difficile euitari. Et ſm hꝫ verecūdia deficit in aliquo duplr̄. Vno mō qa ea q̄ ſūt erubeſcibilia nō appręhēdunṫ vt turpia. Et hoc mō & rōne carent verecundia in peccatis profundati quibus ſua pctā non diſplicēt: ſed magis de eis gloriantṫ. Alio mō qa nō cōprehēdūt turpitudinē vt poſſibile ſibi vel quaſi nō facile euitabilem. Et hoc mō ſenes & ſtudioſi verecūdia carēt. Sūt tn̄ ſic diſpoſiti: vt ſi in eis eſſet aliqd turpe de hoc verecūdarenṫ & ſic defectus verecūdiæ reperiṫ in peſſimis & optimis: ſed ex cauſis diuerſis. Inueniṫ etiā in his qui mediocriter ſe hn̄t ſm ꝙ eſt in eis aliqd de amore boni: & tn̄ non ſunt totaliter immunes a malo Et qa vt dr̄. iiij. Ethi. vitanda ſunt a virtuoſo non ſolū quę ſunt mala ſm veritatē: ſed ēt ſm opinionē. ſcdm illud apl'i j. ad Theſſa. v. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Iō em̄ caueāt ab his q̄ ſunt ſigna vitiorū de quibus ēt hoīes erubeſcūt: & non ſolū de ipſis vitijs nō eſt in eis verecūdia in hmōi. Eſt aūt in pfectis aliqs motꝰ verecūdiæ ꝓueniēs rōnē: ſicut & cæterarū paſſionū. Nec dr̄ pars tēperantię quaſi intrās eſſentiā eius: ſed quaſi diſpoſitiue ſe habens ad eam. Vn̄ Amb. dicit ꝙ verecūdia facit prima fundamenta tēperantiæ: inquantum. ſ. incurrit horrorē turpitudinis.

## §. VI. NOTA QVOD VERECVN

de verecūdia in qbꝰ ē vitāda & i qbꝰ moderāda.

dia de qbuſdā ē vitāda: de qbuſdā ē poſtergāda: de qbuſdā eſt moderanda: & de qbuſdā eſt ꝓcurāda. Et primo quantū ad bona facienda. Nā dimittere facere bonū propter verecūdiā ne irrideanṫ ab hoībus pctm̄ eſt. vn̄ Chriſtꝰ Luc. ix. Si qs me erubuerit & meos ſermones. ſ. ſeruare: vel annunciare vel diſcere: hūc filius hoīs erubeſcet cū venerit in maieſtate ſua. & ſilr̄ erubeſcere reprehēdere crimina qn̄ rephēdi deber. Vn̄ Nathan nō erubuit rephēdere regē Dauid de adulterio. Nec Ioan. bap. Herodem de inceſtu. vnde & Eſa. nō dimiſit propter verecūdiā ad ſeruandū mandatū ſibi a deo factū: quin iret nudus per trienniū per ciuitatē cum tamen eſſet de ſemine regio. Hic tamē latet anguis in herba vnde caute ambulandum. Nā quidā ſub ſpecie mortificationis vocātes ſe ſpūales: nudos ſe offerunt aſpectui alioꝝ ſine cauſa vrgente: addentes & alia turpia: et ſi non cōmixtionē vt ſic mortificēt ſe: ſed vtriq̄ȝ aīas mortificāt: qa hmōi mortale eſt: niſi eſſent certi de reuelatione dei eis ſuper hoc facta qd' nō legiṫ in nouo teſtamēto. Et primi parētes poſt pctm̄ erubeſcētes fecerūt perizomata: & deus addidit tunicas pelliceas ad honeſtatē. Scda verecundia eſt poſtergan da. i. non curāda: cū. ſ. eſt de his quę nō ſunt pctā vt de paupertate: de illegitimatiōe: de ſterilitate & hmōi. vn̄ Chry. Nūq̄ȝ de vitijs parētū erubeſcamus: ſed illud vnum quęramus ſemper amplectamur virtutē. di. lvj. nūq̄ȝ. & Ambro. Pudor eſt fœminis nuptiarū p̄mia nō habere. i. filios qbꝰ hęc eſt ſola cā nubēdi. xxxij. q. ij. pudor. vbi glo. ſola. i. pręcipua cauſa. Et tn̄ per eas nō ſtāt quin habeāt non eſt cur debeant erubeſcere: ſicut nec Zacharias & Elizabeth. Tertia eſt moderanda: videlicet de pctis cōmiſſis. Nā debet quis erubeſcere: & prīcipalr̄ reſpectu offenſę dei. ſed nō tantū vt p hoc omittat ꝯfeſſionē: vel intret deſperationē. Vn̄ Aug. Caueat peccator ne verecūdia ductus diuidat cōfeſſionē. ſ. dicēdo diuerſa diuerſis. hoc em̄ eſt ad hypocriſim tendere & ſemp venia carere. de pœ. diſ. v. cōſideret. Debet ergo eā tēperare: qa ī ſe bona ē ꝯfeſſio & vtilis. Ambro. Nō habet qd' erubeſcat cui pctm̄ dimiſſum eſt. ſ. p pniam. de pœ. di. j. ꝟbū dei. Quarta ē ꝓcurāda. ſ. cū hō tētaṫ de pctō debet conſiderare opprobriū qd' ei inde ſequiṫ corā deo & mūdo: & hoc multū retrahit hoīes p̄cipue iuuenes: non minus q̄ȝ dei timor. Pſ̄. xliij. Tota die verecūdia mea ꝯ me ē &c. vt fecit Suſanna. Silr̄ de cōmiſſis debet erubeſcere vt ſic magis inciteṫ ad bonū. vn̄ Ambro. Scī q cōſummare piū certamē geſtiunt & currere curſum ſalutis. ſi fortaſſe vt hoīes currunt naturę magis fragilitate q̄ȝ peccandi libidine: ad currendū fortius & acriores reſurgūt pudoris ſtimulo maiora reparantes certamina. de pœ. diſt. ij. ille rex. vel etiā cōſideratis virtutibus aliorū. Vn̄ Eſa. xxiij. Erubeſce Sydon ait mare. i. ſm Greg. vita ſæcularium aliquando inducit erubeſcentiam ſpiritualibus & religioſis conſiderata negligētia eorum.

De his qui nō erubuerūt rephēdere vitia principū: & notent prędicatores.

## §. VII. DE QVIBVS DEBET HO

De qbꝰ hō debet erubeſcere.

mo erubeſcere ſm virtutē. Ponit ea ſapiēs Eccl'i. xlj. dicens. Erubeſce a patre & matre de fornicatione: a pręſide. i. ptāte de mēdacio: a prīcipe de delicto: a ſynagoga a plębe de iniquitate: a ſocio & amico de iniuſtitia, de furto, de veritate dei & teſtimonio: de diſcubitu ī panibꝰ: ab obfuſcatiōe dati & accępti: a ſalutātibꝰ de ſilētio: ab aſpectu mulieris fornicariæ: ab auerſione vultꝰ cognati: ab auferēdo ptē & nō reſtituēdo: a reſpectu mulieris alieni viri: ab amicis de ſermonibus improperij: ab improperatiōe dati. Erubeſcāt & reuereanṫ oēs inimici mei: cōfundanṫ & erubeſcant valde velociter. ait Pſ̄. vj. Inimici noſtri ſunt ſenſus exteriores et interiores q aduerſanṫ ſpūi in ſuis inclinationibꝰ: vt cōcupiſcibilis & iraſcibilis ī quibꝰ motꝰ ſunt oīm paſſionū. Sed in pœnitētia erubeſcūt et cōfunduntṫ de malis commiſſis. Prio ergo debet qs erubeſcere de fornicatione q̄ cōpręhendit oēm luxuriā. patet p ſe q̄ȝ nullū pctm̄ īducit hoī tātū ruborē ſicut luxuria. Cuiꝰ rō pōt eē: qa eſt viliſſimoꝝ mēbro rū q̄ magis erubeſcit oñdere q̄ȝ oīa alia: & qa p eā non ſolū aīa ſed etiā corpꝰ maculaṫ: & qa mulier turpiter vēdiṫ. dat em̄ aīam ſuā diabolo & corpꝰ hoī ꝓ tribꝰ numis qd' nō faceret de ſuis ſotularibꝰ: et multo magis de vitio cōtra naturā habet erubeſcere: cū agat qd' beſtię cauēt & alter faciat ſe alteriꝰ fœminā. A p̄re et m̄re dicit vl' parētibꝰ carnalibꝰ vel a deo p̄re et matre eccleſia. Si em̄ filia alicuiꝰ diuitis erubeſcere debet reperta in fornicatiōe eo ꝙ pater poterat honorabiliter eā maritare: quāto magis aīa filia dei debet erubeſcere de tāto p̄re q pōt eā honoratiſſime maritare ſiue Chriſto p abſtinētiā: ſiue viro p honorabile coniugiū ab eo inſtitutū. A m̄re etiā eccleſia debet erubeſcere in cōfeſſiōe nō tn̄ tm̄ ꝙ nō confiteṫ pctm̄ ſuū: qa mala & peſſima eſſet illa verecūdia. Scdo debet erubeſcere de mendacio: qa potior eſt fur q̄ȝ aſſiduitas viri mēdacis: vt diciṫ Eccleſia. xx. Et qa dacio ī mētiēs nō ſeruat fidē quā vult tn̄ ſibi ſeruari: & fallit eū q cōfidit in eo. Et cū dicit ꝟitatē etiā iurando nō crediṫ ei. Et licet corā oībus de mēdacio cū reperiṫ in eo debeat erubeſcere p maxime tn̄ corā p̄ſidēte & ptāte: qa pōt eū punire & nūq̄ȝ de eo cōfidere vt iniūgat aliqd timens ne decipiat. A deo aūt p̄ſidēte ſup oēs debet erubeſcere de mendacio non ſeruatę promiſſiōis in baptiſmo. Promiſit em̄ abrenūtiare diabolo & pōpis eius & eas ipe ſequiṫ. Tertio debet erubeſcere de delicto. i. pigritia, negligentia. Sen̄. Turpiſſima iactura eſt q̄ per negligētiā fit. A principe aūt dicit: qa principi ſiue deo ſiue hoī multū diſplicet pigritia ſerui: ſicut velocitas in operibus multū ei placet. Prouer. xxij. Vidiſti hominē velocē in ope ſuo: corā regibꝰ ſtabit & erit ante ignobiles. i. negligētes. A deo principe vtiq̄ȝ erubeſcēdū eſt qui cūcta adducet in iudiciū & momētū a tpe negligenter expenſum inultū nō remanebit. Maledictus oīs qui opus dei facit negligēter. dicit Hiere. xlviij. Quarto erubeſcendū eſt de iniquitate a ſynagoga & plębe: & de eo ꝙ iniq̄ ſibi appropriat qd' cōe eſt oībus: vt faciūt vſurarij q tps ęqualr̄ oībus cōe volūt eē ꝓpriū ſuū. Antiquitꝰ oēs vſurarij vitabāṫ ſicut excōicati: & erāt in magna ꝯfuſiōe vt vix auderēt corā alijs cōparere. Sed & nūc manifeſti vſurarij ſatis ēt ſunt ī abominationē & vt vitēt talē erubeſcētiā: nō māifeſte ſed occulte: & p fraudes: ꝯtꝰ mercatoꝝ & alioꝝ ſunt pleni vſuris: & deo occultari nō pn̄t. vn̄ dn̄t magis erubeſcere. Auari ēt cū accęperint abūdātiā tpaliū ad diſtribuēdū paupibus nō ad ſibi retinēdū deberēt erubeſcere: qa detinēt res pauperū. vn̄ chriſtus Lu. xvj. Facite vobis amicos. ſ. paupes de mamona iniqtatis. i. diuitijs inęqualr̄ diſtributis: ſed iuſto dei iudicio. Quinto erubeſcendū eſt de iniuſtitia a ſocio & amico q̄ cōmittiṫ in vēdēdo & emēdo: & alijs ꝯtibus decipiēdo tn̄ ī p̄tio vel qualitate praua rerū. Vl' ī mēſuris & pōderibꝰ vl' ſubā rei mixtæ & hmōi. Et certe ꝙ amicꝰ & ſociꝰ in hmōi confidat in amico & ſocio ne decipiat. multū habet erubeſcere de fraude cōmiſſa & iniuſtitia. Vn̄ Prouer. iij. Ne moliaris amico tuo malū: cū ille hēat fiduciā ī re: ſed hodie non ſolū ſociū decipe querit ſi pōt: ſed p̄rem & frēm Et iō bn̄ diciṫ Hiere. ix. Vnuſqſq̄ȝ ab amico ſuo caueat: & ī omni fratre ſuo non hēat fiduciā: qa oīs frater ſupplātans. Sexto erubeſcendum eſt de furto. Tob. ij. Non licet nobis comedere de furto aut cōtingere. Nō pōt alicui dici maior iniuria q̄ȝ dicere ei ꝙ ſit fur & latro: nec aliqs patiṫ ſibi dici iniuriam talē: qa reputat ſibi ad nimiā verecundiā ꝙ talis ęſtimeṫ a quoq̄ȝ: qa tale vitiū nō ſolet eē niſi viliſſima pſonarū. Sed mirū eſt & abuſio magna ꝙ p paruis rebꝰ furatis indiciṫ pſonis pp̄ſaribꝰ magna pœna ſuſpēdij: & inde magna erubeſcētia: & dn̄is & magnatibus q prędanṫ maximā ſubſtantiā ſibi ſubiectis p diuerſas vias fit honor & laus. Septimo erubeſcendū eſt de veritate dei & teſtimōio. i. de ꝟitate quā deꝰ docuit eoꝝ q̄ ſunt fidei & bonoꝝ morū: quā ꝟitatē tot teſtimonijs doctoꝝ & miraculoꝝ cōfirmauit: & tn̄ multi videnṫ dubitare vel nō credere q̄rētes videre noua miracula q̄ſi narrata in ſcripturis nō ſint ꝟa. di. cum Iudęis. Magr̄ volumus a te ſignū videre: que ēt ſi cōtingerēt male interp̄tarenṫ. Credunt hoīes de facili fabulis poetaꝝ hiſtorijs gentiliū auctorum: incantationibꝰ dęmonū q̄ ſūt plena fallacijs: & non credūt veritati a deo reuelatę in ſcripturis. Vel ēt erubeſcendū eſt ꝙ doctores & prędicatores erubeſcunt ſcripturas ſacras docere & prędicare: & potiꝰ doctrinas gentilium docent. Sed dicit Chriſtus: q me erubuerit & meos ſermones. ſ. prędicare filius hoīs. i. Chriſtus hūc erubeſcet coram p̄re meo. Luc. ix. Octauo erubeſcēdū eſt de diſcubitu in panibus. i. ad lr̄am ſiqs inhoneſte & indecenter ſe habet in comedendo p̄cipue inuitatus ab alijs. Vel ſi ad menſam alicuiꝰ comedit ꝯ eū tractatū & deceptionē parat: ſicut Iudas q dn̄m ꝓdidit. Vn̄ dixit chriſtus. Mar. xiiij. Qui intīgit mecū manū in catinū hic me tradet. Spūalr̄ āt ad menſam dn̄i diſcūbunt q ſumunt ſacr̄m euchariſtię panē cœleſtē: & poſtea ei ꝯtumelias inferūt: vel viuētes de patrimonio crucifixi nō recognoſcūt bn̄ficia a deo: ſed īcraſſatus (ait Moyſes de his) eſt dilectꝰ & recalcitrauit: dereliquit deū factorē ſuū. Deute. xxxij. Nono erubeſcēdū eſt de obfuſcatiōe dati & accępti. Datū obfuſcat q cū triſtitia dat Eccl'i. xxxv. In omni dato hilarē fac vultū tuū. Datū obfuſcat qui cū dilatione dat. Prouer. iij. Ne dicas amico tuo vade & reuertere: cras em̄ dabo tibi: cū ſtatim poſſis dare. Datum obfuſcat q illud extollit. Potiꝰ em̄ qs debet diminuere donū. i. dicere eſſe paruū ille q dat q̄ȝ illud extollere. Vnde dixit Iacob Eſau. Si īueni gratiā in ꝯſpectu tuo: accipe munuſculū de manu mea. Gen̄. xxxiij. Accęptū aūt obfuſcat q de bn̄ficio eſt ingratus ip̄m attenuēdo vel obliuioni tradēdo. Cato. Exiguū munus cū dat tibi paup amicus. Accipito placide & illud laudare memento. Decimo erubeſcēdū eſt de ſilentio a ſalutantibꝰ: qd' habet locū in duobus caſibus: qn̄. ſ. aliqs ſalutatur & non vult reddere ſalutē illi cauſa ſupbię vel odij. Eccl'i. xxij. Amicū ſalutare nō cōfundaris: et a facie eius nō te abſcōdas. Cato. Saluta libēter. Vel quādo hoc agit ex quadā ruſticitate. Nec eſt cōtra qd' dn̄s ait. Lu. x. Neminē p viā ſalutaueritis: p hoc em̄ prohibetur ꝓlixitas vel curioſitas ſalutatiōis vel potiꝰ adulatio ī prędicatoribꝰ ſignatis in apl'is qbus tūc loq̄batur. Qd' em̄ ſalutare de ſe ſit bonū patet: qa ipſe dn̄s dixit Mat. x. Intrātes domū ſalutate eā di. pax huic domui. Vndecimo erubeſcēdū eſt ab aſpectu mulieris fornicariæ: qa ſecūdū Augu. Impudicꝰ oculꝰ impudici cordis eſt nūtius. Quinimmō nō ſolū ab aſpectu mulieris luxurioſę cauēdū ē & erubeſcēdū pp actꝰ & geſtꝰ eius incitātes ad laſciuiā ſine rubore. ſm illud Hiere. iij. Frōs meretricis facta ē tibi erubeſcere neſciſti. Sed & pp malū exēplū inſup ab aſpectu mulieris quātūcumq̄ȝ honeſtę. Nam vt ait Greg. in. xxj. li. mora. Quātalibet virtute mens polleat: quātalibet & grauitate vigeat: carnales tamen ſenſus puerile quoddā exterius pſtrepūt: & niſi interioris grauitatis pudore & quaſi iuuenili quodam vigore refrēnenṫ ad fluxa quę ꝓ & leuia mētem enerue trahunt. Vn̄ Iob. xxxj. ait de ſe. Pepigi fœdus cū oculis meis vt non cogitarē quidē de virgine propter aſpectū enim incautum intrat cogitatio turpis in mentem. Duodecimo erubeſcendum eſt ab auerſione vultus cognati. ſ. nō ſubueniendo cognatis. i. cōſanguineis in neceſſitate j. ad Timo. v. Si quis ſuoꝝ & maxīe domeſticoꝝ curā non habet: fidē negauit. ſ. fidelitatē naturalē quę hoc dictat. Amb. in li. de offi. Proximos ſeminis tui nō deſpicias ſi illos egere cognoſcas. melius eſt em̄ vt ipſe ſubuenias tuis: quibus pudor eſt ab alijs ſumptū depoſcere: aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitatis: nō tamē vt illos diuites facias. diſt. lxxxvj. eſt probāda. De Greg. legiṫ. ꝙ non nobilibus: ſed pauperibus mittebat cibos de mēſa ſua: vt minus erubeſcerent. Tertiodecimo erubeſcendū eſt ab auferēdo partē & non reſtituendo. Sicut honorabile eſt dare: ſic erubeſcibile eſt auferre & nō minus piculoſum nō reddere. Cōiter detinentes aliena potius volūt ſuſpēdi vt latrones in patibulo inferni: q̄ȝ reſtituere & liberari: vt verificeṫ in eis illud Hiere. vj. Cōfuſio ne nō ſunt cōfuſi & erubeſcere neſcierunt. Quartodecimo erubeſcendum eſt ab aſpectu mulieris alicuius viri. Iſte aſpectus fuit Dauid occaſio adulterij. Vn̄ Greg. in. xxj. mora. Valde nāq̄ȝ eſt ꝙ caro deorſum trahit: & ſemel ſpēs formę cordi per oculos alligata vix magni luctaminis manu ſoluiṫ. ne ergo q̄dā lubrica in cogitatōe verſemꝰ ꝓuidēdū eſt nobis: qa intueri nō debet qd' nō licet cōcupiſci. Neq̄ȝ em̄ Eua lignū vetitū cōtigiſſet: niſi priꝰ aſpexiſſet. Quintodecimo erubeſcendū eſt ab amicis de ſermonibꝰ improperij. Et ſi amicus debet arguere amicū: nō tamē cū improperio. Vn̄ Tulliꝰ de amicitia. Monere & moneri eſt officium verę amicitię: ita tamē ꝙ adulatiōe careat admonitio: et cōtumelia careat obiurgatio. Sextodecimo erubeſcēdum eſt ab improperatione dati. Imitari em̄ debet qui dat aliquid deū q dat oībus afflueter & nō improperat. Sed de fatuo diciṫ Eccl'i. xx. Exigua dabit et multa īpropabit. Qui aūt nō erubeſcit mala facere: eſt ſicut equus ſine fręno. Multos retrahit a malo pudor mundi quos non retraheret timor vel amor dei et quocūq̄ȝ qs recedat vel retrahaṫ a malo: bonū eſt. Sed dicit Anſel. in lib. de ſimilitudinibus ꝙ diabolus cū tentat de malo: omnē erubeſcētiam tollit de mente: ſed ipſo perpetrato tantā erubeſcentiā anteponit: ne pctm̄ confiteatur: ꝙ apparet ꝙ nō poſſit tolerare illā verecundiā: & ideo taceat. Vn̄ Bern̄. Omnia inſania hominum pudet ſordes peccatorum abſtergere & nō pudet contrahere.

Supra ij. parte.

Erubeſcendū ē de furto.

Datum obfuſcare quid ſit.

De mēdacio ī ſpāli. ſ. ij. parte.

De fornicatiōne i ſpāli in. ij. parte.

acceptū obfuſcare quid ſit.

Erubeſcēdū ē a muliere fornicaria.

Erubeſcēdū ē ab auerſione vultꝰ.

Adde ꝙ ſit honorabile dare. tex. & panor. ī cap. cū marthę de cele. miſſa.

Erubeſcēdū ē de ſermōibꝰ improperij.

## §. VIII. DE HONESTATE QVE

De honeſtate q̄ diuiditur in q̄tuor virtutes.

eſt pars tēperantię. Primo ſciendū eſt ꝙ honeſtas eſt idē cū virtute. Vn̄ Tullius in. j. de offi. diuidit honeſtatē in quatuor virtutes principales: ſicut ip̄a virtus diuidiṫ. Pro cuiꝰ declaratiōe nota ſecūdū be. Tho. ij. ij. q. cxlv. ar. j. ꝙ hōeſtas diciṫ quaſi honoris ſtatus: vt dicit Iſi. ī li. Etymo. Vnde ex hoc videṫ aliqd dici honeſtū: ꝙ eſt honore dignū: honor aūt debeṫ excellentię. Eſt em̄ quædam cōteſtatio ſeu teſti-

moniū de excellētia alicuius. Excellētia aūt hoīs maxime cōſideraṫ ſm virtutē: quia ē diſpoſitio perfecti ad optimū & ideo honeſtas in idē referṫ cū virtute. Sicut autē principalis virtus conſiſtit in interiori electiōe. vt dr̄. viij. Ethi. ita honeſtas radicaliter conſiſtit in interiori electione: ſed ſignatiue in exteriori conuerſatione. Interior enim electio nō innoteſcit homini niſi per exteriores actus: & ideo exterior conuerſatio habet rationē honeſti: ſm ꝙ eſt demonſtratiua interioris rectitudinis. Et ſic dicit apl's. j. ad Corꝶ. xiiij. Oīa honeſte & ſm ordinē fiāt ī vobis. Et Adamātius. Lenta qdē virtus & pcūctatrix ante iudicat ꝙ̄ incipiat: qd decorꝶ: qd honeſtū ſit: iniqtas oīa p̄cipitat. de pœ. di. iij. iter hęc. j. Itē ꝙ̄uis honor debeaṫ non ſolū virtuti ſed ēt deo & ſanctis pp btītudinē: & nobilitas: diuitię: potētia & hmōi tn̄ qa de⁹ & btītudo nō ſunt nob̄ ita nota p experiētiā ſicut ꝟtutes: ſm quas quotidie opamur: iō virt⁹ magis ſibi vendicat nomē honeſti. Alia vero q̄ ſūt infra virtutē: vt potētia diuitiæ & hmōi. honoranṫ inquātū coadiuuāt ad operationē virtutis. Sed ſcd'm veritatē ſolus bonus ē honorādus. Bonus aūt eſt qs ſcd'm virtutē. Item ſciēdū ꝙ cū dicit Tullius in rheto. honeſtū eē qd' pp ſe appetiṫ: intelligēdū eſt ſane. Pro cuius declaratiōe dicit pħs in. j. Ethi. ꝙ eorū q̄ propter ſe appetunṫ aliqua appetunṫ ſolū ꝑpter ſe & nūꝙ̄ propter aliud: ſicut fœlicitas quę eſt vltimus finis: aliqua appetunṫ & pp ſe & propter aliqd aliud: pp ſe qdē inquantū hn̄t in ſe aliquā rōnē bonitatis: etſi nihil aliud boni per ea nobis accideret: ꝑpter aliud aūt ſunt appetibilia inquātum perducunt nos in aliqd' bonū perfectū. & hoc mō virtutes propter ſe ſunt appetitiuæ & per ꝯn̄s honeſtas.

Fœlicitas ē vltimus finis.

§. IX. DE DECORE SEV PVLCHRItudine ſpūali quę eſt eadē cū honeſtate. Vn̄ cū apl's dicit. j. ad. Corꝶ. xij. Honeſta noſtra nulli⁹ egent: appellat honeſta mēbra pulchra: ſicut inhoneſta turpia. Pro cui⁹ declaratione nota ſcd'm Tho. vbi. ſ. ꝙ ad rōnē pulchri ſeu decori cōcurrūt & claritas & debita proportio. Dicit em̄ Dyony. ꝙ deus dr̄ pulcher ſicut vniuerſorꝶ cōſonātiæ & claritatis cā. Vn̄ pulchritudo corpis ī h̄ cōſiſtit ꝙ habeat mēbra bn̄ proportionata cū quadam debiti coloris claritate. Et ſil'r hoīs pulchritudo ſpūalis ī h̄ cōſiſtit: ꝙ cōuerſatio hoīs ſeu actio ei⁹ ſit bn̄ proportionata ſm ſpūalē rōnis claritatē. hoc aūt ptinet ad rōnē honeſti qd' dicim⁹ idē eſſe virtuti q̄ ſm rōnē moderaṫ oēs res humanas. Et iō honeſtū ē qdā ſpūalis decor. Vn̄ Aug. dicit. Honeſtatē voco intelligibilē pulchritudinē. i. ſpūalē. Sicut aūt idē eſt honorificū & glorioſum qa gloria eſt effectus honoris. Ex hoc em̄ ꝙ aliqs laudatur vel honoraṫ: clarus reddiṫ in oculis aliorꝶ: ita idē eſt honeſtū & decorū. Et qa qd' in ip̄a apprehēſiōe apparet decorū accipiṫ vt cōueniēs & bonū: cū bonū apprehēſum moueat appetitū. Iō honeſtū ip̄m qd' habet ſpūalē pulchritudinē amabile reddiṫ. vnde dicit Diony. ꝙ oībus eſt pulchrū & bonū amabile. Poniṫ aūt honeſtas pars temperātiæ: ſcd'm Macro. Ambro. etiā attribuit eā tēperātiæ. Ratio huius eſt ſcd'm bea. Tho. vbi. ſ. qa honeſtas eſt quędam ſpūalis pulchritudo. Pulchro aūt opponiṫ turpe. Oppoſita aūt maxime ſeinuicem manifeſtant. Et ideo ad tēperantiam ſpāliter honeſtas ptinere videṫ: quæ id qd' ē homini turpiſſimū & indecētiſſimū repellit. ſ. brutales voluptates. Vn̄ & in ipſo noīe tēperantiæ maxime intelligiṫ bonū rōnis cui⁹ ē moderari & tēperare cōcupiſcētias prauas. Sic igitur honeſtas quadā ſpāli ratione attribuiṫ tēperantiæ vt pars eius integralis: ſicut quędā cōditio eius. Et ꝙ̄uis fortitudini & iuſtitiæ maior honor debeatur ꝙ̄ temperantię propter maioris boni excellentiam: tamen temperātię debeṫ maior honor propter cohibitionem vitiorum magis exprobrabiliū. Et ſic honeſtas magis attribuitur temperantiæ.

De pulchritudine ſpirituali.

Honeſtas eſt pars tēperātię.

§. X. DE HONESTO QVOMOdo cōcurrat cū vtili & delectabili: & q̄uo differat. Oē enim bonū diuidiṫ ſm Ambr. & Tul. ī delectabile: vtile: & honeſtū. Sciēdū igiṫ ſcd'm. b. Tho. vbi. ſ. ꝙ honeſtū cōcurrit in idē ſubiectū cū vtili & delectabili a quibus tn̄ differt rōne. Diciṫ aliqd honeſtū inquātū habet decorē ex ordinatione rōnis. Hoc aūt qd' eſt ſcd'm rōnē ordinatū eſt naturalr̄ conueniēs homini. Vnūquodq; aūt delectaṫ in ſuo cōueniēti: & iō eſt hoī naturalr̄ delectabile: ſicut de operatione virtutis pħs probat in. j. Ethi. Nō tamen oē delectabile eſt honeſtū: qa pōt ēt aliquid eſſe cōueniēs ſcd'm ſenſum: nō ſm rationē: ſed hmōi delectabile eſt p̄ter hoīs rationē q̄ perficit naturā ipſius. Ipſa ēt virtus quæ ſcd'm ſe honeſta eſt: referṫ ad aliud ſicut ad finē: qa ad fœlicitatē. Et ſcd'm hoc idē eſt ſubiecto honeſtū delectabile & vtile: ſed rōne differūt. Nā honeſtū dr̄ aliqd ſcd'm ꝙ habet quādā excellētiā dignā honore propter ſpūalē pulchritudinē. Delectabile aūt inquātū quietat appetitū: vtile quidē inquātū refertur ad aliud. In pluribus tamen eſt delectabile ꝙ̄ vtile vel honeſtū: qa omne vtile & honeſtū ē aliqualr̄ delectabile: ſed nō cōuertitur: vt dicitur in. ij. Ethicorum.

Vn̄ dicaṫ honeſtum

¶De partibus potentialibus temperantiæ. Cap̄. II.

DE PARTIBVS POTENTIAlibus tēperantiæ. Et primo de cōtinentia quam ſic diffinit Andronicus. ꝙ cōtinētia eſt animus inuictus a delectatione. Pro cuius declaratione ſciendū eſt ſcd'm. b. Tho. ij. ij. q. clv. ꝙ nomē cōtinētię refrenationē quādā importat: inquātū tenet ſe aliqs ne paſſionē ſequaṫ. Accipitur tn̄ tripl'r. Vno mō large ſeu cōiter: & ſic importat quādā refrenationē ab illicitis cōcupiſcētijs: nō ſolū circa materiā tactus: ſed etiam in quacūq; materia. Et ſic ſumit Ambro. in. j. li. de officijs. & dr̄ cōtinētia ſcd'm qd. Scd'o mō accipiṫ cōtinētia ꝓprie ab aliqb⁹ ꝓ abſtinētia ab oī delectatiōe venerea ēt cōiugali. Et ſic diuidiṫ cōtinētia cōtra caſtitatē: vt dicaṫ caſtitas abſtinentia a delectatione illicita extra cōiugiū: & cōtinētia abſtinētia ēt a coniugali delectatiōe: & hæc reperiṫ. primo in virginitate. ſecundo in viduitate. Vn̄ apl's ad Gal'. v. adiūgit cōtinentiā caſtitati ponēs eas in fructibus ſpūs. Tertio mō accipiṫ cōtinētia a quibuſdā alijs p quā qs reſiſtit prauis cōcupiſcentijs q̄ in eo vehemētes exiſtūt. Et ſic accipit cōtinētiam pħs in. vij. Ethi. & etiā in collatiōibus patrū. Hoc mō cōtinentia habet aliquid de rōne virtutis. inquātū. ſ. ratio firmata eſt cōtra paſſiōes ne ab eis educanṫ: nō tn̄ attingit ad perfectā rationē virtutis moralis ſcd'm quā ēt appetit⁹ ſenſitiu⁹ ſubdiṫ rōni ſic vt in eo nō inſurgāt vehementes paſſiones rōni cōtrarię. Et iō pħs dicit in. iiij. Ethi. ꝙ cōtinētia nō eſt virt⁹: ſed q̄dā mixta inquātū. ſ. habet aliqd de virtute: & in aliquo deficit a virtute. Largius tn̄ accipiendo virtutē pro quolibet principio laudabili operatiōe: ſic poſſumus dicere cōtinētiā virtutē. Et ſm hoc differt cōtinēs a tēperato: ſicut impfectū a pfecto: qa tēperat⁹ cū habeat pfectā virtutē. ſ. temperantiā nō patiṫ vehemētes paſſiōes cōcupiſcentiæ. Cōtinēs aūt patiṫ vehementes: ſed nō deduciṫ reſiſtens rōne. Sed ſumēdo continētiā ſcd'o mō. ſ. pro abſtinētia ab omni delectatione venerea. ſic eſt potior temperātia: ſicut virginitas caſtitate cōiugali. Nec ex hoc ſequitur ꝙ continens ſit maioris meriti in reſiſtendo ꝙ̄ tēperatus: cum magis laboret in pugnando: qa ſm. b. Tho. Magnitudo concupiſcētiæ vel debilitas eius: pōt cōtingere ex duplici cauſa. Quādoq; videlicet ex cauſa corporali. Quidā enim ex naturali cōplexione ſunt magis proni ad concupiſcēdū ꝙ̄ alij. Et iterū quidam habent occaſiones ſeu oportunitates delectationū concupiſcentiā inflammātes: paratas magis ꝙ̄ alij. Et debilitas concupiſcētiæ procedēs ex iſta cauſa diminuit meritū & magnitudo auget. Qn̄q; vero debilitas concupiſcentiæ vel magnitudo prouenit ex cā ſpirituali laudabili: puta ex vehementia charitatis: vel fortitudinis rationis: ſic accidit in homine tēperato. Et hmōi debilitas concupiſcentiæ auget meritum ratione ſuæ cauſæ: & magnitudo concupiſcētiæ. ſicut in continēte minuit meritū. Item quia delectationes venereorum ſunt vehementiores ꝙ̄ delectationes ciborꝶ: & ideo magis conſueuimus dicere continentiā & incontinētiā circa venerea ꝙ̄ circa cibos. licet ſcd'm pħm ſm vtrūq; dici poſſit. Itē qa cōtinētia eſt circa bonū rōnis humanū. ideo attēditur circa paſſiones quæ pn̄t homini eſſe cōnaturales. Vnde pħs dicit in. vij. Ethi. ꝙ ſi quis tenens pyrum concupiſcat eum comedere vel delectationem venereorꝶ: ſiue ſequatur concupiſcentiā ſiue non: non dicitur ſimpliciter continens: ſed ſcd'm quid. Eſt enim inclinatio beſtialis non naturalis.

Cōtinētia quid ſit.

De triplici acceptiōe cōtinētiæ.

differūt tēperatus & cōtinens.

An ſint ęqualis meriti.

§. I. CONTINENTIA ET EIVS cōtrariū incōtinetia pertinēt ad animā magis ꝙ̄ ad corp⁹ ꝙ̄uis ſint circa cōcupiſcētias. & caro cōcupiſcere dicaṫ aduerſus ſpm̄. ſm apl'm ad Gal'. v. Ratio eſt ſcd'm Tho. ij. ij. q. clvj. qa

Circa qd principalr̄ ſe habeat cōtinentia.



vnūquodq; magis attribuiṫ ei qd' eſt cā p ſe: ꝙ̄ ei. qd' ſolū occaſionē pręſtat. Ideo aūt qd' eſt ex parte corpis ſolū occaſionē incōtinētię præſtat. Ex diſpoſitione em̄ corporis ꝓcedere pōt ꝙ inſurgant paſſiones vehemētes in appetitu ſenſitiuo qui eſt virtus organi corporei. Sed hmōi paſſiones quātūcūq; vehementes nō ſunt ſufficiētes cauſę incōtinentiæ: ſed occaſio ſola eo ꝙ durāte vſu rōnis ſp hō pōt reſiſtere concupiſcētijs & paſſionib⁹. Si vero paſſiōes adeo increſcāt ꝙ auferant vſum rōnis totalr̄: ſicut accidit in his qui propter vehemētiā paſſionū incurrunt amētiā: nō remanebit rō ꝯtinētiæ & icōtinētiæ: qa nō ſaluaṫ ī eis iudiciū rōnis qd' cōtinens ſeruat icōtinens nō ſeruat. Et ſic ſequiṫ ꝙ cā incōtinētiæ eſt ex parte aīę: q̄ rōne paſſionib⁹ nō reſiſtit: qd' ſit duob⁹ modis ſm pħm. vij. Eth. Vno mō qn̄ aīa paſſionibus cedit anteꝙ̄ rō cōciliet: quę vocaṫ irrefrenata incōtinētia. Alio mō qn̄ nō pmanet hō in his quæ cōſiliata ſunt: eo ꝙ debiliter eſt firmatus in eo qd' rō iudicauit: & hmōi vocaṫ debilitas. Itē nota ꝙ ex impetu paſſionis ꝓuenit ꝙ aliquis ſtatim ſequiṫ paſſionē anteꝙ̄ cōſiliū rōnis. Impetus autē paſſionis pōt ꝓuenire: vel ex velocitate: ſicut in cholericis: vel ex vehemētia: ſicut in melācholicis: qui ꝑpter terreſtrē cōplexionē vehemētiſſime inflāmantur. Sicut & ecōtrario cōtingit ꝙ aliquis non perſiſtit in eo qd' cōſiliatū eſt ex eo ꝙ debiliter inhæret ꝑpter mollitiem cōplexionis: vt in mulieribus quæ ꝑpter debilē cōplexionē debiliter inhærēt quibuſcūq; inhærēt: de facili ſequētes paſſiōes: ꝙ̄uis raro in aliqb⁹ aliter accidat. ſm illd' Prouerb. vlti. Mulierē fortē quis inueniet? Hoc idē videṫ cōtingere in phlegmaticis ꝑpter eandem cām: ſicut in mulierib⁹: hoc totū accidit inquantū ex cōplexiōe corpis daṫ aliqua occaſio incōtinētiæ: nō aūt eſt cauſa ſufficiens.

Vn̄ cauſaṫ principalr̄ incōtinentia.

§. II. SICVT TEMPERATVS PERFEctior eſt cōtinēte: ita econtrario. ſ. intēperat⁹ grauius peccat incōtinēte. Et incōtinēs ꝯcupiſcētię eſt peior incontinēti irę. Rō primi. ſ. ꝙ intēperat⁹ eſt peior icōtinēte ſm. b. Tho. vbi. ſ. eſt qa pctm̄ p̄cipue in volūtate cōſiſtit ſm Aug. Et ideo vbi eſt maior inclinatio voluntatis ad peccandū: ibi eſt graui⁹ pctm̄. In eo aūt qui eſt intēperat⁹ volūtas ꝓcedit ad peccandum ex electione ꝓpria: qa ꝓcedit ex habitu per cōſuetudinē acqſito. In eo aūt q eſt incōtinēs: volūtas inclinaṫ ad peccādū ex aliqua paſſione. Et qa paſſio cito trāſit: habit⁹ aūt eſt qualitas de facili mobilis: inde eſt ꝙ incontinēs ſtatim pœnitet tranſeūte paſſione. Intēperatus aūt nō ſic: ſed gaudet ſe peccaſſe. ſm illud Prouerb. ij. Lętanṫ cum malefecerint & exultant &c. Et rō eſt: quia opatio eſt ſibi facta cōnaturalis ſm habitū. Vn̄ ſequiṫ ꝙ grauius peccat intēperat⁹ ꝙ̄ incōtinens. Et ꝙ̄uis videaṫ eē maior ignorantia in ītēperato ꝙ̄ in icōtinēte: nō tn̄ ex hoc diminuiṫ pctm̄ intēperati. Rō eſt ſm. b. Tho. qa illa ignorātia q̄ p̄cedit inclinationē appetit⁹ & cauſat eā: illa diminuit pctm̄ iquātū cauſat volūtariū. Sed illa q̄ ſequiṫ inclinationē appetitus quāto maior eſt tanto magis aggrauat pctm̄. In intemperato aūt & in incōtinēte ignorātia ſequiṫ inclinationē appetitus ꝑpter habitum vitij vel paſſionis: & nō præcedit. Eſt aūt maior in intēperato dupl'r. Vno modo quantū ad durationē. Nā ignorātia durat in incōtinēte ſolū durāte paſſione: ſicut acceſſio febris tertianæ durāte humoris cōmotione. Sed ignorantia intēperati eſt aſſidua ꝑpter pmanentiā habit⁹. vn̄ aſſimilaṫ ptiſice ſm philoſophū in. vij. Ethi. Alio mō eſt maior ignorātia in intēperato quātū ad id qd ignoraṫ. Nā ignorātia incōtinētis intēdiṫ quātū ad aliqd' particulare eligibile: puta. ſ. æſtimat hoc nunc eſſe eligēdū: ſed intēperat⁹ habet ignorātiā circa ip̄m finē inquātū iudicat hoc eſſe bonū vt irrefrenate ſequaṫ concupiſcētias.

De cōparatione grauitatis pcti itpati & icōtinētis.

§. III. QVANTVM AD SECVNDVM ſcilicet ꝙ incōtinētia ꝯcupiſcētię ſit peior & turpior ꝙ̄ incōtinētia irę. Verū eſt ex parte paſſiōis ex qua ratio ſupaṫ. Cuius ratio eſt qa motus cōcupiſcētiæ habet maiorē iordinationē ꝙ̄ motus irę. Et hoc ꝑpter quatuor q̄ tangit philoſoph⁹ in. vij. Ethi. Primo qdē: qa mot⁹ irę participat aliqliter rōnem inquantū. ſ. iratus tendit ad vindicandū iniuriā ſibi factā: quod aliqualiter ratio dictat: ſed tn̄ nō pfecte: qa nō intēdit debitū modum vindictę. Sed motus cōcupiſcētiæ totalr̄ eſt ſm ſenſum: & nullo mō ſm rōnem. Secundo qa mot⁹ iræ magis ſeqṫ corporis cōplexionē ꝑpter velocitatē motus cholerae quæ tendit ad irā. Vn̄ magis eſt in promptu ꝙ̄ ille qui eſt diſpōſit⁹ ſcd'm corporis cōplexionē ad iraſcēdū, iraſcaṫ: ꝙ̄ ꝙ ille qui eſt diſpoſitus ad cōcupiſcēdum, cōcupiſcat. Qd' aūt ꝓuenit ex naturali corporis diſpoſitione eſt magis venia dignum. Tertio qa ira quęrit manifeſte operari: ſed concupiſcētia latebras: & doloſe ſubintrat. Quarto: qa cōcupiſcēs delectabiliter operaṫ: ſed irat⁹ quaſi quadā pręcedēti triſtitia coact⁹. Sed conſiderando pctm̄ incōtinentię quantū ad malū qd' quis incidit a rōne diſcedēs ſic incōtinentia irę vt plurimū eſt grauior: qa ducit in ea q̄ ſunt ad proximi nocumentū: vt homicidiū & hmōi. Et nota ꝙ difficilius eſt aſſidue pugnare ꝯ delectationē ꝙ̄ contra irā: qa concupiſcentia magis eſt continua: ſed ad horā difficilius eſt pugnare ſeu reſiſtere iræ ꝑpter eius impetum.

De duplici incōtinentia. ſ. cōcupiſcētię & irę & q̄ illarum ſit peior.

multiplicetur corpal'r: ſed etiā ſpūaliter ꝑficiat. Et ideo ſuf
ficienter ꝓuidetur multitudini: ſi qdā carnali generationi
operā dant: alij ab hac abſtinentes contemplationi diuinæ
vacant ad totius humani generis pulchritudinē & ſalutē.
Sicut in exercitu quidā caſtra cuſtodiunt: quidā gladijs de-
certant: quę tñ oīa debita ſunt multitudini: ſed per vnū im
pleri nō pñt: nec virgo recedit a medio, qa non abſtinet ab
omni delectatione qđ pertinet ad inſenſibilitatē: ſed a de-
lectatione omni venerea: & hoc ſcđm rationem rectam.

De excellētia virginitatis.

## §. II. QVOD VIRGINITAS SIT EX

cellētior caſtitate cōiugali probat̄ tripliciter ſcđm. b. Tho.
vbi. š. art. iiij. Primo exēplo Chriſti q elegit matrē virginē
& ipſe virginitatē ſeruauit nō cōiugiū cōtraxit: oīa autem
ꝑfectiora ipſe impleuit. Scđo doctrina apl'i. j. ad Coꝝ. vij.
qui virginitatē conſulit tanq̄ maius bonū. Conſilium em̄
daur de melioribus bonis. xiiij. q. j. quiſquis. Tertio proba
tur ratione multiplici: tum qa bonū diuinū eſt potius bo-
no humano. Virginitas ordinatur ad bonū diuinū. ſ. ad va

Mr̄imoniū ordinatū ē ad bonū hūanū: virginitas vero ad bonum animę.

candum deo. Matrim onium ad bonum humanū. ſ. ad mul
tiplicationē hominū: tum qa bonū aīę quale eſt virginitas
præfertur bono corporis quale eſt matrimoniū: tum quia
bonū vitæ contēplatiuę pręfertur bono vitæ actiuæ. Vir-
ginitas ordinatur ad bonū aīæ ſcđm vitā contēplatiuam:
qđ eſt cogitare q̄ dei ſunt. Cōiugiū ad bonū corporis ordi
natur qđ eſt prolis multiplicatio: & ꝑtinet ad vitā actiuā:
quia coniuges cogitare habēt q̄ ſunt mūdi, vt patet p apo-
ſtolū. j. ad. Coꝝ. vij. Vñ Hiero. in li. contra Iouinianum re-
probat p multas rōnes errorē ipſius Iouiniani q aſſerebat
virginitatē non eſſe pręferēdam matrimonio: nec eſt cōtra
p̄dicta qđ ait Aug. in lib. de bono coniugali. Non impar
meritum continētiæ in Ioanne qui nullas expertus eſt nu-
ptias & in Abraā qui filios generauit. & Hiero. xxxij. q. iiij.
quis ignoret. Quis ignoret ſub alta dei diſpenſatione oēs
retro ſctōs fuiſſe eiuſdē meriti cui⁹ nūc ſunt chriſtiani. Quō
antea Abraā placuit deo in ꝯiugio: ſic nūc v̾gines placent
in caſtitate ſeruiuit ille legi & tēpori ſuo: ſeruiamus & nos
legi & tempori noſtro in quos fines ſæculorū deuenerunt.
Nam ſm. b. Tho. meritū non ſolū penſat̄ ex gñe actus: ſed

De merito virginitatis an ſit maioris meriti &c.

magis ex aīo operātis. Habuit Abraā animū ſic diſpoſitū
vt parat⁹ eſſet virginitatē ſeruare ſi op⁹ eſſet. Et ex hoc me
ritū cōiugale in ipſo equat̄ merito cōtinētiæ virginalis in
Ioāne reſpectu qdē p̄mij eſſentialis: nō aūt reſpectu præmij
accidētalis. Licet ergo virginitas ſit melior cōtinentia cō
iugali: pōt tamē cōiugatus nō ſolū eſſe ęqualis: ſed etiā me
lior virgine duplici rōne. Primo videlicet cū cōiugat⁹ ha-
bet animū magis paratū ad virginitatē ſeruādā ſi oporte-
tet q̄ ille q actu eſt virgo. Scđo qa forte ille q nō eſt virgo
habet aliquā excellentiorē virtutē aut maiorē charitatē. Et
ideo non debent ſe præferre virgines alijs in bonitate.

De v̾ginitate ꝙ ſit virt⁹ excellentiſſima.

## §. III. SED QVERITVR VTRVM SIT

excellētiſſima v̾tutū? Rñdet. b. Tho. vbi. š. Excellētiſſimū
pōt dici aliquid dupliciter. Vno mō ſcđm q d. i. ī aliq̄ gñe.
Et ſic virginitas dr̄ excellētiſſima virt⁹ in gñe caſtitatis: qa
tranſcendit caſtitatē vidualē & cōiugalē. Et qa caſtitati at-
tribuit̄ decor: iō virginitati attribuit̄ per ꝯñs maxima pul
chritudo. vñ. b. Amb̄. pulchritudinē qs pōt maiorē ęſtima
re decore virginis q̄ amat̄ a rege: ꝓbat̄ a iudice: dedicatur
dño: cōſecrat̄ deo. Alio mō dr̄ excellētiſſimū aliqd ſimpl'r
& ſic virginitas nō eſt excellētiſſima: qa finis ſemp excellit
id qđ eſt ad finē. & quanto aliqd efficacius ordinat̄ ad finē
tāto melius eſt. Finis aūt ex quo reddit̄ laudabilis v̾gini-
tas eſt



Virtutes theologicæ & religionis ſunt pręſtantiores v̾ginitate.

vacare reb⁹ diuinis. Et iō virtutes theologicæ & vir
tus religionis quarum actus eſt occupatio circa res diuinas
ſunt excellentiores virginitate. Sil'r etiā vehemētius opan
tur: vt inhęreant deo martyres q ad hoc poſtponunt ꝓpriā
vitā: & viuētes in monaſterijs q ad h̄ poſtponūt ꝓpriā vo
luntatē: & oīa q̄ hñt. v̾gines aūt poſtponūt ad hoc tm̄ vene
reas voluptates. Et iō & martyriū & religiōis ingreſſus cū
ꝑſeuerātia p̄feruntur v̾ginitati. Qđ autē dr̄ de virginibus
Apoc. xiiij. ꝙ ſequūtur agnū quocūq; ierit: nō ex hoc ſequi
tur ꝙ ſint alijs ſctīs ꝑfectiores vel Chriſto magis cōformes
ſed qa ſequūtur agnū xp̄m plurib⁹ modis q̄ alij: qa nō ſolū
in integritate mētis vt alij: ſed etiā in ītegritate carnis ꝙ nō
alij faciūt. Sed nō oportet ex hoc ꝙ magis de ꝓpīquo Chri-
ſtū ſequātur q̄ alij ſctī: qa alię v̾tutes in qb⁹ aliq nō v̾gines
excedūt v̾gines. aliquos faciūt ꝓpinqui⁹ deo inhęrere. Can
ticū nouū qđ cantāt ſolę virgines: vt dr̄ ibi: eſt gaudiū ſpe
ciale quod habent de integritate carnis ſeruata.

¶ Virginitas quomodo coronatur: poſſideatur & dignifi-
catur. Capitulum. VIII.

## ADDVCENTVR REGI VIRGI

nes poſt eā proximæ eius afferent̄ tibi. Loqtur
Pš. de eccl'ia: q̄ vtiq; eſt mr̄ et v̾go. Mr̄ qdē oīm
fideliū quos genuit ī baptiſmo p fidē. Virgo p
ītegritatē mētis libera a corruptiōe pctī mortalis. Vñ apl's
ij. ad Cori. xj. inqt de fidelib⁹. Deſpōdi vos vni viro v̾ginē
caſtā exhibere chriſto. Hęc igit̄ eſt regina aſtans a dexteris
dei: qa ī ſtatu electorū et in potiorib⁹ bōis. ſ. virtutū. In ve
ſtitu deaurato ſapientię vel charitatis. Circūdata varietate
ſtatuū religionū rituū & priuilegioꝝ. Poſt eā vt filię addu
centur virgines regi dño Ieſu chriſto: vt ſponſo eaꝝ. Vnde
& de ſctīs v̾ginib⁹ canit eccl'ia. Agnū ſponſum v̾ginū: ado
rem⁹ dñm Ieſum Chriſtum. Pōt & illud poſt eā etiā referri
ad v̾ginē Mariā q̄ ſola eſt mr̄ & virgo & primiceria & ſpe-
culū virginū: q̄ vtiq; poſſidet aureolā v̾ginitatis: qa & ſi nō
habuit a carne pugnā ꝓpter religationē vel extinctionem
fomitis ꝓpter cui⁹ victoriā. ſ. pugnę datur aureola: habuit
tamen ab hoſte cuius caput. ſ. principij ſuggeſtionis contri
uit ſola. Poſt eā igitur & principaliorē ſequuntur virgines
alię & Chriſto adducuntur regi: & ad quālibet ſanctam vir
gine eccleſia iſtud adaptat. Vbi tria videnda ſunt de virgi
nitate. ſcilicet.
¶ Primo quomodo virginitas coronatur.
¶ Secundo quomodo poſſideatur.
¶ Tertio quomodo ipſa dignificatur.

## §. I. QVANTVM AD PRIMVM DI

cit apl's. ij. ad Timo. ij. Nō coronabit̄ niſi q legitime certa-
uerit. i. ita certet ꝙ vincat: vt aūt canit eccl'ia. Mundus caro
dæmonia diuerſa mouent prælia cōtra nos. Et quātum ad
p̄liū carnis ſicut nō coronatur aurea q̄ eſt p̄miū eſſentiale
aīę: niſi qs habuerit victoriā de omni vitio carnali abſtinē
do ab eo: vel a ꝑpetrato pœnitēdo: ita nō coronabit̄ aureo
la virginitatis q̄ eſt p̄miū accidētale qđ dat̄ in gl'ia ꝓpter
excellentē victoriā pugnæ ex carne: niſi qs liber fuerit a vo
luntaria corruptione carnis tētationes vincēdo. Q̷uis em̄
virginitas quātū ad ei⁹ initiū & ſeminariū. i. inclinationē
naturalē inſit a natura: ſicut & oīs virt⁹. & quantū ad mate
riā remotā q̄ eſt integritas carnis: & materiā ꝓpinquā q̄ eſt
inexperientia venereę voluptatis ineſt a natura & natiuita
te: quia oēs naſcuntur v̾gines carne & inexperti voluptatis
ſcđm Pe. de Pa. in. iiij. diſt. xxxiij. Sed quātū ad cōplemētū
actuale vel habituale: ſic v̾ginitas nō eſt a natiuitate vel a
natura plus q̄ alię. Nā puer natus non habet actū vel habi
tū v̾ginitatis plus q̄ liberalitatis: ſed habet ſicut alias mo-
rales virtutes p acqſitionē & infuſionē. Nō em̄ quicūq; ha
bet integritatē carnis cū venerit ad annos pubertatis ſi eli-
gat in carne incorruptibiliter viuere ſtatim p hoc habet ha
bitū virginitatis. Sed qñ cū hoc habituali ꝓpoſito frequē
ter domauerit mot⁹ carnis cū aggrauent̄ in eo: ſicut nec vi-
dua ſtatim mortuo marito habet habitū ꝯtinētię vidualis:

ꝙ actui v̾ginitatis debetur corona pro-pter victoriā & non habitui.

licet eligat ſic viuere. Sed p frequentē domationē paſſionū
cū ꝓpoſito habitū acqrit differentē ab habitu caſtitatis cō
iugalis: nō tñ meretur nomē virtutis ſpecialis: quia nō per
uenit ad ꝑfectū. Eſt igitur continentia vidualis habit⁹ diffe
rens a cōtinētia cōiugali habens ſpecialē rōnē boni & diffi
cultatis: qa quibuſdā eſt facile & placitū in cōiugio viuere
caſte quib⁹ nō eſt facile nec placitū viuere vel cōiugio ab
ſtinere. Sed tñ nō eſt v̾tus ſpālis: imo caſtitas eſt vna v̾t⁹ q̄
minorē gradū habet in matrimonio: & ꝑfecti⁹ ſaluat̄ in vi
duitate. Sil'r caſtitas cōiugalis non ſtatim innaſcat̄ cum qs
eligit ab aliena abſtinere: ſed cū frequēter de aliena tentat⁹
eligit non acquieſcere: & ſic de alijs. Et vt dicit Tho. in. iiij.
diſt. xlix. In continēdo ſm aliqd maiorē pugnā ſuſtinēt vir
gines. ſcđm aliquid viduæ cęteris paribus. Virginibus em̄
concupiſcentiā inflammat & experiendi deſiderium qđ ex
quadā curioſitate ꝓcedit: qua etiā fit vt hō libētius videat
quæ nunq̄ vidit: & etiā in eis concupiſcentiam augeat ęſti
matio maioris delectationis q̄ ſit ſcđm veritatē: & incon-
ſideratio eoꝝ incōmodoꝝ: q̄ delectationi hmōi adiungun
tur. Et quantū ad hoc viduæ minorē ſuſtinēt pugnā: maio
rem aūt propter delectationis memoriā. Et in diuerſis vnū
alteri pręiudicat ſcđm hoīm diuerſas diſpoſitiones: qa qui
dam magis mouent̄ hoc quidā illo. Quicquid autem ſit de

De pugna q̄ ſit maior an ī v̾gine an in vidua.

quantitatē pugnę: tamen hoc certū ꝙ ꝑfectior eſt victoria
virginū q̄ viduarū. Perfectiſſimum em̄ genus victoriæ eſt
& pulcherrimū hoſti nunq̄ ceſſiſſe. Corona aūt nō debetur
pugnę: ſed victorię de pugna. Nō ergo coronabit̄ niſi &c.
Quomodo in diuerſis tpibus hoīes diuerſimode ſe habue-
rint ad virginitatē ſeruandā. Pe. de Pa. in. iiij. diſt. xxxiij. di-
cit ꝙ in ſtatu innocentię non licuiſſet continere vſq; ad ſuf
ficientem multiplicationem humani generis: quia tunc
erat præcæptum. Creſcite & multiplicamini: nec tamē pec
cauit Adam continendo in paradiſo: quia modico tēpore
ibi fuit. Sed Tho. dicit ꝙ poſt multiplicationem ſine pecca
to potuiſſet quis eſſe virgo: quia tunc pręferebatur coniu-
giū virginitati qui habebat puritatem cum fœcunditate.
Fuiſſet autem contra rationē eligere minus bonum & ipſi
non erant facturi contra rationē: ergo ſi cōtinuiſſet contra
finem matrimonij & pacis peccaſſet. Semp em̄ fuiſſet mul-
tiplicatio neceſſaria: quia nō videbatur probabile ꝙ parē-
tes primi retardarentur a gloria vſq; ad finem mundi: cum
ſolū peccatū ſit cauſa retardationis: vt originale vel actua-
le. Vnde primis parentibus tranſlatis in gloriā oportebat
ſucceſſores vacare generationi: ſicut primi vacauerunt. Tē
pore vero naturæ lapſę. ſ. tempore legis naturæ fuit virgi-
nitas licita multiplicato genere humano. Sed ſemper ante
euangeliū melius erat cōiugiū: niſi vbi ſpecialiter aliud re
uelabatur. In paruulis aūt erat virginitas carnis non men-
tis. Tēpore aūt naturę lapſę ante multiplicationem fuit in
pręcępto ꝓhibitio. Nec tñ Abel peccauit v̾go moriens: qa
adhuc iuuenis erat: nec aptus coniugio qñ mortuus fuit.
Nam nec Cain libidinoſus adhuc generauerat. Fuit tamē

Abel v̾go moritur.

Abel mortuus virgo carne: ſed nō mēte: qa tūc nō erat tp̄s
virginitatis: niſi qs dicat ꝙ deus preſci⁹ mortis ei⁹ ſibi in-
ſpirauit virginitatē: vt caput eccleſię primū haberet virgi
nitatē: & ſic haberet aureolam virginitatis. Sed poſt multi
plicationē licuit: nō tñ habem⁹ exēplū: nec Enoch q p coi-
tū generās: & p coitum genitus eſt: nec in alio forte de Mel
chiſedech: ſed ſi fuit Sem filius Noe: vt dicunt Hebręi: non
fuit virgo. Tēpore vero legis ſcriptæ ſciēdū qđ licuit ſerua

Q̷ tpe legis ſcriptę licita fuiſſet v̾ginitas.

re v̾ginitatē: qa iā filij Iſrael multiplicati creuerāt nimis vt
arena maris: non tñ laudabatur: immo filia Iepte defleuit
virginitatē. Et maledict⁹ erat non relinquens ſemē maledi
ctione opprobrij tpalis: niſi cōſilio ſpūſctī: vt Helias non
p coitū generās. Et Hieremias virginitate ſua virū euāgeli
cū Chriſti eccleſiæ dedicās ſcđm Hiero. Sed apud Gentiles
error increbuerat: qa dederat eos deus in reprobū ſenſum
vt licita reputarēt illicita: & ecōtrario vt fornicationē eſſe
licitā. Plato vero ſanctificauit ſe: nō qa reputaret virgini-
tatē illicitā: vñ nec deſeruit eā: ſed vt ſatiſfaceret plæbi. Nā
opinio fuit apud ph̄os ꝓpter ſcādalū vitandū facere multa
q̄ ſciebāt nō eſſe faciēda: ſicut adorabāt idola q̄uis ſcirēt ni
hil eſſe, ne lapidarētur: ſicut Anaxagoras apđ Athenas reus
habitus eſt: qa vocauit ſolē lapidem ardentē. Ipſi enim ne-
ſciebāt aliā vitā: & ꝓpter hoc nimis timebāt ꝑdere iſtā. Tē
pore vero euāgelij ſemp licuit & licebit tenere virginitatē.
Cuius primiceria viginitatis virgo Maria fuit. vnde ī Pš.
Adducentur regi virgines poſt eam. Tēpore etiā gl'ię erunt
oēs virgines: qa. ſ. nec nubent nec nubentur: immo tpe gr̄ę
vt res melior cadit ſub conſilio. ſcđm illud. j. ad. Coꝝ. vij.
ſcđm Pet̄. de Pal'. vbi. š. De v̾ginib⁹ p̄cęptū dñi nō habeo:
cōſiliū aūt do. Qđ conſiliū Ioannes euāgeliſta ſeruauit cū
vxore ꝓ qua iā in domū traducta nuptias fecerat: vt habe-

tur Io.ij.intactã dimiſit & virgo ꝑmãſit priuilegio amoris a Chriſto dilectꝰ.Hãc Ioſeph ſpõſus Marię ſeruauit:vt dicit Aug.& vouit cũ Maria ſpõſa ſua.xxvij.q.ij.c.btã. Et vas electiõis virgo fuit,vnde dicebat.j.ad Cori.vij.Volo oẽs eſſe ſicut me.ſ. virgines.Sed vnuſqſqꝫ habet ꝓpriũ donũ ex deo:Chriſtꝰ etiã habuit.Vñ Cañ.ij.Ego flos cãpi & liliũ cõuallium.Notãdũ etiã ꝙ virginitas eſt per infuſionẽ

Qui receperũt virginitatẽ per ſanctificationẽ ĩ vtero.

ſicut & aliæ virtutes morales.Et ſatis videtur ꝙ ex ſpeciali grã Ioãnes baptiſta & btã virgo & Hieremias in vtero per ſctificationẽ recęperint virtutẽ virginitatis quã erant ſeruaturi.Sed de baptiſmo flaminis & ſanguinis ĩ qbꝰ nõ ſolũ infunduntur neceſſaria ad ſalutẽ:ſed et oĩa ꝑfectiua: in qbꝰ nõ eſt obex in recipiẽte:vt remiſſio culpæ venialis & pœnæ.Videt ꝙ ĩ paruulis in qbus nullus eſt obex ĩfundit virginitas & in innocẽtibus:nõ tñ ꝙ debeat eis aureola:qa illa reſpicit actũ & nõ habitũ. De adultis aũt videt ꝙ deus ſua liberalitate infundat oĩ hoĩ id ad qd' ſe diſponit:vnde qui cũ ꝓpoſito virginitatis venit ad baptiſmũ vel aliud ſacramẽtũ:recipit habitũ virginitatis:ſicut et ceteras virtutes.Quia em̃ in omni ſacramẽto nouę legis infunditur nõ ſolũ id qd' ẽ neceſſariũ ad ſalutẽ:ſed etiã qd' ẽ vtile ẜm capacitatẽ & diſpoſitionẽ digne recipiẽtis. Inde eſt ꝙ recipiẽs ſacramẽtũ nouę legis nõ contrariat virginitati(qd' dico ꝓpter matrimoniũ)recipit omnẽ virtutẽ ad

virginitas vtrũ ſit votũ de eſſentia ꝟginitatis.

quã eſt diſpoſitus & cuius eſt capax. Si autẽ eſt corruptus mẽte & corpore ꝗuis pœniteat nõ eſt capax virginitatis q̄ reparari nõ põt.Sed ſi nõ eſt corruptꝰ niſi mẽte et pœnitẽs ꝓponẽs ꝑpetuo cõtinere tũc recipit.Hec Pet. Notandũ aũt eſt vt dicit idẽ Pet.ꝙ Tho.in ſcripto tenet votũ de eſſentia virginitatis nõ eſſe.in ſumma ꝟo.ij.ij.videt dicere oppoſitũ.Sicut em̃ ſeruare caſtitatẽ:pauptatẽ: ſine vo-

De commendatiõe caſtitatis hr̃ ĩ auc. qb.mo. na.effi. legit. §. nouimꝰ coll'.vj.

to vt nouitiꝰ nõ faceret religioſum:ſic virginitas ſine voto nõ daret aureolã.Sed cõtra:qa licet ꝓpoſitũ nubẽdi impediret:ꝗuis ꝓponeret nõ licite corrũpi:tñ firmũ propoſitũ ꝑpetuo cõtinẽdi etiã ſine voto facit virtutẽ virginitatis nec votũ trahit ad aliã virtutẽ ꝗꝫ ad ſuã.ſ. latriã:alſ ageret vltra ſpeciẽ.Vñ bene cõcedo ꝙ votũ nõ facit de actu nõ virtuoſo virtuoſum:& ꝙ actũ trahit ad altiorẽ virtutẽ nõ in eodẽ genere:ſed alio:ſicut votũ trahit ieiuniũ ad altiorẽ virtutẽ ꝗꝫ ſit abſtinẽtia vel ſobrietas:ſed hoc nõ eſt ĩ genere tẽperãtiæ:ſed iuſtitię.Vñ votũ nõ facit ieiuniũ eſſe ſpecialẽ virtutẽ dũ trahit ad latriã:& ſic in propoſito.Et ſi virginitas haberet ex voto rationẽ virtutis non eſſet ſpecies tẽperãtiæ ſe habẽs ad caſtitatẽ ſicut magnificentia ad liberalitatẽ.Sed ſolũ eſſet actus caſtitatis elicitiue & nõ imperatiue:quare ſic ſe habet virginitas ad caſtitatem ſicut magnificẽtia ad liberalitatẽ.Sed illa eſt ſpecialis virtus nõ ex hoc ꝙ vota:ſed ſolũ qa habet ſpecialẽ difficultatẽ & bonitatẽ.ergo &c. Ad argumẽtũ dicẽdũ ꝙ nõ eſt ſimile:qa ad religionẽ nõ ſufficit firmitas ꝓpoſiti:ſed requiritur firmitas facti:& religio nominat ſtatũ ad quẽ requiritur ĩmobilitas facti:& per cõſequẽs voti.Sed ad rõnẽ virtutis nõ requiritur immobilitas facti:cũ qs poſſit a vera ꝟtute decidere: & mutari de vere virtuoſo in vere vitioſum.Et ideo ſi virginitas diceret ſtatũ nõ habitũ poſſet videri ꝙ reqreretur votũ:ſed ſi dicat habitũ virtutis ſpecialis nõ requirit votũ quodcũqꝫ.Ad firmitatẽ etiã in religione requiritur votũ ſolẽne ĩ virginitate ſufficit ſaltẽ ſimplex.Vnde qd' Augu.dicit in diffinitione.ſ.de voto ponit hoc ꝙ nõ ſit de neceſſitate virginitatis:ſed eſt de perfectione: quia deſponſata Chriſto per votum eſt perfectior.

## §.II.QVANTVM AD SECVNDVM

Quõ ad virginitatẽ puenitur.

ſcilicet quõ poſſideat virginitatis virtus,Sciẽdũ ꝙ multis modis.Vñ dicit Pſ.Adducẽtur &c.Ex pri o oportet ꝙ adducat ad hoc a deo inſpirãte & principali agẽte. Sap.viij. Nõ poſſũ eẽ cõtinẽs niſi tu dederis.tu.ſ.deꝰ.Scd'o oportet ꝙ adducat ad hoc a rõne iſtud ꝓpoſitũ firmiter eligẽte & perpetuo.Qd' paret ex diffinitione dũ dr̃ ꝙ virginitas eſt in carne corruptibili ꝑpetuæ incorruptiõis meditatio.i.ꝓpoſitũ ꝑpetuo abſtinẽdi a delectatione venerea nec exper-

Quibꝰ virginibus debet aureola et qbꝰ nõ.

ta.Vñ virgines corpore quæ itẽdũt tpe ſuo nubere nõ habẽt habitũ virginitatis:nec aureolã:nec paruuli: qui licet nõ cogitẽt de nubẽdo:nõ tñ poſſunt habere propoſitũ cõtinẽdi,eunuchi etiã vel frigidi ſi intẽderent experiri delectationẽ venereã ꝑ matrimoniũ vel aliũ modũ ſi poſſent nõ habẽt habitũ hmõi virtutis:nec aureolã . Sed ſi intendunt ab hmõi abſtinere:ſi etiam poſſent vtiqꝫ habent ſicut credi põt de Eunuchis quos fecit Nabuchodonoſor.ſ.Daniele & ſocijs eius.Dañ.j.& de Nereo & Achilleo Eunuchis:q perſuaſerunt domicillæ virginitatem.Tertio oportet ꝙ adducantur ad hoc a recta ratione.ſ.propter deum:non tñ ꝓpter mundi laudẽ:aut ꝓpter honorẽ idoloꝝ:ſicut virgines deæ Veſtæ.Vñ virgines quinqꝫ quæ nõ ſumpſerunt oleũ in lãpadibus deſignãs charitatem dei in cordibus excluſę ſunt a ſponſo & clauſa eſt eis ianua.Mat.xxv.Quarto oportet ꝙ adducantur ꝑ vias aliquarũ virtutũ vt humilitatis.Amb. Decet vt virgo quanto caſtior tanto ſit humilior.Vnde de quodã ſancto viro legitur ꝙ vſqꝫ ad ſexageſimum ſuę ætatis annũ ſeruans virginitatẽ elatus in ſuperbiã eam perdidit.Quinto oportet vt adducãtur ꝑ viã ſobrietatis:qa ẜm Berñ.In delicijs periclitatur caſtitas,propter quod apoſtolus vt virgo ꝑſeueraret.Caſtigo ait:corpus meũ:& in ſeruitutẽ redigo.j.Coꝝ.ix.Per viam modeſtie.ſ.cauendo ſe a viſu & auditu & diſcurſu vanis:non curſitare ꝑ alienas domos:nõ aliquos in publico miſcere ſermones.Quõ autem perdatur virginitas dicetur in vltimo. §.

## §.III. QVANTVM AD TERTIVM

ſcilicet quõ virginitas cõmẽdat & quãtũ oſtenditur dũ dr̃ Regi.Adducentur verę & veri virgines regi.ſ.domino Ieſu Chriſto qui eſt rex regum vt ſint ſponſę eius.Magna dignitas iſta.Vnde beata Agnes dicebat.Ipſi ſum deſponſata.ſ. Chriſto.Et nobilitatem ſpõſi huiꝰ oſtẽdit di.vt refert Ambro.in lib.de virginitate.Cui angeli ſeruiũt.Cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur,i.mirabilẽ oſtendunt.Cuius mater virgo eſt.Cuius pater fœminam neſcit cuius poteſtas celſior:aſpectus pulchrior:amor ſuauior:et omni gratia elegãtior. Cuius opes nũqꝫ marceſcũt:nũqꝫ decreſcunt.

Virginitatis laus.

Et de ornamẽtis ab eo collatis ſubdit.Induit me dominꝰ ciclade & chlamyde auro texta.ſ.ſapiẽtię vel dilectionis. Et immẽſis monilibus decorauit me.ſ.virtutũ. Anulo ſuo.ſ. fidei ſubarrhauit me & coronauit me.ſ.corona ſpei ęternorũ.Tradidit auribus meis inæſtimabiles margaritas.ſ.verboꝝ ſacrę doctrinæ,Mel et lac ab ore eius ſuſcæpi.ſ. dulcedinis ſpũalis & puritatis per inſpirationẽ.Sanguis eius ornauit genas meas.i.paſſio eius induxit ad opera patientię: quæ maxime oſtẽdunt ruborẽ ſanctitatis. Poſuit ſignum in faciẽ meã:nullũ præter eũ amatorẽ admittã inquãtũ. ſ. dedit faciẽ erectã ad cœlum: vt ipſum cõtẽpler:& affectũ ad eũ dirigã & nõ ad terrena reſpiciã verba ſunt Amb. Speculum dedit vniuerſitatem creaturarum quo põt intueri pulchritudinem:non ſolũ ſponſi:ſed & ſuã:cũ oĩa propter ipſam fecerit:& oĩa in ipſa reperiãtur.Cingulum tẽperantiæ amictũ ſeu veſtitũ prudentiæ.Huic ergo regi tã nobili adducẽtur verę virgines vt ſpõſę eius.Et licet virginitas non ſit ſimpliciter excellẽtior oĩbus alijs virtutibus:qa nõ maior theologicis:nec prudentia,iuſtitia,vel fortitudine,vel humilitate.Eſt tamẽ præcipua in genere tẽperãtiæ: & multum cõmẽdabilis in præeminentia ex ſex quę ponit Pe.de Pal'.in.iiij.diſt.xxxiij.Et primo quo ad præmiũ accidẽtale

Preęminẽtię ꝟginitatis ſex.

qd' dicitur aureola:qa nulli parti temperantiæ debetur fructus:nec aureola:niſi caſtitati:nec aureola & fructus centeſimus niſi caſtitati:nec aureola & fructus cẽteſimus niſi virginitati ſoli.Vnde dicit Apocal'.xiiij.ꝙ nemo poterat cantare canticũ illud nouũ niſi illa centum quadraginta quatuor milia qui virgines permanſerũt. Canticũ illud aureola.i.quoddã gaudiũ ſpirituale qd' habent virgines qd' nõ poſſunt habere alij ſancti non virgines:& ſi maius pręmiũ eſſentiale habeãt.Secũdo quo ad ſciẽtiã:qa maxime diſponit ad acquiſitionẽ ſciẽtiæ & ſapientiæ.Vñ & Ioannes euãgeliſta virgo magnã de diuinis præ cæteris habuit cognitionẽ vt de verbo dei,Tertio quo ad pulchritudinem ſpecialẽ.Nõ ex eo tm̃ ꝙ paſſiones cõcupiſcibilis ſunt cões nobis & brutis;qa ſimiliter & paſſiones iraſcibilis ſunt cõmunes nobis & brutis ſicut eſſe furibundũ in cane & vindicatiuũ in leone:ſed qa magis abſorbent iudiciũ rationis quę eſt pulchritudo hoĩs in qua eſt imago dei. Quarto quo ad ſimilitudinem in pluribus:qa ſcilicet hi ſequũtur agnũ.ſ. Chriſtũ quocũqꝫ ierit.integri.ſ.corpore & mẽte ſicut Chriſtus. Et incorruptio facit proximũ deo.vt dr̃ in lib.Sapi.ſ. mente & corpore:& deus incorruptibilis eſt, Quinto quo ad ſimulratem:qa iſta virtus nõ eſt ſine alijs:ſed bene econuerſo,Poteſt enim quis habere virtutes alias ſine iſta : ſicut habuit



cut habuit Petrus apl's coniugatus. Et cum dicitur virtutes oẽs eſſe cõnexas ſcd'm magiſtrũ in.iij.ſen.intelligit vel de virtutibꝰ neceſſarijs ad ſalutẽ qualis iſta non eſt: ſicut nec magnificentia. Vel ꝙ ſunt cõnexę in radice charitatis cum iſto propoſito: vt ſi eſſet a deo præcęptũ ſeruare virginitatẽ & nõdum fregiſſet obediret eam ſeruando.Sexto quo ad raritatẽ. Apoc.xiiij. Vidi turbã magnam quam nemo dinumerare poterat.ſ.ſanctoꝝ.Ponitur autem ibi numerus determinatus virginũ:qa centũ quadraginta quatuor milia: qui ꝟgines ꝑmãſerũt: ꝓ indeterminato tñ ponitur:qa plures ſunt.Et ratio huius eſt:qa virtus iſta nõ poteſt recuperari amiſſa materialiter:& ſi amiſſa quo ad mentẽ ſolũ reparetur ꝑ pœnitẽtiã:aliæ aũt reparãtur ꝑ pœnitẽtiã. Tũ etiam qa difficilior ad ſeruandũ.ibi em̃ frequens pugna & rara victoria.Omne rarũ charũ.Q₂uis em̃ aliqui ꝑ accidẽs magis tentẽtur de gula:alij de alijs vitijs ꝗꝫ de luxuria ſcd'm qualitatẽ cõplexionis:vel dei diſpenſatione.tñ per ſe loquendo maior cõiter eſt tentatio luxurię. Ratio põt eſſe: qa natura magis intẽdit ad cõſeruationẽ ſpeciei ꝗꝫ indiuidui:cui indiuiduo ꝓuidet ſatiſfaciẽdo gulæ vel alijs vitijs. Nec obſtat ꝙ natura prius retinet neceſſaria ad nutritiuã & augmentatiuam ꝗꝫ tranſmittat ad gñatiuã:qa hoc non eſt quaſi magis ſit ſolicita de indiuiduo ꝗꝫ de ſpecie immo econuerſo. Sed qa aliter non ageret indiuiduũ ad ſeruandũ ſpeciẽ:niſi ipm̃ indiuiduũ conſiſteret.Vnde quod eſt hic prius in intentione eſt poſterius in generatione.Sed hoc eſt quia virtuoſi minus ſtudent ſobrietati ꝗꝫ caſtitati:& ꝓpter exerci-

Quare caſtitas magis ſeruat ꝗꝫ ſobrietas.

tium ſit facile quod inexperto eſt difficile.Ratio aũt quare magis virtuoſi ſtudẽt caſtitati ꝗꝫ ſobrietati eſt:qa caſtitas nõ amittitur ſine mortali.Poſſunt aũt deficere a ſobrietate per venialia:quia iſta ꝯſiſtit in medio quod eſt latum:iſta ſcilicet caſtitas in extremo quod eſt indiuiſibile.

## §.IIII. DE VOLVNTARIA ET IRRE

De ꝟginitate & his ꝑ q̄ amittit.

cuperabili amiſſione virginitatis.Pe.de Pal'.in.iiij. diſtin. xxxiiij.ſic ait. Mulier perdit virginitatẽ ꝑ hoc ꝙ corrũpit mente & corpore:altero de tribꝰ modis:puta per hoc ꝙ ſolum clauſtra frangũtur ſibi voluntarie etiã ſi nõ ſeminaret nec ſemẽ reciperet. Nã concupiſcentia ſpadonis deflorauit virginẽ:vt ſcribit:qui licet nõ poſſet ſeminare:poterat: tñ clauſtra infringere.Scd'o mõ ꝑ ſeminis virilis voluntariã ſuſcęptionẽ:qa ſi ita reciperet ſaluo clauſtro ſicut mẽſtruũ emittit nec ſeminaret nihilominꝰ virgo non eſſet: quia ſic poſſet cõcipere:puta ſi quis cognoſceret virginẽ voluntariam in hoc circa clauſtra pudoris & ſemen ad matricẽ atraheretur.Pręgnantẽ em̃ ꝑ naturã nullꝰ diceret virginem & tñ mulieres aliq̄ cõcipiũt q̄ nõ ſeminant.Tertiꝰ ſi ex vehementia ardoris ſine fractione clauſtri ipſa ſeminat:puta volũtarie cogitãs de cõmixtione turpi:& hoc abſqꝫ cõmixtiõe cũ alio.Et talis q̄ corrũpit ſeipſam vel ab alia muliere voluntarie corrupta nõ debet inter virgines cõſecrari:etiã ad tollendũ ſcandalũ:quia non eſt virgo.Et de hoc in.ij.parte de ſcandalo.ti.vij.ca.iiij.Non tñ faceret bigamũ virũ cũ quo cõtraheret poſt mr̃imoniũ.De corruptione aũt inuolũtaria ſciendũ ꝙ nõ ꝑditur virginitas ꝑ quãcũqꝫ coruptionem inuolũtariã corporis:etiã triplicem in muliere.Vnde qñ opprimit & frãgunt clauſtra pudoris & ſemen viri recipitur etiã ſi inde cõcipiat & pariat.Itẽ nec per ꝓpriã ſeminationem qñ nõ ꝓcedit ex cõſenſu:nec accęptat a cõſenſu qñ habet iudiciũ rõnis. Videt etiã aliqbus ꝙ cum virgini-

Virginitas mẽte nõ corpore ꝑditur.

tas mẽtis reſpiciat futurũ:ſi qs complaceat ſibi in pręterita pollutione:q̄ nõ ex electione ꝓceſſit:virginitas nõ ꝑditur corpe ſed mẽte tm̃.Protũc em̃ nõ ꝑditur corpe: qa illa corruptio trãſijt.prius aũt nõ fuit perdita:qa cõſenſus defuit. Reqrit ergo ꝙ cõſenſus p̄cedat:vt ſi ſentiens ſe calefectum obdormiret vt pollueret:& mulier vt opprimeret.Vel requirit ꝙ cõcurrat cõſenſus.ſ.ꝓ tpe quo põt ꝯtradicere. Nã durãte ſeminatiõe nõ habet iudiciũ rõnis. Et mulier q̄ opprimit ſi ſuſcipiẽdo ſemẽ vel alſ qñcũqꝫ ꝯſentiat:niſi eo ſolo tpe quo inuite excitata ſeminat qñ ſine culpa ſua careat iudicio rõnis ꝑdit ꝟginitatẽ & nõ alſ. Vñ dicit Lucia. Non corrũpit corpus niſi de cõſenſu mẽtis.ſ.quo ad peccatũ vel amiſſionẽ virginitatis.Nã ſi me inuitã feceris violare: caſtitas mihi duplicabit ad coronã.xxxij.q.v.§.j.Talis tñ nõ cõſecraret inter virgines:& hoc ꝓpter dubiũ retinẽtię conſenſus. vt.xxxij.q.v.Ille autem etiã qa non põt ſignificare integritatẽ ſpõſę Chriſti.ſ.eccleſię:cũ corrupta corporaliter ſit & non integra & ſi virgo:& cuicũqꝫ nuberet faceret ipm̃ bigamũ.qa diuiſit carnem in plures,Itẽ nota ꝙ integritas carnis in experientia voluptatis & electio actualis: ꝑ violentiam dæmonis vel hominis infirmitatẽ vel ſomniũ & hmõi:ꝑdi põt.Sed ꝑ hoc nõ perdit virtus virginitatis.Vnde bene poteſt eſſe pater virgo ꝑ ſemẽ amiſſum a dormiente:dęmone ſuccubo recipiente:& poſtea per eundem dęmonem incubum factum tranſfuſum in fœminam:cum etiam ſuſcipiendo ſemẽ virile ſaluo clauſtro mulier poſſit cõcipere. Sed in partu perdit integritatem: ſed virginitatis virtutẽ retinebit pater prędictus: & vi etiã oppreſſa pariẽs:& aureolã etiã vterqꝫ habebit.Vnde in Chronica Martiniana legit de Merlino ꝙ fuit filius diaboli:qa.ſ.conceptus ꝑ monialem ex dęmone ſuccubo & incubo ipſiꝰ.Et de Antichriſto aliqui dicũt ꝙ ſimili modo ꝯcipiet. Vñ dicit Apl's eũ filiũ ꝑditionis.quãuis autẽ quidẽ dicũt virginitatẽ ſtatũ dicere oportere nõ virtutẽ ſpecialem:tñ cõmunior opinio eſt ꝙ ſit virtus ſpecialis:quæ amiſſa ſemel nõ recupat. Vnde Hiero.Cũ poſſit oĩa deus:virginẽ nõ põt ſuſcitare poſt ruinã:valet quidẽ liberare de pœna:ſed nõ valet coronare corruptam.xxxij.q.v.ſi Paulus.

De ꝟginitate q̄ ad ea qbus nõ perdit.

De merlino filio dyaboli.

¶Clemẽtia quid ſit & in quo conſiſtat. Capl'm.IX.

## DE CLEMENTIA CONSEQVEN

Clementia quid ſit ſecũdũ Tul'.

ter vidẽdũ eſt. hãc diffinit Tull'.in.ij.Rheto.Clemẽtia eſt ꝑ quã animus cõcitatus in odiũ alicuius benignitate retinet. Pro cuius declaratione dicit.b.Tho ij.ij.q.clvij.ꝙ affectꝰ hoĩs inclinatur ad minorationẽ eoꝝ q̄ ꝑ ſe hoĩ nõ placent.Ex hoc autem ꝙ aliquis amat aliquẽ conuenit ꝙ non placet ei per ſe pœna eius:ſed ſolũ in ordine ad aliud:puta in ordine ad iuſtitiam vel ad correctionẽ eius q punitur.& ideo ex amore ꝓuenit ꝙ aliquis ſit prõptus ad diminuẽdũ pœnas:qd' ꝑtinet ad clemẽtiã:& ex odio impedit talis diminutio.Et ꝓpter hoc Tull'. dicit ꝙ animꝰ cõcitatus in odiũ.ſ.ad grauiꝰ puniẽdũ ꝑ clemẽtiã retinet:ne.ſ.acriorẽ inferat pœnã: nõ ꝙ clemẽtia ſit odij moderatiua:ſed pœnę.Mãſuetudo autẽ moderat iram vñ odiũ naſcit.Crudelitas aũt opponit ei ꝑ exceſſum. Vñ dicit Señ.in lib.de clemẽtia:ꝙ crudeles vocant qui cauſam puniẽdi habẽt:modum nõ habẽt.Qui aũt in pœnis hoĩm, delectantur ꝓpter ſe etiã ſine cauſa ſæui vel feri dicuntur. Qd' aũt ſit virtus ꝓbat ſic.Virtus moralis conſiſtit in hoc ꝙ appetitus rõni ſubdat.vt dr̃ in.j.Ethi.hoc aũt ſeruatur in clemẽtia.Nã in diminuẽdo pœnas clemẽs aſpicit ad rõnẽ: vt dicit Señ.qñ debet & in qbꝰ oportet diminuit pœnas & nõ inferunt ſine cauſa.vñ Señ.Clemẽtia hoc primũ p̄ſtat: vt quos dimittit nihil aliud eos pati debuiſſe ꝓnũtiat.Seueritas aũt eſt inflictiua pœnaꝝ ẜm legẽ.Clementia aũt diminuit de pœna q̄ eſſet debita ẜm legẽ cõem: & hoc ꝓpter aliqua particularia cõſiderata.iuſte tñ quaſi decernẽs non eſſe magis puniẽdũ ẜm intentionẽ legiſlatoris:licet nõ ẜm verba.ipſa tñ diminutio pœnaꝝ legis magis ſpectat ad ęqtatẽ q̄ iudicat ẜm intentionẽ legiſlatoris:nõ ẜm legis verba.Sed clemẽtia moderat affectũ animi:vt non vtatur ſua ꝑtãte in inflictione pœnaꝝ.Habet aũt clemẽtia quandã excellẽtiã inter virtutes:ſicut & mãſuetudo ẜm qd.Nã inquãtũ diminuit pœnas:maxime videt accedere ad charitatẽ: quę eſt maxima virtutũ:ꝑ quã bonã proximo operamur & mala ĩpedimꝰ.Hiero.Qui clemẽtiã nõ habet nec indutus eſt viſcera mię & lachrymarũ:ꝗuis ſpũalis ſit nõ adimplet legem.diſt.lxxxvj.qui clementiam.

Clemẽtia ꝯriat ſeueritati.

## §.I.CLEMENTIA LICET OMNIBVS

Clemẽtia qbꝰ neceſſaria.

vtilis ſit:neceſſaria tñ præcipue eſt principibus. Et ad hãc multa inducũt exẽpla ẜm Guil.in ſum. virtu. Primum eſt exemplũ ſummi prĩcipis dei.Sap.xj.Parcis oĩbus qm̃ tua ſunt.Heſter.xiij. ſcripſit in literis ſuis miſſis ꝑ orbẽ Aſuerus.Nolui ꝑtãtis abuti magnitudine:ſed clemẽtia et lenitate gubernare ſubiectos.Aſuerus interpretat btĩtudo et ſignificat deũ.Virga etiã eius extẽta erat ſignũ clementiæ. Heſter.iiij.Hier.Quia diuinitatis natura clemens eſt et pia magiſqꝫ ad miam ꝗꝫ ad vindictã prona.ſi quis cõuerſus fuerit ad pœnitentiam:cito a miſericorde iudice veniã impetrabit.de pœni.diſt.j.quia.Secũdũ eſt exẽplum creaturarũ inferiorũ vt apũ.Sene.Iracũdiſſime ac pro captu corporis pugnaciſſime ſunt apes:& aculeum in vulnere relinquũt: rex ipſe ſine aculeo eſt.Voluit ipſum natura nec ſęuũ eſſe:

nec vltorẽ.exẽplũ hoc regibus oĩbus ingens pudeat ab exi
guis aĩalibus nõ trahere mores.Tertiũ eſt nauralis nobi-
litas aĩoꝝ q regẽdi ſunt.Sen̄.Remiſſius imperãti melꝰ pa
retur.iiĩ.Reg.xx.Reges domus Iſrael clementes ſunt. Quar-
tum eſt:qa clementia congruit naturæ humanę eius autem
contrariũ.ſ.crudelitas eſt ꝓpriũ ferarũ.Sen̄.Quid iſtud de-
lectari ſono catenarũ:multũ ſanguinẽ ſundere:terrere aſpe
ctu ſuo:q̃ alia vita eſſet q̄ ſi leones vrſiq̄ regnarent.In arca
dñi q̃ ſignificat mentem rectoris:erat nõ ſolum virga ſeue
ritatis.ſed etiam mãna dulcedinis & clementiæ ſignatiua.

Clemẽs alieno ſanguĩe ſicut ꝓprio dat veniã.

Quintũ eſt ꝓcioſitas ſanguinis humani.Sen̄.Clemẽtia ſan
guini alieno ſicut ſuo parcit.Greg.Naziãze.ad imperato-
rem.Gladius tibi datꝰ eſt a deo:non tã vt opereris q̄ vt cõ
mineris,Principi eccleſiæ dictũ eſt.Conuerte gladium tuũ
in vaginã.Mat.xxvj.Sextũ eſt finis ꝓpter quẽ ſunt conſti-
tuti principes:vt.ſ.medeãtur generi humano.Sen̄.Nõ mi-
nus principi ſunt turpia multa ſupplicia q̄ medico multa
funera.ij.ad Coꝝ.x.Poteſtatem nobis dedit deus in ędifica
tionẽ non in deſtructionẽ,Septimũ eſt:qa crudelitas cõtra
ria ei hoſtes multiplicat.Sen̄. Voluntas aũt ſeuiendi opor
tet anteq̄ cauſa deficiat:alioquin quẽadmodũ ꝓciſe arbo-
res plurimis ramulis pullulãt:ita regia crudelitas auget nu
merum inimicoꝝ.Octauũ eſt qa ꝓſtat ſecuritatẽ principi.
Prouerb.xj.Clementia ꝓparabit vitam.Sen̄.Non eſt opus
latera montiũ abſcindere multiplicibus muris: turribuſq̄
ſepire:ſaluũ regẽ in apto clementia ꝓſtabit.Nonum eſt:qa
regnũ roborat.Prouer.xx.Mĩa & veritas cuſtodiunt regẽ:
& clementia roborat̃ thronus eius.& ſecundũ.b.Tho.Mĩa
& pietas conueniunt cũ clemẽtia & manſuetudine inquan
tũ cõcurrunt ad eundẽ effectũ q eſt ꝓhibere mala ꝓximoꝝ
Differunt tñ quantũ ad motiuũ.Nam pietas remouet ma-
la ꝓximoꝝ ex reuerentia quã habet ad aliquẽ ſuperiorem
deũ vel parentẽ.Mĩa remouet mala alioꝝ.ex hoc ꝙ in eis
cõtriſtatur quaſi ęſtimans ad ſe ꝑtinere qđ ꝓuenit ex ami-
citia.Manſuetudo inquantũ remouet irã incitãtẽ ad malũ
alioꝝ.Clemẽtia hoc facit ex animi lenitate inquantũ iudi-
cat ęquũ talẽ nõ amplius puniẽdũ.Decimo bonitatẽ prin
cipis & ppl'i cõſummat.Prouerb.xvj.Clemẽtia regis qua-
ſi imber ſerotinꝰ.& Chryſ.dicit ꝙ meliꝰ eſt dño reddere rõ
nẽ de nimia mĩa q̄ de nimia ſeueritate.xxvj.q.vij.alligãt.

¶Modeſtia quid ſit & quibus cõmendatur. Cap.X.

POST CONTINENTIAM ET
clementiã ponit Tull'.modeſtiã partẽ tẽperãtię.
Sicut aũt tẽperãtia eſt moderatiua eoꝝ q̃ difficil
limũ eſt refrænare.ſ.delectatiões ciboꝝ & vene
reoꝝ:ita modeſtia eſt moderatiua eoꝝ q̃ in hmõi medio-
criter ſe habẽt.i.nõ habẽt tãtã difficultatẽ.Vñ poſt tẽperan
tiã & moderationẽ pœnarũ quę fecit clemẽtia:q̃tuor relin
quũtur modeſtię moderãda.Primũ eſt motus animi ad ali
quã excellẽtiã:& hũc moderat̃ humilitas.Scđm eſt deſide-
riũ eoꝝ q̃ ꝑtinẽt ad cognitionẽ:& hoc moderatur ſtudioſi-
tas.Tertiũ eſt ꝙ ꝑtinet ad corporales motꝰ & actiões vt de
cẽter fiant & modeſte tã in his q̃ ſerio q̄ in his q̃ ioco agan-
tur.Et quantũ ad ea q̃ ꝑtinẽt ad ludũ.i.ſolatiũ ponit Phus
eutropeliã.Quartũ eſt qđ ꝑtinet ad exteriorẽ apparatũ: vt

De modeſtia ꝙ ſit virtꝰ

in veſtibꝰ & hmõi.ad Phil'.iiij.dicit Apl's.Modeſtia veſtra
nota ſit oĩbus hoĩbus.hęc.b.Tho. Qđ circa ꝯpoſitionem
exteriorũ motuum ſit virtus.ß.btũs. Tho.ſic ꝓbat.ij.ij.q.
clxviij.ar.j.Virtꝰ moralis cõſiſtit in hoc ꝙ ea q̃ ſunt hoĩs ꝑ
rõnẽ ordinant̃.Manifeſtũ eſt aũt ꝙ motus exteriores homi
nis ſunt ꝑ rõnẽ ordinabiles:qa ad imperium rõnis exterio
ra mẽbra mouent̃.vñ patet ꝙ circa hoꝝ motuũ ordinatio
nem conſiſtit virtꝰ moralis.Ordinatio aũt hoꝝ motuũ at-
tẽdit̃ quantũ ad duo.Vno modo ſcđm cõueniẽtiã ꝑſonæ.
Alio modo ſcđm cõueniẽtiã ad exteriores ꝑſonas negotia
ſeu loca.Vñ btũs Amb.dicit.j.de offi.Hoc eſt pulchritudi-
nẽ viuẽdi tenere:cõueniẽtia cuiq̄ ſexui & ꝑſonę reddere.&

Actꝰ iterior diſponit ad exteriorem.

hic ordo geſtoꝝ optimus hic ornatus ad omnẽ actionẽ cõ-
modus.Itẽ quia exteriores motus ſunt ſigna interioris diſ-
poſitionis q̃ attendit̃ circa animi paſſiones. ideo ꝑ motus
exteriores alij hoĩes de nobis iudiciũ capiũt ſecundũ illud.
Eccl'i.xix.Ex viſu cognoſcitur vir:& ab occurſu faciei ſen-
ſatus.Et ideo modeſtia exterioꝝ motuum quodãmodo ad
aliud ordinat̃ ſcđm illud Augu.in regula. In oĩbus moti-
bꝰ veſtris nihil ſiat qđ cuiuſq̄ offendat aſpectũ:ſed qđ ve
ſtrã deceat ſanctitatẽ. Et ideo moderatio hoꝝ motuum põt
reduci ad duas virtutes quas Phs tãgit in.iiij.Ethi. Inquan
tũ em̃ ꝑ exteriores motus ordinamur ad alios:ꝑtinet hmõi
motuũ exterioꝝ ordinatio ad virtutẽ amicitiæ ſeu ad affa-
bilitatem q̃ attendet̃ circa delectationes & triſtitias q̃ ſunt
in verbis & in factis in ordine ad alios cũ quibus viuit.In-
quantũ vero exteriores motus ſunt ſigna interioris diſpo-
ſitionis ꝑtinet talis cõpoſitiõe motuũ exterioꝝ ad virtutẽ
veritatis ꝑ quã quis talẽ ſe exhibet exteriꝰ qualis eſt interiꝰ
Et q̄uis ex naturali diſpoſitione qs habeat inclinationẽ ad
hanc vel illã cõpoſitionẽ motuum exterioꝝ:tñ quod deeſt
naturæ põt ſuppleri ꝑ induſtriã rationis. Beatus Amb.in
lib.de offi.Motum natura informat.Si quid ſane in natura
vitij eſt induſtria emendet̃. Modeſtiã ſic diffinit Tul'.in.j.

Modeſtia qd ſm tul'.

Rheto.Modeſtia eſt per quã pudor honeſtatis puram & ſta
bilẽ cõparat auctoritatẽ.Pudor eſt timor turpitudinis, vel
fuga rei indecentis:declinando in decẽtiã in exterioribus.
Auctoritas dicitur hic grauitas.Purã dicit̃: non habens ad
mixtionẽ ſui cõtrarij.ſ.vtilitatis.Stabilis:quia non eſt mo
mentanea talis grauitas ſed permanens.

## §.I.DE MODESTIA IGITVR QVAN

tũ ad tertiũ modũ ex quatuor ſupradictis.ſ.circa motus &
actꝰ corporales notãdũ ꝙ ordinatio interior(quæ eſt cũ rõ
pręeſt & appetitũ tẽperat)eſt cauſa exterioris ordinationis
& exterior geſtꝰ eſt ſignũ interioris diſpoſitiõis. Eccl'i.xix.
Amictꝰ corporis & riſus dẽtiũ & greſſus hoĩs enũtiat de eo.
Et Augu.dicit:ꝙ incõpoſitio corꝑis qualitatẽ indicat mẽ-
tis.di.xlj.§.vlt.clericꝰ.Sciendũ ꝙ modus vñ modeſtia dr̃:

Vñ dicatur modeſtia.

eſt tenere decorẽ in exterioribꝰ actibꝰ:& decor iſte attendit̃
reſpectu aſpectꝰ hoĩm.Decoꝝ in hoĩe dr̃ qđ eſt cõſentaneũ
naturæ.i.rõni naturali.Primo igit̃ attẽdẽda eſt qualitas ꝑ-
ſonæ q̃ aliqd agit & cũ qua agit̃:& tp̃s & locus. Aliqd em̃
cõgruit vni ꝑſonæ qđ nõ cõgruit alteri.Iob ꝑmittebat fi-
lijs cõuiuia facere ad fouẽdũ inuicẽ beneuolentiã:& ip̃e tñ
nõ intererat.Aliqd licet extra eccleſiã qđ nõ licet intra eccle
ſiã:vt iudicia facere & negotiationes & hmõi. Aliqd licet
vno tp̃e vt venari & hmõi qđ nõ licet alio: vt in quadra-
geſima.Aliqd licet dicere in vna materia qđ nõ eſt decens
in alia.Tul'.Vitioſum eſt in re ſęua delicatũ inferre ſermo

Modeſtus idecẽtiam fugit.

nẽ,Item modeſtia indecẽtiã cauet in verbo:in riſu:in motu
corporis:in mẽbroꝝ ſitu:in occupatiõe vel actu:in habitu.
Et quantũ ad verba & riſus ſic dicit Sen̄.de quatuor virtu.
A verbis turpibꝰ abſtineto.Sermones vtiles magis q̄ face
tos & affabiles ama:rectos potiuſq̄ obſecundantes. Miſce-
bis interdum ſerijs iocos ſed temperatos.Sed non modicus
reꝑhenſibilis eſt riſus ſi pueriliter effuſus:ſi muliebriter fa
ctus odibilẽ facit.Idẽ riſus ſine cachinno: vox ſine clamo-
re:inceſſus ſine tumultu:quies tibi non deſidia erit,Idem ſi
nõ ſis alioꝝ curioſus ſcrutator nec acerbꝰ reprehenſor:ſine
exprobratiõe correptor:ita vt admonitionẽ hilaritate ꝓue
nias:& errori facile veniã dato.Nec extollas quẽq̄ nec deij
cias,Regrenti facile rñde.Contẽdẽti facile cede. Nec iniur-

Cauẽda circa motum corꝑis.

gia execrationeſq̄ deſcẽdas.Rari ſermonis ſis ſed loquen-
tiũ patiens.Circa motũ corporis cauẽda eſt & nimia tardi-
tas & nimia velocitas. Sen̄.Si continens es & animi tui &
corporis motus obſerua ne indecori ſint.De hmõi indecẽ-
tia dr̃ Eſa.iij.Pro eo ꝙ eleuatę ſunt filię Sion extento col-
lo &c.In occupatione attẽdẽdũ eſt ad naturã:ad quid.ſ.ali
quis a natura ſit diſpoſitus.Qui em̃ debilis eſt corpore &
igenioſus & viuacis memoriæ:nõ militiã ſed lrãrũ ſtudiũ
ſectari debet. Attẽdẽdũ eſt ad ætatẽ.Etas em̃ adoleſcẽtię la
bore animi vel corꝑis exercẽda ẽ:& auctoritati ſenũ ſubij
ciẽda.Debẽt em̃ adoleſcẽtes ſenes vereri conſilio eoꝝ regi
& exẽplo informari.Senibꝰ ꝟo ſunt labores corꝑis minuẽ
di.Cõſilio debẽt alios iuuare & exẽpla imitatiõe digna mi
niſtrare,ꝑlati vero ęſtimare ſe gerere perſonã ciuitatis.

## §.II.DE MODESTIA SENSVVM PRE

De modeſtia ſenſuũ.

cipue oculorũ.Licet oẽs ſenſus debeamꝰ retinere fręno mo
deſtiæ.qa vt dr̃ Hiere.ix.Mors aſcendit ꝑ feneſtras noſtras
ſcilicet ſenſuũ ingreſſa eſt domos noſtras. Propter qđ ait
Apl's Col'.iij.Mortificate mẽbra veſtra q̃ ſũt ſuꝑ terrã.i.or
gana ſenſuũ.In cuius figurã Ioſue qnq̄ reges affixit cruci:
qa ſenſus qnq̄ cruci mortificationis ſunt ſubmittẽdi.Prę-
cipue tñ hoc fieri oportet circa oculos.nã quãto nobiliꝰ eſt
mẽbrũ & viuacior ſenſꝰ:qa plures reꝝ differẽtias apphẽdit
tãto magis nociuũ ſi nõ reguletur rõne.Propheta. Oculus
meus



meꝰ deꝑdatꝰ eſt aĩam meã.Oculus em̃ irritat gulã. Gen̄.iij.
Vidit mulier lignũ ꝙ eſſet bonũ ad veſcẽdũ.pulchrum vi
ſu &c.Incitat cupiditatẽ.Vñ diabolus oſtẽdit Chriſto oĩa
regna mũdi vt tentando induceret ad auaritiã.Mat.iiij.In-
flammat luxuriã.Eccl'i.ix.Ne aſpicias in vultũ mulieris ex
hoc concupiſcentia em̃ exardeſcet quaſi ignis.Quãto plu-
ra ligna ponũtur in igne:plus ardet.Alij ſenſus de muliere
aliquid apprehẽdũt:vt auditꝰ vocẽ & hmõi.Sed viſꝰ mul-
ta ſimul:qa & faciẽ & colorẽ & ornatũ & geſtũ.& iõ plꝰ in
flãmat.Excitat ſuꝑbiã.Dicit em̃ Bern̄.ꝙ Lucifer vidẽs dei
filiũ ęqualẽ patri: voluit ei aſſimilari:& ſuꝑbia ductꝰ dixit

Fabula bufonis

Similis ero altiſſimo. Sic de bufone fabuloſe dr̃ ꝙ videns
bouẽ in prato ita pinguẽ & groſſum volẽs ei aſſimilari in-
tumuit in tãtũ ꝙ crepuit.Ad irã inducit. Mat.xviij.viden-
tes conſerui q̃ fiebãt cõtriſtati ſunt valde.ſ.prę ira. Ad inui
diã ꝓuocat.j.Regũ.ij.Videbis æmulũ tuũ in tẽplo in oĩbꝰ
ꝓſperis.& poſtea ſubdit̃. vt deficiãt oculi tui.ſ.inuidia. &
tabeſcat aĩa tua.Accidiã immittit.Vidẽs em̃ piger intẽpe-
riẽ aeris nõ vult exire ad agrũ.Eccl'i.xj. Qui obſeruat vẽtũ
nunq̄ ſeminat.Vñ dixit Chriſtus Luc.xj.Si oculus tuus ne
quam fuerit:totũ corpus tuũ tenebroſum erit:qa oẽs tene-
brę peccatoꝝ ex immodeſtia oculoꝝ. Citius etiã peccatur
per oculũ:quia in momento in ictu oculi. Vnde de Holo-
ferne dicit̃ Iudith.iiij.quia ſtatim captus eſt in aſpectu eiꝰ.
Facilius em̃ peccatur per oculum:qa facilius patet obiectũ
oculorum q̄ aliorum ſenſuum.Hęc habentur in expoſitio
ne regulæ beati Augu.ab Humb.

## §.III.DE MODESTIA CIRCA LV

De modeſtia circa ludos.

dos & circa dicta vel facta iocoſa:circa q̃ Phus ponit quan
dam virtutẽ eſſe quã noĩat eutropeliã.noſtra aũt lingua di
cere poſſumus iocũditatẽ vel vrbanitatẽ.Pro cuius decla-
ratione ſciendũ ſm.b.Tho.ij.ij.q.clxviij.ꝙ ſicut corpus in-
diget corporali quiete ad refocillationẽ ſui:qa nõ põt cõti
nue corꝑaliter laborare:ꝓpter hoc ꝙ habet finitã ꝟtutẽ q̃
determinatis laboribus ꝓportionat̃. Ita etiã ex parte aĩæ:
cuius eſt virtus finita:ad determinatas opationes propor
tionat̃.Et ideo qñ vltra modũ ſuũ in aliquas operatiões ſe
extẽdit laborat:& ex hoc fatigat̃ præſertim qa in opationi
bus aĩæ ſimul etiã laborat corpꝰ inquantũ.ſ.aĩa intellecti-
ua vtitur viribus ꝑ organa corporea operãtibus.ſunt autẽ
bona ſenſibilia cõnaturalia hoĩ.Et ideo qñ aĩa vltra ſenſi-
bilia eleuatur operibus rõnis intẽta:naſcitur exinde quæ-
dã fatigatio aĩalis:ſiue homo intendat opationi rationis
practice ſiue ſpeculatiue.Magis tñ ſi opibꝰ ꝯtẽplationis in-
tendit:qa ꝑ hoc magis a ſenſibꝰ eleuat̃:q̄uis in aliqbꝰ ope
ribus rõnis practice exterioribꝰ forte corporis magis fati-
getur.In vtriſq̄ tamẽ tanto magis qs aĩaliter fatigatur:quã
to magis operibꝰ rationis intendit.Sicut aũt fatigatio cor-
poralis ſoluit̃ ꝑ corꝑis quietẽ:ita etiã oportet ꝙ fatigatio
animalis ſoluat̃ ꝑ quietem animi.Quies autẽ animi eſt de-
lectatio.Et ideo oportet remedium cõtra fatigationẽ aĩalẽ

Cauſa q̃re ludus neceſſariꝰ eſt aliquãdo.

adhibere ꝑ aliquam delectationẽ intermiſſa intenſione ad
inſiſtendũ ſtudio rõnis:ſicut legimꝰ in collationibꝰ patrũ
de Io.euange.ꝙ cũ ſcandalizaretur quidã videns eũ luden
tem cum diſcipulis.fecit eũ trahere arcũ pluries &c.Idem le
gitur de ſancto Antonio.Et dixerũt ꝙ ita animꝰ frangeret̃
ſi nunq̄ a ſua intenſione relaxaret̃. Hmõi autem dicta vel
facta in quibꝰ nõ querit̃ niſi delectatio animalis:& dicun-
tur ludicra & iocoſa:& ideo neceſſe eſt interdũ talibus vti
quaſi ad quandã animi quietẽ.& hoc eſt qđ Phs dicit ĩ.iiij.
Ethi.ꝙ in hmõi vitæ cõuerſatione quies quædã habet̃ ĩ lu
do.Circa q̃ tñ tria videtur præcipue attendẽda. Primum &

Tria in ludo attẽdẽda.

principale ꝙ prędicta delectatio nõ quęrat̃ in aliquibꝰ ver
bis vel factis turpibus: vel al's nociuis. Scđm ne totaliter
grauitas animi reſoluat̃. Vñ Tull'.in lib.de offi.Sicut pue-
ris nõ oẽm ludendi licẽtiam damus:ſed eã quæ ab honeſtis
actibus non ſit aliena.Sic in ip̃o ioco aliquod probi inge-
nij lumen eluceſcit. Tertium qđ eſt attendẽdum.ſicut in oĩ
bus alijs actionibus humanis vt cõgruãt ꝑſonis tẽporibus
& locis:& ſcđm alias debitas circũſtãtias ordinentur:& ſic
circa hmõi eſt virtus. Et nota ꝙ licet Tull.dicat.j.Rhet̃.ꝙ
quando auditores ſunt defatigati:nõ eſt inutile ab aliqua
re noua aut ridicula incipere orationẽ:ſi tñ dignitas rei nõ
adimat facultatẽ:ſed addat.Et ideo quia ſacra ſcriptura ma
ximis rebus intendit.ſcđm illud Prouerb.viij. Audite:qa
de rebus magnis locutura ſum. Ideo btũs Amb.ſuꝑ Lucã
tractans illud.Vę vobis qui ridetis.excludit iocũ nõ quidẽ

Riſus in ioco eſt permittendus.

a conuerſatione humana:ſed a doctrina ſacra. vnde dicit.
Licet interdum honeſta ioca ſint ac ſuauia: tñ ab eccleſia-
ſtica abhorrẽt regula:qm̃ in ſcripturis nõ reperimus ea quẽ
admodum vſurpare poſſumus.

## §.IIII.DE MODESTIA CIRCA HA

De modeſtia circa habitũ vel cultũ veſtium.

bitum vel cultum veſtium.Dicit Hiero.ꝙ nec affectatę ſor
des nec exquiſitę deliciæ laudem pariunt.diſt.xlj.§. .Scien
dũ igit̃ ſm btm̃ Tho.ij.ij.q.clxix.ꝙ in his rebus exterioribꝰ
quibus homo vtitur nõ eſt vitiũ in ſe aliquod:ſed ex par-
te hoĩs ꝙ immoderate vtitur eis.Quę quidem immoderan
tia põt eſſe dupliciter. Vno modo per comparationẽ ad
hoĩes cũ quibus viuit.Vnde Augu.diſt.viij.quę cõtra mo
res &c.Turpis eſt omnis pars q̃ vniuerſo ſuo nõ congruit.
Alio modo põt eſſe immoderantia in vſu taliũ rerũ exin-
ordinato affectu vtentis ex quo contingit qñq̄ ꝙ homo ni
mis libidinoſe vtat̃ talibꝰ:ſiue ſit ſcđm cõſuetudinem ſi-
ue pręter conſuetudinẽ eoꝝ inter quos viuit.Contingit au
tẽ iſta inordinatio affectus tripliciter.Vno modo inquãtũ

ß.par.ij. ti.de ſuꝑbia veſtium.

ex ſuperfluo cultu veſtiũ quis quęrit gloriã:prout veſtes &
hmõi pertinent ad ornatũ quendã. Alio modo ſcđm ꝙ per
ſuperfluũ cultũ quęrit delicias ſm ꝙ veſtis ordinat̃ ad cor-
poris fomentũ. Tertio mõ ſcđm ꝙ nimiã ſolicitudinẽ ap-
ponit homo ad exteriorẽ cultũ veſtiũ. Etiã ſi nõ ſit aliqua
inordinatio ex parte finis.Et ſcđm hoc Andronicus ponit

Tres ſũt virtutes circa exteriorẽ cultũ.

tres virtutes circa exteriorẽ cultũ.ſ.humilitatẽ:quæ exclu-
dit intentionẽ gloriæ.Vnde dicit ꝙ humilitas eſt habitus
nõ ſuperabundans in ſumptibus & præparationibus.Et ꝑ
ſe ſufficiẽtiã:quę excludit intẽtionẽ deliciaꝝ.Vnde dicit ꝙ
per ſe eſt ſufficiẽs habitus cõtẽtus eoꝝ qbus oportet:& de-
terminatiua eoꝝ q̃ ad viuere cõuenit.Et ſimplicitatẽ quæ
excludit ſuꝑfluã ſolitudinem.Vnde dicit ꝙ ſimplicitas eſt
habitus cõtẽtus his quæ contingunt.Ex parte defectus põt
eſſe duplex inordinatio.Vno modo ex negligentia hoĩs q
nõ adhibet ſtudiũ & laborẽ:vt vtatur exteriori cultu vt de
cet.Vnde Phs dicit ꝙ ad mollitiẽ pertinet ꝙ aliquis trahat
veſtimentũ ſuum per terram:& non laboret in eleuando.
Alio modo inquantum ipſum defectum exterioris cultus
ordinat ad gloriam.Vnde Philoſophꝰ dicit in.iiij.Ethic.ꝙ
ſuperabundantia & inordinatus defectus ad iactantiam ꝑ
tinet.Ad hoc facit quod dicit Aug.diſt.xlj.quiſquis. Et cõ
tra modeſtiam eſt etiam fucus.

¶De ſtudioſitate. Capitulum.XI.

PONITVR ETIAM PARS MO
deſtiæ:& ꝑ cõſequẽs tẽperãtię ſcđm btm̃ Tho.
ij.ij.q.clxvj.ſtudioſitas quæ ꝟtus eſt cõtraria cu
rioſitati refręnãs aĩm ab inordinato affectu co-
gnoſcẽdi.Vñ Aug.dicit:ꝙ curioſi eſſe ꝓhibemur: magnæ
tẽperantiæ munus eſt.Dicitur aũt ſtudioſitas a ſtudio.Stu-

Studioſitas qd ſit & vnde dicat̃

diũ autẽ dicit̃ eſſe vehemẽs animi applicatio circa aliquid
peragendũ.Mens aũt nõ applicatur ad aliquid niſi cogno
ſcat illud.Vnde per prius mens applicatur ad cognitionẽ:
ſecundario autem applicatur ad ea in quibus homo per co
gnitionẽ dirigitur.Et ideo ſtudiũ perprius reſpicit cogni-
tionẽ:& ſecũdario quæcũq̄ alia ad quę operanda directio-
ne cognitionis indigemus.Virtutes autẽ proprie ſibi attri
buũt illã materiã circa quã primo & principaliter ſunt: vt
fortitudo pericula mortis tẽperantia delectationes tactus.
Et ideo ſtudioſitas dicit̃ proprie circa cognitionẽ.vñ Pro-
uerb.xxvij.Stude ſapiẽtię fili mi: lętifica cor meũ vt poſſis
reſpondere ſermonẽ.Qđ aũt ſit pars tẽperantię ſic declarat
btũs.Tho.vbi.ß.Ad tẽperãtiam pertinet moderari motũ
appetitus ne ſuperflue tendat in id qđ naturaliter concupi
ſcit.ſicut autẽ homo naturaliter concupiſcit delectationes
ciboꝝ & venereoꝝ ſm naturã corporalẽ:ita ſm aĩam natu
raliter deſiderat cognoſcere.Vnde & Phs dicit ꝙ oẽs ho-
mines natura ſcire deſiderant.Moderatio autẽ huius appe
titus pertinet ad virtutẽ ſtudioſitatis.Et ſic patet ꝙ conti-
netur ſub modeſtia & eſt pars temperantiæ. Et no. ſm bea
tũ Tho.vbi.ß.ꝙ actus cognoſcitiuę virtutis imperatur a
vi appetitiua quæ eſt motiua oĩm aliarũ viriũ. Et ideo cir
ca cognitionẽ duplex bonũ poteſt attẽdi. Vnũ quidẽ quã-
tũ ad ip̃m actũ cognitionis:& tale bonũ pertinet ad virtu
tes intellectuales: vt ſcilicet circa ſingula homo exiſtimet
verũ.Aliud eſt bonũ qđ pertinet ad actũ appetitiuę ꝟtu-

tis:vt.ſ.homo habeat appetitū rectum applicandi vim cognoſcitiuā:ſicvel aliter:ad hocvel ad illd.& hoc ꝑtinet ad virtutem ſtudioſitatis:& ſm hoc ponitur virtus moralis. Item cum ſcd'm Philoſophū in.ij.Ethic.ad hoc ꝙ homo ſit virtuoſus oportet ꝙ ſeruet ſe maxime ab his ad quæ natura inclinat.Inde eſt ꝙ ſicut natura inclinat ad timendū pericula mortis in quibus ſe ſeruat cōtra ea ꝑ fortitudinem & ſectandum delectabilia tactus a quo retrahitur ꝑ temperantiam:ſic etiam natura inclinata ad appetēdū ſcire.Sed quātum ad cognitionē eſt in homine cōtraria inclinatio:qa ex parte aiæ inclinaꝛ hō ad hoc ꝙ cognitionē rerū deſideret. Et ſic oportet vt hō laudabiliter hmōi appetitū refrænet: ne immoderatę cognitioni rerū intendat: qd' verū eſſet vitiū curioſitatis.Ex parte vero naturę corporalis inclinatur hō ad hoc vt laborē vitet ingrēdi ſciētiā.Quātū ad primū ſtudioſitas in refrænatione conſiſtit appetitus inordinati. Sed quantū ad ſecūdū laus huius virtutis ꝯſiſtit in quadā vehementia intētionis ad ſcientiā rerū percipiendā.primū tamen eſt eſſentialius huic virtuti q̄ ſecundum.

Gradus ſex qb⁹ ꝑueniꝛ ad ſapiētiam

tũ hõ cõpaſſus eſt triſtitia interiori.ſicut etiã habebat alias
pa ſſiones naturales vt nos.propter qđ ait apl's ad Heb.ij.
Debuit ꝑ oĩa fratribus ſimilari vt miſericors fieret.ſ.expe
riendo triſtitiam & alias paſſiones.Inquãtũ aũt deꝰ miſer
tus eſt ſine aliqua paſſiõe ſubleuãdo miſeriã illoꝝ in mul
tiplicãdo panes:& etiã inde paſcẽdo famelicos. ſic & btũs
Iob ait de ſeipõ.c.xxxj. Ab infantia mecũ creuit miſeratio:
& de vtero matris meę egreſſa eſt mecũ. Vbi oſtendit ꝙ a
tenella ętate ſe in hac exercuit.Vñ & ante dixit. Si comedi
buccellã meam ſolus & nõ comedit pupillus ex ea.& dicit
creuit.nonnulli q̃ ad ętatẽ creſcũt: & ab inocẽtia decreſcũt.
ait Grego.in.xxj.moral'.Sed electis cũ foris ætas corporis
intus ſi dici liceat creſcit ætas virtutis.vñ & Iob ſubdit.Si
deſpexi ꝓtereũtẽ eo ꝙ nõ habuerit indumẽtũ & abſq; opi
mento pauperẽ.plꝰ em̃ eſt dare veſtimentũ q̃ buccellã pa
nis:& ſic creſcebat in eleemoſynis:& in hmõi nihil virtu
ti ſuæ attribuit:qa teſtat̃ ꝙ hoc ex munere cõditoris accæ
pit.Miſeratio em̃ etſi eius fuit arbitrij vt cũ ipſo ꝓficeret:
non tamen fuit eius arbitrij ꝙ ſecũ ex vtero exiret.

## §.X.QVANTVM AD SECVNDVM

actus exterior mię innuit̃ cũ dr̃.Commodat.ſ.ſubueniẽdo
miſerijs ſignanter aũt dicit cõmodat:non dat.Nam q̃ dant̃
ſcđm mudũ non accommodant̃:qa amittunt̃ illa non red
dunt̃:ſed qđ accommodat̃ reddit̃.ſic q ex mĩa & charitate
ſubuenit idigẽtibus: reddit̃ vtiq; illud multiplicatũ ſpũa
liter ſemꝑ:& aliqñ etiã tꝑal'r. Vñ dr̃ Iob.xix. Fenerat̃ dño

De idu-centibꝰ nos ad miam.

q miſeret ꝓximo ſuo.Ad mĩam & eleemoſynam actũ eiꝰ
inuitat ſctã ſcriptura:incitat natura:animat irrõnalis crea
tura.Dixit em̃ dñs Zach.vij. Mĩas & miſerationes facite:
vnuſqſq; cum ꝓximo ſuo.Miſeratio eſt actꝰ exterior mię:
vt eleemoſyna.&.j.Pet.iij.Eſtote compatientes fraternita
tis amatores miſericordes.Cum ſctã ſint duo oſtiola de li
gnis oliuarum in templo Salomonis:hoc figurauit ꝙ i tẽ
plo ecclię militãtis vel triumphãtis non intrat̃ niſi ꝑ duo
miæ gña.ſ.corporalis & ſpũalis. Et ꝟgines qnq; fatuę illę:
qa nõ habuerunt oleum miæ in vaſis ſuis clauſa eſt eis ia

De mĩa creatu-raꝝ irrõ-nabiliũ.

nua.Mat.xxv.Oleum in vaſe eſt mĩa in corde: quam q nõ
habet etſi caſtus & virgo ſit:ad regnũ non admittit̃.Crea
tura quoq; irrõnalis ad ſubueniendum indigentiæ aliorũ
inducit. Nam arbores & herbæ ſuis fructibus & floribus
ſe priuãt vt noſtris indigentijs ſubueniant. Mortua equa
pullum eius alia ſuſcipit ad nutriendũ.Cerui cum incedũt
ſimul in magna multitudĩe grauati onere cornuum: alter
alterius ſupportant capita.Elephas cum cadit qa ꝑ ſe non
põt ſurgere:ad mugitum eius alijs cõcurrẽtes ſubleuãt eũ.
Leo terribilis aĩalium paruulis miſeratus pcit niſi fames
cogat:& aliqñ iter docet deuios.Et leo Zozimę ad faciẽdũ
foueã Mariæ ægyptiacę adiutoriũ ꝓbuit.Lupa derelictos
paruulos recẽter natos aliqñ aluit & ab alijs feris defendit.
ſicut dr̃ de Romulo & Remo.Piſcis delphinus quẽdam hi
ſtrionem optime cythara ſonantem ꝓijcientem ſe in mare
ſuſcæpit:& ad littus incolumem perduxit.Coruus defere
bat cibum Helię indigenti tꝑe famis in torrente Carith.iij.
Regũ.xvij.Naturalis etiam inſtinctus hoc dictat: vt.ſ.ſicut
in miſerijs quas frequẽter patitur qlibet vult ſubleuari:ita
ſubleuet alium:cum em̃ ſimus oẽs fratres ex vno pr̃e cœle
ſti deo:& mr̃e eccl'ia: & pr̃e terreno Adã & Eua matre ꝓge
niti:debemꝰ alter alteri ſubuenire.Sicut etiã videmꝰ i cor
pore hũano:ſi vnũ mẽbrũ patit̃ cõpatiũt̃ oĩa mẽbra & ad
iuuant.ꝓpterea & mater eccl'ia iniũgit oleo catecuminoꝝ

Quõ de-bet fieri mĩa ſi-ue elee-moſy-na.

baptizandũ in pectore & ſcapulis ad innuẽdũ ꝙ mĩam de
bet habere in corde ꝑ ꝯpaſſionẽ: & i humeris ꝑ oꝑationẽ
eleemoſynarum.Commodat aũt q miſeret̃ debito mõ dã
do:aliter nõ miſeret̃.Et hoc tripl'r.Primo animo recto. Se
cundo de licite acquiſito.Tertio a idigẽtiæ ſubiecto.Quã
tum ad primum ait apl's ad Ro.xij.Qui miſeret̃ in hilarita
te q tribuit in ſimplicitate.& ipe apl's.ij.ad Coꝝ.ix. Nõ ex
triſtitia aut ex neceſſitate.Hilarem em̃ datorẽ diligit deus.
In ſimplicitatate quoq; debet dari eleemoſyna:vt.ſ.nõ in
tentione laudis humanę:ſed intuitu dei det̃. Vñ xp̃s Matt.
vj.Te aũt faciente eleemoſynã neſciat ſiniſtra tua quid fa
ciat dextera tua.id eſt ſiniſtra intentio.ſ.fauoris popularis
non ſe immiſceat cũ oꝑe bono eleemoſynæ tuæ.In ſimpli
citate etiam cõmodãda eſt eleemoſyna:vt.ſ.ſine rancore ꝯ
aliquem det̃ eleemoſyna.vñ Greg.in.xxij.moral' tractans
illud Lu.vj.Dimittite & dimittemini:date & dabit̃ vobis
ait.Qui dimittit.ſ.iniurias & non dat eleemoſynam.ſ.cor
poralem:etſi nõ plene oꝑatus eſt:meliorẽ tñ partem mię te
nuit.Qui aũt dat & nõ dimittit oĩno nullã miam facit: qa
a deo oĩpotẽte munꝰ ex manu nõ accipit̃ qđ corde obliga
to i malitia ꝓfert̃.Mũdari em̃ priꝰ animꝰ debet q eleemo
ſynã prębet:qa oẽ qđ dat̃ deo ex dãtis mẽte penſat̃.Et ali
bi Greg.plus reſpicit deꝰ affectũ q̃ cenſum.Vnde & vidua
q̃ miſit in gazophylatium duo æra minuta cõmẽdãs mul
tũ dixit illam plꝰ miſiſſe q̃ q multa dederat.Lu.xxj.Quan
tũ ad ſcđm debet eleemoſyna de licite acquiſito dari.ſm
illud Prouerb.iij.Honora deũ de tua ſubſtantia. & Eccl'.
xxxiiij.Immolatio ex iniquo oblatio eſt maculata. & ibi
dẽ.Qui offert ſacrificiũ de ſubſtãtia pauꝑis:quaſi q victi
mat filiũ ante patrẽ.vñ & Greg.Non eſt putanda eleemo
ſyna ſi pauperibꝰ diſpẽſet̃ ꝙ ex illicitis rebꝰ acquirit̃. Nã
qui male accipit vt bñ diſpẽſet grauat̃ potiꝰ q̃ inde ſuble
uet̃.j.q.j.nõ eſt putãda.Sed notãdũ ſm b.Tho.ij.ij.q.xxxiij

De illi-cite acq-ſito põt dici tri-pliciter

ꝙ illicite acquiſitum põt dici tripliciter.Vno modo ita ꝙ
de illo cõpetit repetitio:ſiue transferat̃ dominiũ: vt in vſu
ra:ſiue nõ trãſferat̃ dominiũ:vt in furto, rapina, & hmõi.
Et de hmõi non põt fieri eleemoſyna:qa eſt res aliena:ſed
debet reſtitui ei a quo recæpta eſt: & idem de rebus iuẽtis.
Et hoc niſi inueniret̃ ille cuius res eſt illa: nec eius hæres:
nam tunc debet pauperibus erogari.vñ dicit Aug.Nolite
facere eleemoſynas de vſuris.xiiij.q.v.nolite.Et ſil'r q non
põt alienare non põt eleemoſynas dare vt filiuſfamilias,
pupillus,vxor,religioſus,nõ habẽs adminiſtrationẽ, ſer
uus.& hoc ſine licẽtia ſui ſuꝑioris:niſi aliqđ parũ: ex ſpe
ratihabitionis:vel in extrema neceſſitate ꝯſtituto.De vxo
re tñ & filioſa.fit diſtinctio.de q̃ vide.ſ.in.ij.parte.t.j.c. pe

De qui-bus re-bus de-bet fieri eleemo-ſyna.

nul.de obduratiõe ꝯ mĩam.Scđo mõ dr̃ illicite acqſitum
ex eo ꝙ turpitudo eſt in datiõe & recæptiõe:q̃ ille turpiter
accipit:& ſic retinere ſibi nõ põt & alius turpiter dedit vñ
& ſibi reſtitui nõ debet: vt in ſimonia:vbi accipiẽs ꝯ iuſti
tiã legis diuię agit.& iõ ſibi reſtitui nõ debet: ſed debet in
eleemoſynis erogari.Et eadẽ rõ eſt in ſil'ibus in qbꝰ accę
ptio eſt ꝯ legẽ: vt dare pecuniã ad corrũpẽdũ iudicẽ:nec ẽt
talis pecunia debet reſtitui ei q dedit cũ turpiter dederit:
nec ſibi retinere põt.Secus ſi dediſſet qs ad obtinẽdũ iuſti
tiã in cauſa:qa nõ videt aliter obtinere poſſe:tũc em̃ ei red
di debet:qa redemit vexationẽ ſuã.Põt ergo de hmõi:& te
net̃ de neceſſitate hmõi pecuniã eleemoſynaliter dare. Idẽ
videtur de ludo alearũ dicendũ.ſ.ꝙ debet paupibꝰ eroga
ri qđ ꝑ illũ modũ acquirit̃ qñ nõ in fraude acquirit̃ & ab
eo qui põt alienare.Et hoc ẽ debitũ de neceſſitate ſalutis.ſ.
talia paupibꝰ erogare:licet alij dicãt hoc nõ eẽ de neceſſita
te ſalutis:ſed de honeſtate cõſilij q̊ ad ludũ.ſed tutior opi
nio eſt prima. Tertio mõ dr̃ illicite acqſitũ:nõ ꝙ acquiſi
tio ipa ſit illicita:ſed illđ ex quo acquirit̃:ſicut patet de eo
qđ acquirit̃ ꝑ meretriciũ:& hoc ꝓprie vocat̃ turpe lucrũ.
Qđ em̃ mulier turpiter meretriciũ exerceat:turpiter agit &
ꝯ legẽ dei:ſed i eo qñ accipit nõ iniuſte agit:nec ꝯ legẽ. Vñ
ſic illicite acquiſitũ retineri põt:& etiã de eo põt fieri elee
moſyna indigenti.Quantũ ad tertiũ debet dari eleemoſy
na indigenti:nã ſi dat̃ nõ indigenti ex liberalitate donan
do nõ dr̃ eleemoſyna.ad Ephe.iiij. Laboret manibus ſuis
vt habeat vnde tribuat neceſſitatẽ patiẽti: nõ dicit diuiti.
Quod autẽ legatur vel donat̃ monaſterijs etiã opulentis
ad eleemoſynã ꝑtinet: quia vt miniſtris chriſti dat̃. Et ipſi
ſuꝑflua debẽt pauperibꝰ erogare.b.Amb. Aurũ habet ec

quibus debet dari e-leemo-ſyna.

cl'ia nõ vt ſeruet:ſed vt eroget paupibꝰ.xij.q. ij. aurũ. De
bet aũt potiꝰ iuſtis dare indigẽtibꝰ q̃ pctõribꝰ cæteris pari
bus.Amb.Et ſi oĩbꝰ debet̃ mĩa iuſto ampliꝰ.di.lxxxvj.nõ
ſatis.Sacerdotibꝰ & ꝓphetis olim.dabat̃ de publico: quia
mltitudo ſapiẽtũ ſanitas orbis.Propter.x. iuſtos ſi inuẽti
fuiſſent in Sodomis dñs pepciſſet Pẽtapoleos. Geñ.xviij.
Ipſi ſunt vigiles qui cuſtodiũt ciuitatẽ:& leuitæ nutriebã
tur de bonis cõibus.Prędicatoribus pręcipue debent dari

eleemoſynæ ſibi ad neceſſitatē nõ ad theſaurizandum vl' ꝓpizandũ.j.ad Coꝝ.ix.Nõ alligabis os bouis triturãtis. Idem.Cõicet autē is q catechizaꝛ ꝟbo ei q ſe catechizat in oibus bonis.Et nõ ſolũ auditores verbi:ſed & prælati debent p̃dicatores alere cuius filij lacte ꝟbi paſcunꝛ.Et etiam non audientes ꝟbum p̃dicationis debēt ſuſtētare p̃dicatores.vñ & illi de Soccoth & Phanuel contriti ſunt: qa negauerunt victũ militibꝰ dñi:q eius hoſtes fugauerunt cũ tuba Gedeonis & ppl'm dñi ꝓtexerunt.Debet etiã eleemoſyna dari ꝓpiquis indigētibꝰ & magis q̃ alijs cęteris paribꝰ.

¶.pe vitio oppoſito miæ.ſ. obduratione.ij. pte ti.j. c.xxiiij.

## §.XI.QVANTVM AD TERTIVM

De fructu eleemoſynę ſeu vtilitate.& ibidē.ij.p.t.vbi.ē.

ſ.de fructu mię ſeu eleemoſynæ dicit Pſ.cxj.Iocũdus hõ.ſ. erit miſerando & cõmodando.Iocundus iocunditate tēporali,ſpũali, & ſupnali.Nam vt ait apl's.j.ad Tim.iiij.Pietas ad oia valet ꝓmiſſionem vitę q̃ nunc eſt hñs & futurę. Mat.xix.Cētũ ꝓ vno accipietis.Quãtum quidē ad tpalia recipit hõ multa cõmoda:licet nõ debeat hoc intēdere principal'r dando eleemoſynã.Pſ.xxxvj.Nõ vidi iuſtũ derelictũ:nec ſemē eius.i.ꝓgeniē q̃rēs panē.i.indigentem.Tota die miſereꝛ & cõmodat.dãdo.ſ.eleemoſynas.& ſemē illiꝰ ſ.ipſa eleemoſyna in bñdictiõe erit.i.in multiplicatione. Semē dr̃ eleemoſyna:qa ſicut ſemen iactatũ in terra videꝛ pdi ſed tñ multiplicaꝛ.ita & eleemoſynæ multiplex eſt fructus.In bñdictiõe eſt:qa a deo & hoibus bñdiceꝛ.Vñ apl's ij.ad Coꝝ.ix.Qui ſeminat in benedictionibus de bñdictionibus & metet.Per eleemoſynã Pet.apl's recipiendo xp̃m cum diſcipulis in domo ſua ad comedendum meruit ſanationē ſocrꝰ ſuæ febricitãtis.Luc.iiij.Mulier Sunamitis recipiendo ad hoſpitiũ & ꝓuidēdo Heliſęo ꝓphetę meruit fœcũditatē.ſ.filiũ habere maſculũ quē etiã mortuũ poſtea reſuſcitauit.iiij.Regũ.iiij.Loth recipiendo in domo angelos quos hoies peregrinos putabat obtinuit euaſionem cũ familia ſua de ſubuerſiõe Sodomę.Geñ.xix.Iob quoq; de ſe ait.pater eram pauperũ oculus fui cæco: pes claudo:oſtiũ meum patuit viatori &c.Poſt ꝓbationē eiꝰ p magnas tribulationes:demũ oēm tpalem ſubſtantiam recæpit duplicatã:& familiã & ſanitatē recupauit.Iob.vlti.

Exēplũ de eleemoſyna.

Exēplũ in legenda bti Germani legiꝛ ꝙ cũ iuiſſet in Britãniã ad p̃dicãdũ ꝯ hæreticos ibi pullulãtes:& rex Britãniæ noluiſſet eũ nec ſocios recipere in hoſpitiũ:& qdã ruſticꝰ cũ magna hilaritate & deuotiõe eos inuitaſſet in hoſpitiũ ſuum paupculũ fecit eis magnã hũanitatē occiditq; eis vitulũ.Poſt comeſtionē aũt ſctũs Germanus fecit oſſa vituli comeſti colligi inſimul & facto ſigno crucis vitulum reſuſcitauit. Mane autem facto duxit ſecũ ruſticũ ad palatium regis: & autoritate dei expellēs illũ regē de palatio.illud cõtulit illi ruſtico ꝓpter illã exhibitã miam.

De vtilitate ſeu fructu eleemoſynæ.

Iocundus ergo hõ q miſeretur & commodat in tpalibꝰ:ſed iocundior adhuc ex bonis ſpũalibꝰ q̃ ſequũꝛ ex eleemoſyna.Bñfacit aiæ ſuæ vir miſericors.Et hoc qa vt dr̃ Tob.xij.Eleemoſyna a morte liberat & non patieꝛ aiam ire in tenebras.A morte pcti liberat vel diſponēdo ad pniam p quã a morte pcti liberatur.vel p̃ſeruando a pctõ ne incurrat.Illuſtrationē procurat mētis i agēdis:& ſic nõ patiꝛ ire i tenebras.Itē ſatiſfacit pœnis debitis ꝓ pctis:vt euadat pœnas purgatorij.Vñ dr̃ Eccli.iij. Sicut aqua extinguit ignē:ita eleemoſyna extinguit pctm̃ ſ.quo ad pœnam tpalem.Et non ſolũ pro ſuis: ſed etiã pro alienis & pro alijs q ſunt in purgatorio.vñ dicunt affectu illud Iob.xix.Miſeremini mei miſeremini mei ſaltem vos amici mei:qa manꝰ dñi tetigit me.Itē eleemoſyna ꝓcurat orationē ab illis.Vñ eccl'ia canit.Abſcõdite eleemoſynam in ſinu paupis & ipſa orabit ꝓ vobis.Demũ iocũdꝰ hõ ex eleemoſyna q miſereꝛ i gl'ia.vñ ſubdit.diſponit ſermones ſuos in iudicio.cũ.ſ.xp̃s in iudicio examinabit & interrogabit de operibꝰ miæ.diſponet.i.ordinabit rñſiones opis: ita ꝙ nõ cõmouebiꝛ in æternũ.ſ.pcipiendo regnũ ęternũ. Et ſi hoc obtineꝛ p eleemoſynas corpales multo magis p eleemoſynas ſpũales.Prouerb.xiiij.Honorat deum q miſereꝛ pauperis:& deus in fine honorabit eũ.qa vt dr̃ Mat.v. Beati miſericordes qm̃ ipſi miam cõſequētur.Chriſtꝰ aſcēdit in cœlum de monte Oliueti ad figurandum ꝙ de altitudine miæ aſcendiꝛ in cœlum.Quõ & quando eleemoſyna ſit in p̃cępto vel in conſilio:& quõ debeat dari de ſupfluo vel neceſſario:& quo ordine ſit dãda habes diffuſe in.ij.pte ti.j.c.penul.de obduratiõe ꝯ miam:& de fraterna correctione q̃ eſt eleemoſyna ſpũalis.& de peccato omiſſionis eius habes in titu.de accidia.c.ij.

¶De epikeia virtute.ſ.æquitate. Ca.XIX.

circa qd ſe hẽat ꝟtus ęqtatis ſiue epikeiæ.

EST ET ALIA VIRTVS QVE gręce dr̃ epikeia:eqtas ꝟo latine.hãc ponit ph̃s in.v.Ethi.ꝟtutē.Hęc aũt cõſiſtit in p̃termittendo cũ expedit ꝟba legis.qñ.ſ.ex obſeruãtia verborum ſeqreꝛ aliqd' incõueniēs.& ſic ad intentionē legiſlatoris attēdiꝛ ad vtilitatē rõnabilē inde ſequētē.Pro huiꝰ declaratione dicit.b.Tho.ij.ij.q.cxx.ar.j.Humani actus de qbus dãꝛ leges in ſingularibꝰ cõtingentibus cõſiſtunt: q qa infinitis modis variari contingit & poſſunt:non fuit poſſibile aliquã inſtitui regulã legis: q̃ in nullo caſu deficeret. Sed legiſlatores attēdũt ad id qd' in pluribus accidit: ſm̃ hoc legem ferētes:quã tñ in aliqbus caſibus ſeruare eſſet ꝯ æqualitatem iuſtitiæ & ꝯ bonũ cõe qd' lex intendit. Sicut ꝟbi grã.Lex inſtituit ꝙ depoſita reddanꝛ:qa hoc vt in pluribus iuſtũ eſt.Cõtingit aũt hoc eſſe aliquando nociuum puta ſi furioſus depoſuit gladium penes aliquem & in furia ꝯſtitutꝰ repetit eũ:vel cũ qs repoſcit depoſitum ad ipugnationem patriæ.In his ḡ & ſilibꝰ malũ eſſet:ſi quis vellet legē poſitã ſeruare q̃ ad ꝟba.Bonũ aũt eſt p̃termiſſis ꝟbis legis ſequi id qd' poſcit rõ iuſtitiæ & cõis vtilitas.Et ad hoc ordinatur iſta virtus epikeiæ q̃ alio mõ dicitur æquitas.Et q̃uis iſta æqtas deſerat iuſtũ qd' eſt lege determinatum ſcd'm verba:nõ tñ deſerit iuſtũ ſimpl'r:nec etiã opponitur virtuti ſeueritatis q̃ virtus ſeqtur veritatē legis.Nã virtus hæc ſeueritatis ſequitur veritatem legis ſcriptę in quibꝰ oportet.ſeq aũt verba legis in qbꝰ nõ oportet.nõ ptinet ad virtutē:ſed eſt vitioſum.vnde dr̃.C.de legi.l.non dubiũ.& habeꝛ in reg.iu.li.vj.Certũ eſt ꝙ is cõmittit in legē q verba legis amplectens cõtra legis nitiꝛ volũtatē.Et lex etiã dicit ꝙ verba in reſcriptis poſita debēt cõformari eqtati:etiam ſi ipſa verba nõ patereꝛ.Nec etiã talis ſic interp̃tãs agit contra id qd' ait.b.Aug.ſ.ꝙ poſtq̃ leges fuerint inſtitutę:nõ licet iudicare de ipſis.ſ.vtrũ ſint rationabiles:ſed ſcd'm ipas. di.iiij.in iſtis.Qui em̃ dicit legē nõ eſſe iuſtã vel non bñ poſitã ille iudicat de lege.Sed q iudicat ſcd'm æqtatem non dicit legem non eſſe iuſte poſitã:ſed non eſſe ſeruandã in tali caſu propter pticulare factũ qd' occurrit nõ qd' intellexit legiſlator.& quæ de nouo emergũt indigent auxilio dicit lex. Nõ obſtat etiã ſi dicaꝛ ꝙ interpretatio intētionis legiſlatoris ſolũ ſpectat ad principē ſeu conditorē legis:ſed vti virtute æqtatis ptinet ad omnes. Nã interpretatio locũ habet in dubijs in quibus non licet abſq; determinatione principis a verbis legis recedere.Sed vtens æqtate nõ interpretatur legem in dubio:ſed in manifeſto facto exæqtur qd' veriſimiliter intendit legiſlator in tali caſu.al's ſequeretur nocumētũ aliquod ex lege ſeruata:quod certum eſt nõ intendiſſe legiſlatorem:ſicut verbi grã.Lex eccl'iæ ſtatuit vt ieiunetur tota quadrageſima ſi eſt ſanus.Eſt aliquis q ſanus eſt:ſed ſi vult ieiunare quotidie non poterit prædicare:vel ſeruire infirmis vel aliud opus pium & valde vtile aut neceſſarium facere.Quod talis frangit ieiunium vt poſſit illa vtilia opa exercere:exiſtimãs ab illa legis obſeruãtia excuſari: ꝙ hoc non intenderit lator illius legis.ſ.impedire opa multũ vtilia & neceſſaria ꝓpter ieiuniũ virtuoſe agit:& virtute æqtatis vtiꝛ.Vbi ſi attēderet ſolũ ad verba legis indiſcrete & male faceret ieiunare & alia opa omittere tam vtilia: cum illa ieiunando facere non poſſit & multo magis prælatus debet in hmõi vti tali ęquitate erga ſubditos ſuos.Dicitur autē epikeia ab epi qd' eſt ſupra:& dikaion qd' eſt iuſtitia quaſi ſupra iuſtitiã.Vbi ſciēdũ eſt ꝙ epikeia correſpõdet ꝓprie iuſtitię legali:& q̃dãmõ ꝯtineꝛ ſub ea: & quodãmõ excedit eã.Si ei iuſtitia legalis dicaꝛ illa q̃ obtēpat legi ſiue quãtũ ad ꝟba legis:ſiue quantũ ad intētionē legiſlatoris q̃ eſt potior:ſic epikeia eſt ps potior legalis iuſtitiæ.Si vero iuſtitia legalis dicaꝛ ſolũ qui obtēperat legi ſm̃ ꝟba legis: ſic epikeia nõ eſt ps iuſtitiæ legalis:ſed eſt pars iuſtitiæ cõiter dictę,ꝯ iuſtitiã legalē diuiſa ſicut excedens ipſam.

Adde.l.ſi qs ad ꝑpetue ff.de iu.oim iu.&.l.q̃uis.§.ſi cũ eſſē.ff.ad velle.et c.ſũt nõ nulli.j.q.j.&.c.intantũ de ſi mo.& c.ad noſtrã.de ēpti.& vē.i.vj.

## §.I. DE EQVITATE LOQVENS

Pſ.xvj.ait.De vultu tuo iudiciũ meũ ꝓdeat: oculi tui videãt ęquitatē.Vultꝰ dei eſt certa cognitio dei vel volũtas dei iudiciũ nr̃m eſt ęſtimatio noſtra de rebus:q̃ vtiq; recta eſt cum procedit de volũtate dei & cognitione: vident em̃ oculi dei qd' approbant:tũc em̃ ęquitatē ſeruamus quã deꝰ approbet:



approbat:qñ iudiciũ mētis nr̃æ eſt ſm̃ volũtatē dei. Large aũt ſumēdo.ęqtatē põt dici ꝙ triplex eſt æqtas.

Eqtas triplex.

¶In legum congrua applicatione.

¶In rerum debita cõmutatione.

¶In bonorum ꝓportionata participatione.

Virtus æqtatis datur a deo.

Ad ęquitatē q̃ eſt ſpãlis ꝟtus vt dictum eſt pertinet in caſu quo obſeruantia legis vel p̃cępti eſſet pîculoſa & irrõnabilis non ſeruare eã quãtum ad ꝟba.Dicit diuina ſapientia Prouerb.iiij.Ducã te p ſemitas æqtatis.A deo em̃ inſpiraꝛ & datur talis virtus ſicut & aliæ.Vnde ipa ſapientia dicit Prouerb.viij.Meũ eſt cõſiliũ mea eſt ęqtas.Per ſemitas dicit q̃ ſunt viæ ſtrictæ:qa nõ ad bñplacitũ:ſed ex neceſſitate vel manifeſta ratione debet recedi a verbis legis.& hoc eſt arctũ & nõ latũ.Dicit aũt Greg.ꝙ ꝟba dñt deſeruire itētioni:nõ intētio ꝟbis.xxij.q.v.humanę.ꝟbi grã.Qñ Machabęos cõmorantes in deſertis:gētes Anthiochi regis aggreſſæ ſunt in bello iniuſto in die ſabbati:illi ne violarēt p̃cæptũ legis de obſeruantia ſabbati noluerunt ſe defendere:ſed potiꝰ pmiſerũt ſe occidi in ſimplicitate ſua.Qd' conſiderãtes Matathias cũ alijs prudētioribꝰ vſi ſunt conſilio & ęqtate:reſiſtentes & bellantes ꝯ aduerſarios illos etiã in die ſabbati:nec reputantes ſe in hoc violare dei p̃cæptum ſicut rei ꝟitas erat.j.Machab.ij.Multa poſſent induci exempla eoꝝ q̃ quotidie occurrunt.Vnus p̃latus p̃cępit ſubdito vt q̃cit iſſime veniat ad eũ:occurrit caſus ꝙ ex receſſu illius ſequiꝛ magnũ ſcandalũ qd' p̃latũ latet:vel ſuperuenit inũdatio aquarũ ꝓpter quã põt īminere pîculum mortis vel alia magna impedimēta:vtiq; æqtate debet vti & ęſtimare p̃latũ nõ intendere illũ exponere periculis & hmõi. Caueat tñ qlibet a fraude & ſimulatione.Ad hoc facit regula iuris q̃ dicit.In obſcuris aſpicimus qd' ꝟiſimilius videꝛ vl' qd' ꝯſueuit in hmõi ſeruari.de reg.iur.li.vj.Pertinet etiã ad æqtatē iudicis tēperare in pœnis rigorē iuris mia. vñ Cypria.ꝙ æqtas ē ſeueritas iuſtitiæ mię dulcore tēperata.Et hãc ſemp debet inſpicere iudex.vñ Greg.dicit ꝙ oĩs q iuſte iudicat ſtateram in manu geſtat:& in vtroq; penſo miam & iuſtitiã portat vt imiteꝛ deum:de quo ait Pſ. Iudicabit orbē terræ in ęquitate.In ſuis em̃ iudicijs quibuſcũq; ſemp hæ duę res iunctę ſunt vt dicit Caſſiod'.mia & ꝟitas.licet qñq; alterum nos lateat.Ad hoc etiam facit regula iuris in.vj.qua diciꝛ.In pœnis benignior interpretatio eſt adhibenda.Et alia regula.In obſcuris minimum eſt ſequēdum.cum ſuis concordantijs.Ad magnã ęqtatem ꝑtinuit iudicium Salomonis qñ.ſ.illis duabus meretricibus corã eo de filio alterius ipſarum mortuo dedit ſnĩam ꝙ diuidereꝛ infans viuus in duas partes &c.Et hoc vt videreꝛ quod ſequereꝛ in illis mulieribus.Sed petēte vera matre ne occidereꝛ: ſed potius integer dareꝛ alteri: q̃ tñ non erat mater: ex illo dep̃hendit primã eſſe verã matrem: non aliam quę petebat diuidi:qa natura nõ poterat pati mortē filij.Secũda æquitas ptinet ad iuſtitiã cõmutatiuã:vt.ſ.in cõmutationibus & contractibus ſerueꝛ ęq̃litas.Vñ Leui.ix.Statera iuſta & æq̃ ſint põdera.Prouer.xj.c.Statera doloſa abominatio eſt apud deum: & pondus ęquum voluntas eius. Qñ igiꝛ in hmõi hõ ſeruat æqtatē.oculi dei vidēt.i.approbant tale opus.Tertia ęqtas eſt in bonorum ꝓportionata participatione:vt.ſ.in eccl'ia vel ciuitate vna vel collegio vel monaſterio vnus vel pauci habeant oĩa officia vl' multa beneficia vl' emolumenta vel grauamina:alij pauca vl' nihil.Sicut em̃ ſi ædificium materiale habeat lapides diſpoſitos valet ad ædificij firmamentum & ſi lapides ſint inæqual'r diſpoſiti minantur ruinam.Sic congregatio vel reſpublica vbi eſt inæq̃litas diu ſtare non põt:ſed vbi eſt ęq̃litas p durat.Sicut etiam in corpe hũano inęqualitas mēbroꝝ ſeu improportio inducit deformitatē & debita proportio pulchritudinem.ſic in humoribus corporis diſproportio īfirmitatē cauſat et ꝓportio ſanitatē.pſ.Tēplũ tuũ mirabile in æqtate.ſiue tēplũ eccl'iæ ſiue aĩæ dũ eſt ibi æqtas eſt mirabile.Sed hodie poſſet dici illud Eſa.lix.Eqtas non potuit ingredi.ſ.in ciuitate vel eccleſia.

Pſ.lxxiiij.

¶De amicitia ſeu affabilitate quõ ſit virtus. Cap̃.XX.

De amicitia ſiue affabilitate ꝙ ē ꝟtꝰ.

VLTIMA VIRTVS INTER PARtes iuſtitię poniꝛ virtꝰ amicitiæ: q̃ alio noĩe dr affabilitas.Et ꝙ ſit virtꝰ ex hoc ꝓbaꝛ ꝙ p̃cępta legis ſiue ſcripturę ſacrę non dãꝛ niſi de actibus ꝟirtutũ.Sed p̃cæptũ daꝛ de affabilitate ſeu amicitia dũ dr̃ Eccl'i.iiij.Cõgregatiõi pauperũ affabilē te facito.Declarat aũt hoc.b.Tho.ij.ij.q.cxiiij.hac rõne.Cum ꝟtꝰ ordineꝛ ad bonũ:inde eſt ꝙ vbi occurrit ſpãlis rõ boni:ibi oportet eē ſpãlē rõnē ꝟtutis:bonũ aũt cõſiſtit in ordine.Oportet aũt ꝙ in omi cõuerſatione hoĩm tã in factis q̃ in dictis hõ ordinate & cõueniēter ſe habeat ad vnũquęq; ſm̃ ꝙ decet.Et ideo oportet eſſe quãdã ſpãlē virtutē q̃ hãc cõuenientiã ordinis obſeruet:& hoc facit affabilitas q̃ alio noĩe diciꝛ amicitia.Sciēdũ tñ ſm̃.b.Tho.ꝙ ph̃s in li.Ethi.loquiꝛ de duplici amicitia.Quarũ vna principal'r ꝯſiſtit in affectu quo vnus alium diligit.Et hoc põt cõſequi p vnãquãq; virtutē.dicit etiã ph̃s de hac ꝙ amicitia pfecta eſt ꝓpter ꝟtutē. Et ſic q̃libet virtus põt eſſe tãq̃ cauſa amicitiæ:qa bonum eſt oĩbus amabile:vt dicit Dionyſius.Et ad hanc amicitiã ptinent tanq̃ ſigna & effectus eius.velle amico eſſe & viuere.ſ.cõſeruationē eius & velle ei bonũ:& ad hoc operari & condelectabil'r viuere.Idē velle & nolle.oĩa cõia habere.

duplex ē amicitia.ſ.pfecta & ipfecta ſiue ſilitudinaria.

Charitas aũt includit hanc amicitiã cũ deo & proximo.vñ chriſtus Io.xv.Vos amici mei eſtis ſi feceritis quæ p̃cipio vobis:& iterum.Maiorem charitatē nemo habet q̃ vt qs ponat animam ſuam ꝓ amicis ſuis.Et hęc non eſt illa virtus ſpãlis de qua hic agiꝛ.Eſt alia amicitia ad quam ptinet in ſolis exterioribus verbis vl' factis decenter ſe habere ad illos cum quibus cõuerſatur ſiue ſint noti ſiue extranei:& hęc non habet pfectã rõnem amicitię primo mõ dictæ: ſed quandam eius ſimilitudinem.Quod aũt aliqs oſtendat ſigna amicitię ad extraneos & ignotos.ſ.in placide alloquēdo & cõuerſando:nõ ptinet iſtud ad ſimulationem q̃ vitiũ eſt.Nõ em̃ p hoc oſtendit ſigna pfectę intimę amicitiæ: ſicut ad eos q ſunt ei ſpeciali amicitia cõiuncti:quia non eodēmodo familiari ſe habet ad extraneos.Cũ aũt oĩs hõ natural'r omni homini ſit amicus quodam gñali amore.ſm̃ illud Eccl'i.xiij.Om̃e aĩal diligit ſibi ſil'e.hũc amorem rep̃ſentãt ſigna hmõi amicitię quã aliquis exteriꝰ oſtendit verbis & factis ad oēs:& ſic nõ eſt ſimulatio in hmõi.Nec obſtat ſi dicaꝛ ꝙ Eccl's.vij.ſcribitur.Cor ſapiētũ vbi triſtitia: & cor ſtultorum vbi lætitia.Sed philoſophus dicit in.iiij. Ethi.ꝙ amicitia deſiderat delectare:veretur autem contriſtare.Nam nõ ſic eſt intelligendum ꝙ cor ſapientũ ſit vbi triſtitia:vt triſtitiam ſapiēs.i.virtuoſus inferat proximo: immo ab hoc ſibi cauet dicente apl'o ad Rom̃.xiiij.Si ꝓpt cibum frater tuus cõtriſtaꝛ iã nõ ſm̃ charitatem ambulas. Sed cor ſapientũ dicitur eſſe vbi triſtitia:quia.ſ.ꝯtriſtãtibꝰ adeſt vt cõſoleꝛ eos.ſm̃ illud Eccl'i.vij.Non deſis plorãtibus in ꝯſolationē:& cũ lugētibꝰ ambula.Cor aũt ſtultoꝝ dr̃ eſſe vbi lætitia:nõ vt lætificet alios in cõſolãdo: ſed vt aliorũ lętitia pfruaꝛ in gaudēdo mũdialiter & in mũdana lætitia cor eoꝝ verſaꝛ.Pertinet ergo ad ſapiētē vt delectationē afferat his cũ quibꝰ cõuerſaꝛ:nõ quidē laſciuã quam virtꝰ cauet:ſed honeſtã.ſm̃ illud Pſ.Ecce q̃ bonũ & q̃ iocũdũ &c.Tũ ꝓpter aliqd' bonũ ꝯñs:vl' ꝓpter aliqd' malũ excludēdũ nõ refugit virtuoſus eos cũ qbus cõuiuit cõtriſtare:vt ph̃s dicit in.iiij.Ethi.Vñ & apl's.ij.ad Coꝝ.vij.Si contriſtaui vos in ep'la nõ me pœnitet.Et poſtea.gaudeo: nõ qa ꝯtriſtati eſtis ſed quia cõtriſtati eſtis ad pniam.Et iõ his qui ſunt ꝓni ad peccãdũ nõ debemꝰ vultũ oſtēdere ad eos delectandũ ne videamur eoꝝ pctõ conſentire:& quandam peccãdi audaciã miniſtrare.Vñ Eccl'i.vij.dr̃.Filię ſũt tibi,ſerua corpus illarum & non oſtendas faciē tuã hilarē illis.

De amicitia: ꝙ oñdere ſigna amicitiæ ad extraneos & ignotoſ nõ eſt ſimulatio.

Quare ad eos q ꝓni ſũt ad peccãdũ nõ debemꝰ vultũ placidũ oñdere rõ ponitur.

Poniꝛ aũt virtꝰ hęc amicitię pars iuſtitię inquantũ adiũgiꝛ ei ſicut ſcd'aria principali.Cõuenit em̃ cũ iuſtitia in hoc ꝙ eſt ad alterum ſicut iuſtitia.Deficit aũt a pfecta rõne iuſtitię:quia nõ habet plenã debiti rõnē ꝑut aliquis alteri obligaꝛ:vel debito legali ad cuius ſolutionē lex cogit: vel etiã aliquo debito ꝓueniente ex aliquo bñficio ſuſcæpto. Sed ſolũ attēdit quoddã debitũ honeſtatis qd' eſt magis ex parte ipſiꝰ virtuoſi q̃ ex parte alteriꝰ: vt.ſ.faciat alteri: qd' decet eũ facere.Cũ em̃ hõ natural'r ſit aĩal ſociale:ſicut ex quadã honeſtate debet ꝟitatē manifeſtare alijs hominibꝰ: ſine qua ſocietas hoĩm durare nõ poſſet:ita etiam cum ſine delectatione hõ viuere non poſſit:quia vt dicit ph̃s in.viij. Ethi.Nullus põt cũ triſti p diē morari:neq; cũ delectabili: ideo hõ teneꝛ ex quodã debito naturali honeſtatis:vt alijs cõdelectabil'r viuat.niſi ꝓpter aliquam cauſam neceſſe ſit aliqñ alios vtiliter contriſtare.Et quia hęc virtus conſiſtit circa delectationes in conuictu q̃ ex rõne ꝓueniunt inquantum ad vnꝰ ad alterum decenter ſe habet.ideo has delecta-

Quare ꝟtꝰ amicitię neceſſaria ē rõ ponitur.

tiōes nō oportet refrænare vt noxias qđ facit tēperātia ꝑ diuerſas ſpecies ſuas.ſ.refrænando delectationes ſenſibiles vt circa cibos vel potus ꝑ abſtinentiam vel circa venerea ꝑ caſtitatē: vel circa ludos ꝑ eutropeliam ſeu vrbanitatem. Opponunt aūt huic virtuti amicitiæ adulatio ꝑ exceſſum & litigiū ꝑ defectū. primū intēdit delectare. ſcđm ɔtriſtare: plus ꝙ oportet & decet. Et de his. in. ij. pte habes diffuſe.

ſ. pte. ij. t. ix. c. ij.

## §.I. DE AMICITIA LARGE SVMPTA

ſcilicet pro amore vnius ad alterum reciproco fundato in virtute circa quam videnda ſunt tria.

¶Primo acquiſitionis neceſſitas.

¶Scđo amiſſionis temeritas.

¶Tertio conſeruationis ſagacitas.

Amicitiā acqrere ē neceſſariū ꝓpter q̄tuor.

Quantū ad primū notādū ꝙ habere amicitiā & acqrere eſt neceſſarium ꝓpter q̄tuor rationes. Primo rōne virtutis habendę. Scđo ratione vtilitatis cōicandę. Tertio rōne pacis conſeruandę. Quarto ratione neceſſitatis ſupplēdę. Quātū ad primū.ſ.ꝙ ſit neceſſarium vnicuiꝗ habere amicitiā ꝓpter virtutem acqrendā iſtud ꝓbat ſic. Vnicuiꝗ eſt neceſſarium hr̄e virtutem: ſicut eſt neceſſarium eſſe bonū. qa virtus eſt ſm pħm in li. Ethi. q̄ bonū facit habentē & opus bonum reddit. Sed amicitia eſt virtus & pars iuſtitiæ ꝟtutis. Qđ patet: qa virtus moralis cōſiſtit in mediocritate ſm rōnem: & hoc habet amicitia. Nā in cōi cōuerſatiōe hoīm in factis & dictis ſe habet ad vnūquēꝗ ſicut decet. vt. ſ. dictū eſt. Eſt etiā amicitia annexa iuſtitiæ ſicut virtus ſecundaria principali. Nā reddt vnicuiꝗ qđ ſuū eſt: nō qdē ex debito legali qđ facit iuſtitia: ſed ex debito honeſtatis. Ex q̄dā em̄ debito naturali honeſtatis obligat quis vt delectabilr̄ alijs cōuiuat in dictis & factis qđ ptinet ad amicitiam. Si aūt ſumat amicitia large: tūc ipſa eſt cū virtute: ſicut cum cā eius inquantum.ſ. virtus eſt cā amicitiæ veræ q̄ facit tendere in alterū: & ipm amare ꝓpter bonū honeſtū quod eſt in eo.

Qđ neceſſariū ſit hr̄e amicitiā ad cōmunicādū vtilitatis ratione.

Scđo eſt neceſſariū hr̄e amicitiā vtilitatatis rōne cōicādæ hoc ꝓbat ſic. Si illud qđ eſt ex inclinatione naturali eſt neceſſarium: multo magis illud qđ eſt ex aſſimilatiōe ſpecieſ ſed amicitia ineſt ſm naturā generātis ad genitū. qđ patet ꝑ bn̄ficia q̄ ſunt amicitiæ ſigna nō ſolū in hoībus: ſed etiā in alijs aīalibus & volatilibus: q̄ vt manifeſte apparet adhibēt ſtudiū lōgo tpe ad educationē & nutritionē ꝓlis: ergo maxime eſt neceſſaria amicitia illa q̄ eſt hoīm adinuicem ꝓpt ſilitudinē ſpeciei. Et ꝓbat ꝑ locū a minori: & ex cōuictu ſpāli.ſ.ꝑ q̄ddā ſignū amicitiæ qđ inuenit in oībus hoībus naturalr̄.ſ.cuiuſdā familiaritatis & beneuolētiæ. Nam ad extraneos & ignotos de qbus minus videt oſtendimus & ipēdim⁹ q̄dā bn̄ficia & obſeqa: ſicut qn̄ ignoti & pegrini declināt a via recta eos ab errore viæ reuocam⁹ & oñdimus viā rectā: & qn̄ cadūt erigim⁹ eos: ad oñdēdū ꝙ omis hō omi hoī eſt amicus naturalr̄. Ea aūt q̄ ſūt naturalr̄ bona oībus neceſſaria ſunt quale bonū eſt amicitia. Hoc etiā ꝓbat ex ɔuictu ſpāli. Quia ſicut in alijs aīalibus eſt amicitia naturalis: vt patet ꝑ ſigna amicitiæ: vt qa cōuerſant ſimul obſequūt & hmōi. ita & multo magis inter eos q ſunt vni⁹ gentis vel patriæ inquātū cōicāt in ɔuictu: moribus & obſeqjs. Tertio acquirere amicitiā eſt neceſſarium rōne pacis conſeruandæ. Et hoc ſic ꝓbat. Illud eſt neceſſariū acquirere & hr̄e qđ eſt maxīe ciuitatis & cōitatis ɔſeruatiuū: & vitare ei⁹ oppoſitum. Sed inter oīa amicitia eſt ɔcordię & pacis & vnitatis cōſeruatiua. Qđ oñdit exēplo & rōne. Exemplo qdē: qa legiſlatores magis ſtudēt ad amicitiā inter homines cōſeruandā ſeu ciues ꝙ ad iuſtitiā. qđ patet ex h̄: qa legiſlatores aliquando intermittunt ſe: puta in pœnis inferendis: ne amicitia excludat & ne diſſentio oriat. Vnde qa cōcordia amicitiæ aſſimilat: quā cōcordiā maxīe legiſlatores appetūt: ecōtrario cōtētiōes maxīe expellūt vt inimicā ſalutis ciuitatis: iō amicitia eſt maxīe nccīa. Rōne hoc idem ꝓbat ſic. Illud quo habito nō indiget altero: ſed ecōuerſo magis eſt neceſſariū. Sed amicitia habita quātū ad oēs non eſſet neceſſaria iuſtitia: q̄ iuſtitia habita adhuc tn̄ eēt neceſſaria amicitia q̄rēda. Qđ ſic ꝓbat: qa ſi aliqui ſunt amici i nullo indigent iuſtitia ꝓprie dicta. Cuius rō eſt: quia ſi oēs ciues ſunt vere amici: oīa hn̄t quaſi cōia: cū amic⁹ quilibet ſit alter ipē: non eſt iuſtitia ad ſeipm: ſed ad alterū. Sed ſi ſit iuſtitia nihilomin⁹ indigent ciues amicitia adinuicem. Et ideo ſi iuſtitia eſt neceſſaria: multo magis amicitia quę ſine iuſtitia nō pōt eſſe. Quarto eſt neceſſarium hr̄e amicitiam rōne neceſſitatis ſupplendæ & hoc ſic ꝓbat. Illud eſt neceſſarium hr̄e quo neceſſitati vl̄ indigētię oīm ꝓuidet & ſubuenit ſed amicitia eſt hmōi: ergo &c. Qđ aūt ꝑ amicitiam neceſſitati oīm ꝓuideat patet ex. vj. generibus vel cōditionibus hoīm qb⁹ eſt vtilis & neceſſaria amicitia.

Ad neceſſitatē ſupplēdam.

Amicitia em̄ eſt vtilis & neceſſaria diuitibus, pauperibus, iuuenib⁹, & ſenib⁹, tribulatis, & pfectis ſeu fœlicibus. Et primo amicitia eſt vtilis diuitibus. Qđ ſic ꝓbat quo ad cōicationem bonorū. Omne illud ſine q̄ nullus eligit viuere: etiam habitis diuitijs & ptātibus oportunis ad vitā eſt maxime neceſſariū. Sed hoc eſt p̄cipue ſm bn̄ficiū qđ diues prīceps & potēs ipēdit alijs: qa nulla eſt vtilitas bonorū fortunæ: ſi ex his aliqs nulli benefaciat. Bn̄ficiū aūt maxime & laudabiliſſime fit ad amicos. Ergo amicitia quo ad cōicationē & diſtributionē bonorū diuitibus eſt neceſſaria. Vnde & Chriſtus dicit Lu. xv. Facite vobis amicos de mamona iniqtatis. i. de diuitijs paupib⁹ erogando. Eſt etiā vtilis & neceſſaria amicitia diuitibus quo ad ɔſeruationē bonorum. Bona ei fortunę ſine amicis cōſeruari nō pn̄t: & quāto maior fortuna. i. maior ſtat⁹ i potētia diuitijs & hmōi: tāto eſt minus ſecura & plures habet inſidiatores: & iō indiget magis amicis adiuuātibus ad cōſeruationē ſui ſtat⁹. ſicut maxima arbor indiget multis fulcimentis a natura paratis & radicib⁹.

Quib⁹ amicitia neceſſaria eſt.

Scđo amicitia eſt neceſſaria paupib⁹. Et rō eſt: qa illđ ad qđ hō refugit i iſortunijs eſt maxīe neceſſariū. Sed paupes refugiunt ad amicos i neceſſitatib⁹ ſuis: eo ꝙ æſtimant amicos diuites eſſe paupratis eoꝝ refugiū ſingulare: ergo pauperib⁹ eſt neceſſaria amicitia. Tertio amicitia eſt neceſſaria iuuenibus. Huius rō eſt: qa cum in iuuenib⁹ abūdet ꝓnitas ad peccandum. Vn̄ dr̄. Geñ. vj. Sēſus hoīs & cūcta cogitatio prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua. & hoc propter concupiſcentias delectationū q̄ ſunt in eis: ſed ꝑ amicos.ſ. q ſunt veri amici. i. honeſti & virtuoſi. fundat em̄ vt dictū eſt amicitia in honeſtate. religātur & retinētur a peccando.ſ. ꝑ admonitiones & rephēſiones quas faciunt veri amici ad ſuos amicos: qn̄ ppēdunt eos velle peccare.

Amicitia ē neceſſaria iuuenibus.

Quarto eſt neceſſaria ſenibus. Hui⁹ rō eſt. Quia his qui indigent reuerentia & carent naturali potentia valet obſequium & familiaritas: ſenes aūt ſunt hmōi. Nā propter debilitatem corpis indigēt adiutorio corpali aliorū. Et propter ſapiētiā rōne diutinæ experiētię eis debet honor: ergo &c.

Senib⁹.

Quinto tribulatis & afflictis eſt neceſſaria amicitia. Huius ratio eſt. Quia exiſtentes in triſtitia & dolore quandam alleuiationem ſentiunt ex p̄ſentia amicorum condolentium eis. Vnde & amici Iob. viſitauerunt eū in tribulatione ad cōdolēdū & cōſolādū. Iob. ij. Qđ aūt ex p̄ſentia amicorum alleuiet grauedo triſtitię hoīs afflicti: oñdit ꝑ exemplū. Si em̄ portet vnus pōdus multū ſibi graue vtiꝗ alleuiatur ſi alius ferat cū eo pōdus. Patet etiā ex hoc: qa quęlibet delectatio ſupueniēs minuit triſtitiā. Præſentia aūt amici cōdolentis ingerit delectationem amico ſuo: qa dū tribulat⁹ videt amicū ſuū p̄ſentem & cōdolētem de ſua triſtitia minuitur dolor ſuus. Tn̄ oportet ꝙ amicus amicū tribulatum inquātū pōt viſione, ſermone, & ope cōſolet.

Tribulatis.

Sexto & vlt̄o amicitia eſt neceſſaria pfectis. Huius rō eſt: qa quocūꝗ efficiuntur aliq potentiores ad agendū in vita actiua: et ad intelligendum in vita contemplatiua: illud eſt neceſſarium ad vitā: ſed amicitia eſt hmōi: ergo &c. Huius rō eſt: qa nullus quantūcumꝗ pfectus eligeret viuere ſolitari⁹: etiam ſi oīa alia bona haberet eo ꝙ hō naturalr̄ eſt aīal politicū & ſociale aptus conuiuere alijs: & cōueniētius virtuoſis & pfectis a quibus virtuoſus adiuuat. Et in actione vitę actiuę dum qđ vnus non videt nec pōt. alius pōt videre & agere. In actione vitæ cōtemplatiuę ꝑ doctrinam & diſciplinam quam recipit vnus ab alio. hæc Ray. ex ſententijs. b. Tho. & Alber. ſuper lib. Ethi.

Perfectis.

## §.II. QVANTVM AD SECVNDVM

principale qđ eſt amiſſionis vel diſſolutionis amicitię temeritas. Sciēdū ꝙ nō habere aut nō acqrere amicos eſt magna ſtoliditas. Cui⁹ ratio ē: qa amicitia inter oīa bona fortunę eſt maxima ꝓpter qđ dr̄ Eccl̄i. vj. Amico fideli nulla eſt comparatio. Sicut ergo habere amicos veros et eſſe cum eis eſt quaſi qd beatū honor et gl̄ia & adiutorium: ita eſſe ſine amicitia eſt qd miſerū: cōfuſio, & verecundia: & magnus defectus adiutorij. Vn̄ dicit Eccl̄s. iiij. Vę ſoli: quia ſi ceciderit nō habet ſubleuātē. Et amic⁹ dicit ocul⁹ amici: & oculo priuatus dr̄ orbatus: ita q ſine amico eſt dr̄ viduat⁹ ſm pħm in. ij. rheto. Vn̄ & Caſſiodorus dicit in q̄dā epl̄a. Sine amicis oīs cogitatio eſſet tædiū: oīs opatio labor: oīs terra pegrinatio: oīs vita tormētum: ſine quorū ſolacio viuere eēt mori. Diſſoluit aūt amicitia ꝓpter quatuor rōnes.

de amiſſione amicitiæ.

Finis defectio amicitiā diſſoluit.

Primo ꝓpter finis defectionem. Scđo ꝓpter amoris ſimulationem. Tertio ꝓpter criminis commiſſionem. Quarto ꝓpter virtutis pfectionem. Quātum ad primum diſſoluit amicitia ꝓpter finis defectionem. Cum em̄ oīs amicitia ꝓpter aliquē finem cōtrahat: deficiente fine ceſſat & diſſoluit amicitia: & p̄cipue ad eos q ſunt amici ꝓpter vtile vel delectabile. Cui⁹ rō eſt: qa cū qdē diligūt hæc duo vtile & delectabile in pſonis: nō pſonas. hoīm ꝓpt ſeipos: iō deficiēte vtilitate & delectatiōe rōnabile ē ꝙ deficiat amicitia. Scđa rō quare diſſoluit amicitia eſt ꝓpter amoris ſimulationem. Sūt em̄ plures dr̄iæ amicitię.ſ. vtilis, delectabilis, & honeſti. Vn̄ pōt ɔtīgere ꝙ nō ſm vnā ſpēm amicitię ſint aliq amici ɔiūcti: & tn̄ ęſtimant veri amici eſſe.ſ. ꝓpter virtutē cū tn̄ vn⁹ eoꝝ non ꝓpter virtutē: ſed ꝓpter vtile vel delectabile ſit amicus: & ꝑ hoc ſoluit amicitia: qa cōtrariatur fictio amicitię verę. Tamen in hoc caſu eſt ita ꝓcedendū: qa ſi ille q ſe exiſtimat amari ab alio ꝓpter virtutē decipiat ex ſeipſo. ita ꝙ q eū amat nihil operet ad hmōi decæptionē: puta qa ſigna exprimat inhoneſtatis & turpitudinis. ille q deceptus eſt debet cauſari cōtra ſeipm. i. accuſare ſeipm. puta qn̄ ſigna honeſtatis exprimit & non cauet. Si aūt ſimulatione eius deceptus fuit: qa talia ſigna turpitudinis non exprimebat ſed tn̄ intendebat: tunc iuſtū eſt ꝙ accuſet decipientem: multo magis ꝙ eos q falſificant numiſmata inquantum pctm̄ decipientis eſt cōtra virtutem q̄ honorabilior eſt pecunia. Et q̄uis amicitia honeſti ad eos hr̄i non poſſit: quorum opatiōes expti nō ſum⁹: tn̄ amicitia q̄ eſt ꝑ experimentum nō habet pfectionē ſui: ſed quādam inchoationē q̄ eſt ex beneuolētia propter relationes alioꝝ vel ex cōcordia: qa videt ſimilis naturaliter in morib⁹. vn̄ ꝙcito occurrit contrariū reſcindit. Tertio diſſoluit amicitia ꝓpter criminis cōmiſſionē. Si em̄ aliquis accæptet aliquē ad ſuā amicitiam vt bonū & iuſtū: poſtea fiat malus: ita ꝙ malitia eius manifeſte videat alio pmanēte in bonitate: diſſoluit talis amicitia. Huius ratio eſt: qa virtuoſo nō pōt eſſe amabile quodcūꝗ malū: ſed ſolū bonū honeſtū. Vn̄ cū om̄e amabile ſit bonū: nō oportet nec eſt decēs ꝙ virtuoſus amet malū hoīem: ſicut nec eſt decēs aſſimilari prauo. Amicus em̄ amico ſuo eſt ſil̄is. Vn̄ inter bonū & malum hoīem non pōt diu amicitia conſeruari: niſi ſit ibi aliqua ſilitudo malitię. Ponit tn̄ pħs duo documenta circa diſſolutionem amicitię inter eū q pmanſit bon⁹: & eū qui effectus eſt malus.

Quid faciēdū ſi alt amicorū factus eſt mal⁹ ponit duplex documētū

Primum eſt ꝙ ſi ille q effectus eſt malus eſt incorrigibilis ꝓpter abūdātiā malitię: ita ꝙ de facili ad ſtatum virtutis redire nō poſſit: tunc a tali amicitia recedere debet. Si aūt eſt ſanabilis & reducibilis ad virtutē: eſt ei auxilium ferendum ad recuperādum bonos mores magis ꝙ ad recuperandū pecuniā amiſſam quanto virtus eſt melior & eſſentialior amicitiæ ꝙ pecunia. Scđm documentū eſt ꝙ hi q in p̄terito fuerunt amici magis ſe debent exhibere gratioſi ꝙ extranei: niſi in vno caſu.ſ. qn̄ abundās & incorrigibilis malitia fuit cauſa diſſolutionis amicitiæ. Tunc em̄ quanto plus fuit amicus tanto magis æſtimād⁹ eſt hoſtis & euitādus. Quarto ratio diſſolutionis amicitiæ eſt ꝓpter ꝟtutis pfectionē. Si em̄ vnus amicorum pmaneat in eodem ſtatu. alius aūt fiat multum excellentior in ꝟtute: tūc nō pōt inter tales pmanere amicitia. Et rō huius eſt qa ad amicitiam ptinet cōuiuere adinuicē: ita ꝙ eadem placeant & de eiſdē gaudeant & triſtent. Cū aūt ꝑ notabilē diſtātiā virtutis nō eadē placeāt bono & optimo: iō non pōt diu manere inter tales amicitia & cōuiuere: vt amici pfecti. Patet etiā hoc ex ſilitudine: puta ex amicitijs q̄ ɔhūt in pueritia. Si em̄ vnus eorū pmaneat puer ſm mentem: ali⁹ autem proficiat ſm virtutem & fiat optim⁹. nō remanet inter illos amicitia: puer em̄ mēte mal⁹ eſt. Vn̄ Señ. Ibi incipis eſſe malus vbi deſinis fieri melior. Ray. ex dictis beati Tho. & Alb. ſuper lib. Ethi.

## §.III. QVANTVM AD TERTIVM

De quatuor q̄ ad ɔſeruatione amicitię requnt.

ſ. de ſagacitate conſeruatiōis amicitiæ. Sciēdū ꝙ ad conſeruationē ei⁹ quatuor reqrunt. Primo pmanentia in habitu. Secundo conuenientia in affectu. Tertio reſidētia in conuictu. Quarto corrn̄dentia in affectu. Quantū ad primū.ſ. ꝙ pmanentia in habitu.ſ. ꝟtutis reqrat ad cōſeruationem verę amicitiæ ſic ꝓbat. Manēte cā manet effectus: ſed cā & obiectū verę amicitię eſt ꝟtus: qa ſimpl̄r nihil eſt amabile niſi bonū honeſtū: g̊ manēte ꝟtute manet amicitia ꝟa. Cōfirmat hoc idē tali rōne. Actus verę amicitiæ eſt ſimpl̄r ligare & cōgregare.ſ. animos amicoꝝ adinuicem. Sed virt⁹ ſeu bonū honeſtū qđ eſt bonū ſimpl̄r: eſt qđ ſimpl̄r ligat nō aūt vtile vel delectabile: ſed tn̄ ſm qd. Nā amicitia vtilis & delectabilis degenerat in concupiſcentiam quādam qua aliquis motū amoris quo ad alium fertur: reflectit in ſeipſum: ſed virtutes ſeu bonum honeſtum eſt vinculum ligās ſimpl̄r: eo ꝙ motus amicitię verę q̄ eſt propter virtutem ſiſtit i amato dum diligit ꝓpter illud qđ eſt pſonaliter in eo.ſ. ꝓpter virtutē & nō propter aliđ. Et iō manēte ꝟtute in vtroꝗ amicoꝝ ɔſeruat amicitia. Scđm qđ reqrit ad conſeruationē amicitię eſt cōueniētia in affectu. Eſt em̄ amicorum vnum cor & vna aīa. Vn̄ dr̄ de primis chriſticolis q habebāt pfectam amicitiā adinuicē. Multitudinis credentium erat cor vnū & aīa vna in dn̄o. Actu. iiij. Et ſm Tul. Amicorū eſt idē velle & idē nolle. & ideo oportet ꝙ de eiſdē gaudeāt & triſtēt. ſcđm illđ ad Ro. xij. Gaudere cū gaudentib⁹: flere cū flentib⁹. idipm iuicē ſentiētes. Hoc autem ꝓuenit ex ſilitudine virtutū vel bonitatis: q̄ eſt inter bonū & bonū: & virtuoſum & virtuoſum. Talis autē ɔuenientia q̄ eſt cauſa gaudij ꝓpter ſilitudinē nō eſt iter bonū & optimū: & multo minus inter bonū & malum: nec etiā inter malū & malū. Nō em̄ ex malo pcti pōt eſſe verū gaudiū: ſed phātaſticū & ſenſuale & ſic etiā amicitia: ſicut facti ſunt amici Herodes & Pilat⁹ cōuenientes in malo paſſiōis chriſti: vt dicit Luc. xxij. Tertiū qđ requirit ad cōſeruationē amicitię eſt reſidentia in cōuictu. Nā diſtātia bonitatis, dignitatis, & localitatis impedit amicitiā. Cui⁹ rō eſt ꝙ cōuiuere adinuicē conſeruat amicitiā: ſed diſtantia illoꝝ triū impedit conuiuere adinuicem. Malus autem etſi quęrat cōuiuere alijs & cōuiuat: hoc non facit vt cōuiuat alijs: ſed vt fugiat cōuiuere ſecū & vt ponat ex ſe: quia in ſe nō reperit bonū virtutis vn̄ delectari poſſit: ſed malū pcti ꝑ cōſciētiā remordētē. Et iō vt refugiat illā triſtitiā quærit alijs cōuiuere: vn̄ nec ad ſe nec ad alios habet verā amicitiā. vn̄ Pſ. Qui diligit iniquitatem odit aīam ſuam. Inter illos etiam qui ſunt in ſupmo gradu ꝟtutis vel dignitatis. vel eos qui ſunt in infimo gradu. vt inter reges & viles pſonas: inter ſapientiſſimos & ſimplices non pōt eſſe ſeu cōſeruari amicitia: quia ęqualitas requirit ad amicitiā circa actum amicitiæ.ſ. in conueniendo & cooperādo: ibi aūt eſt nimia inęqualitas & diſtantia. Diſtātia aūt multa locorum amicitiā quidē ciuilē ſoluit. Et hoc qn̄ eſt ſine ſpe omnino iteratę cōgregationis adinuicē & coopationis. Cuius rō eſt: qa ſubtractis ſpecieb⁹ prioris amicitiæ a ſenſib⁹ & cogitatiōe q̄ erāt fomēta amicitiæ: & ſupueniētib⁹ alijs phātaſmatib⁹ aliorū amicoꝝ inter quos ɔuiuit: diſſoluit amicitia prior quantū ad habitū & operationē exteriorē. Vn̄ pħs dicit ꝙ minima diſtātia amicitiæ cauſat obliuionē. Sed ſi diſtātia locoꝝ ſit cū ſpe iteratæ cōgregatiōis ipedit quidē amicitiā quātū ad opationē exteriorē tm̄: ſed nō quātū ad habitum qa ſpes & intētio reuidēdi amicū nō pmittit deleri habitū amicitię prioris. Amicitia aūt pfecta ſpūalis.ſ. charitatis ꝓpter diſtantiā locoꝝ nō ſoluit. Vn̄ Hiero. ad Paulinum in prologo biblię. Illa eſt ꝟa neceſſitudo. i. amicitia & chriſti glutino copulata: quā nō pn̄tia tm̄ corporū non palpās & ſubdola adulatio: ſed dei timor & ſcripturarum ſtudia ſibi conciliāt. Quarto & vltimo requirit ad cōſeruationē amicitię corrn̄dentia in effectu. Nō em̄ amicitia eſt ad ſeipſum ſed ad alterū: ideo oportet ꝙ vnus amicoꝝ ipēdat alteri ea quę ſunt de rōne amicitiæ & ecōuerſo. Et cū amicitia ſicut & iuſtitia ęquale reſpiciat & cōſiſtat in æqualitate. Eſt tn̄ triplex ęqualitas. Pria ſcđm quantitatē q̄ ptinet ad iuſtitiā cōmūtatiuā: & ſeruat in amicitia vtili vel delectabili: vt.ſ. tm̄ retribuat quātū dedit amicus. Scđa ęqualitas attendit ſcđm ꝓportionē: & hæc cōſiſtit in iuſtitia diſtributiua & in amicitia: vt.ſ. melior plus ametur ꝙ amet: ſicut & maior honor & dignitas dat meliori. Tertia eſt ęqualitas reputatiōis & ſic in multis recōpēſatiōib⁹ amicoꝝ eſt.ſ. amicitia ſcđm reputationē. ſicut ꝟbi grā. Cū ſupior amat inferiorē ꝓpter honorē: & inferior ſuperiorē ꝓpter vtile ibi ē ęqualitas ſcđm reputationē: quia quātū inferior reputat ſibi lu

uatione amicitię requirunt.

amicorum eſt vnū cor & vna anima.

diſtātia ipedit amicitiā

Pſ. x.

De triplici ęqualitate in amicitia.

crũ amari a ſupiori: tñ ſupior reputat ſibi honorẽ amari ab inferiori. Quæ aũt vnus amicorũ debeat alteri ĩpẽdere opera habes in. §. ſeq. Dicit aũt Clemẽs Grecorũ qdam ſapientiſſimus. Amicorũ debere eſſe omĩa cõia. xij. q. j. dilectiſſimis. Ray. poſt bea. Tho. & Alber. ſup lib. Ethi.

## §. IIII. PRETER PREDICTA CIRCA

amicitiam conſiderãda ſunt tria: & diligenter ad intelligẽdum veram amicitiam.

¶Primo diffinitionis continentia integralis.

¶Scd'o dilectionis conuenientia ſpecialis.

¶Tertio operationis euidentia virtualis.

Amicitia quid ſit & q̄ reqrũt ad verã amicitiam.

Quãtum ad primũ. ſ. diffinitione amicitiæ ſciendum ꝙ ex Ariſt. dictis in. viij. Ethi. ſic põt diffiniri. Amicitia eſt beneuolentia mutua nõ latens rõne boni. Ex qb⁹ ꝟbis quatuor elici pñt ĩtegrãtia amicitiã. ſ. dilectio, redamatio, oſtenſio, & ĩtẽtio. Et primũ. ſ. dilectio ſeu amor reqrit. Nã amor nõ eſt cuiuſcũꝗ obiecti: ſed determinati qd' eſt bonũ. Vnuſqſꝗ em̃ videt amare: vel qd' eſt bonum ſimpl'r: vel qd' eſt appetens bonũ. ſ. qd' ſibi videt bonũ: ſed hoc non ſufficit ad amicitiã: ſed reqrit. Et ſcd'm. ſ. redamatio: vt. ſ. amãs amet ab amato. Nã amicitia reqrit quãdã viciſſitudinẽ ſeu cõmutationẽ amoris ſm ꝓportionẽ. Vñ ſi aliqs amet aliquẽ & nõ reamet: erit amor nõ amicitia: ſicut cũ qs amat vinũ & hmõi. Qd' etiã aliqs amet aliũ ꝓpter aliquã ſuã vtilitatẽ & nõ ꝓpter ſeipm. i. ꝓpter bonũ ipſi⁹ amati: eſt amor cõcupiſcẽtię nõ amicitiæ. Tertio reqrit oſtẽſio amicitię per ſigna exteriora manifeſtata: ita ꝙ amici nõ lateant ſeinuicẽ: ſed ꝙ vn⁹ cognoſcat alterũ: & ſciat ſe amari ab altero. multi em̃ ſunt beneuoli ad eos quos nũꝗ viderũt inquantum ęſtimant eos iuſtos. Tales etſi ſint beneuoli cũ redamatione: non tñ pñt dici ꝓprie amici cum lateant ad ſeinuicem. Reqrit vltimo finis amoris. ſ. rõne alicuius boni.

De triplici bono.

Et cũ bonũ ſit triplex. ſ. vtile, delectabile, & honeſtũ. ſolũ amicitia q̄ fundat in honeſto. i. cũ amat amic⁹ rõne boni ꝟtutis q̄ ẽ in eo eſt vera bona & pfecta & ſtabilis amicitia. Nam alię cito ſoluũt. ſ. cũ deficit delectatio: vt in amore libidinoſo. Vel cũ deficit vtilitas vt in amore ſeu amicitia alicui⁹ ꝓpter tpalia bona. vñ Señ. Sicut mel muſcæ: formicæ grana: cadauera lupi: ſic iſta turba amicorũ pdã ſequit: ſed virtute pmanente in amico ſemp durat amicitia. Et notãdum quãtũ ad oſtenſionẽ amicitiæ per ſigna ꝙ amicus quatuor debet ſeruare erga amicũ ſuũ.

Amic⁹ q̄tuor debet ſeruare.

Prĩo debet eũ prõpte ad ſua bona vocare. Huius rõ eſt: qa cũ amic⁹ ſciat aliũ amicũ ſuũ de ſuis bonis gaudere & delectari: & hoc ei ſit delectabile: oportet ꝙ cito vocet amicũ ad proſpera ſua: & ei cõicet ea. Oportet em̃ ꝙ bon⁹ amic⁹ & bon⁹ hõ cito bñ faciat amico ĩdigẽti. Vñ Prouer. iij. Ne dicas amico tuo vade & reuertere cras: cũ ſtatĩ poſſis dare. Et Prouer. vj. Diſcurre feſtina: ſuſcita amicũ tuũ. Scd'o amic⁹ q eſt ĩ bonis fortunijs. i. proſpitate debet cõicare bona ſua amico q ẽ in neceſſitate: nec debet expectare ꝙ amic⁹ reqrat eũ de ſeruitio cũ ſciat indigẽtiã ei⁹: ne ille hẽat erubeſcere ĩ petẽdo. Tertio amic⁹ ſi q̄ mala ei eueniunt: debet tarde nũtiare amico ſuo. Rõ hui⁹ ẽ: qa amic⁹ nõ vult ꝯtriſtari amicũ ſuũ: ꝯſiderat aũt ꝙ amic⁹ audita aduerſitate ſua ille ꝯtriſtabit. Patet etiã hoc p ſiſitudinẽ: qa illi q ſunt virilis animi ſcd'm naturã pfectã ꝟtutẽ fugiũt ꝙ ſint amici ſecũ ĩ triſtitijs. Et niſi ſit triſtitia ita magna ꝙ excedat vires ſuas: nullo mõ ſuſtinet ꝙ cõdoleat ſibi: qa cũ ipſe nõ ſit ploratiu⁹ nõ delectat ꝙ aliqs cõploret ſibi & ſecũ. Sed muliebres hoĩes gaudẽt in hoc vt per triſtitiam ſint alij ſecũ anguſtiati.

Amic⁹ q eſt in aduerſitate debet tria ſeruare.

Quarto amic⁹ qui eſt in aduerſitate ſi petat auxiliũ ab amico q eſt in proſperitate debet iſta ſeruare. Primo vt ſit tardus in nuntiando ei ſua aduerſa: qa cauere debet triſtari ipm. Scd'o debet eẽ verecũd⁹ in petẽdo ab eo auxiliũ: & hoc ne in petẽdo reddat ſe oneroſum & importunũ. Tertio debet eẽ diſcret⁹ in vocãdo ad ĩfortunia amicũ p auxilio: qa ſi eſt leue infortuniũ muliebre eſt ꝙ vocet amicũ ad iuuãdũ eũ: cũ p ſe ſufficiat ſibi ꝓuidere. Si aũt eſt infortuniũ excedẽs vires etiã alioꝝ: ita ꝙ iuuare nõ pñt: nec tñ debet amicos ad h' vocare: ſed ſi ẽ magna aduerſitas: & p eos iuuari pt. Ray. poſt b. Tho. & Alb.

## §. V. SECVNDVM CONSIDERANDVM

circa amicitiam eſt amationis cõuenientia ſpecialis. Multi em̃ vident velle amari potius ꝗ amare: credẽtes ꝙ virtus amicitiæ magis conſiſtat in amari ꝗ in amare. Cui⁹ ſignũ eſt ꝙ multi ſunt amatores adulationis: amantes vt adulet eis: tum qa amari ꝓpinquum eſſe videt honorari: qd' plus appetit ꝗ honorare.

Qd' amicitia magis cõſiſtat ĩ amare ꝗ ĩ amari.

tũ gubernatorẽ: ſed inſuꝑ copioſiſſimũ redẽptorẽ: ęternũ
ꝯſeruatorẽ:ditatorẽ:glorificatorẽ.Idẽ.Si totũ debeo me ꝓ
me facto:qd debeo ꝓ me refecto:& refecto hoc mõ. nec ẽt
tã facile refectꝰ q̃ factꝰ.Siqdem de me ſicut & de alijs dixit
& facta ſunt. At ꝟo qui tantũ & ſemel dicẽdo fecit:in refi-
ciẽdo & dixit multa:& geſſit mira:& ꝑtulit dura:nec tantũ
dura ſed indigna:qd ergo retribuam dño ꝓ oĩbus q̃ retri-
buit mihi? Idẽ.Quid in te adhuc dormitat affectio tua im-
mo non dormitat:ſed mortua eſt:ſi huic non rñdet benefi
cio.Idẽ in ſer. Pentec. O duri & indurati filij Adã quos nõ
emollit tãta benignitas:tãta flãma:tã ingens ardor amo-
ris:tã vehemens amator qui ꝓ vilibꝰ ſarcinulis tã precio
ſas merces expẽdit.Quantũ ad quartũ ſolicitare debet glo
ria ꝓmiſſa.j.Coꝝ.ij.Oculus nõ vidit nec auris audiuit:nec
in cor hoĩs aſcẽdit q̃ pręparauit deꝰ diligentibus ſe. Mirũ
eſt quõ amor noſter euadere põt deũ:qa ſi venalis eſt nul-
lus deo carius emet.dabit em̃ pro illo regnum æternum.Si
eſt ad dandum nullus eo dignior eſt q̃ deus cũ ipſe ſit ſum
me bonus.vñ nulli potiꝰ q̃ ei dari debet. Si violentiã re-
quirit nullus maiorẽ violẽtiã ꝓ eo faciet q̃ ipſe. Petit em̃
q̃ſi gladio euaginato di. Aut tu mihi eũ dabis aut tu morte
peribis.Pš.vij.Niſi cõuerſi fueritis.ſ.ab amore mundi ad
amorẽ dei.gla.ſu.vibra.ar.ſuũ te.& para.illũ. Vrget & tri
bulatio nos.Grego.Mala quæ nos hic premunt: ad deum
nos ire cõpellũt Hinc & Aug.Quis nos põt amplius ama-
re q̃ deꝰ:fomentis lenioribus qbꝰ nos cõſolať ſæpiſſime ẽt
mordaciſſimũ medicamentũ tribulatiõis adiũgit : exercet
fame patriarchas:pios & religioſos : ppľm cõtumacẽ diris
verberibus agitat. nõ aufert ab apľo ſtimulũ carnis tertio
rogatus vt virtutẽ in infirmitate ꝑficiat &c.v.q.v.nõ oĩs.

Quõ h̃ verbũ Auguſtini intelligiť ꝙ omis creatura clamat vľ dicit vt deũ amemꝰ

Quĩto oĩs creatura ĩuitat nos ad dei amorẽ. Aug.in.x.ꝯfeſ.
Cœlum & terra & oĩa quæ in eis ſunt vndiq; mihi dicunt:
vt amem te dñe:nec ceſſant dicere oĩbꝰ ita vt inexcuſabiles
ſint.Dupliciter aũt creaturę clamãt ſeu dicunt: vt amẽ deũ.
Vno modo oſtendendo eũ digniſſimũ amore noſtro. Bo-
nitas em̃ creaturarũ oſtẽdit. creatorem eſſe optimum & iõ
amore digniſſimũ.Scđo qa creaturæ ſunt dona dei & be-
neficia nobis ab eo collata:qa omnia fecit ꝓpter nos. Oĩa
inferiora noſtra ſunt ad ſeruiẽdũ: ęqualia autem vt ange-
li ad conuiuendũ:ſuperiora vt deꝰ ad fruendũ. Ad inducẽ-
dum em̃ aliquem ad amandũ efficacior eſt donatio q̃ locu
tio.Canes inq̃t Señ.amãt bñfactores ſuos.Item Aug. in li.
cõfeſ.ad deum loquens.Quid aũt amo cũ te amo: non de-
cus in creaturis:non candorem lucis & dulces melodias cã
tilenarũ:nõ floꝝ vel vnguentorũ aromatũ ſuaue olentiũ:
nõ mãna & mella:nõ mẽbra accęptabilia carnis amplexi- nota.
bus. Nõ hæc amo dũ amo deũ meũ: & tñ amo quãdã lucẽ
quandã vocẽ:quendã odorẽ:quẽdã cibũ: quẽdã amplexũ
interioris hoĩs mei : vbi fulget aĩo meo qđ nõ capit locus
& vbi ſonat qđ nõ capit tpš:& vbi olet qđ nõ ſpargit fla-
tus:& vbi ſapit ꝙ nõ minuit edacitas.vbi hęret qđ nõ di-
uellit ſocietas:hæc amo cũ deũ meũ amo. Hugo de arrha
aĩæ.Magno debito obligata es o anima : multũ accæpiſti
& nihil a te habuiſti: & pro his oĩbus nihil habes qđ retri
buas niſi tantum vt diligas.Et qđ ꝑ dilectionẽ datum eſt:
nec melius nec decẽtius q̃ ꝑ dilectionẽ rependi põt.

## §.III.DEVS MAGIS DEBET DILIGI

Deꝰ magis debet diligi q̃ ꝓximus.

q̃ ꝓximus.qđ ſic põt ꝓbari.Illud eſt magis diligendũ ꝓ-
pter qđ ſunt alia odio habenda:ſed ꝓximi ſunt odio habẽ
di ꝓpter deũ.i.ſi nos a deo abducunt.ꝭm illud Lucę.xiiij.
Si qs venit ad me & nõ odit patrem & matrẽ & vxorẽ & fi
lios nõ p̃t eſſe meꝰ diſcipulꝰ.Ergo deus eſt magis ex chari
tate diligendus. Pro cuius declaratione dicit Tho.ij.ij. qõ.
xxvj.ar.ij.ꝙ vnaquęq; amicitia reſpicit illud in quo prin-
cipaliter inuenit illud bonũ ſuꝑ cuiꝰ cõicatione fundať ſi-
cut amicitia politica principalius reſpicit principem ciui-
tatis a q̃ totũ bonũ cõe ciuitatis depẽdet:vñ & ei maxime
debeť fides & obedientia a ciuibꝰ. Amicitia autẽ charitatis
fundať ſuꝑ cõicatione btĩtudinis:quę cõſiſtit eſſentialiter
in deo:ſicut in primo p̃ncipio a quo deriuať in oẽs q ſunt
beatitudinis capaces:& ideo principaľr & maxime deus eſt
ex charitate diligẽdus. Ipſe em̃ diligiť vt btĩtudinis cauſa:
ꝓximus aũt ſicut beatitudinẽ ſimul nobiſcũ ab eo partici
pans.Si dicať cõtra:qa viſio eſt principiũ amoris. vt dř.ix.
Ethi.ſed ꝓximus eſt magis viſibilis q̃ deus a nobis. g̊ ma
gis videť ꝓximus diligendus.Vñ etiã.j.Io.iiij.dř. Qui nõ
diligit fratrẽ ſuũ quẽ videt:deũ quẽ nõ videt quõ p̃t dilige
re? Rñdet Tho.ꝙ dupľr eſt aliqd cauſa dilectiõis.Vno mõ
ſicut id qđ eſt ratio diligendi.Et hoc mõ bonũ eſt cauſa di
ligendi:qa vnũquodq; diligiť inquantũ habet rõnẽ boni.
Alio mõ:qa eſt via ad acq̃rẽdũ dilectionẽ.Et hoc mõ viſio
eſt cauſa dilectionis:nõ quidẽ qa ea rõne ſit aliquid diligi
bile qua ẽ viſibile:ſed qa ꝑ viſionẽ ꝑducimur ad dilectio
nẽ.Nõ g̊ oportet ꝙ illđ qđ eſt magis viſibile ſit magis dili
gibile:ſed qa priꝰ occurrat nobis ad diligendũ.Et hoc mõ
argumentať apľs Io.Proximus em̃ qa eſt nobis magis viſi
bilis prius occurrit nobis diligendus.Ex his enim q̃ nouit
animus didicit incognita amare. vñ ꝙ aliquis ꝓximũ nõ
diligit argui põt.qa nec deũ diligit:non ꝙ ꝓpter hoc ꝓxi
mus ſit magis diligibilis:ſed priꝰ diligendus occurrit: deꝰ
aũt eſt magis diligibilis ꝓpter maiorem bonitatem.

## §.IIII.DEBET ETIAM QVILIBET

Hõ plꝰ debet diligere deũ q̃ ſe ipſum.

magis diligere deũ q̃ ſeipm̃.qđ ſic ꝓbat Tho. ij. ij q.xxvj.
ar.iij. A deo accipe poſſumꝰ duplex bonũ.ſ.bonũ naturæ:

& bonũ grẽ. In cõicatiõe aũt bonoꝝ naturaliũ nobis a deo
facta: fundaꝝ amor naturalis q̃ nõ ſolũ hõ in ſua integrita-
te naturæ diligit deũ ſup oĩa & plus q̃ ſeipm: ſed etiã q̃li-
bet alia creatura ſuo mõ. i. vel intellectuali: vel rõnali vel
aĩali: vel etiã naturali ſaltem amore: ſicut lapides & alia q̃
cognitiõe carẽt: qa vnaquæq; pars plus naturalr̃ amat cõe
bonũ toti⁹ q̃ pticulare bonũ ꝓpriũ: qđ manifeſtaꝝ ex ope.
Quęlibet em̃ pars habet ĩclinationẽ principalr̃ ad actionẽ
cõem toti⁹ vtilitatis. Apparet ẽt hoc ĩ ꝟtutib⁹ politicis ꝑm
q̃s ciues ꝓ bono cõi & diſpẽdia ꝓpriarũ reꝝ & pſonarũ in
terdũ ſuſtinẽt. vñ magis g̃ ꝟificaꝝ in amicitia charitatis q̃
fundaꝝ ſup cõicatione bonoꝝ grẽ. & iõ ex charitate magis
debet hõ diligere deũ q ẽ bonũ cõe oĩm q̃ ſeipm: qa btitu-
do ẽ in deo ſicut in cõi & fontali oĩm principio q̃ btitudi-
nẽ pticipare pñt. Et nota ꝙ quantũ q̃s diligit frui deo: tãto
magis diligit ſeipm: qa hoc ẽ ei ſũmũ bonũ: tñ hoc ꝙ aliq̃s
velit frui deo ptinet ad amorẽ q̃ de⁹ amaꝝ amore ꝯcupiſcẽ-
tiæ. Magis aũt amam⁹ deũ amore amicitię q̃ amore ꝯcupiſcę:
qa maius eſt in ſe bonũ dei q̃ bonũ qđ pticipare poſſum⁹
ipſo fruẽdo. & iõ ſimplr̃ hõ magis diligit deũ ex charitate
q̃ ſeipm. Et iõ debet poti⁹ q̃s oĩa mala ſuſtinere q̃ pctõ aſſẽ-
tire ꝑm Aug. vt dr̃. xxxij. q. v. ita ne. Et rõ ẽ: qa mala pœnæ
ſunt ꝯ ſeipm: etiã pœnę inferni: ſed pctm̃ eſt ꝯ deum.

*Amore amicitiæ non cõcupiſcẽ deus eſt amãd⁹.*

## §. V. AD DILIGENDVM DEVM SV

per omnia quaſi cogit triplex rõ quæ mouere põt ad amã-
dum aliquid: quę pñt notari in eo qđ dr̃. Diliges dominũ
deum tuum. Deuꝫ. vj. & Mat. xxij.
¶ Et prima eſt rõ prouidẽtiæ & largitatis. ibi. dñm.
¶ Scd'a eſt rõ variæ bonitatis. ibi. deum.
¶ Tertia eſt attinentiæ & ꝓpinquitatis. ibi. tuum.
Iſta mouent ad amãdũ quicũq; aliquid amat.

*triplex rõ nos mouet ad diligendũ.*

Et quãtũ ad primũ clarũ eſt ꝙ ſeru⁹ amat dñm ſuũ cũ eum
diligit & ei ꝓuidet & tueꝫ & bñficia largiꝫ. Ex hoc g̃ dili-
ges dñm, ſerui ei ſum⁹ oẽs. Quantũ aũt diligat oñdit: qa ꝓ-
prio filio non pepcit: ſed ꝓ bonis tradidit illũ: quõ cũ illo
nõ nobis oĩa donauit. Ro. viij. Berñ. Dñe quid ẽ hõ ꝙ me-
mores ei⁹: aut fili⁹ hoĩs qm̃ viſitas eũ: tot. ſ. & tãtis bñficijs.
Mittis filiũ tuũ vnigenitũ: mittis ſpm̃ſctm̃ paracletum: te
ipm reſeruas ad optatis in p̃miũ. Si dici fas eſt, nimis ꝓdi-
gus es tuis. j. Peꝫ. v. Oẽm ſolicitudinẽ veſtrã projcičtes in
eum: qm̃ ipſi eſt cura de vobis. Mat. v. Solẽ ſuũ oriri facit
ſup bonos & malos & pluit ſup iuſtos & iniuſtos: & mate
rialr̃ & ſpũalr̃. Inſup & angelis ſuis de⁹ mã. de te vt cu. &c.
Pš. xc. immo ꝑm Aplm̃ ad Heb. j. Oẽs adminiſtratorij ſpũs
ſunt miſſi in miniſterium eoꝝ qui hæreditatem capiunt ſa
lutis. Ecce quãta ꝓuidentia dñi erga nos quo ad corpus &
q̃ ad aĩam. g̃ diligam⁹ ipm ſup oĩa. Quantũ ad tertium po-
ſtea magis immorãdo ĩ ſcd'o diligiꝫ aliquis quia ẽ attinẽs
& cõſanguineus: & ꝑm hoc maxime diligiꝫ pater a q̃ quis
habet eſſe & frater qui deſcendit ab eodẽ ſtipite: qđ natura
docet & inſtigat. Sed nunquid ait Moyſes, Nõne ipe eſt pr̃
tuus qui poſſedit & fecit: quantũ ad corp⁹: & creauit te: quã-
tum. ſ. ad aĩam: Deuꝫ. xxxij. Vn⁹ eſt pater veſter qui in cœ
lis eſt. Matt. xxiij. Sed qualis pr̃. ij. Coꝝ. j. Pater dñi noſtri
Ieſu xp̃i pater miarum & deus totius conſolationis. Et ſic
tuus eſt pater. Sed vt magis eſſet tuus: effectus eſt per incar-
nationem frater. Vade ait ipſe ad Magdalenam: ad fratres
meos &c. Ioã. xx. Et quia caro noſtra & frater noſter eſt: vt
diciꝫ in figura Geñ. xxxvij. Decuit per omnia fratribus aſſi
milari. vt ait apl's ad Heb. In pœnalitatibus. ſ. corporis nõ
vitijs mentis. Diliges ergo tuum fratrem & patrem tuũ. Et
quia qui diligit filiũ aſſiduat ei flagella. vt diciꝫ ĩ Prouer.
Ideo ex dilectiõe multiplr̃ flagellat nos. Amb. Non ſemp
oſculaꝫ pater filium: ſed aliqñ flagellat: ergo cũ caſtigatur
qui diligiꝫ tunc erga eũ pietas exerceꝫ. Habet em̃ amor pla
gas ſuas quę dulciores ſunt cum amarę inferunꝫ. v. q. v. nõ
oſculaꝫ. vt em̃ diciꝫ Sap̃. xij. cũ nobis diſciplinã das inimi-
cos noſtros multiplr̃ flagellas. Et ne ita videanꝫ nobis gra
ues labores noſtri: ipſe nobiſcum portat: ergo diligamus
dñm deum noſtrũ: qui totus eſt noſter: nil ſui reſeruans ſi-
bi. Nam corp⁹ in cibum: ſanguinẽ in preciũ & poculũ vitã
in redẽptionẽ dedit ſuis. Quãtum ad ſcd'm notandũ ꝙ bo
nitas eſt q̃ trahit ad ſe amorẽ noſtrũ, bonum em̃ eſt qđ oĩa
appetunꝫ. dicit Ph̃s. Bonitas autem eſſentialiter eſt in deo
& ꝑm hoc dr̃. Nemo bonus niſi ſol⁹ deus. ſ. eſſentialiter &
ex ſe: nam creaturæ ſunt bonæ ex deo nõ ex ſe & accidẽtali-

*Bonitatis diffinitio ꝑm Ariſto.*

ter. Bonitas em̃ vniuerſaliter eſt in deo qa eſt fons bonita
tis. & cauſaliter: qa ab eo cuncta bona ꝓcedunt: & bonitas
ſua vt dicit magiſter in. ij. ſen. di. j. fuit cauſa creatiõis rerũ.
Vnde & Moyſi dixit. ꝙ aſcẽderet in montẽ ad eũ: & oſten
dam tibi ait omne bonum. i. meipm. Cum autẽ omne bo-
nũ ſit honeſtum: vel delectabile: vel vtile. oĩa hęc gña bo-
norum reperiuntur in deo. Vñ dr̃ Sap̃. vij. Venerunt mihi
omnia bona pariter cũ illa. ſ. ſapiẽtia quæ eſt de⁹. Deus au-
tem ꝑm beatum Anſel. eſt quo melius cogitari nõ põt. Et
de bono honeſto dr̃ ibi. Innumerabilis honeſtas per man⁹
illius. Bonum honeſtum eſt ſciẽtia & virtus: ſed oĩs ſapiẽ-
tia a dño deo eſt. Eccli. j. Et ſpiritu oris eius oĩs virtus eoꝝ.
In Pš. Virtus iuſtitię: prudentiæ: fortitudinis: temperãtię.
& al's Amb. Oĩs ratio ſupernę ſcientiæ & terrenæ creaturæ
in eo eſt: qui eſt caput earũ & autor. vt qui hũc ĩuenerit nil
vltra quærat: q̃cquid alibi quæriꝫ hic pfecte inueniꝫ: quia
hæc eſt perfecta dei virtus & ſapientia. De bono delectabi
li dr̃ ibi. Lætatus ſum in oĩbus qm̃ antecedebat me iſta ſa-
pientia. Lętitia eſt delectatio in hoĩe: ea quę delectãt trahũt
hominem ad ſui amorem. Delectant autẽ pulchra viſum:
fragrantia odoratum: ſuauia guſtum: conſonantia & me-
los ſonorũ auditũ & hmõi. Sed cũ oĩa iſta ſint a deo cauſa
omnium: & omnis virtutis effectus prę exiſtat in cauſa ſua:
inde ſequiꝫ ꝙ omnia hæc bona perfecti⁹ ſunt in deo: qa ſi-
ne mixtura defectus. Vñ Berñ. Illud eſt verum gaudiũ qđ
non de creatura ſed de creatore cõcipiꝫ: qđ cũ accæperis ne
mo tollet a te. Cuius cõparatione omne pulchrum fœdũ:
omne dulce amarum: omne qđ delectare põt moleſtum.
Gaudium vt dictum eſt in hoĩe idem eſt qđ delectatio. De
bono vtili ibi dr̃. Prępoſui illã regnis & ſedib⁹: & diuitias
nihil eſſe dixi in comparatione illius &c. Sap̃. vij. Bonum
vtile dr̃ diuitiæ: aurũ: argentum: lapides precioſi dñia ter-
rarum: & hmõi. Quæ etiã bona a deo procedunt: & oĩs ve
ra vtilitas: ergo diliges dñm deũ tuũ. Vbi etiam eſt notãda
multiplex vtilitas ipſius dilectionis noſtrę ad deũ inimici
tiæ dãnoſitas: & tertio amicitiæ fidelitas & vtilitas: qa ni
hil põt diligi fructuoſius q̃ de⁹. Nã ipſe diligentibus ſe pri
mo quidẽ peccata dimittit. Lucę. vij. Dimiſſa ſunt ei pctã
multa: qm̃ dilexit multum. Scd'o ipſe eos erudit. Eccli. ij.
Diligite deũ & illuminabunꝫ corda veſtra. Beatus Greg.
Interdum compunctionis ardore tantę ſubtilitatis eſt vis
amoris vt hanc nec ipſe animus poſſit comprehẽdere qui
hanc illuminationẽ meruit habere. Tertio ipſe eos cuſto-
dit. Pš. cxliiij. Cuſtodit dñs diligẽtes ſe. Quarto ipe eos ad
ſuauitatẽ cõtemplationis admittit etiam in pręſenti. Greg.
in moral'. Si q̃s ad contemplationis ſtudium præparat ſe-
metipm prius interroget quantum amat. Quinto in neceſ-
ſitate adiuuat. Vñ Eſa. xliij. dr̃ a deo de diligẽte ſe. Cum p
tranſieris per aquas. ſ. tribulationis tecum ero: & flumina
non operient te. Sexto in morte non deſerit: ſed tũc magis
aſſociat. Pš. lxxij. In voluntate tua deduxiſti me. & cũ gl'ia
ſuſcæpiſti me. Septimo: qa vt ait apl's ad Rom. viij. Diligẽ-
tibus deum oĩa cooperantur in bonũ. Et bona & mala pœ
nalia & facta criminalia. Vñ Aug. de pœni. diſt. ij. talibus.
dicit. vſq; a deo oĩa vt ſi qui eoꝝ exorbitauerũt a fide: hoc
eis faciat ꝓficere ad ſalutẽ: qa cautiores humilioreſq; & fer
uentiores ſurgunt. Ecõtrario ad diligendũ deum inducere
debet inimicitię damnoſitas. Nã pctõribus qui nõ diligũt
deũ oĩa inimicanꝫ. Sap̃. v. Pugnabit orbis terrarũ ꝓ eo ꝯ
inſenſatos. Tertio ad hoc debet inducere amicitię fidelitas
Eccli. vj. Amico fideli nulla eſt cõparatio. Vbi nota diffe-
rentiã inter ipſum & alios. Alij em̃ non ſemp amãt etiã cũ
amanꝫ. Iſte ſemp amat. Prouer. viij. Ego diligentes me dili
go. Alij tpe aduerſitatis aliqñ deſerũt. iſte nunq̃. Frater in
anguſtijs ꝯprobaꝫ. i. Chriſtus. Alij etſi ſint amici patris ali
qñ ſunt inimici filiorum. Sed iſte ꝓpter patrẽ filios amat
vſq; in multas generationes. Exo. xx. Ego ſum dñs de⁹ tuus
&c. faciens miam in milia his q̃ diligunt me.

*De multiplici vtilitate dilectiõis nr̃ę ad deum.*

## §. VI. SECVNDO DEBET HOMO EX

charitate diligere ſeipm. qđ patet ex eo qđ dr̃ Leui. xix. Di-
liges amicum tuum. i. proximũ tuũ ſicut teipm. Vbi daꝫ ꝓ
regula & exemplari dilectionis proximi dilectio ſuijpſius.
Pro cui⁹ declaratione dicit. b. Tho. ij. ij. q. xxv. ar. iiij. ꝙ cũ
charitas ſit amicitia quædam duplr̃ loqui poſſum⁹ de cha-
ritate. Vno modo ſub cõi rõne amicitiæ: & ꝑm hoc dicen-
dum iſt ꝙ amicitia non habeꝫ ꝓprie ad ſeipm: ſed aliquid
maius

*De dilectiõe ſui ipſius.*



maius amicitia: qa amicitia vnionẽ quandã importat. Di
cit em̃ Diony. ꝙ amor eſt ꝟtus vnitiua: vnicuiq; aũt ad ſe
ipm eſt vnitas q̃ eſt potior vnione. vñ ſicut vnitas eſt pri
cipiũ vniõis ita amor quo quis diligit ſeipm eſt forma &
radix amicitiæ. In hoc em̃ amicitiam habemus ad alios ꝙ
ad eos nos habemus ſicut ad noſmetipſos. Diciꝫ enim. ix.
Ethi. ꝙ amicabilia quę ſunt ad alterum: veniũt ex his quæ
ſunt ad ſeipm. Sicut etiam de principijs nõ habeꝫ ſcientia.
ſed aliq̃d maius. ſ. intellect⁹. Alio modo poſſumus loq̃ de
charitate ꝑm ꝓpriã rõnẽ ipſius ꝓut. ſ. eſt amicitia hominis
ad deũ principalr̃ & ex ꝯſequẽti ad ea q̃ ſunt dei: inter quæ
eſt ipſe hõ qui charitatẽ habet. Et ſic ĩter cętera q̃ ex charita
te diligit ad deũ ptinẽtia ẽt ſeipm ex charitate diligit. Nõ
aũt obſtat his ꝙ apl's vituperat amãtes ſeipſos di. ij. Tim̃.
iij. In nouiſſimis diebus inſtabũt tpa pͥculoſa. erũt em̃ ho-
mines ſeipſos amãtes &c. Quia loquiꝫ de amore q̃ q̃s amat
ſe ꝑm naturam ſenſibilẽ: ita vt ei ſubijciat rõnem: qđ vtiq;
eſt vituperoſum & pnicioſum. Et non de amore quo quis
amat ſcd'm naturã rõnalem quęrẽs ei⁹ pfectionem qđ pti
net ad charitatẽ. Et qa hõ reſultat ex aĩa & corpe: iõ debet
ſe diligere ex charitate: nõ ſolũ quantũ ad aĩam: ſed etiã q̃
ad corp⁹. ſcd'm b. Aug. Pro cuius declaratiõe dicit. b. Tho.
vbi. š. ar. v. ꝙ corp⁹ noſtrũ ſcd'm duo põt cõſiderari. Vno
mõ ſcd'm naturã ſuã. Alio mõ ſcd'm corruptionẽ culpæ &
pœnę. Natura aũt corporis noſtri cũ nõ ſit a malo pricipio
creata: vt Manichæi fabulanꝫ: ſed a deo ſit poſſum⁹ eo vti
ad ſeruitiũ dei. ꝑm illud Ro. vj. Exhibete mẽbra veſtra ar-
ma iuſtitię deo. & iõ ex charitatis dilectiõe q̃ diligim⁹ deũ:
debem⁹ etiã corp⁹ noſtrũ diligere. Q; uis em̃ corp⁹ noſtrũ
deo frui nõ poſſit cognoſcẽdo & amãdo: in qua fruitione
fundaꝫ amicitia charitatis: cũ p opa quæ p corp⁹ facimus
ad fruitionẽ venire poſſumus. Et ex fruitiõe diuina aĩæ re
dũdat quędã btitudo ad corpus. i. ſanitatis & ĩcorruptiõis
vigor. & ſic eſt corp⁹ capax beatitudinis. Scd'm autem qđ
conſideraꝫ in corpe. i. infectionẽ culpæ & corruptionẽ pœ
næ in corpore noſtro nõ debemus diligere: ſed poti⁹ ad ei⁹
remotionẽ anhelare deſiderio charitatis. Et ſcd'm hãc infe-
ctionẽ dicebat apl's Ro. vij. Infœlix ego hõ q̃s me liberabit
de corpore mortis huius: Qđ debemus corpus diligere ꝓ-
prium & quõ oñdit etiã Proſper ſic dicens. de pœ. diſ. ij. va
lida eſt. Corpus noſtrũ qa pars noſtri eſt ad hoc diligendũ
nobis eſt vt ſaluti ei⁹ & fragilitati naturaliter cõſulamus
& agamus quatenus ſpũi ordinate ſubiectum ad æternam
ſalutẽ accæpta immortalitate & incorruptione perueniat.

*Amor q̃d ſit.*

## §. VII. DILIGIT AVTEM QVIS VE

re ſeipm ex charitatę qñ in ſe ſcd'm partẽ pͥncipalẽ. i. rõnẽ
habet ſeu opaꝫ q̃nq; q̃ ſunt ꝓpria amicitiæ ſcd'm ph̃m. ix.
Ethi. Vnuſq̃ſq; amic⁹ prio q̃dẽ vult amicũ ſuũ eſſe & viue
re. Scd'o vult ei bona. Tertio opaꝫ bona ad ipm. Quarto
cõuiuit ei delectabilr̃. Quinto cõcordat cũ eo q̃ſi eiſdẽ dele
ctationibus & contriſtationibus. Pro hoꝝ maiori declara
tiõe ſciendũ ſcd'm. b. Tho. vbi. š. ꝙ hõ dr̃ eſſe aliq̃d duplr̃.
Vno mõ ſcd'm pricipalitatẽ: alio mõ ſcd'm ſubſtãtiã & na
turã ſuã. Et prio q̃dẽ mõ diciꝫ hõ id qđ pͥncipale ęſtimaꝫ ĩ
eo: ſicut priceps ciuitatis diciꝫ ciuitas: & qđ facit priceps dr̃
facere ciuitas. Boni aũt ęſtimant principale eſſe in eis men
tem rõnalẽ ſicut reuera eſt: & ſecundariũ partẽ ſenſitiuã &
corporalẽ. quorũ primũ apl's nominat hoĩem interiorẽ: ſe
cũdariũ hoĩem exteriorẽ. ij. Coꝝ. v. Et ſic vere ſeipſos dili-
gũt: qa diligũt ſe ſcd'm pricipale qđ eſt in eis. i. partẽ rõna
lẽ q̃ diciꝫ hõ interior. Vñ & volũt ipm primo cõſeruari in
ſua integritate. Et optant ei bona eius q̃ ſunt bona ſpũalia
q̃ ad ſcd'm ꝓpriũ amicitię. Tertio ad aſſequẽda bona ſpũa
lia operã impendunt. Quarto delectabiliter ad cor ꝓpriũ
redeunt: qa ibi inueniunt & bonas cogitationes in pͤſenti;
& memoriã p̃teritorum bonoꝝ & ſpem bonoꝝ futurorũ:
ex quib⁹ delectatio cauſaꝫ. Quinto non patiunꝫ in ſeipſis
volũtatis diſſentionẽ: qa aĩa eoꝝ tendit in vnũ. Mali autẽ
ęſtimãt in ſe partẽ principalẽ ſenſitiuã q̃ diciꝫ hõ exterior
& ꝑm hãc ſeipos diligũt: vñ nõ vere diligunt ſicut nec ve
rã æſtimationẽ hñt. Et ſcd'm hãc partẽ ſenſitiuã obſeruant
in ſe illa q̃nq; ꝓpria amicitiæ. Nã quærũt cõſeruationẽ ſui
corporis & ſanitatẽ etiam ꝯ dei voluntatẽ. i. pͨcæpta. Scd'o
ꝓuidẽt ei bona ꝯformia. ſ. delectabilia ſenſibus. Tertio ad
hoc multũ operanꝫ & laborant. Quarto delectanꝫ cogitare
de hmõi ſenſibus. Quinto qa cõcordãt cũ ipa ſenſualitate
ei aſſentiẽdo in cũctis. Ecõtrario de cõſeruatiõe ſpũs nõ cu
rãt: nec bona ſpũalia optãt: nec ad hoc laborãt: horrẽt reuer
ti ad ſeipſos: qa ibi nõ inueniũt niſi mala q̃ remordẽt & di
ſcordant ſecũ. Alio mõ dr̃ hõ aliq̃d ꝑm naturã & ſubſtãtiã
ſuã & ſic cũ hõ ſit q̃d reſultans ex aĩa & corpore: oẽs ſe æſti
mãt eſſe vere qđ ſunt. i. cõpoſitos ex aĩa & corpe. & ꝑm hoc
oẽs diligunt ſeipſos: etiã mali: inquantũ. ſ. diligũt conſer-
uationẽ ſui eſſe: ſed hoc non eſt ſe diligere ex charitate.

*Q; vere ſeipm diligẽs ex charitate facit q̃nq; q̃ ſũt ꝓpria amicitię.*

*quid ſit vere ſeipm diligere.*

## §. VIII. DEBET HOMO MAGIS DI

ligere ſeipm q̃ ꝓximum: ita videlicet vt magis aĩam ſuã
q̃ cuiuſcũq; aĩam: & magis aĩam ꝓximi q̃ corpus ꝓprium
ſed magis corp⁹ ꝓpriũ q̃ corp⁹ ꝓximi cæteris parib⁹. Pri-
mũ ſic ꝓbaꝫ. Exẽplar eſt potius exẽplato: ſed dilectio hoĩs
ad ſeipm poniꝫ vt exẽplar dilectionis ad alterum: cũ diciꝫ
Mat. xxij. diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipm. g̃ magis ex chari-
tate debet quis diligere ſeipm q̃ ꝓximũ ꝑm aĩam. Qđ bea.
Tho. ſic declarat. ij. ij. q. xxv. in hoĩe ſunt duo. ſ. natura cor-
poralis: & natura ſpũalis. Per hoc aũt diciꝫ hõ diligere ſe-
ipm ꝙ diligit ſe ſcd'm naturã ſpũalẽ. Et ſcd'm hoc debet hõ
magis ſeipm diligere poſt deũ q̃ quẽcũq; aliũ. & hoc patet
ex ipa rõne diligẽdi. Nã vt. š. dictũ eſt de⁹ diligiꝫ vt pͥnci-
piũ boni ſup quo fundaꝫ dilectio charitatis: hõ aũt ſeipm
diligit ex charitate ſcd'm rõnẽ ſocietatis in iſto bono. Con
ſociatio aũt ẽ rõ dilectiõis ſcd'm quãdã vnionẽ ad deũ. Vñ
ſicut vnitas eſt potior: q̃ vnio: ita ꝙ hõ participat bonum
diuinũ ẽ potior rõ diligẽdi q̃ ꝙ ali⁹ aſſocieꝫ ſibi in hac pti
cipatiõe. Et ideo hõ ex charitate magis debet ſeipm dilige-
re q̃ ꝓximũ. Et hui⁹ ſignũ eſt. qa hõ nõ debet ſubire aliqđ
malũ pcti: qđ ꝯriaꝫ participationi btitudinis vt liberet ꝓ-
ximũ a pctõ. Vñ bea. Aug. xxij. q. ij. faciat hõ. Faciat hõ etiã
ꝓ tpali ſalute hoĩm qđ põt. ſ. licite: cũ aũt ad h̃ venerit vt
tali ſaluti niſi peccando conſulere non poſſit: iam ſe exiſti
met nõ hr̃e q̃d faciat. & Leo pa. Indecẽs eſt crimẽ ſuum alie
nis cõmodis impẽdere. di. xlvj. ſicut non ſuo. Et no. ꝙ licet
ꝓximus q eſt melior nobis ſit deo ꝓpinquior: qa tñ nõ eſt
ita ꝓpinquus charitatẽ hñti ſicut eſt ipſemet ſibi: ideo nõ
ſeq̃ꝫ ꝙ aliq̃s debeat magis diligere ꝓximũ etiã meliorẽ q̃
ſeipm. Nam dilectio charitatis habet quãtitatẽ nõ ſolũ ex
parte obiecti qđ eſt de⁹: ſed etiã ex pte diligentis q̃ eſt ipſe
hõ hñs charitatẽ. Scd'm. ſ. ꝙ q̃s debet magis diligere animã
ꝓximi q̃ corp⁹ ꝓpriũ ꝓbaꝫ. j. Io. iij. di. Nos debem⁹ ꝓ fra-
tribus aĩam ponere. i. vitã qđ eſt præcipuũ in corpalibus
qđ ſic declarat Tho. vbi. š. Illud eſt magis ex charitate di-
ligẽdũ qđ habet maiorẽ rõnẽ diligibilis ex charitate. Cõſo
ciatio aũt in plena participatiõe btitudinis q̃ eſt rõ diligẽ-
di ꝓximũ eſt maior ratio diligẽdi: q̃ participatio btitudi-
nis p redũdantiã q̃ eſt rõ diligendi ꝓpriũ corp⁹. Et ideo ꝓ
ximũ quantũ ad ſalutẽ debem⁹ magis diligere q̃ corpus ꝓ
priũ. Nota tñ ꝙ nõ eſt de neceſſitate charitatis ꝙ hõ ꝓpriũ
corpus exponat ꝓ ſalute ꝓximi: niſi in caſu quo teneꝫ ei⁹
ſaluti ꝓuidere: ſicut fecit Vitalis Vrſino hęſitanti in mar-
tyrio. Sed ꝙ aliq̃s ſe ad hoc ſponte offerat ptinet ad perfe-
ctionẽ charitatis. de qua. b. Aug. Si q̃s habuerit tantam cha
ritatem vt paratus ſit etiã ꝓ fratrib⁹ mori: pfecta eſt in eo
charitas. de pœ. diſt. ij. ſi q̃s. la. ij. Tertiũ. ſ. ꝙ magis debet q̃s
diligere corp⁹ propriũ q̃ alteri⁹ cæteris parib⁹. probaꝫ ſic.
Sicut ſe habet aĩa propria alicui⁹ ad aĩam proximi: ita ꝓ-
portionabiliter ſe habet corpus ꝓpriũ ad corp⁹ ꝓximi: ſed
aĩa ꝓpria ſic ſe habet ad aĩam alterius: vt magis debeat ſuã
diligere q̃ alteri⁹: g̃ & corp⁹ ſuũ magis debet diligere q̃ al
terius: & ſic ei potius ſubuenire cæteris paribus: qđ pro tã
to dr̃: qa ſi quis eſſet multũ vtilis cõitati vel eccl'iæ. ipe pa
rum laudabilr̃ & ex pfectione exponeret corpus ſuũ morti
ꝓ illo cõſeruando: q̃uis de neceſſitate nõ teneret.

*Quare hõ magis debet ſeipſum diligere q̃ ꝓximũ*

*Corpus ꝓpriũ debet q̃s magis diligere q̃ alteri⁹.*

## §. IX. VTRVM CHARITAS QVA

q̃s diligit deũ ſeipm & proximũ ſit ex charitate diligenda.
Rñdet be. Tho. ij. ij. q. xxv. ar. ij. ꝙ charitas non eſt ſimplici
amor ſed habet rõnẽ amicitiæ: vt dictũ eſt. š. Per amicitiã
aũt amat quis duplr̃. Vno mõ ſicut ipſe amic⁹ ad quẽ habe
mus amicitiã: & cui⁹ bona volum⁹: & ſic nõ amaꝫ charitas.
Alio mõ ſicut bonũ ꝙ volum⁹ amico. & ſic amaꝫ charitas
p charitatẽ: quia charitas eſt illđ bonũ qđ optam⁹ oĩb⁹ q̃s
ex charitate diligim⁹. Et eadẽ rõ eſt de btitudine & de virtu
tibus alijs. Et ſic intelligiꝫ dictũ Aug. viij. de trini. ꝙ qui di
ligit ꝓximũ ꝯñs eſt vt ipam dilectionẽ diligat. Sed & cha-

*quõ p amicitiã amatur duplr̃.*

ritas hoc habet ĩquãtũ ẽ q̃dã amor. Amor em̃ ex natura potẽtię cuiꝰ ẽ actꝰ habet ꝙ poſſit ſibi ſeip̃m reflectere. Quia eĩ volũtatis obiectũ eſt bonũ naturale: qcq̃d rõne boni continef põt cadere ſub actu volũtatis. Et qa ip̃m velle eſt q̃ddã bonũ põt velle ſe velle. Itẽ amor ex rõne ꝓprię ſpẽi habet ꝙ ſupra ſe reflectaf: qa eſt ſpõtaneꝰ motꝰ amãtis in amatũ. Vñ ex hoc ip̃o ꝙ amat aliqs amat ſe amare. Et ſi dicaf ꝙ nõ p̃cipif diligi niſi deꝰ & ꝓximꝰ. Rñdef ꝙ in dilectiõe illorũ includif dilectio charitatis. Diligimꝰ em̃ deũ & proximũ inquantum amamus vt nos & proximus deũ diligamus.

de his q̃ valẽt ad hoc ꝙ qs amef a deo & ſunt ſeptem.

## §. X. MVLTA SVNT QVE VALENT

ad hoc ꝙ qs amef a deo. & ad hoc debet q̃libet laborare. nã amor dei ad nos eſt cã oĩs boni nr̃i. Tanto vnuſq̃ſqꝫ habet plꝰ de bonitate quãto magis a deo diligif. Et ſic qs tunc vere ſeip̃m diligit cũ talẽ ſe exhibet vt diligaf a deo. Præcipue aũt ſunt ſeptẽ q̃ ad hoc valẽt. Primũ ẽ ſapia. Sap̃. vij. Infinitus theſaurꝰ ẽ hoĩbꝰ ſapia q̃ qui vſi ſunt: participes facti ſũt amicitię dei. & ibidem. neminẽ diligit deꝰ niſi qui cũ ſapia graditur. Secundũ eſt mentis mũditia. Prouer. xxij. Qui diligit cordis munditiã ꝓpter gr̃am labioꝝ ſuorum habebit amicũ regem. Cañ. ij. Dilectus meus mihi & ego illi: q̃ paſcif inter lilia. i. puritate delectaf. Sap̃. vj. Incorruptio facit ꝓximũ deo. Et Ioannes euangeliſta ꝓpter munditiã dicif diſcipulus quẽ diligebat Ieſus. Io. vlti. Tertiũ eſt mãſuetudo q̃ multum aſſimilaf deo cuius bonitatẽ malitia alicuiꝰ non ꝑturbat. Eccl'i. xlv. dicif. Dilectus deo & hoĩbus Moyſes: de quo dicif Nume. xij. ꝙ erat mitiſſimus hoĩm ſup terram. Quartũ eſt liberalitas quæ etiã multum aſſimilaf deo q̃ ex liberalitate fecit qcq̃d fecit. ij. Coꝝ. ix. Hilarẽ datorẽ diligit deus. Sene. Qui bñficium dat imitaf deũ. Exẽplum in Zacheo. Quintum eſt humilitas ꝓpter quã Dauid fuit vir ſcd'm cor dei. j. Regũ. xvj. Et in ſignũ amoris quẽ dñs Ieſus habet ad humilẽ amplexatus eſt paruulũ. Marci. ix. Et Beniamin qui fuit minimꝰ filius vocaf amãtiſſimus domini. Deut. xxxiij. Sextum eſt t̃palium contemptus. Sene. Nemo dignꝰ eſt deo niſi qui opes cõtempſerit. Eſa. xxviij. Coanguſtatũ eſt ſtratũ. ſ. cordis. ita vt alter decidat. ſ. amor dei. & pallium breue vtrũqꝫ tegere non poteſt. ſ. amor mundi. Beatus Greg. Bonorum aũtori aliter inhęrere nõ valemus niſi cupiditatem quę omnium malorum radix eſt abſcidamus. diſt. xlvij. bonorum. Septimum eſt dilectio. Prouerb. viij. Ego diligentes me diligo. Berñ. Nemo ſe amari diffidat qui iam amat. Et q̃uis ipſe prior dilexit nos, tamen exercendo nos in actu dilectionis augetur.

¶De dilectione proximi: & quis noĩe proximi intelligatur. Cap. IIII.

## DE DILECTIONE PROXIMI

ſub qua intelligif angelus bonus: & q̃libet hñs btitudinẽ: vl' qui põt eã conſequi. vñ nõ dęmones vel dãnati. De hac dr̃. j. Io. iiij. Hoc mãdatũ habemꝰ a deo vt q̃ diligit deũ diligat & fratrẽ ſuum. Vbi ſciẽdum ꝙ habitꝰ charitatis vnꝰ eſt q̃ extẽdif ad dilectionẽ nõ ſolũ dei ſed & ꝓximi. Habitꝰ em̃ non diuerſificanf niſi ex hoc ꝙ variãt ſpeciẽ actus ſm Tho. ij. ij. q. xxv. Oĩs enim actus vniꝰ ſpeciei ꝑtinet ad eũdẽ habitũ. Cũ aũt ſpecies eiꝰ ſumaf ex obiecto ſcd'm formalẽ rõnem ipſius: neceſſe eſt ꝙ idem ſit ſpecię actus q̃ fertur in rõnẽ obiecti: & qui ferf in obiectũ ſub rõne tali: ſicut eſt eadẽ ſpecie viſio qua videf lumẽ & qua videf color ſcd'm rõnẽ luminis. Ratio aũt diligẽdi ꝓximũ deꝰ eſt. hoc em̃ debemꝰ in ꝓximo diligere vt in deo ſit. Vñ manifeſtũ eſt ꝙ idẽ ſpecie actus eſt quo diligif deus: & quo diligif ꝓximus: etſi ſit diuerſus numero.

quę ſit ratio diligẽdi ꝓximum

Et nota ꝙ noĩe ꝓximi intelligif oĩs qui exhibet nobis aliquam miam ſeu beneficium. Ac etiam oĩs qui põt exhibere aliqd' mię opus ſcd'm be. Aug. tractãtẽ illud Lu. x. Quis tibi videf ꝓximus fuiſſe illi q̃ incidit in latrones? Vñ oẽs angeli boni diligẽdi ſunt ex charitate a quibus multa bñficia recipimus: & cõprehendũf noĩe ꝓximi. Nã charitas eſt amicitia fundata ſuã cõicatione non ſpeciei: ſed beatitudinis ſeu beneficiorum pertinẽtium ad vitã ęternã. Et in hac beatitudine angeli cõicãt cũ hoĩbꝰ. Vñ dr̃ Mat. xxij. Equales ſunt angelis dei. Et iõ angeli boni ex charitate ſunt diligendi ſcd'm be. Tho. ij. ij. q. xxv. Et eadem ratio eſt de beatis animabus: qa enim participant beatitudinem ſup̃ quas fundaf charitas: ideo diligendi ſunt ex charitate: & ab eis

Quis noĩe ꝓximi intelligif.

etiã multa ſuffragia recipimꝰ meritoꝝ ſuorũ & precũ. Dæmones autem importãt naturã pc̃tõ deformatã: & ideo eos nõ debemus diligere ex charitate inquantum dæmones. i. quantũ ad malitiam eoꝝ: ſed odire. Sed accipiendo ꝓut dęmon quãdã naturã importat: ſic aliquo modo debemus diligere & aliquo modo nõ. Nã diligere debemus ſicut diligimus aliqd' bonũ amici: qd' volumꝰ ꝑmanere ob amorẽ illiꝰ: & iſto modo poſſumus ex charitate diligere dęmones inquantũ. ſ. volumus eos in ſuis naturalibus conſeruari ad gloriam dei. Sed nõ diligere debemus eos ita ꝙ ad eos amicitiam habeamus. Nã de ratione amicitiæ eſt velle bonum amico: & p̃cipuum bonũ. hoc aũt beatitudo & vita æterna eſt: qd' bonũ nullo modo debemꝰ eis velle: qa hoc repugnaret charitati dei ꝑ quã iuſtitiã eius approbamus. Et eadem ratio ẽ de dãnatis: qa nõ ſunt ampliꝰ capaces beatitudinis. Creaturas aũt irrõnales non debemus diligere ex charitate: ita videlicet ſicut diligif is ad quẽ habetur amicitia. Et ratio eſt ſm. b. Tho. vbi. ſ. qa charitas eſt amicitia quędã. Oĩs aũt amicitia fundaf ſup̃ cõicatione vitę: ſed irrõnales creaturę non pñt cõicare in vita humana: qa illa eſt ſcd'm rõnem quã ipę non hñt. Itẽ talis amicitia charitatis fundaf ſup̃ cõicatione beatitudinis cuius non ſunt capaces: ſed diligi pñt ſicut bona q̃ aliis volumꝰ inquantũ volumꝰ ea cõſeruari ad gl'iam dei & vtilitatem hoĩm. Qui ſunt in purgatorio ꝓprie ex charitate diligẽdi ſunt & oẽs in mũdo viuẽtes. Vñ Proſper. Non illi tñ ꝓximi noſtri credẽdi ſunt q̃s nobis gradus ſanguinis iungit: ſed proximi noſtri credẽdi ſunt oẽs hoĩes noſtrę naturę ſicut dixi participes. de pœ. di. ij. non illi. Qd' pc̃tõres ſunt diligẽdi ex charitate. & quõ ſm b. Tho. ij. ij. q. xxv. In pc̃tõribus ſunt duo cõſiderãda. ſ. natura & culpa. Scd'm naturã q̃dẽ quã hñt a deo ſunt capaces beatitudinis ſup̃ cuius cõicatione fundaf amicitia charitatis. & ideo ſcd'm naturã diligendi ſunt ex charitate: ſecũdũ culpã aũt deo ꝯ̃rianf: & eſt in eis beatitudinis demeritum. Vñ ſecũdũ culpam qua deo aduerſanf ſunt pc̃tõres odiẽdi etiã pater: & mater: & qcũqꝫ propiqui ſcd'm ꝙ dr̃ Lucę. xiiij. Debemus em̃ in pc̃tõribus odire culpã & ꝙ pc̃tõres ſunt: et diligere ꝙ hoĩes ſunt beatitudinis capaces. & ad h̃ facit qd' dicit Leo pa. di. lxxxvj. odio. Odio habeanf pc̃tã nõ hoĩes: corripianf tumidi: tolerenf infirmi. Et qd' caſtigare ſeueriꝰ neceſſe eſt nõ ſęuientis animo fiat ſed medentis. Et ſecũdũ hoc intelligendũ eſt illud p̃s. cxviij. Iniquos odio habui. inquãtũ. ſ. ſunt iniqui: qd' eſt habere odio iniquitatem eoꝝ: & hoc eſt ꝑfectum odiũ. de quo idẽ ait p̃s. cxxxviij. Perfecto odio oderã illos. Hoc em̃ eſt odire malũ quod nocet eis quod ꝑtinet ad amorem eoꝝ. Nã eiuſdẽ rõnis ẽ odire malum alicuiꝰ & diligere bonũ eius: vtrũqꝫ em̃ ꝓcedit a charitate. Et nota ſcd'm be. Tho. ꝙ amicis peccãtibus ſicut dicit Ph̃s. ix. Ethi. nõ ſunt ſubtrahenda amicitię beneficia q̃uſqꝫ habef ſpes ſaluationis eoꝝ: ſed magis eſt eos adiuuãdũ ad reparationem v̾tutis q̃ ad recuperationem pecunię ſi eam amiſiſſent quãto virtus amicitię eſt magis affinis q̃ pecunia. Sed qñ in maximam malitiam incidũt & inſanabiles fiunt: tunc non eſt eis amicitiæ familiaritas exhibenda. Et ideo hmõi peccãtes de q̃bꝰ magis p̃ſumitur nocumentum aliorum q̃ eoꝝ emẽdatio: ſcd'm legem diuinam & hũanã præcipiunf occidi: ꝙ facit iudex non ex odio eoꝝ: ſed amore charitatis q̃ p̃fert bonum cõe particulari. Nec obſtat qd' dicit Ph̃s ꝙ amicoꝝ eſt cõuiuere. ſed cum pc̃tõribus admonet ſcriptura non conuerſari. ſcd'm illud. ij. ad Coꝝ. vj. Recedite de medio illoꝝ. Nã ſcd'm. b. Tho. vbi. ſ. duplex põt eſſe cõuictꝰ cũ pc̃tõribus. Vnꝰ eſt ſcd'm cõſortiũ pc̃tĩ aſſentiendo eis. & hoc ꝓhibef oĩbus. Nõ em̃ ſic debemus diligere pc̃tõres vt velimus qd' ipſi volũt: & de eis gaudeamus de quibꝰ gaudẽt. ſ. malis: qa hoc eſſet malis aſſentire ſed vt faciamus eos velle qd' nos iuſte volumus & gaudere de q̃bus nos recte gaudemꝰ. Vñ bea. Aug. de vitatione cõuictꝰ talium. ſ. ꝑ cõſenſum mali. ſic ait. xxiij. qõ. iiij. Recedite & exite inde pollutũ & immundum ne tetigeritis. ſ. in contactu cordis non corporis. Quid eſt em̃ tangere immundũ niſi conſentire pc̃tĩs: & qd eſt exire inde niſi facere qd' ꝑtinet ad correctionem eoꝝ quantum ſcd'm gradum vniuſcuiuſqꝫ ſalua pace fieri põt. Et alius conuictus conuerſationis familiaris & hic vitandus eſt ab infirmis ne ſubuertãtur. vñ dicif. xxviij. q. j. ſępe. Sæpe malorum conſortia bonos corrumpunt: quanto magis eos qui ad vitia proni ſunt. Sed ꝑfectis de quorum corruptione non timetur laudabile eſt ſicut xp̃s

An dæmones ſint ex charitate diligendi.

In quo fũdaf amicitia,

an pc̃tõres ſint ex charitate diligendi,

Vtrũ amicitiæ bñficia ſint ſubtrahẽda ab amicis peccãtibꝰ,



ſicut Chriſtus cum publicanis comedebat Mat. ix.

vtrũ inimicꝰ ſit ex charitate diligẽdus.

## §. I. DE DILECTIONE INIMICO

rũ. Nota ſm be. Tho. ij. ij. q. xxv. Dilectio inimicoꝝ põt tripliciter cõſiderari. Vno q̃dẽ modo vt inimici diliganf inquãtũ inimici. i. ſm vitiũ eoꝝ q̃ exercẽt inimicitiã. & hoc eſt peruerſum & charitati repugnat: quia hoc eſt diligere malum alterius. Scd'o modo poteſt accipi dilectio inimicorũ quãtũ ad naturã: ſed in vniuerſali. Et ſic dilectio inimicorũ eſt de neceſſitate charitatis: vt. ſ. aliquis diligens ꝓximum ab illa generalitate dilectionis ꝓximi inimicum nõ excludat. Et ſm hoc eſt intelligendũ illud dñi p̃cęptum Mat. v. diligite inimicos veſtros. quia vt dr̃. xiiij. q. j. c. vl. Qd' præcipif imperaf: qd' imperaf neceſſe eſt fieri. Tertio modo põt cõſiderari dilectio inimicorum in ſpeciali: vt. ſ. aliqs in ſpeciali moueaf motu dilectionis ad inimicum: & iſtud nõ eſt de neceſſitate charitatis abſolute: quia nec etiã moueri motu dilectionis in ſpeciali ad quoſlibet hoĩes ſingulariter eſt de neceſſitate charitatis: qa hoc eſt impoſſibile: eſt tñ de neceſſitate charitatis ſm prępararionem animi: vt. ſ. aliquis habeat animum præparatum ad hoc ꝙ in ſingulari diligat inimicum ſuũ ſi neceſſitas occurreret: ſed ꝙ abſqꝫ articulo neceſſitatis hoc etiã actu ĩpleat vt diligat inimicũ ꝓpter deũ: hoc ꝑtinet ad ꝑfectionẽ charitatis. Cũ em̃ ex charitate diligaf ꝓximus ꝓpter deũ: quãto magis aliqs diligit deũ: tanto etiam magis ad ꝓximũ delectationẽ oñdit nulla inimicitia impediẽte. Sicut ſi aliquis multũ diligeret aliquẽ amore ipſius eius filios amaret etiã ſibi inimicos. Et ſcd'm hoc intelligendum eſt v̾bum Aug. in Enchiridion dicentis ꝙ hoc tam magnũ bonũ. ſ. diligere inimicos non eſt tantæ multitudinis quãtũm credimus exaudiri in oratione cũ dr̃. Dimitte nobis debita noſtra. Intelligitur em̃ de dilectione quantum ad ꝑfectionẽ non neceſſitatem.

Signa dilectionis.

## §. II. DE SIGNIS AVTEM ET EFFE

ctibus dilectionis. Sciẽdũ ſcd'm b. Tho. ꝙ cũ ſigna & affectus charitatis ex interiori dilectiõe ꝓcedãt & ei ꝓportionenf. Sicut dilectio ad inimicũ in cõi q̃dẽ eſt de neceſſitate p̃cępti abſolute: in ſpeciali aũt nõ abſolute: ſed ſcd'm p̃parationẽ animi. Sic dicendũ de effectu & ſigno dilectiõis exteriori exhibendo: nã beneficia vel ſigna dilectiõis q̃ exhibenf ꝓximis in cõi. puta cũ quis orat ꝓ oĩbus fidelibus vl' cũ habet impẽdere aliqd' beneficiũ toti cõmunitati: tenef qs & inimicis hoc exhibere: ſeu ipſos non ab illis excludere ex neceſſitate p̃cępti: & cõtrarium faciendo pertineret ad liuorem vindictę: ſed beneficia vel ſigna dilectionis quę qs exhibet particularibus ꝑſonis: exhibere inimicis nõ eſt de neceſſitate ſalutis: niſi ſcd'm prępararionem animi: vt. ſ. qs præueniat in articulo neceſſitatis. Extra talem articulũ hoc facere pertinet ad perfectionem charitatis.

de his q̃ nos ad dilectionẽ ꝓximi inducunt & ſunt ſeptem.

## §. III. AD DILECTIONEM PROXI

morũ multa inducunt. Primũ eſt ſcriptura diuinalis quæ hoc frequenter mandat. Vñ Leui. xix. dr̃. Diliges amicum tuũ ſicut teipſum. Et idem rememoraf Luc. x. & Matt. xxij. ſed loco amici ponif nomen ꝓximi. j. Ioan. iiij. Diligamus nos inuicem. Et Chriſtus. Hoc eſt p̃cæptum meũ vt diligatis inuicem. Ioã. xv. Hiero. O mirã dei clementiã. O ineffabilem pietatem dei. p̃mium nobis pollicetur: ſi nos mutuo diligamus. Et ſi nobis ea præſtamus inuicẽ quibꝰ inuicem indigemus. Et nos ſuperbo inſuper & ingrato animo ei renitimur cuius imperium bñficium eſt. Scd'm eſt ratio cõditionalis. Naturaliter em̃ omne animal diligit ſibi ſimile. vt dr̃ Eccl'i. xiij. Et ſi hoc ſeruant irrationabilia etiam ſylueſtria: qa leo nõ nocet leoni: nec vrſꝰ vrſo: & hoc multo magis debet homo hoĩ ſeruare. Tertium eſt fraternitas naturalis. Malach. ij. Nunquid nõ pater eſt vnꝰ omnium noſtrũ. ſ. Adam. quare ergo deſpicit vnuſquiſqꝫ fratrem ſuũ. Aug. x. de ciui. dei dicit. Nihil tam diſcordioſum vitio: nihil tã ſociale natura ſicut genus humanum propterea voluit deꝰ creare parentẽ vnum. ſ. Adam. de quo multitudo propagaretur: vt hac admonitione in multis concors vnitas ſeruaretur. Quartum eſt germanitas ſpiritualis. Matt. xxiij. Patrem nolite vobis vocare ſuper terram: vnus eſt enim pater veſter qui in cœlis eſt. Omnes autẽ vos fratres eſtis b. Aug. Omnes quidẽ ſumus fratres ſcd'm ꝙ homines ſumꝰ: quanto magis ſcd'm ꝙ Chriſtiani ſumus: pater deus: mater eccleſia: hęreditas paradiſus. Quintũ eſt Chriſti & angeloꝝ exemplum. Ita em̃ chriſtus charum habuit proximum ꝙ ꝓ eius redemptione mori voluit. Apoc. j. Dilexit nos & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Angeli etiam cũ magna diligentia cuſtodiunt hoĩes. P̃s. xc. Angelis ſuis mãdauit de te vt cuſtodiant te in omnibus &c. Mat. xviij. Videte ne contẽnatis vnum de puſillis his qui in me credũt. Angeli enim eorum &c. Sextum qa multum eſt deo grata & beneplacita. Eccl'i. xxv. In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo quæ ſunt probata corã deo & hominibus. Concordia fratrum: amor proximorum: & vir & mulier bene ſibi cõſentientes. & merito. Si em̃ placet homini qui diligit & reueref ſimilitudinem & imaginem ſuam ſculptam: quanto magis debet diligi q̃ hoĩem: vbi eſt viua dei imago: amat & honorat. Inſuper & proximus eſt membrũ corporis xp̃i myſtici: vtiqꝫ placere debet deo qui diligit membra filij. Paulus ad Ro. Multi ſumus vnum corpus in Chriſto &c. Septimum eſt multiplex emolimẽtum qd' ſequif ex hmõi dilectione. Et primũ eſt victoria contra inimicum. Prouer. xviij. Frater qui iuuaf a fratre: quaſi ciuitas firma. Goliath inuitat ad ſingulare certamen. j. Reg. xvij. Econtrario Moyſes dicit. Si quis eſt dñi iungatur mihi. Exo. xxxij. Scd'm eſt bonorum abũdãtia. Quod em̃ deeſt homini in ſe habet in amico ſuo. Tertium eſt impetratio orationum. Mat. xviij. Vbi fuerint duo vel tres ꝯgregati in noĩe meo ibi ſum &c. ad exaudiẽdum. Quartum mutua exhortatio. Eccl's. iiij. Si fuerint duo mutuo fouebuntur vnus quõ caleſiet? Quintum cõſolatio. Prouerb. xxvij. Bonis conſiliis amici dulcoratur aĩa. Sextum eſt damnum qd' facit eius contrarium. ſ. odium & diſcordia b. Aug. de pœni. di. iiij. qui diuini. Qui diuini beneficij oblitus ſuas vult vindicare iniurias nõ ſolum de peccatis futuris veniam non merebitur: ſed q̃ dimiſſa fuiſſe ſibi gaudebat: imputabuntur ad pœnam.

De vtilitatibꝰ ſiue emolimẽtis dilectionis ꝓximi & ſunt ſex

## §. IIII. DE ORDINE DILECTIONIS

proximorum. Vtrum. ſ. ſit magis diligendus vnus q̃ alter. Ad quod reſpõdet b. Tho. ij. ij. q. xxvj. ꝙ opinio fuit quorũdam ꝙ oẽs proximi ſunt æqualiter ex charitate diligendi quantum ad affectum: ſed non quantum ad effectum exteriorẽ: ponentes ordinẽ dilectionis eſſe ſeruãdum quãtũ ad exteriora beneficia: vt. ſ. magis ea debeamus impendere ꝓximis q̃ alienis: non ſecũdũ interiorem affectum quem debemus habere æqualem: etiam oĩbus inimicis. Sed hãc opinionem dicit eſſe irrationabilem. & ratio eſt: quia non minus eſt ordinatus affectus charitatis q̃ eſt inclinatio gr̃æ: q̃ affectus naturalis qui eſt inclinatio naturę: vtraqꝫ em̃ inclinatio ex diuina ſapientia procedit. Videmus em̃ in naturalibus ꝙ inclinatio naturalis proportionaf actui: vl' motui qui conuenit naturæ vniuſcuiuſqꝫ: ſicut terra habet maiorem inclinationẽ grauitatis q̃ aqua: qa cõpetit ei eſſe ſub aqua. Oportet ẽ ꝙ inclinatio gr̃ę quę eſt affectus charitatis proportionef his q̃ exteriꝰ ſunt agẽda: vt. ſ. ad eos intenſiorẽ affectũ charitatis habeamus q̃bꝰ oportet vl' cõuenit nos bñficos eẽ: & ideo dicendum ꝙ etiã ſecũdũ affectũ oportet magis diligere vnũ proximorũ q̃ aliũ. Et ratio eſt: qa cum principiũ dilectiõis ſit deꝰ & ipſe diligẽs: neceſſe eſt ꝙ ſecũdũ propinq̃tatẽ maiorẽ ad alterũ iſtorũ pricipiorũ maior ſit dilectionis affectus. In oĩbus em̃ in q̃bus inuenif aliqd' principiũ: ordo attendif ꝑ comparationem ad illud principiũ. Qd' aũt dicit be. Aug. in lib. de doc. chriſtiana ꝙ omẽs hoĩes ęque diligendi ſunt. iſta ęqualitas intelligẽda eſt quãtum ad bonum quod optamus amico & in genere: qa oĩbꝰ hoĩbꝰ optare debemus ex charitate idem bonum in gñe. i. vitam æternam. Sed ad intenſionem actus non refertur: qa intenſius poſſumus & debemus diligere vnum q̃ alium. Vel etiam põt intelligi ꝙ oẽs ſunt ęque diligendi: ita. ſ. ꝙ nullus excludatur quantum ad beneuolentiam: ſed non ſic quo ad beneficentiã: qa cũ nõ poſſit vnus oĩbus ſubuenire: ita aliquibus prouidet ꝙ non aliis: qa non poteſt.

An oẽs homies ſunt ęq̃liter diligẽdi.

quõ verbũ Augu. intelligif. ſ. ꝙ omes ęq̃ ſunt diligendi.

## §. V. QVEM DEBEMVS MAGIS DI

ligere meliorẽ vel cõiunctiorẽ: Rñ. be. Tho. ij. ij. q. xxvj. ꝙ meliori debemꝰ diligere maius bonũ. Cõiunctiori debemꝰ diligere illd' bonũ qd ei amamꝰ intẽſius. Rõ huiꝰ eſt: qa dilectio habet ſpeciẽ ex ꝑte obiecti: ſed intẽſionẽ ex ꝑte diligẽtis. Obiectũ aũt ẽ deꝰ. Vñ ꝑ ꝯparationẽ ad obiectũ. i. deũ quãto qs ẽ ꝓpiquior deo: tãto ei debemꝰ velle maiꝰ bonũ iũctior.

quis ſit magis diligendus vtꝝ melior an nobis coniunctior.

ex charitate:qa licet vnũ bonũ ſit qđ vult charitas oĩb⁹.ſ. vita ęterna ẜm ſe:habet tñ diuerſos grad⁹ ẜm diuerſas btitudinis participationes:& hoc ptinet ad charitatẽ vt velit iuſtitiã dei ſeruari ẜm quã meliores pfecti⁹ btitudinẽ participãt:& hoc ptinet ad ſpeciẽ dilectionis. Sunt em̃ diuerſæ ſpẽs dilectiõis ſcđm diuerſa bona q̃ optam⁹ his quos diligim⁹ ex charitate. Inteſio aũt dilectiõis eſt attendenda per cõparationẽ ad ipm hoiem q diligit:& ſcđm hoc illos qui ſunt ſibi ppinquores inteſiori affectu diligit ad illud bonũ ad qđ eos diligit q̃ meliores ad mai⁹ bonũ. Eſt etiã ibi alia drĩa attẽdẽda:nã aliq pximi ſunt ppinqui nobis ſcđm naturalem originẽ a qua diſcedere nõ pñt:qa ſcđm ea ſunt id qđ ſunt:ſed bonitas ꝟtutis ſcđm quã aliq ppiquãt deo põt accedere & recedere: augeri & minui: vt patet ex ſupradictis. Et iõ poſſum⁹ ex charitate velle ꝙ iſte q eſt mihi ꝯiũctus ſit melior alio:& ſic ad maiorẽ gradũ btitudinis puenire poſſit. Eſt & alius mod⁹ quo plus diligim⁹ ex charitate nobis magis cõiũctos:qa.ſ.plurib⁹ modis eos diligim⁹. Ad eos em̃ q nõ ſunt nobis cõiũcti:nõ habem⁹ ad eos niſi amicitiã charitatis. Ad eos ꝟo q nobis cõiuncti ſunt habemus alias amicitias ẜm modũ ꝯiũctiõis eoꝝ ad nos. Cum aũt bonum ſup quo fundaꝛ oĩs alia amicitia honeſta ordineꝛ ſicut ad finẽ bonũ ſup quo fundaꝛ amicitia charitatis. ꝯñs eſt vt charitas iperet actũ cuiuſlibet amicitiæ alteri⁹. Et ſicut ars quæ eſt circa finẽ imperat arti q̃ eſt circa ea quę ſũt ad finẽ:puta ars medici arti aromatarij. ſic hoc ipm qđ eſt diligere aliquẽ:qa cõſanguineus vel qa cõiunct⁹:vl' qa cõciuis vel ppter q̃dcũq; aliud licitũ ordinabile in finem charitatis poteſt a charitate imperari & ita ex charitate eliciente cum imperante pluribus modis diligim⁹ magis nobis coniunctos.

## §.VI. VTRVM SIT MAGIS DILIGEN

*De charitate ꝙ illi qui ſunt nobis magis cõiũcti magis diligẽdi ſũt.*

dus qui eſt ꝯiũct⁹ ſcđm carnalẽ originẽ q̃ cõiunct⁹ ſecũdũ alias cõiũctiões? Rñdet ad hoc b.Tho.ij.ij.q.xxvj.ꝙ vt dictũ eſt, illi q ſunt nobis magis cõiuncti ſunt magis diligendi. tũ qa intenſius diligũt:tũ qa plurib⁹ diliguntꝛ rõnibus. Inteſio aũt dilectiõis eſt ex cõiũctiõe dilecti ad diligẽtẽ: & iõ diuerſoꝝ dilectio eſt mẽſuranda ſcđm diuerſã rõnẽ ꝯiũctiõis:vt.ſ.vnuſqſq; magis diligiꝛ i eo ꝙ ptinet ad illã cõiũctionẽ ẜm quã diligeret. Et vlterius cõparãda eſt dilectio dilectioni ẜm cõparationẽ ꝯiũctiõis ad cõiũctionẽ. Sic igiꝛ dicendũ eſt ꝙ amicitia cõſanguineoꝝ fundaꝛ in cõiũctiõe naturalis originis:amicitia ciuiũ in cõicatiõe ciuili:& amicitia cõmilitonũ in cõicatiõe bellica:& iõ i his q̃ ptinẽt ad naturã plus debem⁹ diligere conſanguineos. In his q̃ pertinẽt ad ciuilẽ conuerſationẽ plus debemus diligere cõciues. In his q̃ pertinent ad bellũ cõmilitones. vñ & phs dicit.ix. Ethi. ꝙ ſingulis ppa & congruẽtia eſt attribuẽdũ. Sic autẽ & facere videnꝛ ad nuptias:qdã vocãt cognatos: videtur vtiq; & nutrimenta parẽtib⁹ oportet ſufficere maxime & honorẽ patrię:& ſil'r etiã in alijs. Si aũt cõparemus coniunctionẽ ad cõiũctionẽ cõſtat ꝙ cõiũctio naturalis originis eſt prior & imobilior:qa eſt ſcđm id qđ ptinet ad ſubſtantiã. Alię aũt cõiũctiões ſunt ſupueniẽtes & remoueri pñt. Et iõ amicitia cõſanguineoꝝ eſt ſtabilior: ſed aliæ pũt eẽ potiores ſcđm id qđ ẽ ppriũ vnicuiq; amicitię. Et qa amicitia ſociorũ ppria electiõe ꝯhiꝛ in his q̃ ſub nr̃a electione cadũt:puta in agendis:iõ p̃põderat hmõi dilectioni cõſanguineoꝝ:vt.ſ.magis illis cõſentiamus in agendis. Sed amicitia cõſanguineoꝝ eſt ſtabilior:& p̃ualet in his q̃ ptinent ad naturã. Itẽ qđ b.Amb.dicit. Nõ vos min⁹ diligo quos per euangelium genui q̃ ſi cõiugio ſuſcæpiſſem. Intelligẽdum eſt quãtũ ad beneficia q̃ ptinent ad cõicationẽ grãe.ſ. de inſtructione morum. In hac em̃ debet homo magis ſubuenire filijs ſpiritualibus q̃ filijs carnalibus quibus teneꝛ puidere corporalibus ſubſidijs.

## §.VII. DE COMPARATIONE DILE

*an parẽtes ſunt magis diligendi q̃ filij.*

ctionis diuerſoꝝ cõſanguineoꝝ adinuicẽ. Et pr̃io ſi debet magis diligi ex charitate pater vel filius proprius? Ad qđ rñdet b.Tho.vbi.ſ.ꝙ gradus dilectionis ex duob⁹ penſari poteſt. Vno mõ ex parte obiecti. Et ſcđm hoc id qđ habet maiorẽ rõnẽ boni magis eſt diligẽdũ:& qđ eſt deo ſimili⁹. Et ſic pater magis diligẽd⁹ eſt q̃ filius:qa.ſ.patrẽ diligim⁹ ſub ratiõe principij qđ habet rõnẽ eminẽtioris boni. & iõ deo ſimilioris. Alio modo cõputaꝛ grad⁹ dilectiõis ex pte diligẽtis:& ſcđm hoc magis diligiꝛ qđ eſt cõiunctius. vñ ex hoc fili⁹ magis diligẽd⁹ eſt q̃ pater:qđ probat phs.viij. Ethi.quatuor rõnib⁹. Primo qdẽ qa parẽtes diligũt filios vt aliqd ſui exiſtẽtes:pater vero nõ eſt aliqd filij. & iõ dilectio qua pater diligit filiũ eſt ſil'ior dilectioni qua qs diligit ſeipm. Scđo ꝙ parentes magis ſciũt aliquos eſſe ſuos filios q̃ ecõuerſo. Tertio:qa filius eſt magis ppinquus parẽti:vtputa pars exñs q̃ pater filio ad quẽ habet habitudinẽ principij:Quarto qa parẽtes diuti⁹ amauerunt. Nã ſtatim pater incipit diligere filium. Fili⁹ aũt patrẽ procedẽte tpe. Dilectio aũt quãto eſt diuturnior tanto fortior. ſcđm illđ. Eccl'i.ix. Nõ dimittas amicum antiquum. nou⁹ em̃ nõ erit ſil'is illi. Et qa pricipio debeꝛ ſubiectio reuerẽtię & honor. Effectui aũt pportionabiliter cõpetit recipe influẽtiã principij & puiſionẽ ipſi⁹:& ppter h̃ parẽtib⁹ a filijs magis debeꝛ honor: filijs aũt magis debeꝛ cura puiſionis. Et ſecũdũ rõnẽ eminẽtioris boni naturaľr fili⁹ plus diligit patrem q̃ filiũ. & ſcđm hoc itelligẽdũ eſt ꝟbũ b.Amb.di.ꝙ poſt deũ plus diligẽdi ſũt parẽtes:deĩde filij:filijs aũt a parẽtib⁹ magis debeꝛ cura puiſiõis. & ſcđm hoc dicit apl's.ij.Coꝛ.xij. Nõ dñt filij theſaurizare parẽtib⁹:ſed parẽtes filijs & ſcđm rõnẽ maioris cõiũctiõis ad ſeipm plus qs diligit filium q̃ patrẽ. In articulo tñ neceſſitatis fili⁹ obligaꝛ magis pr̃i ex bñficijs ſuſcęptis vt parentibus maxime puideat.

*Qđ parentes ſint pl⁹ diligendi q̃ filij.*

## §. VIII. VTRVM AVTEM DEBEAT

*de cõparatiõe dilectiõis iter patrem & matrẽ qs magis diligẽdus.*

magis diligi pater vel mater? Rñ.be.Tho.ꝙ in iſtis cõparatiõib⁹ illud qđ dr̃ itelligẽdũ ẽ p ſe: vt videlicet intelligaꝛ eſſe q̃ſitũ de pr̃e inquãtum pr̃ eſt: an ſit plus diligendus q̃ mr̃ inquãtũ eſt mr̃. Põt em̃ in oĩbus hmõi eſſe tãta diſtãtia virtutis & malitiæ vt amicitia ſoluaꝛ vel minuaꝛ: vt dicit phs.viij.Ethi. & ideo vt Amb.dicit. boni domeſtici ſũt malis filijs p̃ponẽdi. Per ſe g̃ loquendo debet magis diligi pater q̃ mater: qđ etiã dicit Hiero.ſup Ezech.ꝙ poſt deũ diligendus eſt pater, deinde mater. Ratio hui⁹ eſt: qa vterq; diligiꝛ vt principiũ naturalis originis. Sed pater habet excellentiorẽ rõnẽ principij q̃ mater: qa pater eſt principium p modũ agẽtis: mater aũt p modum patiẽtis & materię. Nec obſtat quod phs dicit in lib.de generatione ꝙ fœmina dat corpus: ſed aĩam certum eſt ꝙ dat de⁹: qa in g̃natione hoĩs mater materiã miniſtrat corpis informẽ tñ. Formaꝛ autẽ p ꝟtutem formatiuã quę eſt in ſemine patris. Et q̃uis hęc virtus formatiua nõ poſſit cauſare aĩam rõnalem, diſponit tñ materiam corporalem ad hmõi formæ ſuſcęptionem.

## §.IX. VTRVM AVTEM DEBEAT

*Vtrum plus qs debeat diligere vxorẽ q̃ parẽtes.*

quis plus diligere vxorẽ q̃ parentes? Rñ.b.Tho.ꝙ gradus dilectionis. vt dictũ eſt. põt attendi & ſecũdũ rõnẽ boni & ſecũdũ rõnẽ coniunctionis ad diligentes. Secundum rõnẽ ergo boni quod eſt obiectum dilectionis magis ſunt diligendi parentes q̃ vxores qa diliguntur ſub ratione principij & eminentioris cuiuſdã boni. Secundum aũt rationem coniũctionis magis diliguꝛ vxores: quia vxor coniũgiꝛ viro vt vna caro: ſecũdũ illud Mat.xix. Itaq; non ſunt duo ſed vna caro. Et ideo intenſius diligitur vxor: ſed maior reuerẽtia eſt exhibenda parẽtib⁹ ſuis. Et cũ dr̃ Gen.ij. Propter hoc relinquet hõ patrẽ & matrẽ &c. Non eſt intelligẽdum ꝙ deſeranꝛ parẽtes quo ad oĩa: ſed quãtũ ad cohabitationem & copulã: ſed in alijs debet qs magis aſſiſtere parẽtib⁹ q̃ vxori. & qđ ait apl's ad Ephe.v.ꝙ viri dñt diligere vxores ſicut ſeipos. nõ ẽ itelligendũ ẽ q̃l'r ſicut ſe: ſed qa rõ dilectiõis vxoris ſumiꝛ ex ſui dilectiõe: hoc ẽ p ſiſitudinẽ.

## §.X. VTRVM DEBEAT QVIS MAGIS

*An bñfactor ſit magis diligẽd⁹ q̃ bñficiatus.*

diligere bñfactorẽ q̃ bñficiatũ? Ad hoc tñ be.Tho.vbi.ſ. ꝙ aliqd diligiꝛ dupl'r. vno mõ qa habet rationẽ excellẽtioris boni: & ſecũdũ debet diligi bñfactor: qa cũ ſit p̃ncipiũ i bñficiato habet rõnẽ maioris boni ſicut & de pr̃e dictũ ẽ ſ. Alio mõ diligiꝛ aliqd rõne maioris cõiũctiõis: et ſcđm hoc magis diligim⁹ bñficiatos: qđ pbat phs.ix.Ethi.p q̃tuor rõnes. Et pr̃ia ẽ. quia bñficiat⁹ eſt q̃ſi q̃ddã opus bñfactoris. vñ ꝯſueuit dici de aliq̃. Ille eſt factura illi⁹. Naturale aũt eſt cuilibet vt diligat opus ſuũ: ſicut poetę diligũt poemata ſua. Et hoc iõ eſt: quia vnũqđq; diligit ſuũ eſſe & ſuũ viuere: qđ manifeſtaꝛ maxime in ſuo agere. Scđa eſt: quia vnũqđq; naturaľr diligit id i q̃ aſpicit bonũ ſuũ: habet qdẽ & bñfactor i bñficiato aliqđ bonũ: & ecõuerſo. Sed bñfactor inſpicit in beneficiato ſuum bonum honeſtũ. Bñficiat⁹



ficiatus autẽ inſpicit in bñfactore ſuũ bonũ vtile. Bonũ autem honeſtum delectabilius cõſideratur q̃ bonũ vtile. tũ quia eſt diuturnius. Vtilitas em̃ cito trãſit & delectatio memorię non eſt ſicut delectatio rei pñtis. tũ etiã qa bona honeſta magis cum delectatione recolimus q̃ vtilitates q̃ nobis ab alijs puenerunt. Tertia eſt qa ad amãtẽ ptinet agere. vult em̃ & opaꝛ bonũ amato. ad amatum aũt ptinet pati & iõ excellenti⁹ eſt amare: & ppter hoc ad bñfactorẽ pertinet vt Plus amet. Quarta rõ eſt qa difficilius eſt impẽdere bñficia q̃ recipere. Ea ꝟo in quib⁹ magis laboram⁹ magis diligimus: q̃ ꝟo nobis de facili proueniunt magis contẽnimus. Non tñ dr̃ ꝙ q̃ſlibet bñficiatos plus debeam⁹ diligere quibuſlibet bñfactorib⁹. Nã bñfactores a quibus maxĩa bñficia recipim⁹ vt deũ & parentes præferimus his quib⁹ aliqua minora beneficia impendimus.

## §. XI. VTRVM ORDO CHARITA

tis maneat in pr̃ia? Rñdet b.Tho. vbi.ſ. Neceſſe eſt ordinẽ charitatis manere in patria: quantum ad hoc ꝙ deus diligaꝛ ſup oĩa. Hoc em̃ ſimpl'r erit tũc qñ hõ pfecte eo fruetur. Sed de ordine ſui ad alios diſtinguẽdũ videꝛ: qa ſicut. ſ. dictum eſt. Dilectiõis grad⁹ diſtigui põt vel ẜm drĩam boni qđ qs alteri exoptat: vl' ſecũdũ itẽſionẽ dilectiõis. Pr̃o qdẽ mõ pl⁹ diliget meliores q̃ ſeipm: min⁹ ꝟo min⁹ bonos: volet em̃ qlibet btũs vnũquẽq; hr̃e qđ ſibi debeꝛ ẜm diuinã iuſtitiã ppter cõformitatẽ volũtatis humanę ad diuinã. Nec tũc erit tp̃s pficiendi p meritum ad maius p̃miũ ſicut nũc accidit qñ põt hõ melioris & ꝟtutẽ & p̃miũ deſiderare. Sed tũc volũtas vniuſcuiuſq; in h̃ ſiſtet qđ eſt determinatũ diuinit⁹. Scđo ꝟo mõ aliqs plus diliget ſeipm q̃ pximũ etiã meliorẽ: qa intẽſio actus dilectionis puenit ex pte ſubiecti diligẽtis & ad hoc ẽt donũ charitatis vnicuiq; cõferꝛ a deo: vt pr̃o qdẽ mẽtẽ ſuã i deũ ordĩet: qđ ptinet ad dilectionẽ ſuipſi⁹: ſcđario vt ordinẽ ẽt aliarũ mẽtiũ i deũ velit vel etiã opeꝛ ẜm modũ ſuũ: ſed quãtũ ad ordinẽ pximoꝝ adinuicẽ ſimpl'r qs magis diligit meliorẽ ſcđm charitatis amorẽ: tota em̃ vita btã cõſiſtit in ordinatiõe mentis ad deũ. Vñ tot⁹ ordo dilectiõis btõꝝ cõſeruabiꝛ p comparationẽ ad deũ: vt.ſ. ille magis diligaꝛ & ppinqor ſibi habeaꝛ ab vnoquoq; q eſt ppinqor deo. Cõtinget tñ in pr̃ia ꝙ aliqs ſibi cõiũctũ plurib⁹ rõnib⁹ diliget: nõ em̃ tũc ceſſabũt ab aĩo btĩ honeſtę dilectiõis cauſę: tñ oĩb⁹ iſtis rõnib⁹ p̃ferꝛ incõpabil'r rõ dilectiõis q̃ ſumiꝛ ex ppĩqtate ad deũ.

*Adde qđ dicit Eraſ. ꝙ tunica pallio pxia ẽ.*

¶De charitate quo ad p̃cęptum decalogi. Cap.V.

CONSEQVENTER EST VIDENdũ de charitate p reſpectũ ad p̃cæptũ. Dicit em̃ xp̃s mat.xxij. Diliges dñm deũ tuũ ex toto &c. hoc ẽ maximũ & pximũ mãdatum. Scđm autẽ ſil'e eſt huic. Diliges pximũ tuũ ſicut teipm. In his duobus mãdatis vni lex pen. & pph̃e. Primo igiꝛ videndũ eſt quõ de charitate fuit dãdũ p̃cęptũ. Pro cui⁹ declaratiõe dicit.b. Tho.ij.ij.q.xliiij.ꝙ p̃cęptũ iportat rõnẽ debiti. Eſt aũt aliqđ debitũ dupl'r. Vno mõ p ſe. Alio mõ ppter aliud. Per ſe qdẽ debitũ eſt i vnoq̃q; negotio id qđ eſt finis: qa habet p ſe rõnẽ boni. Propter aliud aũt eſt debitũ qđ ordiaꝛ ad finẽ: ſicut medico p ſe ẽ debitũ vt ſanet ppꝛ aliud vt det medicinã ad ſanãdũ. Finis ſpũalis vitę eſt: vt hõ vniaꝛ deo qđ fit p charitatẽ. Et ad hoc ordinãꝛ ſicut ad finẽ oĩa q̃ ptinẽt ad ſpũalẽ vitã. Vñ & apl's dicit.j.ad Tim̃.j. finis p̃cæpti eſt charitas de corde puro: cõſcĩa bona: & fide nõ ficta. Omnes em̃ ꝟtutes de q̃rũ actib⁹ dãꝛ p̃cæpta ordinanꝛ vel ad purificandũ cor a turbinib⁹ paſſionum: ſicut ꝟtutes q̃ ſunt circa paſſiões: vel ſaltẽ ad habẽdã bonã cõſciẽtiã ſicut virtutes q̃ ſunt circa opatiões: vel ad habendã rectã fidẽ: ſicut alia q̃ ptinent ad dei cultũ. Et hęc tria requirũꝛ ad diligẽdũ deũ. Nã cor impurũ a dei dilectiõe abſtrahiꝛ ppter paſſiones inclinantiũ ad terrena. Cõſcĩa em̃ mala facit horrere diuinam iuſticiam ppter timorem pœnę. Fides aũt ficta trahit affectũ in id qđ de deo fingiꝛ ſeparãs a dei ꝟitate. In quolibet aũt gñe id qđ eſt p ſe, eſt poti⁹ eo qđ eſt propter aliud: & ideo maximũ eſt p̃cæptũ de charitate: vt diciꝛ Mat.xxij. Quãuis aũt dilectio dei ſit finis ad quẽ ordinatur dilectio proximi: tamen dari oportuit p̃cæptum nõ ſolum de dilectione dei: ſed etiã aliud de dilectione pximi ppter minus capaces q non de facili cõſiderarent vnum horum p̃cæptorum ſub alio contineri. Et q̃uis charitas ſit vna virtus: habet tñ duos act⁹.ſ. diligere deum & diligere proximũ: quorum vnus ordinaꝛ ad alium ſicut ad finem. Vnde in dilectione proximi includitur dilectio dei ſicut finis in eo qđ eſt ad finem: & econuerſo.

*Aliqd debitũ dr̃ dupl'r.*

*Quare neceſſe fuit dare p̃cæptũ de dilectione dei et pximi.*

## §.I. FINIS PRECEPTI EST CHARI

tas de corde puro: cõſcĩa bona: & fide nõ ficta. j. ad Tim̃.j. Quanta bona hinc ſequanꝛ. habes de pœ.di.ij.ergo. Et circa dictam autoritatem poſſunt tria notari.

¶Primũ eſt neceſſitas obſeruationis: ibi. finis p̃cępti.
¶Scđm eſt p̃cioſitas ordinationis: ibi. charitas.
¶Tertiũ eſt ſynceritas dilectiõis: ibi. de corde puro.

Quãtum ad primũ ſcđm phm propter qđ vnũ qđq; tale & illud magis. Oĩa p̃cępta ſunt neceſſaria cũ ordinenꝛ ad charitatẽ vt finẽ: ergo ipſa multo magis eſt neceſſaria. Eſt aũt hoc p̃cæptum lucidũ, breue, vtile, & leue. Eſt lucidum quidem. p̃s.xviij. Præcæptum dñi lucidũ. Et hoc ne quis dicat: nõ licuit mihi intelligere. Breue ne quis dicat: nõ potui vacare vel retinere. Abbreuiatum faciet deus verbum ſup terrã. Vtile. p̃s.cxviij. Bonũ mihi lex oris tui ſup millia auri & argenti. Leue. Nihil em̃ dulcius & leuius charitate. Mat.xj. Onus meum leue. Precioſitas patet ex nomine charitatis. vnde charitas quaſi chara vnitas: quia vnit nos cũ omnibus vtiliter. apl's ad Ephe.iij. Vt poſſitis comprehẽdere cũ oĩbus ſanctis quæ ſit lõgitudo, latitudo, ſublimitas, & pfundum.ſ.charitatis. Eius ſublimitas eſt quia vnit nos cum deo abſolute.i. propter ſe. Profundum ei⁹ quia vnit nos cum his qui ſunt in purgatorio. Eius latitudo eſt: quia vnit nos cum oĩbus viuentibus bonis & malis: amicis & inimicis. Eius longitudo: qa vnit nos cum præcedẽtibus, pñtibus, & futuris: vel vſq; in finẽ. Synceritas innuitur de corde puro.i. nõ ficto vel infecto vel mixto cupiditate. Cõſcientia bona.i. non erronea: & fide non ficta.i. ſine errore vel ſine hypocriſi. Sciendum etiã ꝙ omnia præcæpta decalogi ordinanꝛ ad dilectionẽ dei & pximi. ideo p̃cæpta charitatis non fuerunt annumeranda inter pręcępta decalogi: ſed in omnibus includuntur. Et q̃uis modus dilectiõis nõ cadat ſub illis p̃cæptis quæ dantur de alijs actibus virtutũ puta ſub hoc præcæpto. Honora patrem tuum & matrem: non cadit hoc ꝙ ex charitate fiat: cadit tamẽ actus dilectionis ſub ſpeciali præcæpto.

*Charitas vñ dicitur.*

## §.II. DE DILECTIONE SVFFICIEN

ter ſunt data tñ illa duo p̃cępta. vñ Chriſt⁹ dicit Mat. xxij. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & prophetæ. Ratio huius eſt ẜm b.Tho.vbi.ſ.arti.iij. Charitas eſt amicitia q̃dã: amicitia aũt eſt ad alterũ. vñ Greg. dicit ꝙ charitas ad minus q̃ inter duos haberi nõ põt. Cũ autẽ dilectio & amor ſit boni: bonũ aũt ſit vel finis: vel id qđ eſt ad finem: conuenienter de charitate duo p̃cępta ſufficiunt: vnũ quo inducimur ad diligẽdũ deum ſicut finem. Aliud quo inducimur ad diligendũ pximũ ppter deũ ſicut ppter finem. De dilectione ſui & corporis ſui quæ etiam diligẽda ſunt, dicit b.Augu.ꝙ nulla fuerunt dãda p̃cæpta. Et rõ eſt: quia quantumlibet qs excidat a veritate: remanet tamẽ ſp in eo dilectio ſui & corpis ſui. Sed mod⁹ diligẽdi pręcipiẽdus erat hoĩ: vt.ſ. ſe ordinate diliget & corpus ſuũ qđ fit p hoc ꝙ nõ diligit deũ & proximũ. Item q̃uis p̃cæpta denꝛ de actibus virtutũ: & charitas habeat plures actus: videlicet dilectionẽ, gaudiũ, pacẽ, bñficentiã: tñ qa primus & pricipalis actus charitatis eſt dilectio: & ex eo conſequunꝛ alij ſicut effectus ex cã: ideo in p̃cæptis dilectionis includũtur pręcępta de alijs actibus ex ea procedentibus: & tamen propter tardiores inueniũtur de ſingulis explicita p̃cæpta. De gaudio quidẽ ad Phil'.iiij. Gaudete in dño ſemp &c. De pace ad Heb.xij. Pacem ſequimini cum oĩb⁹. De beneficẽtia. ad Gal'.vlti. Dum tempus habemus opemur bonũ ad oẽs. De ſingulis etiã partibus beneficẽtię inueniuntur p̃cæpta in ſacra ſcriptura: vt patet intuenti. Item qa plus eſt opari bonũ q̃ vitare malũ: ideo in p̃cæptis affirmatiuis p q̃ p̃cipiꝛ facere bonũ: vt diligere, gaudere, benefacere, pacem habere includunꝛ p̃cępta negatiua quib⁹ prohibeꝛ malũ facere: vt nõ odire, nõ accidiari, nõ inuidere, nõ diſcordare, nõ ſcandalizare. Et tñ inueniunꝛ explicita pręcępta data cõtra hmõi vitia oppoſita charitati. Nam cõtra odium dr̃ Leui.xix. Non oderis fratrem tuum in corde tuo. Cõtra accidiã dr̃ Eccl'i.vj. Nõ accidieris in vinculis eius. Contra inuidiã

*Q̃ non fuerunt dãda p̃cępta de dilectione ſui: rõ ponitur.*

*Sãcti⁹ ẽ opari bonũ q̃ vitare malum.*

dr̄ ad Gal'.vj. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi inuicẽ prouocãtes: inuicẽ inuidẽtes Cõtra diſcordiam.j. Cor.vj. Idipm̃ dicatis oẽs & non ſint in vobis ſchiſmata. Contra ſcandalũ, Roma.xiiij. Non ponatis ſcandalũ vel offendiculum. Et de dictis peccatis habes.ſ.in.ij.parte. De actib⁹ ꝟo charitatis in ſequẽtibus capitulis.

## §.III. DECLARATIO PRECEPTI DE

quid ſit vl' quõ ĩtelligit diligere deũ ex toto corde.

dilectiõe dei ſcd'm b.Tho.ij.ij.q.xliiij.arti.iiij. Hoc p̃cæptũ inueniſ diuerſimode traditũ in diuerſis locis. Nam Deut.vj. ponunſ tria.ſ. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo: & ex tota aĩa tua: & ex tota fortitudine tua. Mat.xxij. ponũtur duo horum.ſ.ex toto corde: & ex tota anima & omittitur ex tota fortitudĩe: ſed additur ex tota mẽte. ſed Mar.xij. ponũſ q̃tuor.ſ.ex toto corde: & ex tota mẽte: ex tota aĩa: & ex tota ꝟtute: quę eſt idẽ cũ fortitudine. Hęc etiã quatuor tãgunſ. Lu.x. Nam loco fortitudinis ſeu virtutis poniſ ex oĩbus viribus tuis. Et ideo horum quatuor eſt ratio aſſignanda. Prima expoſitio. eſt igiſ conſiderãda ꝙ dilectio eſt act⁹ voluntatis q̃ ſignificaſ ꝑ cor. Nam ſicut cor corporale eſt principiũ oĩm corporalium motuum: ita etiã volũtas: & maxĩe quãtũ ad intẽtionẽ finis vltimi qd' eſt obiectũ charitatis: eſt pricipiũ oĩm ſpũaliũ motuũ. Tria aũt ſunt pricipia actuũ q̃ mouenſ a volũtate.ſ.intellect⁹ q ſignificaſ per mentẽ. Vis appetitiua interior q̃ ſignificaſ ꝑ aĩam. Et vis executiua exterior q̃ ſignificaſ ꝑ fortitudinẽ ſeu ꝟtutẽ ſeu vires. Pręcipiſ g̊ nobis vt tota intẽtio nr̃a feraſ in deũ qd' eſt ex toto corde: & ꝙ intellect⁹ noſter ſubdaſ deo qd' ẽ ex tota mẽte: & ꝙ appetitus noſter reguleſ ſm deũ qd' ẽ ex tota aĩa: & ꝙ exterior act⁹ noſter obediat deo: qd' ẽ ex tota fortitudine vel virtute vel viribus. Alia expõ: qdã dicunt ex toto corde.i.ĩtellectu: aĩa.i.volũtate: mẽte: id eſt memoria. Tertia expoſitio: ſm bea. Grego. Niz. Per qd' ſignificaſ aĩa vegetabilis. Per animã, ſenſitiua aĩa. Per mentem memoria: qa hoc nutrimur ſentimus & intelligim⁹: debemus in deum referre. De hoc qd' dr̄ ex tota voluntate. Pro cuius declaratione nota ſm.b.Tho. vbi.ſ. ꝙ p̃cæpta danſ de actibus virtutũ. Reqriſ aũt ad actũ virtutis nõ ſolum ꝙ cadat ſuꝑ debitã materiam: ſed etiã ꝙ veſtiaſ debitis circunſtantijs q̃bus ſit ꝓportionatus tali materię. Deus autẽ eſt diligẽdus ſicut finis vltimus: ad quem oĩa ſunt referẽda. Et ideo totalitas quædam fuit deſignanda circa hoc p̃cæptũ de dilectione dei ad hoc innuendũ. Dupl'r aũt contingit diligere deum ex toto corde. Vno mõ in actu: vt.ſ. totũ cor hoĩs ſemꝑ actual'r feraſ ĩ deũ: & iſta eſt ꝑfectio patriæ. Alio mõ vt habitual'r totũ cor hoĩs in deũ feraſ: ita.ſ. ꝙ nihil contra dei dilectionẽ cor hoĩs recipiat: & hæc eſt ꝑfectio vię cui nõ contrariaſ pc̃m̃ veniale: qa non tollit habitũ charitatis: cũ non tẽdit in oppoſitũ obiectũ: ſed ſolũ impedit charitatis vſum. Scd'm primũ modũ impleſ illud p̃cęptũ perfecte. ꝑ ſcd'm modũ impleſ imꝑfecte. Diciſ eñ tunc ꝑfecte impleri p̃cęptum qñ ꝑueniſ ad finẽ quẽ intendit p̃cipiens. Imꝑfecte aũt qñ etſi non ꝑueniſ ad finẽ p̃cipiẽtis: nõ tñ recediſ ab ordine ad finem. Sicut ſi dux p̃cipiat militibus vt pugnent. Ille ꝑfecte implet illud p̃cęptũ qui pugnando hoſtẽ vincit quod dux intendit. Imꝑfecte aũt cuius pugna ad victoriam nõ attingit: non tñ cõtra diſciplinã militarẽ agit. Intendit aũt deus ꝑ hoc p̃cęptũ vt ꝑfecte homo deo vniaſ quod erit in patria. Et ideo tũc ꝑfecte implebiſ: hic autem imꝑfecte. Tanto aũt ꝑfectius quãto magis accediſ ꝑ ſiſitudinẽ ad ꝑfectionẽ patriæ. vñ Hiero. Charitas in quibuſdã eſt ꝑfecta: in quibuſdã imꝑfecta: ꝑfectiſſima aũt in hac vita haberi nõ põt. de pœ. di.ij. charitas. Quõ de⁹ diligitur ex toto corde: & ex tota aĩa: & ex tota mente vel virtute. Ber. Diſce o chriſtiane a Chriſto quemadmodum diligas Chriſtũ: diſce amare fortiter, dulciter, & prudenter. Dulciter ne illecti. Prudenter ne decæpti. Fortiter ne depreſſi ab amore dñi auertamur. Hoc eſt amare ex toto corde: & ex tota aĩa: & ex tota fortitudine vel virtute. Dulciter amat ait idẽ cũ Chriſto paſſo cõpatiſ, cõpũgiſ, & moueſ. Sapiẽter ſeu prudenter q a eccleſiaſtici ſenſus puritate: nulla deuiat ꝟſiſitudine: & q diſcretionis metã nulla ſupſtitiõe vel leuitate vl' ſpũs feruentioris vehementia deſerit. Amor fortis eſt cum nulla vi laborꝫ vel tormentorum: vel etiã metu mortis: iuſtitia deſeriſ. Itẽ ex ſumma ꝟtutũ Guil'. pñt illa tria ad tres vires aĩæ referri. Cor ad iraſcibilẽ: qa in corde magnanimitas. Aĩa ad cõcupiſcibilem: qa eius eſt velle. Mens ad rõnalem: qa eius eſt meditari. Totis g̊ his tribus viribus deum amat: cũ vis rõnalis a deo ſolo deſiderat illuminari: & ab eo ſolo poſſe ſe ſapientẽ fieri credit: cũ vis concupiſcibilis reputat deum gaudiũ ſuum: & in illo ſolo gaudere q̃rit. Et cũ vis iraſcibilis ĩ illo ſolo gloriari deſiderat: aliam gl'iam cõtinens. Itẽ Guil'. vbi.ſ. ex toto corde diligit deum.i.ĩtellectu: q intellectũ ſuũ in obſequiũ Chriſti captiuat: & q ſtudiũ ſuum Chriſto dat. & q ad viſionẽ dei toto deſiderio anhelat. Primũ.i. captiuare intellectũ ſuũ. de quo ait apl'us.ij. Cor.x. In captiuitatẽ redigẽtes oẽm ĩtellectũ in obſequiũ Chriſti. Fit tripl'r iſta captiuatio. Primo vt in his q̃ ſunt fidei deo obediamus. Hilarius. Soli deo de ſe credẽdum eſt: qui ſe ſolũ nouit. Scd'o vt male de nobis & bene de proximis ſentiamus & circa noſmetipſos intẽdẽtes ab alijs oculos auertamus. Señ. Qd' hoĩes libenter faciunt de alijs de te apud te male exiſtima. Tertio vt ſenſum ſuperioris noſtri ſenſui noſtro p̃feramus & ꝑmaxime in religione. Vñ Ber. Lignum ſcientiæ boni & mali cẽſura diſcretionis eſt in religiõe penes patrẽ ſpũalẽ. Scd'm.i. ſtudiũ ſuũ dare deo: fit etiã hoc tripl'r. Primo dũ ea quib⁹ adiuuamur in deum ab eis quibus impedimur: ſagaciter diſcernuntur qd' pertinet ad prudentiam ſm Aug. Secũdo cũ doctrinam Chriſtũ neſcientẽ faſtidit. Ber. Si diſputas aut cõferas: non ſapiat niſi ſonuerit ibi Chriſtus. Tertio qui in creaturis deum intelligit ad Ro.j. Inuiſibilia dei ꝑ ea q̃ facta ſunt &c. Tertium.i. anhelare ad dei viſionẽ. Fit ſeu ad hoc iuuat mundi contẽptus: meditatio dei: & peccati deteſtatio. Ex tota anima ſeu voluntate amat deum quis tripl'r. Qui ꝑfecte obedit: quẽ nec timor mali tranſitorij exterret: & quem nec gaudiũ ſeculi: nec amor boni tranſitorij ab obedientia retrahit. Et tota mente ſeu memoria amat deum qs tripl'r. Quia.ſ. ea quæ deo diſplicẽt & ab amore ei⁹ retrahunt: obliuioni tradit vt iniurię nobis illatę q̃ dũ irroganſ ſunt quaſi ferrũ in vulnere qd' vulneribus ſanationẽ impedit. Scd'o qa ea quæ ad timorem ꝑtinent & ſalutẽ aĩarum memorię cõmendat. Tertio quẽ magnus dei amor de alio q̃ꝫ de deo diu cogitare nõ ſinit: ſicut ſolet accidere fatue amãtibus: q nõ pñt obliuiſci qd' amãt. Ber. O amor impetuoſiſſime q p̃ter te aliud cogitare nõ ſinis. Prouer.xxiij. Fili p̃be mihi cor tuũ. ait deus.

## §.IIII. DECLARATIO PRECEPTI DE

De mõ dilectionis ꝓximi & rõ q̃re ꝓxim⁹ ẽ diligẽdus

dilectione ꝓximi: cum.ſ. diciſ. Diliges ꝓximum tuũ ſicut teipm̃. Mat.xxij. Hoc ſiquidẽ p̃cęptum ſcd'm.b.Tho.ij.ij.q.xliiij. cõuenienter tradiſ. Tãgiſ eñ in eo diligẽdi rõ & modus dilectionis. Ratio diligendi tradiſ in eo ꝙ ꝓxim⁹ nominaſ: ꝓpter hoc eñ debem⁹ alios ex charitate diligere qa ſunt nobis ꝓximi & ſm naturalem dei imaginem: & ſm capacitatẽ glorię. Nec refert vtrũ dicaſ ꝓxim⁹ vl' frater: vt habeſ.j.Ioã.iiij. vel amic⁹. vt Leuit.xix. Per oĩa hæc eadem affinitas deſignatur. Modus aũt dilectionis tangiſ cũ diciſ Sicut teipm̃. Qd' non eſt intelligendũ ꝙ aliquis carnaliter diligat ſibi proximum: ſed ſil'r ſibi. Et hoc tripl'r. Primo quidem ex parte finis: vt.ſ. diligat ꝓximũ ꝓpter deũ: ſicut debet diligere ſeipm̃: vt ſic ſit dilectio proximi ſancta. Scd'a ex parte regulę dilectionis: vt.ſ. non condeſcẽdat ꝓximo in aliquo malo ſed ſolũ in bonis ſicut & volũtati ſuę ſatiſfacere debet hõ ſolũ in bonis: vt ſic ſit dilectio ꝓximi iuſta. Tertio ex parte rõnis dilectionis: vt.ſ. nõ diligat aliqs ꝓximũ ꝓpter ꝓpriam vtilitatẽ vel delectationẽ: ſed ea rõne ꝙ velit ꝓximo bonũ ſicut vult bonũ ſibijp̃i: vt ſic ꝓximi dilectio ſit vera. Nã cũ quis diligit proximũ ꝓpter ſuã vtilitatem vel delectationẽ non diligit ꝓximũ ſed ſeipm̃. Btũs Aug. quoqꝫ dicit.xxiij.q.iiij. debet. Debet hõ diligere ꝓximũ ſicut ſeipm̃: vt oẽm hoĩem quẽ potuerit vel beneficentię cõſolatione: vel coertione diſciplinę vel informatione doctrinę, inducat ad colendum deum. Proſper in lib.iij. de vita contẽplatiua.c.xv. dicit. Proinde proximos ſicut noſmetipſos diligimus: quando ad bonos mores & ad vitam æternam conſequendam ſicut nobis ſaluti eorum conſulimus: quando nos in eorum peccatis & periculis cogitam⁹. Et ſicut nobis ſubueniri optarem⁹: ita eis ſubueniam⁹: aut ſi facultas defuerit voluntatem tñ ſubueniendi tenemus. de pœ. diſt.ij. proinde.

Quõ intelligiſ ꝟbum: ſicut teipſum.

## §.V. QVOD DEBEMVS PROXIMVM

debem⁹ ꝓximũ ſic. chriſtus nos dilexit diligere tripliciamore.

diligere ſicut Chriſtus dilexit nos. Sic enim nobis præcæpit dicens Io.xv. Hoc eſt p̃cęptũ meũ vt diligatis inuicẽ ſicut dilexit



cut dilexit vos. Dilexit aũt nos Chriſt⁹ tripl'r: in quo debemus eũ imitari.ſ. amore gratuito: amore diſcreto: amore vehementi & fructuoſo. Primo quidẽ amore: gratuito.i. amore nobis gratis dato ſine meritis p̃cedẽtib⁹ noſtris.j. Io.iiij. In hoc eſt charitas dei: non quaſi nos diliximus eũ: ſed qm̃ ipſe prior dilexit nos. Sic debem⁹ proximos diligere. Et nõ ſicut faciunt quidã qui nolunt amare niſi eos a quibus primo noſcunſ amari Matt.v. Si diligitis tm̃ eos qui vos diligunt: quid amplius facitis nõne Ethnici hoc faciunt? Nec amauit nos chriſt⁹ propter ſuã vtilitatẽ ſed propter noſtrã. Non vt a nobis acciperet: ſed vt nobis daret. Sene. Amicus qui vtilitatis cã aſſumptus eſt tandiu placebit q̃ꝫdiu vtilis erit. Scd'o amauit nos Chriſtus amore diſcreto. Amor diſcretus eſt quo ꝑſonas amamus & vitia perſequimur: nec ſic ꝑſonis cõdeſcendit ꝙ vitijs impliceſ: Bernar. Chriſt⁹ in carnis aſſumptione condeſcendit mihi: in culpę vitatione cõſuluit mihi. Vñ de eo dr̄ Eſa.vij. Butyrũ & mel comedet vt ſciat reprobare malum & eligere bonum. Sic & nos debemus proximos diligere vt non aſſentiamus eis in malo ſicut fecit Adam Euę. Ad Rom.xiij. Dilectio proximi malum non operatur. Tulius in lib. de amicitia. Nulla eſt excuſatio ſi amicitię cã peccaueris. Amicitia mũdi a poſteriori.i. in malo ligat homines vt vulpeculas Samſon Iud'.xv. quia facit eos concordes in malo: ſicut facti ſunt amici Herodes & Pilatus ad Chriſtum affligendum. Tertio amauit nos Chriſtus amore fructuoſo & vehementi. Io.xv. Maiorem hãc dilectionẽ nemo habet q̃ꝫ vt animã ſuam ponat qs pro amicis ſuis. Et ſic nos debemus proximum diligere vt cum expedit etiam mortem pro eo ſuſtineamus.j. Ioan.iij. In hoc cognouimus charitatem dei qm̃ ipſe animam ſuam.i. vitam pro nobis poſuit & nos debemus pro fratrib⁹ animas ponere. Et nota ꝙ Chriſtus interrogauit ter Petrum ſi eum diligeret plus ceteris. vt hr̄ Io.vlt. Simon Ioannis inquit diligis me plus his. Et Petrus reſpõdit. Domine tu ſcis quia amo te Ad annuendum ꝙ debet quis ita vehementer amare proximum vt bona temporalia & obſequia corporalia & exercitia ſpũalis conſolationis & neceſſaria det pro ſalute proximi: ſicut apl's Paulus qui pauperibus fidelib⁹ procurabat eleemoſynas: diſcurrebat per orbem: nocte laborans manibus ſuis ne alios grauaret. Et anathema eſſe optabat a Chriſto pro fratribus ſuis ad Ro.xj.i. ſeparatus a conſolationibus contemplationis. Vel melius etiam vltra ſubſtantiam & laborem corporis etiam ipſam vitam. Vñ & in huius ſignum in tertia interrogatione Petrus contriſtatus eſt: quia natural'r quilibet triſtaſ de morte. Et ſic ꝑſeueranter diligiſ proxim⁹: qa vſqꝫ ad mortẽ ſicut fecit Chriſtus qui in finẽ dilexit eos. Io.xiij.

Qꝫ chriſtus nos amauit amore diſcreto

¶ De principali actu charitatis qui eſt dilectio. Cap.VI.

## VLTIMO VIDENDVM EST DE

Qd ĩ primus & pricipalis act⁹ charitatis eſt amare, rõ ponitur.

actibus charitatis. Et primo de actu eius principali: qui eſt dilectio. Circa quod ſciendum ſecũdum.b.Tho.ij.ij.q.xxij. ꝙ cum charitas vt dictum eſt ſit quędam amicitia: & amicitia ſcd'm pħm.viij. Ethi. magis conſiſtat in amare q̃ꝫ in amari: ideo etiam charitati magis conuenit amare q̃ꝫ amari. Huius ratio eſt: quia amare conuenit charitati inquantum eſt charitas. Nam cũ charitas ſit quędam amicitia ſcd'm ſuam eſſentiam habet inclinationem ad proprium actum. Amari autem non eſt actus charitatis ipſius q amat: ſed actus eius eſt amare. Amari autem competit ei ſcd'm cõmunem rationem boni pro ut.ſ. ad eius bonum alius ad actum charitatis mouetur. Vnde manifeſtum eſt ꝙ charitati magis cõuenit amare q̃ꝫ amari. Huius etiam duplex eſt ſignum. Primũ quia amici magis laudantur ex hoc ꝙ amant q̃ꝫ ex hoc ꝙ amantur: qnimmo ſi amentur & nõ amant vituperanſ. Scd'o qa matres q̃ maxime amant plus q̃runt amare q̃ꝫ amari filios. Quãuis autem homines communiter magis velint amari q̃ꝫ amare hoc propterea vt dicit philoſophus.viij. Ethi. quia homines volunt amari inquantum volunt honorari. Sicut honor exhibetur alicui vt quoddam teſtimonium boni in eo qui honoratur: ita per hoc ꝙ aliquis amatur oſtenditur in ipſo eſſe aliquod bonũ: quia ſolũ bonũ amabile eſt. Sic igitur quęrunt hoĩes amari ſicut honorari propter aliud.ſ. ad manifeſtationem boni in amato exiſtentis. Amare autem q̃runt charitatẽ habẽtes ſm ſe quaſi ipm̃ ſit bonũ charitatis ſicut & quilibet virtutis actus eſt bonum virtutis illius. Vnde magis pertinet ad charitatẽ velle amare q̃ꝫ amari: qa magis eſt quod eſt ſm ſe q̃ꝫ quod eſt ꝓpter aliud.

## §.I. QVOD DEVS DILIGENDVS EST

Quõ diligẽdus eſt deus ꝓpter ſe ipm̃ et quõ ĩtelligiſ ly ꝓpter.

propter ſeipſum: hoc ſic probatur. Solo deo fruendum eſt. Frui aũt eſt amare & inhęrere rei propter ſe ſm beatũ Augu. & ponitur primo ſen. diſ.j. ergo diligẽdus eſt de⁹ ꝓpter ſeipm̃ & ipſe ſolus hoc modo. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho.ij.ij.q.xxvj. ꝙ ly ꝓpter importat habitudinẽ alicuius cauſæ. Eſt autem quadruplex gen⁹ cauſæ.ſ. finalis, formalis, efficiens, & materialis. Ad quã etiã reduciſ materialis diſpoſitio q̃ nõ eſt cauſa ſimpliciter: ſed ſm quid. Et ſm hęc quatuor genera cauſarũ dr̄ aliqd diligi. Scd'm quidem genus cauſæ finalis: ſicut diligim⁹ medicinã ꝓpter ſanitatẽ. Scd'm genus cauſæ formalis ſic diligimus hoĩem ꝓpter virtutẽ: qa virtute formaliter eſt bon⁹: & per ꝯñs diligibilis. Scd'm cãm efficientẽ ſic diligim⁹ aliquos inquãtũ ſunt filij talis patris. Scd'm aũt diſpoſitionẽ q̃ reducitur ad genus cauſæ materialis dicimur aliquid diligere propter id qd' nos diſpoſuit ad eius dilectionẽ: puta propter aliqua beneficia ſuſcæpta: q̃ꝫuis poſtqꝫ iam amare incæpimus: nõ propter illa beneficia amem⁹ amicũ: ſed ꝓpter ei⁹ virtutẽ. Primis igiſ tribus modis deũ nõ diligimus ꝓpter aliqd ſed ꝓpter ſeipſum. Nõ eñ ipſe ordinaſ ad aliud ſicut ad finẽ: ſed ipſe eſt vltimus finis oĩm: nec etiã informaſ ab aliquo alio ad hoc vt ſit bon⁹: ſed eius ſubſtãtia eſt ei⁹ bonitas ſm quẽ exẽplariter oĩa ſunt bona. Nec etiam bonitas ab altero ei ineſt: ſed ab ipſo oĩbus alijs. Sed quarto mõ põt diligi ꝓpter aliqd: qa.ſ. ex aliquibus alijs diſponimur ad hoc vt in dei dilectione proficiamus: puta ꝑ bñficia ab eo ſuſcæpta vel ꝓpter p̃mia ab eo ſperata vel pœnas quas ꝑ ipm̃ vitare intendimus. Qd' aũt dicit Greg. in Homil'. ꝙ ex his quæ nouit aĩa.i. ſenſibilibus diſcit incognita amare.i. intelligibilia diuina. Intelligendũ eſt nõ ꝙ cognita ſint, rõ diligendi ipſa cognita ꝑ modũ cauſæ formalis, efficiẽtis, vel finalis: ſed ꝑ modũ cauſę diſponẽtis: qa ꝑ hoc diſponiſ ad amãdum incognita. Itẽ nota ꝙ vltra amorem naturalẽ de deo qui eſt cõis oĩbus bonis & malis. ſm illud.b. Augu. Deum amat oẽ qd' amare põt. Eſt triplex amor ſm Ber. in lib. de diligendo deũ. Primus eſt quo quis amat deũ eo ꝙ cognoſcit ſibi neceſſariũ. iuxta illud Pſ.xvij. Diligã te dñe fortitudo mea dñs &c. Scd's eſt quo qs amat deũ ꝓpter delicias q̃ ſunt in eo. Sap̃.viij. Amator factus ſum formę illius. Tertius eſt amor amicitię quo qs amat eũ propter ſeipm̃: eo ꝙ digniſſimus ſit amore noſtro: qa ſummũ bonũ. Ber. Amat qui ipm̃ quẽ amat quærit. nõ quicqꝫ aliud eius.

De⁹ eſt diligendus propter ſeipſum.

De triplici amore q̃ de⁹ diligiſ ſm Bern.

## §.II. QVOD DEVS IN HAC VITA

Quare de⁹ amatur ĩmediate.

immediate amaſ & ſine modo & total'r. Qd' ſic declarat.b. Tho. vbi.ſ. Ordo rerũ eſt talis ſcd'm ſe ꝙ deus ꝑ ſeipm̃ eſt maxĩe cognoſcibilis & amabilis: vt pote eſſential'r exiſtẽs ipſa veritas & bonitas ꝑ quã alia cognoſcunſ & amanſ: ſed quo ad nos: qa noſtra cognitio ortũ habet a ſenſu: pri⁹ ſũt cognoſcibilia q̃ ſunt ſenſib⁹ ꝓpinqora: & vltim⁹ termin⁹ cognitionis eſt in eo qd' eſt maxime remotũ a ſenſu. Et propter hoc dilectio q̃ eſt act⁹ appetitiuę virtutis: etiã in ſtatu vię prĩo tẽdit in deũ & ex ipſo deriuaſ ad alia. Et ſcd'm hoc charitas immediate deũ diligit alia ꝟo mediãte deo. In cognitione vero eſt ecõtrario: qa.ſ. ꝑ alia deũ cognoſcim⁹ ſicut cãm ꝑ effectũ: vel ꝑ modũ eminentiæ: vel ꝑ modũ negationis: vt patet ꝑ Diony. in.ij. de diui.no. Notandũ etiam ꝙ dilectio dei eſt aliqd mai⁹ q̃ꝫ ei⁹ cognitio: maxĩe ſcd'm ſtatũ vię & iõ præſupponit ipſam. Et qa cognitio nõ qeſcit in rebus creatis: ſed ꝑ eas in aliud tẽdit: ideo in illo dilectio incipit: & per hoc ad alia deriuaſ per modũ cuiuſdã circulationis dũ cognitio a creaturis incipiens tendit in deũ & dilectio a deo incipiẽs: vt ab vltimo fine ad creaturas deriuaſ. Quantũ ad modũ dilectionis dicit Ber. in lib. de dili. deũ. ꝙ cauſa diligendi deũ eſt deus. Modus aũt eſt ſine modo. Pro cuius declaratione dixit beat⁹ Tho. vbi.ſ. ꝙ modus importat quẽdã menſuræ determinationẽ. ſcd'm.b. Aug. Hęc aũt determinatio inueniſ in mẽſura & in mẽſurato aliter tñ & aliter. In menſura eñ inuenitur eſſentialiter: quia menſura ſcd'm ſeipſam eſt determinatiua & modificatiua aliorũ. In menſuratis aũt inuenitur mẽſura ſcd'm aliud.i. inquãtũ attingũt menſurã. Et ideo in mẽſura nihil põt accipi imodi-

De dilectione dei ꝙ.ſ. ẽ aliqd mai⁹ q̃ꝫ cognitio eius rõ poniſ.

ſicatũ.Sed res mẽſurata eſt immodificata: niſi menſuram
attingat:ſiue excedat:ſiue deficiat.In oibus aũt appetibili
bus & agibilib⁹ mẽſura eſt finis:qa eoꝝ que appetimus &
agimus:oportet rõnẽ accipere ex fine: & iõ finis ẜm ſeipm
habet modũ.Sed ea q̃ ſunt ad finẽ hñt modũ ẜm ꝙ ſũt fini
ꝓportiõata.Et iõ ſicut pħs dicit in.j.Poli. Appetitus finis
in omnibus artibus eſt abſq; fine & termino.Sed eoꝝ quę
ſunt ad finẽ eſt aliqs termin⁹. Nõ em̃ medic⁹ ponit aliquẽ
finẽ ſanitati:ſed facit eã perfecte quantũcũq; poteſt.Sed me
dicinæ ponit terminũ:quia nõ dat quantũ põt ſed quantũ
debet ẜm ꝓportionẽ:alš eſſet inordinata. Cũ igit̃ humana
rũ actionũ & effectionũ finis ſit dei dilectio:quia p hãc ma
xime attingimus vltimũ finem:ideo in dilectione dei non
poteſt accipi modus ſicut in re menſurata:vt ſit in ea acci⸗
pere plus & minus:ſed ſicut inuenit̃ modus in menſura in
qua nõ põt eſſe exceſſus:ſed quãto pl⁹ attingit̃ regulæ tãto
melius eſt:ita etiã quãto quia plus deũ diligit tanto meli⁹

*Qꝫ debemus deũ diligere ex toto corde q̃mõ itelligit̃*

eſt.Quantũ ad totalitatẽ dicit.b.Aug.ꝙ modus diligendi
deum eſt vt diligat̃ ex toto corde.hoc intelligit̃. ſic vt intel
ligat̃ quãtũcũq; diligi põt qđ ꝑtinet ad modũ qui cõuenit
menſuræ.Sic igitur interior actus charitatis habet rõnẽ fi⸗
nis:qa vltimũ bonũ hoĩs conſiſtit in hoc ꝙ inhęreat deo.
Exteriores aũt actus charitatis vt beneficẽtia & hmõi:ſunt
ad finẽ:& iõ cõmẽſurãdi ſunt ẜm charitatẽ & rõnẽ.Sciendũ
etiã ꝙ cũ dr̃ deũ diligi ex toto corde:intelligit̃ ſeruari iſta
totalitas:vt modus totalitatis referat̃ ad rem dilectã: vt.ſ.
totũ quod ꝑtinet ad deũ diligatur.Vel etiã ad diligentem:
vt.ſ.quis diligat ẜm totũ ſuũ poſſe:& oĩa ordinet ad dei di
lectionẽ.& ſicut debet & põt illud ſeruari.Sed ſi iſta totali⸗
tas importet modũ diligentis ad æquatũ modo rei dilectę
ſic impleri non põt:qa hoc eſſet infinite diligere eũ: cum
infinitũ ſit diligibilis.licet creatura ſit finita.

*Quę dilectio ſit magis meritoria diligere deũ an ꝓximũ*

## §.III.QVOD SIT MAGIS MERITO

rium diligere deũ vel ꝓximũ? Ad qđ rñdet̃ ſcđm.b.Tho.
ꝙ ſi vtraq; dilectio ꝯſideret̃ ſeorſum:dilectio dei eſt magis
meritoria debetur em̃ ei merces ꝓpter ſeipm: quia vltima
merces eſt frui deo in qđ tẽdit̃ dilectionis motus. Si aũt in
tendat̃ iſta cõparatio vt dilectio dei accipiat̃ ſcđm ꝙ ſolus
diligitur:dilectio proximi ſcđm ꝙ ꝓximus diligit̃ ꝓpter
deũ:ſic dilectio ꝓximi includit dilectionẽ dei.Dilectio aũt
dei nõ includit dilectionẽ ꝓximi.Sic in iſto ſenſu præemi
net dilectio proximi dilectioni dei:Eſt em̃ cõparatio dile⸗
ctionis dei perfectę:quæ.ſ.ſe extendit vſq; ad proximũ ad
dilectionẽ dei imperfectam & inſufficientem.

*Diligere amicum vł inimicũ qđ illorũ ſit magis meritorium.*

## §.IIII.QVOD SIT MAGIS MERITO

rium diligere amicum vel inimicum? Rñ.b.Tho.vbi.ſ.ꝙ
iſtæ dilectiones pñt cõſiderari duplr̃. Vno mõ ex parte ꝓxi
mi q diligit̃ Alio mõ ex parte rõnis per quã diligit̃.Primo
mõ dilectio amici p̃eminit dilectioni inimici:qa amic⁹ me
lior eſt & magis cõiũct⁹. Vñ & materia eſt magis cõueniẽs
dilectioni.Et ꝓpter hoc actus dilectiõis trãſiẽs ſup hãc ma
teriã melior eſt.Alio mõ dilectio inimici p̃eminet dilectio
ni amici ꝓpter duo.Prĩo qa dilectionis amici põt eſſe alia
rõ q̃ de⁹:ſed dilectiõis inimici ſol⁹ de⁹ eſt rõ dilectiõis.Se⸗
cundo qa p̃ſuppoſito ꝙ vterq; diligat̃ ꝓpter deũ: dilectio
inimici fortior eſſe oſtẽdit̃ q̃ ad remotiora extendit animũ
hoĩs.ſ.vſq; ad inimicos:ſicut ignis tanto fortior eſt quãto
calorẽ ſuũ ad remotiora diffundit Tãto etiã oſtẽdit̃ dei di
lectio fortior quãto ꝓpter ipm difficiliora implem⁹: ſicut
virtus ignis tãto eſt fortior quãto magis p̃t cõburere mate
riã min⁹ cõbuſtibilẽ:ſed ſicut idẽ ignis in ꝓpinqora forti⁹
agit q̃ in remotiora:ita etiã charitas feruẽti⁹ diligit cõiun⸗
ctos q̃ remotos. Et quãtũ ad hoc dilectio amicoꝝ & feruen
tior & melior eſt q̃ inimicoꝝ. Qđ aũt dicit Chriſtus Mat.
v.Si diligitis eos q vos diligunt quã mercedẽ habebitis In
telligẽdũ eſt p ſe.i.ꝙ cũ diligunt̃ amici ſolũ ex hoc qa ami
ci:qđ videt̃ qñ ſic amant̃ amici ꝙ ipi ſoli & nõ inimici di
ligunt̃:tũc ñ habet mercedẽ dilectio amicoꝝ:ſed ſi diligãt̃
amici:nõ ſolũ qa amici:ſed etiã ꝓpt̃ deũ:tũc eſt meritoria.

*De dilectiõe inimicorũ ꝙ ñ eſt ita difficile diligere*

## §.V.DE DILECTIONE INIMICO

rũ quõ ſit intelligendũ illud p̃ceptũ.Diligite inimicos ve⸗
ſtros.habes.ſ.in.c.de dilectione proximi. Sed hic notanda
ſunt ſeptẽ quæ valent ad oſtẽdẽdũ ꝙ nõ eſt ita difficile dili
gere inimicos ſicut qdã credunt:nec eſt dedecus ſed honor,

*gere inimicos oſtẽdit̃ p ſeptẽ.*

Et primũ eſt ſtatus inimici eius qui iniuriat⁹ eſt & nõ vult
ſatiſfacere:eſt em̃ ſpũaliter mortuus.Ipe em̃ in ſe quaſi ma⸗
nus iniecit cũ iniuriã fecit.Sap.xvj. Per malitiam occidit
homo aĩam ſuã.Crudeliores fuiſſe vident̃ q Chriſto mor⸗
tuo nõ pepercerunt:q̃ qui viuũ vulnerauerunt: qs eſt aũt
adeo cæcus qui nõ intelligat dedec⁹ non eſſe ſi quis de ini⸗
mico mortuo non vult ſe vindicare? Scđm eſt vtilitas in⸗
iuriæ illatæ.Perſecutores em̃ noſtri tribulationib⁹ nos pũ
gunt:ſed in futurũ fauũ nobis ętern æ beatitudinis præpa⸗
rant.iuxta illud Pſ.Circũdederunt me ſicut apes.& Eccľi.j.
Vſq; in tẽpus ſuſtinebit patiens:& poſtea redditio iocũdi⸗
tatis.Tertiũ eſt ꝙ dilectio inimicorũ eſt vtilior nobis q̃
amicorũ:qa valet ad ſanandũ peccata. Beatus Augu.Ego
ad dilectionẽ inimicoꝝ vos moneo:quia ad ſanandũ vul⸗
nera pctõꝝ nullũ medicamentum efficacius eſſe cognoſco.
Multũ em̃ facit ad perfectionem bonitatis. vt patet Mat.v.
poſt illud.Diligite inimicos.Eſtote perfecti ſicut pater ve
ſter &c.Quartũ:qa eſt gratior deo Lucę.vj.poſt illud. Dili
gite inimicos.ſubditur.Et eritis filij altiſſimi.b.Aug.Quã
ta gratia per nos ſerui digni non ſumus:& inimicorũ dile⸗
ctione filij dei efficimur.Chryſo.Nihil ſic deo placabilẽ fa
cit ſicut malignis & lædentibus eſſe placabilẽ. & per cõſe⸗
quẽs diabolo eſt moleſtior:qa magis ſe p hoc hõ elõgat ab
eius ſimilitudine quæ obſtinato odio hoĩem perſequitur.
Quintũ eſt:qa hmõi dilectio id qđ deſtruendũ eſt in inimi
co:magis deſtruit q̃ aliqd aliđ.Ipſa em̃ eſt ignis inimicitiã
in inimico annihilans.Ro.xij.Si eſuriet inimicus tuus ciba
illũ:&c.Chryſo.Oĩs inimicitia bñficioꝝ aſſiduitate com⸗

*Qui nocet iĩmico nocet ſibi.*

peſcit̃. Sextum eſt:qa non potes nocere inimico qn tibi no
ceas.Aug.Qđ malitia tua alteri non noceat fieri põt:ſed ꝙ
tibi nõ noceat fieri non põt:ſolũ ex hoc ꝙ odium portat ſi⸗
bijpſi multũ nocet:qa & peccat & remiſſionem pctõꝝ p̃te⸗
ritã euacuat quo ad fructũ. Vnde dr̃ de pœ.diſ.iiij.dicit dñs.
Dicit tibi deus.Dimitte & dimittetur tibi:dimiſit prius di
mitte vľ poſtea:qa ſi nõ dimiſeris reuocabo te:& quicquid
dimiſeram replicabo tibi.Talis eſt ſimilis illi qui ex hoc ꝙ
aliquis ſcidit ſibi tunicã ipſe gladio ſeipm interficit.ſ.odij.
Septimũ eſt dei imitatio.Eccľi.xxiij. Magna eſt gloria ſeq
dñm qui iniuriatus eſt tibi magis deum q̃ te offendit:& ta
men ipſe patiens eſt.Sed exemplum Chriſti in cruce pen[de]
tis cõſiderandũ.j.Pet.ij.Chriſtus paſſus eſt pro nobis &c.vt
ſequamini veſtigia ei⁹:qui cũ pateret̃ &c.ſed orabat in cru
ce pro crucifixorib⁹ dicens.Pater ignoſce illis &c. Et tamẽ
omne genus iniuriarũ tunc ſuſtinuit. In ſubſtantia vi ſibi
ablata & plus in matre deriſa.in fama & honore ablatis p
contumelias in perſona in vita:ergo Chriſtum ſequere ini
micos diligens.De amore qui eſt paſſio multa habes.ſ.in
j.parte.& de proprietatibus eius quę poſſunt conuenire di
lectioni.

¶De gaudio inquãtũ eſt act⁹ interior charitatis. Cap.VII.

*De gaudio.ſ.ꝙ nõ ẽ virt⁹ nec intellectualis nec moralis ſed act⁹ virtutis.*

## POST PRINCIPALE ACTVM

charitatis q eſt dilectio videndũ eſt de alijs acti⸗
bus interioribus q ſunt gaudiũ & pax.Et de exte
rioribus.ſ.beneficentia & mĩa q̃ etiã eſt act⁹ in⸗
terior ei⁹ dictũ eſt.ſ.in tractatu de iuſtitia. De gaudio prĩo
vidẽdũ eſt.Et ſciendũ ꝙ gaudiũ non eſt virtus:qđ patet ex
hoc qa non cõnumerat̃ inter virtutes theologicas: nec mo
rales:nec intellectuales:ſed eſt act⁹ virtutis.Vnde cõnume
rat̃ ab apľo ad Gaľ.v.inter fruct⁹ ſpũs q ſunt act⁹ virtutũ.
Hoc aũt ſic declarat.b. Tho.ij.ij.q.xxviij. Virtus eſt habi⸗
tus quidã operatiu⁹.Et ideo ſcđm ꝓpriã rõnẽ habet incli⸗
nationẽ ad aliquẽ actũ.Eſt aũt cõtingẽs ex vno habitu plu
res act⁹ eiuſdẽ rõnis ordinatos ꝓuenire:quorũ vn⁹ ſequit̃
ex altero.Et qa poſteriores actus non procedunt ab habitu
virtutis niſi p actũ priorẽ:inde eſt ꝙ virtus nõ diffinit̃ nec
denoĩatur niſi ab actu priori:q̃uis etiã alij actus ab ea ſe⸗
quant̃.Manifeſtũ eſt aũt ex his q̃ dicta ſunt ſupra de paſſio
nibus ꝙ amor eſt prima affectio appetitiuę potẽtię ex qua
ſequit̃ & deſideriũ & gaudiũ.Et ideo idẽ habit⁹ virtutis eſt

*Qđ gaudiũ cauſatur ex charitate.*

q inclinat ad diligẽdũ & deſiderandũ bonũ dilectũ & gau⸗
dendũ de deo.Sed qa dilectio inter hos actus eſt prior:inde
eſt ꝙ virt⁹ nõ denominat̃ a gaudio vel deſiderio:ſed a dile
ctione.& dr̃ charitas.Sic ergo gaudiũ nõ eſt aliqua virtus
a charitate diſtincta:ſed eſt quidam actus ſeu effectus eius.
Qđ cauſetur gaudium ex charitate ſic declarat.b.Tho. vbi
ſ.Ex amore procedit gaudium & triſtitia; ſed cõtrario mõ

vt dictum



vt dictũ eſt.ſ.Gaudiũ em̃ ex amore cauſat̃:vel propter prę
ſentiã boni amati:vel propter hoc etiã ꝙ ipſi bono amato
ꝓpriũ bonũ ineſt & cõſeruat̃.E cõtrario aũt ex amore ſeqt̃
triſtitia:vel ꝓpter abſentiã amati:vel ꝓpter hoc ꝙ is cui
bonũ volum⁹ ſuo bono priuat̃:aut aliquo malo deprimi
tur.Charitas aũt eſt amor dei cui⁹ bonũ immutabile eſt:qa
ipſe eſt ſua bonitas.Et ex hoc ꝙ amat̃ eſt in amãte per nobi
liſſimũ ſui effectũ.ſcđm illud.j.Io.iiij.Qui manet in chari⸗
tate in deo manet & de⁹ in eo:q̃uis enim in via nõ ſit pñs
p ſpeciei viſionẽ:eſt tñ pñs p gratiæ inhabitationẽ. Vnde
b.Aug.dicit ꝙ ſicut corp⁹ nõ viuit niſi aĩa p̃ſẽte ita nec aĩa

*gaudiũ ſpirituale habere admixtã triſtitiã q̃modo itelligit̃*

ſcilicet p gratiã niſi deo pñte de pœ.di.j.reſuſcitatus. Vtrũ
gaudiũ ſpũale qđ eſt ex charitate habeat admixtam triſti⸗
tiã? Rñdet.b.Tho.vbi.ſ.ꝙ ex charitate cauſat̃ duplex gau
diũ de deo.Vnũ quidẽ principale qđ eſt ꝓpriũ charitatis:
quo.ſ.gaudemus de bono diuino in ſe conſiderato. Et tale
gaudiũ pmixtionẽ triſtitię non patit̃:ſicut nec illud bonũ
de quo gaudem⁹ põt aliquã mali admixtionẽ habere ẜm il
lud.Sap.viij.Nõ habet amaritudinẽ cõuerſatio illius.ſ.ſa⸗
piẽtię diuinę.Et ideo apľs dicit ad Phiľ.iiij.Gaudete ĩ dño
ſemp. Aliud eſt gaudium charitatis quo quis gaudet de bo
no diuino ſcđm ꝙ participat̃ a nobis. Hęc aũt participatio
põt impediri p aliqđ cõtrariũ.Et ideo ex hac parte gaudiũ
charitatis põt habere pmixtionẽ triſtitiæ:ꝓut aliqs triſtat̃
de eo qđ repugnat participationi diuini boni vel in nobis
vel in ꝓximis:quos tanq̃ noſipſos diligim⁹.Fletus em̃ p
proximo vel pro ſeipſo nõ eſt niſi de aliquo malo. Oẽ aũt
malũ importat defectũ participatiõis ſummi boni. Fletus
etiã hui⁹ incolat⁹ pro dilectiõe patrię procedit ex eo ꝙ vita
p̃ſens impedit nos a pfecta participatiõe gľię.Et ideo cha⸗
ritatis gaudiũ hmõi põt habere admixtiõe triſtitię.Primũ
tñ gaudiũ meli⁹ eſt & procedit ex charitate. Scđm põt pro⸗
cedere etiã ex ſpe.ſcđm illud.Spe gaudentes.ad Ro.xij. De
plenitudine gaudij vtrũ.ſ.gaudiũ ſpũale ex charitate cauſa
tum poſſit impleri. Ad quod rñdet beat⁹ Tho.vbi.ſ.ꝙ ex
parte rei de qua gaudet̃.i.de deo:vt.ſ.tantũ de deo gaudeat̃
quãtũ dignũ eſt de ea re gaudere.ſic ĩ creatura non põt eſſe
gaudiũ plenũ ſed ſolũ gaudiũ dei eſt plenũ de ſeipſo: quia
gaudiũ ei⁹ eſt infinitũ:& hoc cõdignũ infinitę bonitati ei⁹
eſt.Cuiuſlibet aũt creaturæ gaudiũ oportet eſſe finitũ. Ex

*Qꝫ h̃ in via nõ poſſum⁹ hr̃e plenũ gaudiũ*

parte aũt gaudẽtis ſic poteſt eſſe gaudiũ plenũ in creatura.
Gaudiũ em̃ comparat̃ ad deſideriũ ſicut quies ad motum.
Eſt aũt quies plena cum nihil reſtat de motu. Vnde tunc eſt
gaudiũ plenũ cũ nihil reſtat deſiderãdũ. Et qa q̃diu in hac
vita ſumus non qeſcit in nobis deſideriũ motus: qa adhuc
reſtat ꝙ magis deo appropinquem⁹ p gloriã. Sed quando
iã ad beatitudinẽ puentũ fuerit pfectã nil deſiderandum re
ſtabit:qa erit dei plena fruitio:in qua hõ obtinebit quicqd
etiã circa alia bona deſiderauit.ſcđm illđ p̃s.cij.Qui replet
in bo.deſi.tu.& ideo quieſcet deſiderium non ſolũ quo de⸗
ſideramus deũ:ſed etiã erit oĩm deſiderioꝝ quies: ideo hic
non eſt plenũ deſideriũ noſtrũ:ſed ſolũ gaudiũ btõrum eſt
plenũ & ſupplenũ:qa plus obtinebũt q̃ deſiderare ſuffice⸗
rẽt.Nõ em̃ in cor hoĩs aſcẽdit quæ p̃parauit de⁹ diligẽtibus
ſe:vt dr̃.j.Coꝝ.ij.& hoc eſt qđ dicit Lucæ.vj.Menſurã bo⸗
nã & cõfertã & ſupeffluentẽ dabunt in ſinũ veſtrũ.Quia tñ
nulla creatura eſt capax gaudij de deo ei condigni.inde eſt
ꝙ illud gaudiũ oĩmodo plenũ non cadit in hoĩe: ſed poti⁹
hõ intrat in ipm ſcđm illud.Matt.xxv.Intra in gaudiũ dñi
tui.Item cũ puentũ fuerit ad beatitudinẽ:vnuſquiſq; attin
get terminum ſibi p̃fixũ ex prędeſtinatione diuina:nec re⸗
ſtabit vlterius quo tendat̃:q̃uis in illa terminatione vnus
pueniat ad maiorẽ gradũ q̃ alius.Et iõ vniuſcuiuſq; gau⸗
diũ plenũ erit ex parte gaudentis: quia vniuſcuiuſq; deſi⸗
deriũ plene quietabit̃.Tamen gaudiũ vnius erit mai⁹ gau
dio alterius propter pleniorẽ participationẽ beatitudinis.
Iſtud tamen gaudiũ beatorũ nõ eſt gaudiũ paſſionis quod
eſt cũ tranſmutatione corporali vt in alijs paſſionibus:nec
ptinet ad ſenſitiuã partẽ:ſed intellectiuã.i.voluntatem.

*De gaudio pfecto.ſ.ſupnę fruitiõis ꝙ a ſex ptib⁹ pro ueniat.*

## §.I.GAVDIVM VESTRVM NEMO

tollet a vobis.Dixit Chriſtus loquens de gaudio ſupernæ
fruitionis quo beati vndiq; circundantur. vnde Mat.xxv.
Euge ſerue bone & fidelis &c. intra in gaudi.do.tui.Iſtud
verũ gaudiũ ꝓuenit a ſex ptibus ſcđm Guil.in ſum. Prio
a ſupna maieſtate.Io.xvj.Iterum videbo vos & gaudebit
cor veſtrũ.Hoc autẽ gaudiũ erit triplr̃.Primo ex viſa diui⸗
nitate.Ber.Iſtud eſt verũ gaudiũ qđ nõ eſt de creatura: ſed
de creatore cõcipitur.Secũdo ex aſpecta humanitate. Eccľs.
xj.Delectabile eſt oculis videre ſolẽ.i.Chriſtum. Tertio ex
intellectu naturæ diuinæ vnitæ cũ humana. vnde natura
noſtra exaltat̃:ſicut gaudent hoĩes de exaltatione ſuoꝝ fra
trũ.Secundo ꝓcedit illud gaudiũ a loci amœnitate. & hoc
tripliciter videlicet ex eius claritate:ex eius puritate: ex ei⁹
latitudine & vaſtitate.Apoc.vlt.Ciuitas illa non eget ſo⸗
le &c.Baruch.iij.O Iſrael q̃ magna eſt dom⁹ dei &c. Apoc.
xiiij.Sine macula ſunt ante thronũ dei.Tertio ꝓcedit illud
gaudiũ ex ſocietate.& hoc triplr̃.Ex ei⁹ multitudine. Apo⸗
ca.vij. Vidi turbã magnã quã nemo dinumerare poterat.
Ex eius nobilitate:qa oẽs erunt reges & reginæ. Apocaľ.j.
Feciſti nos deo noſtro regnũ &c.& de quaſlibet aĩa ſancta.
Pſ.xliiij.Aſtitit regina a dextris tuis.Ex eius charitate inti
ma.Eſa.xxj.dicit dñs.Cuius ignis eſt in Siõ:& caminus ei⁹
in Hierľm.Quarto ꝓcedit tandẽ a corporis perfectionali⸗
tate,& hoc quadruplr̃.Ex ſpecioſitate vel claritate, ſubtili
tate, agilitate,& impaſſibilitate.q̃ omnia notat apľs.j.Cor.
xv.ibi.Seminatur aĩale: ſurget ſpũale &c. Quinto ꝓcedet
ab inferni vaſtitate.& hoc triplr̃:tũ ex euaſione eius cũ me⸗
ruiſſent:tũ ex diuinæ iuſtitiæ in illis executione.Pſ.lxviij.
Lętabitur iuſt⁹ cũ viderit vindictã &c.tũ de dæmonũ alli
gatione ne ibi noceant.Sexto ꝓcedit a mũdi q̃litate. & hoc
triplr̃. Primo ex remotione.Apoc.xxj. Vidi cœlũ nouũ &
terrã nouã &c.Scđo qa oĩa erũt eis ſubiecta ad nutũ. Ter⸗
tio qa ex oĩb⁹ ſpeculabunt̃ gloriã dei in illis &c.Et qa gau
diũ eſt vna ex paſſiõib⁹. de plľb⁹ alijs ptinẽtib⁹ ad gaudiũ
inquãtũ gaudiũ eſt paſſio vide.ſ.in tractatu de paſſiõib⁹.

¶De pace inquãtum eſt actus interior charitatis & quomõ
differt a concordia. Cap.VIII.

*Pax & ꝯcordia quõ differunt.*

## PAX EST ALIVS ACTVS IN

terior ꝓcedens ex charitate & includit cõcordiã
& vltra hoc addit vnionem appetituum vnius
appetẽtis.Pro cuius declaratiõe dicit bea.Tho.
ij.ij.q.xxix.ar.j.ꝙ vbi eſt pax ibi eſt cõcordia: non tñ vbi⸗
cũq; eſt cõcordia eſt pax ſi nomen pacis proprie ſumat̃.Cõ
cordia em̃ proprie eſt ad alterũ inquantũ.ſ. diuerſorũ cor⸗
dium volũtates ſimul in vnũ conſenſum cõueniũt.Cõtin
git etiã vnius hoĩs cor tendere in diuerſa duplr̃. Vno qdẽ
mõ ẜm diuerſas potẽtias appetitiuas.Sicut appetitus ſenſi
tiuus plerũq; tendit in cõtrariũ appetitus rõnalis.ẜm illud
Gaľ.v.Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ.Alio mõ inquan⸗
tũ eadẽ vis appetitiua in diuerſa appetibilia tẽdit q̃ ſimul
aſſequi nõ põt:vñ neceſſe eſt eſſe repugnãtiã motuũ appe⸗
titus.Vnio autẽ hoꝝ motuũ eſt de rõne pacis. Non em̃ hõ
habet cor pacatũ q̃diu vult & ſi habeat aliqd quod vult
adhuc:tñ reſiſtat ei aliqd volẽdũ qđ ſimul hr̃e nõ p̃t. Hæc
aũt vnio nõ eſt de rõne cõcordię vñ cõcordia ĩportat vnio
nẽ appetituũ diuerſoꝝ appetẽtiũ.Pax aũt ſupra hãc vnionẽ
importat etiã vnionẽ appetituũ vni⁹ appetẽtis:& ſic paci
opponit̃ duplex diſſenſio.ſ.diſſenſio hoĩs ad ſeipm:& diſ⸗
ſenſio hoĩs ad alterũ.Cõcordię aũt opponit̃ hæc ſola ſcđa
diſſenſio. Vnde cõcordia põt eſſe pctõꝝ in malo. Sed pax
ꝓprie ñ niſi bonorũ.Eſa.lvij.& xlviij.vbi eſt eadẽ auctas

*Pax eſt triplex.*

non eſt pax impijs.Eſt aũt triplex genus pacis.ſ.tempora⸗
lis, ſpũalis,& æternalis.Hæc poſſunt notari ibi Ioan. xiiij.
Pacẽ relinquo vobis.ſ.ęternalẽ.Pacẽ meã do vobis.ſ. ſpũa
lem. Nõ quõ mũdus dat ego do vobis.ſ.temporalẽ.Nam
mũd⁹ dat tpalẽ pacẽ p guerras oppſſam & multa mala:nõ
ſic Chriſtus:ſed p orões & bona opa. Vñ apľs.j. ad Ti.ij.
vult in eccleſia orationes fieri ꝓ pace.Poſſunt etiã p̃dictæ
paces notari in p̃s.lxxxiiij.Loquet̃ dñs pacem in plębẽ ſuã
quo ad tpalẽ quã dat qñ ppľs eſt ſu⁹ p mãdatoꝝ obſerua⸗
tionẽ.Et ſup ſctõs ſuos quo ad pacẽ æternalẽ quã habent
ſoli ſancti in patria.Et in eos q cõuertunt̃ ad cor. q̃ ad ſpũa
lẽ.Pax tpalis de qua dicit̃.ij.Mach.j.Adaperiat deus cor ve
ſtrũ in lege ſua & in pręceptis ſuis & faciat pacem.pturba
tur p rixã q̃ eſt inter vnũ & alterũ: & p ſeditionem q̃ eſt in
ter vnã partẽ ciuitatis & alterã:& bellũ qđ eſt inter ciuita⸗
tẽ & ciuitatẽ.Pax ſpũalis debet eẽ cũ deo.Iob.xxij. Habeto
pacẽ cũ eo.ſubijciendo volũtatẽ tuã ei & pœnitẽdo de pctis
cũ proximo.Apľs ad Ro.xij.Si fieri põt qđ ex vobis eſt:cũ
oĩb⁹ hoĩb⁹ pacẽ habẽtes.Cũ ſeipſo. ad Phiľ.iiij. Pax dei q̃
exuperat oẽm ſenſum cuſtodiat corda veſtra.De æterna di
citur in p̃s.Poſuit fines tuos pacẽ &c.Hæc excludit triplex

Qꝛ in hꝭ mundo non eſt pax ſꝫa ſed bellū & hꝭ triplex.

bellū qꝺ eſt in mundo: etiā in ſanctis. Primū eſt in corpore vbi bellant adinuicē calidū ꝯ frigidū: & ſiccū ꝯ humidū. & ecōuerſo ex quo tandem corpꝰ deſtruit. Scd'm eſt quo caro cōcupiſcit aduerſus ipm̄. Tertiū eſt diuerſarū opinionum Beatꝰ Augu. Quot hoies tot opiniones in vna & eadem re diuerſorū morū. Poeta. Pectoribus mores tot ſunt quot in orbe figuræ. Velle ſuū cuiqꝫ eſt: nec voto viuit vno. Perſius. Sed in paradiſo nulla infirmitas vel corruptio: nulla tentatio: nulla diuerſitas opinionū vel voluntatum.

De pace ꝙ .ſ. nō eſt ꝟtus vel actꝰ charitatis.

## §. I. DE PACE QVOMODO EST EFFECTꝰ

ſeu actꝰ charitatis: & non virtus ſpālis. Primū patet ex illo Pſ̄. Pax multa diligentibꝰ legē tuā &c. Pro cuiꝰ declaratiōe dicit. b. Tho. vbi. ſ̄. ꝙ de rōne pacis eſt duplex vnio: quarū vna eſt ſm̄ ordinationē ꝓpriorū appetituū in vnū. Alia eſt ſm̄ vnionem appetitus propriꝫ cū appetitu alteriꝰ Et vtrāqꝫ vnionē efficit charitas. Primā quidē ſm̄ ꝙ deus diligit ex toto corde: vt. ſ. oīa referamus in ipſum: & ſic oēs appetitus noſtri in vnū feruntur. Aliā prout diligimꝰ ꝓximos noſtros ſicut noſmetipſos. Ex quo contingit ꝙ homo vult impleri ꝓximi volūtatē ſicut ſuiꝫ pſius. Et propter hoc inter amicabilia vnū ponit idētitas electionis: vt patet. ix. Ethi. & Tullius de amicitia dicit: ꝙ amicoꝝ eſt idē velle & nolle. Scd'm. ſ. ꝙ ſit virtus ſic ꝓbat beatus Tho. cū oēs actꝰ ſeinuicē conſequuntur ſm̄ eandē rōnē ab agēte ꝓcedentes: omnes hmōi actus ab vna virtute procedunt nec habēt ſinguli ſingulas virtutes a quibus procedant: vt patet in rebus corporalibus: ꝙ enim ignis calefaciendo liquefacit & rarefacit nō eſt in igne alia virtus liquefactiua & alia rarefactiua: ſed oēs actus hos operat ignis ꝑ vnā ſuā virtutem calefactiuā. Cū igit pax cauſet ex charitate ſcd'm ipſam rōnem dilectionis dei & ꝓximi: vt oſtenſum eſt ſupra: nō eſt alia virtus cuiꝰ pax ſit proprius actus: niſi charitas. Et quia eſt actus virtutis datur præceptū de ea. Mat. ix. Habere pacem inter vos. Et quia etiam eſt actus meritorius: ponit inter beatitudines quę ſunt actus virtutis ꝑfectę. Mat. v. Et inter fructus numerat ad Gal'. v. Inquantū eſt quoddā finale bonū habens ſpiritualē dilectionem.

Qꝺ inter diſſētiētes ī opiniōibꝰ manet pax etiā in charitate exiſtētes.

Item ſciendum ꝙ ſalua pace pōt eſſe diſſenſio in opinionibus inter habētes charitatē, ſicut inter Paulū & Barnabā. Actuū. xv. & inter beatum Aug. & beatū Hiero. Nam ſcd'm pħm. ix. Ethi. ad amicitiam non pertinet cōcordia in opinionibus: ſed concordia in bonis conferentibꝰ ad vitam: & pręcipue in magnis Nam in paruis diſſentire non videt diſſenſus. & ꝓpter hoc nihil prohibet aliquos charitatem habentes in opinionibus diſſentire: nec hoc repugnat paci. Opiniones em̄ pertinent ad intellectum qui præcedit appetitum qui per pacē vnitur. Diſſenſio ergo in opinionibus & in minimis repugnat quidem paci perfectæ patrię in qua plene veritas cognoſcetur: & omnis appetitus quietabitur: ſed nō pacis imꝑfectæ viæ. Pax ſcd'm Catholicō dicitur a pacto: quia poſt pactum fit pax. Et ſcd'm etymologiam dr̄ quaſi pręlium arcens: qa expellit pręliū vt ſuū cōtrariū: qꝺ ſumme eſt odioſum: & merito. Nam innumera mala oriuntur ex eo. Vnde Dauid pręelegit peſtē potiꝰ q̄ pręliū. ij. Reg. vlt. Pax habet tres literas que repræſentant per. p. patrem. per. a repræſentatur amor ſpiritusſancti per. x. xp̄s dei filius. Nam ſumma & prima pax vnde omnis alia originatur eſt trinitas, vnde canit eccleſia. tu charitas. tu puritas. tu pax &c.

Quilibet pacē appetit.

## §. II. PACEM OMNIA APPETVNT

Primus luctus ẽ de ꝑpetrata iniqtate. Pſ̃. Laboraui in ge. meo: laua. ꝑ ſingu. noctes. i. pctã lectũ meũ. ſ. cõſcientiæ. Et Threñ. ij. Deduc quaſi torrẽtẽ lachrymas ꝑ diẽ & noctẽ: & nõ quieſcat pupilla oculi tui. Hũc habuit Petrus poſt negationẽ Chriſti qñ egreſſus foras fleuit amare. Mat. xxvj. Et ex his lachrymis & luctu conſequitur homo remiſſionẽ pctõꝝ:& per ꝯñs euaſionem dãnationis. Vñ Proſper. Lachrymis ex vera cordis cõtritione fluẽtibus reſtringuntur ęterni ignis incẽdia. de pœ. di. j. §. facilius. Si autẽ hõ deflet mortẽ amici & cõſanguinei vł dãna rerũ: quãto magis habet lugere mortẽ aĩę ſuæ: vñ cõſequit̃ infinitũ dãnũ. Aug. Sciat ſe pctõr culpabiliter reũ ſi deflet dãna rerũ & tpis:& nõ deflet aĩam perditã ex pctis. de pœ. di. iij. ſũt plures. Beati ergo qui lu. Ecce fructus: qm̃ ipſi cõſola. de ſpe remiſſionis pctõꝝ cõcępta. Sic Maria magdalena quę lachrymis rigauit pedes Chriſti audire meruit. Dimiſſa ſunt ei peccata multa. Et demum. Fides tua te ſaluam fecit: vade in pace. Luc. vij. In huius figurã Chriſtus fleuit Lazarum mortuũ cũ eũ reſuſcitauit. Io. xj. Ad innuendũ ꝙ oportet pctõrem flere & clamare poſtulando miam ad hoc vt reſurgat ad vitã gl'iæ aut gr̃æ & multa facere. Qui aũt plãgũt peccata & tñ nõ deſerunt: ſunt ſiſes ei qui lauat laterẽ crudum: qui quãto plus lauat̃ tãto plus luti facit: dicit Symma. de pœ. di. iij. ille. Inutiles ſunt tales lachrymę cũ propoſito iterandi pctm̃. Scđs locut⁹ eſt de miſerijs ꝓximorũ ſpũalibus & tpalibus. Hiere. ix. Quis dabit capiti meo aquã & oculis meis fontẽ lachrymarũ vt plorare valeam die ac nocte in terfectos ppl'i mei & corpal'r & ſpũal'r? Si quis hr̃et multos fratres:& videret vnũ paralyticũ: alium pauperrimum in de fame mori. aliũ calũniari. aliũ falſo infamari. aliũ cõtẽni & depredari. aliũ magis ꝑſecutiõibus vrgeri. aliũ trucidari. aliũ multipl'r infirmari. aliũ martyrizri:& ĩ pœnis deficere: innumeros ad inferna deſcẽdere & hmõi vere haberet magnã cauſam cõtinue lugẽdi. hoc aũt cõtingit cuilibet nr̃m: nã oẽs ſumus fratres. vt dicit Chriſtus. Mat. xxiij. Vn⁹ eſt em̃ pr̃ veſter q in cœlis eſt. Cũ ĝ quilibet videat tot miſerias & pœnas quotidie & ꝑicula & dãna corpis & aĩę certe cõtinue habet deflere. & deflere qdẽ mortẽ ꝓpiquoꝝ & amicorũ hũanũ ẽ. moderate tñ vt dr̃ Eccl'i. xxij. Modicũ plora ſup mortuo. deficit em̃ lux ei⁹: ĩmoderate aũt rephẽſibile ẽ. Sed multo magis deflẽdi ſunt defect⁹ aĩæ. ſ. pctõꝝ mors. vñ Aug. Sũt ne xp̃iane ĩ te viſcera pietatis q plãgis corp⁹ a q̃ receſſit aĩa:& nõ plãgis aĩam a q̃ receſſit de⁹? Et Hiero. Qui nõ habet clemẽtiã nec indut⁹ eſt viſcera mię & lachrymarũ: q̃uis ſpũalis videat̃ nõdũ ĩpleuit legẽ Chriſti diſt. lxxxvj. c. q clemẽtiã. Et permaxime hoc conuenit prælatis & doctorib⁹ q magis debẽt zelare ſalutẽ ppl'orũ. vnde dr̃ Iohel. ij. Inter veſtibulũ & altare plorabãt ſacerdotes miniſtri dñi dicẽtes. Parce dñe parce ppl'o tuo. Sic Samuel multo tẽpore lugebat pro pctõ Saulis regis. vt patet. j. Re. xvj. Hoc etiã agendum Chriſtus exemplo ſuo nos docuit: quando vidẽs ciuitatẽ fleuit ſup eã dicens. Si cognouiſſes & tu ſupple fleres. Luc. xix. Ad literã conſiderãs exterminiũ illius ciuitatis futurũ & calamitates hoim ex compaſſiõe defleuit. Moraliter ſm̃ Greg. conſiderans exterminiũ aĩæ peccatricis & eius dãnationẽ futuram etiã fleuit cõpatiẽs ei⁹ miſeriæ. Sic & b. pater Dñicus cũ appropinquabat ad aliquã ciuitatẽ deflebat cogitãs pctã eius: & hãc gratiã vt dr̃ in legẽda eius dederat dñs ei flẽdi pro miſeris & afflictis vñ ſe continere aliqñ non poterat in orõne: quin vox eminus audiret̃ ac ſi mortuũ lugeret. Et btĩ qui lugent qm̃ ipſi cõſolabunt̃:& de exauditiõe eorũ ꝓ pctis lachrymãt & de merito ſuę cõpaſſionis. iuxta illud Pſ̃. cxiij. ſm̃ multitudinẽ dolorũ in corde meo &c. Terti⁹ luctus eſt de dilata fœlicitate. de qua Pſ̃. xlj. Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dũ dr̃ mihi quotidie vbi eſt deus tuus. Cõſiderare em̃ debet aĩa guſtãs ſuauitatẽ: quãta in ſupna patria fœlicitas: vbi nullũ bonũ deerit: nullũ malum aderit eſtq; de⁹ oĩa in oĩb⁹: vacat̃ ibi laudibus dei vbi iugiter ſonãt organa ſctõꝝ q ſicut odor balſami ſunt añ deũ & angeli & archãgeli hymnũ decãtãt ante thronũ dei: claraq; facie deũ ĩtuent̃: impleturq; oẽ deſideriũ:& ad hãc fœlicitatẽ eſt creatura. Sed dũ peregrinatur ĩ corpe cõſequi non põt. immo quotidie in periculo eſt ea admittẽdi in ꝑpetuũ nõ põt nõ dolere. Reperiunt̃ aũt iſtæ lachrymę calefacientes & pinguefaciẽtes aĩam in ſolitudine. ſ. ceſſando a ſtrepitu mũdanorũ & occupationũ. In cuius figuram legitur Geñ. xxxvj. ꝙ Onã inuenit aquas calidas. i. balneares ĩ ſolitudĩe. Procurant̃ etiã precib⁹. Vñ ĩ hui⁹ figurã legitur Iudicũ. j. ꝙ Axa filia Caleph & ſpõſa Othoniel q dict⁹ eſt ſaluator fuit admonita a ſponſo ſuo Othoniele. ꝙ poſtularet a pr̃e terrã irriguã. Cũ igit̃ ambularet cũ pr̃e ſuo Caleph ſedens ſup aſinã ſuſpirauit. Et cũ pater interrogaret quare ſuſpiraret. Rñdit. terrã arentẽ dediſti mihi iũge & irriguam. Et dedit ei pater irriguũ ſuperius & ĩferi⁹. Axa eſt aĩa filia dei ꝑ creationẽ:& ſpõſa ſaluatoris ꝑ fidẽ. Hæc admonet̃ a Chriſto ſponſo

Qđ lugere de bem⁹ ſup miſerijs aliorũ ſpũalibus & tpalib⁹.

De fletu. b. dominici ſup peccata cuiuſdam ciuitatis.

Lugere debem⁹ ſup dilatione æternę btĩtudinis

Vbi inueniũt iſtæ lachrymę



ſto ſpõſo vt petat a deo irriguũ. i. terrã cordis cũ aqua conpunctiõis: q̃ ambulãs ꝑ viã virtutũ cũ deo. i. dei adiutorio: ſedẽs ſup aſinã. i. dominãs paſſionibus carnis ſuſpirat affectãs & petẽs ſibi dari a deo cor cõpunctiõis & lachrymaꝝ & deus exaudit dans ei non ſolũ cõpunctionẽ de peccatis quæ eſt irriguũ inferius: ſed etiam de dilatiõe patrię quę ẽ irriguũ ſuperius. Chriſtus in cruce orauit cũ lachrymis & clamore valido. ſm̃ apl'm ad Heb. v. Exauditusq; ẽ ꝓ ſua reuerentia. Lachrymatus eſt pro magno affectu introducẽdi nos in ſupernã patriã. cõſiderans negligẽtiam hoĩm ad ipſam gloriã appetendã cõſequendã. Nullus em̃ videt eã ęſtimare: propter qđ dr̃ Threñ. j. Viæ Sion lugẽt. eo ꝙ nõ ſit qui vadat ad ſolennitatẽ. Sed beati qui lugent: qm̃ ipſi conſolabuntur. & in pręſenti per internã delectationem. & in futuro per ęternam glorificationem.

## §. IIII. BEATI QVI ESVRIVNT

& ſitiunt iuſtitiã: qm̃ ipſi ſaturabuntur. Matth. v. Hæc eſt quarta beatitudo diſpoſitiua: quæ recte & ratione ſequit̃ tres prędictas. Qui em̃ mundana cõtempſit: mores manſuetudine rexit. & alienas miſerias luxit. iam poteſt eſurire & ſitire iuſtitiam qđ prius nõ potuit. Vñ Amb. ſuper Lucam Poſtq; delicta defleui: incipio eſurire & ſitire iuſtitiã. Eger em̃ cũ in graui morbo eſt nõ eſurit. Beati ergo qui eſuriũt &c. Vbi Hieronymus. Nõ ſufficit velle iuſtitiã niſi & iuſtitię famem patiamur. Nunq; enim nos ſatis iuſtos credamus: ſed ſemper iuſtitię opera eſurire. id eſt deſiderare ampliora intelligamus non cõtenti operibus bonis factis. Et dicit Greg. Summum bonum in rebus humanis eſt iuſtitiam colere:& ſua vnicuiq; iura ſeruare. xij. q. ij. cum deuotiſſimam. qđ pertinet ad iuſtitiã Beati ĝ &c. Vbi tria nota.

Quarta beatitudo.

¶Primo quomodo eſuries variatur ſpiritualis.

¶Scđo quomodo iuſtitia eſuriatur generalis.

¶Tertio quomodo ipſa ſatiatur anima rationalis.

Quãtũ ad primũ ſciẽdũ ꝙ illi eſuriũt ſpũaliter qui deſiderant operari. Illi ſitiunt q deſiderãt ſcire talia opa. Eſt autẽ varia eſuries & ſitis. Aliqui em̃ eſuriũt & ſitiũt. i. deſiderãt & laborãt ad hoc vt ſciam vanã cõſequant̃: vt curioſi. Sed iſti nõ ſatiant̃. quinimmo deficiũt. ſm̃ illud Pſ̃. cvj. Eſuriẽtes & ſitiẽtes aĩa eoꝝ ĩ eis defecit. Nã vt ait apl'us. Semper diſcentes & nunq; ad ſciam veritatis perueniẽtes. Alij eſuriunt & ſitiunt pecuniã deſiderãtes. ſ. acquirere & laborare ad habendũ pecuniam vt auari: ſed nunq; ſatiant̃. immo ſemꝑ plus creſcit auiditas. Pſ̃. xxxiij. Diuites eguerunt & eſurierũt. Amb. Nec ſatietas vnq; aderit cupiditati nec finis. di. xlvij. ſicut hi. Alij eſuriũt & ſitiũt. i. deſiderãt hr̃e. & ad hoc laborant ad habendũ potentiam vel dignitatẽ aut voluptatẽ: vt ſuperbi & voluptuoſi & laſciui. Sed nũq; ſatiantur: immo ſemper magis anxiant̃. Prouer. xxviij. Leo rugiens & vrſus eſuriens. ſ. mel in arbore: princeps impius ſup populũ pauperẽ. Et de filio prodigo & luxurioſo dr̃ ꝙ cupiebat implere vẽtrẽ ſuũ de ſiliquis quas porci mãducabãt. i. delectationib⁹ venereis:& nemo illi dabat. Luc. xv. Solum eſurientes iuſtitiam & ſitiẽtes ſaturabunt̃. vñ dicit̃ Eſa. lxv. Ecce ſerui mei qui. ſ. opati ſunt iuſtitiã comedẽt. & vos. ſ. pctõres eſurietis. bibent & vos ſitietis. Beati ergo qui eſuriũt. &c. Quãtũ ad ſcđm. quõ eſurit̃ iuſtitia & ſitit̃. dicit Chry. ꝙ illi eſuriunt iuſtitiã: qui ſm̃ iuſtitiã dei deſiderãt cõuerſari. Illi ſitiũt q ſciam ei⁹ acqrere cupiunt. Iuſtitia autẽ hic ſumit̃ pro virtute gñali. quæ vt ait ph̃s eſt oĩs virtus. hęc reddit vnicuiq; qđ ſuũ eſt:& deo qdẽ tria. Nam vt creatori honorẽ. Apl's. Soli deo honor & gloria. honor. ſ. latriæ: quia ſolus eſt creator. Vt redemptori amorẽ Apo. j. Dilexit nos & lauit nos a peccatis noſtris ĩ ſanguine ſuo. nulla autẽ maior prouocatio ad amorẽ q̃ pręuenire amãdo. ait Aug. Et ipſe chriſtus prius dilexit nos. j. Io. iiij. Vt domino & iudici timorẽ ei debem⁹. Malach. ij. Si ego dñs veſter vbi eſt timor meus? Hiere. x. c. Quis nõ timebit te o rex gẽtiũ. Eſuriũt ergo & ſitiũt iuſtitiã q ſemꝑ magis ac magis cupiũt deũ honorare: amare & timere. Et ſitiũt affectantes ſcire quõ iſta melius perficiãt. Proximo ẽt iuſtitia exhibet tria. Obedientiam ſuperiori. ad Ro. xiij. Omnis anima poteſtatibus ſublimiorib⁹ ſubdita ſit: qa nõ ẽ poteſtas niſi a deo. ſ. operãte vel permittẽte quo ad malã & vſurpatã poteſtatẽ. Concordiã ęquali. j. Coꝛ. j. Idipſum dicatis oẽs & nõ ſint in vobis ſchiſmata. i. diſcordię. Beneficẽtiã ſeu prouidentiã inferiori. j. Pet. ij. Paſcite eum qui in vobis eſt gregẽ. & Luc. xij. Fidelis ſeruus & prudẽs quem conſtituit dñs ſup familiã ſuã: vt det illis cibũ ĩ tpe. ſ. neceſſariũ. Sibijpſi iuſtitia exhibet tria. Cordi intẽtionis mũditiam. Sap. j. In ſimplicitate cordis. i. pura intẽtiõe quærite illũ. Ori cuſtodiã. Pſ̃. xxxiij. Dixi cuſtodiã vias meas: vt nõ delinquã in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam. Carni exhibet iuſtitia diſciplinã. Exẽplo Pauli dicentis. Caſtigo corpus meũ & ĩ ſeruitutẽ redigo. Beati ergo q eſuriunt & ſitiũt iuſtitiã id eſt qui ſemꝑ auidi ſunt ad ſciendũ et operãdũ q̃ ꝑtinẽt ad debitũ exhibendũ ꝓximis:& ad cuſtodiẽdũ cor & os & oẽs ſenſus ſuos ſm̃ iuſtitiã. Quantum ad tertium. ſ. quę ſit iſta ſatietas qua ſatiantur eſurientes & ſitentes iuſtitiam. Reſpondet̃ ꝙ eſt triplex. Prima eſt: qa vt dicit Aug. Illo cibo ſatiabunt̃ et ſaturabuntur in pręſenti. de quo dñs ait. Meus cibus eſt vt faciam voluntatẽ eius qui miſit me patris mei: qđ eſt ſumma iuſtitia. Scđa eſt multiplicatio bonorum operũ & meritorũ: quę mentẽ replẽt & reficiũt ſpirituali delectatione. Qui em̃ multum deſiderat iuſta operari quod eſt eſurire multa bona facit: nunq; quieſcit a bono opere. Pſ̃. cxxxj. Pauperes eius. ſ. eccleſię ſaturabo panibus. i. refectionibus ſpũalibus. Tertia ſacietas eſt in futuro de qua Pſ̃. xvj. Satiabor cũ apparuerit gl'ia tua Nam in p̃ſenti rõnalis eſurit & ſitit primã veritatẽ: cui dat̃ p̃libatio fidei mõ. Cõcupiſcibilis eſurit & ſitit ſummã bonitatẽ cui dat̃ mõ pręlibatio charitatis. Iraſcibilis ſummam ſublĩmitatẽ: cui dat̃ mõ pręlibatio ſpei. Caro eſurit & ſitit ſuam glorificationẽ. ſm̃ illud Pſ̃. lxij. Sitiuit in te aĩa mea q̃ mł'tipliciter tibi caro mea. Sed in futuro rõnalis ſatiabit̃ viſione dei. Cõcupiſcibilis delectatiõe. Iraſcibilis ſatiabitur fruitiõe. Corpus ſua glorificatione. Mat. xiij. Tũc iuſti fulgebũt ſicut ſol in regno pr̃is eorũ quo ad corp⁹. vñ Eſa. lx. Tunc videbis quo ad rõnalẽ. & afflues quo ad concupiſcibilẽ. & mirabit̃ quo ad iraſcibilẽ. & dilatabit̃ q̃ ad corporis glorificationẽ: gloria em̃ aĩę dilatat̃ et extendit̃ vſq; ad corpus. Vñ Hilarius. Sitientibus & eſurientibus iuſtitiam beatitudinẽ tribuit dñs ſignificãs ſanctorum auiditatem perfecte in cœlo ſatietate repleri. & Chry ſ. Saturabuntur ſ. largitate remunerantis dei: qm̃ maiora erunt pręmia dei q̃ ſanctorũ deſideria. Beati ergo qui eſuriunt. &c.

Quid ſit eſurire qdq; ſitire iuſtitiã.

Demł'tiplici eſurie & ſiti iuſtitiæ.

j. Tim. j.

De pręmio iſtius beatitudinis ſcilicet ſacietate. Quõ. ſ. ſaturabunt̃ tripliciter.

## §. V. BEATI MISERICORDES

qm̃ ipſi miam cõſequẽtur. Mat. v. Hęc eſt quinta btĩtudo & apte ponitur in quĩto loco: qa ſm̃ glo. Miſericordia de ꝑcedentibus naſcitur. ſ. quando pręceſſerit vera humilitas & animus mãſueſcat:& ſuos & alioꝝ caſus defleat: ac iuſtitiam eſuriat poſtea naſcitur vera mĩa. Tunc enim alienas miſerias facit ſuas & pro viribus iuuabit:& ſi iuuandi facultas deeſt: cũ paſſio non deerit. & recte poſt iuſtitiam ponitur mĩa: quia ſm̃ glo. ita iſtę. ſ. mĩa & iuſtitia ſunt cõiunctę vt vna altera debeat temperari. Nam iuſtitia ſine mĩa eſt crudelitas:& mĩa ſine iuſtitia eſt remiſſio & diſſolutio. Quod diffuſe declarat Greg. di. xlv. diſciplina. Ad mĩam Chriſtus hortabat̃ dicens. Lu. vj. Eſtote miſericordes ſicut & pater veſter cœleſtis miſericors eſt. Et ratio eſt: qa beati miſericordes qm̃ ipſi miam conſequent̃. Et poſtea Chriſt⁹ dicit. Eſtote miſericordes. Quõ vł' in quibus debemus eſſe miſericordes oſtendit in eo qđ ſubdit. ſ. in tribus.

Quare mĩa qnto loco ponit̃.

¶In dãdo ſñiam. vnde ſubdit. Nolite iudicare & nõ iudi.

¶In cõdonãdo vel ſubdendo miſericordiã. Vnde ſubdit. Dimittite & dimittemini.

¶In ſubleuãdo inopiam vñ dicit. Date & dabitur vobis.

Quare & ĩ qb⁹ debem⁹ eſſe miſericordes.

Et in oĩbus his eſt miſericors pater cœleſtis ad eos qui faciunt mĩam. Beati ergo miſericordes qm̃ mĩam conſequẽtur. Prima ergo miſericordia qua debem⁹ vti ad ꝓximum eſt in iudicãdo. vñ dicit Hiero. Miſericordia hic nõ ſolum intelligit̃ in eleemoſynis: ſed ĩ oĩ pctõ fratris: vt alter alterius onera portemus. Iob. xix. Miſeremini mei miſeremini mei ſaltẽ vos amici mei. Quare me perſeqmini ſicut de⁹ & carnib⁹ meis ſaturamini &c. Miſericordia eſt cõpaſſio ſup aliena miſeria. Maxĩa miſeria eſt pctm̃. Cum ergo videt qs ꝓximũ aliqd facere qđ habet ſpẽm mali: ſi nõ ẽ cert⁹ nõ debet iudicare eũ: ſicut nec de⁹ q oĩa nouit noluit iudicare facta Sodomorũ niſi pri⁹ videret clare. Vadã inqt & videbo ſi clamorẽ q venit ad me ope ĩpleãt. Geñ. xix. Sed etſi a malo culpę defect⁹ excuſari nõ põt: ꝓximus in actu ſuo excuſat intẽtionẽ: cõſiderat fragilitatẽ: experit̃ ĩ ſe malorũ tentationẽ:& ſicut vellet ſibi miſereri: ita et miſeretur

proximo.Si ēt habet de ipſo iudicare miſericordia vtatꝛ̄ in alleuiādo Pœnā.cōſiderans qđ ait Iacobꝰ ī canonica ſua. Iudicium ſine miſericordia fiet illi qui nō facit miſericordiā.Sed nō ſic multi faciunt etiā qui videntꝛ̄ amici ſed ſunt prompti ad iudicia temeraria: & feſtucas in alieno oculo vident:nō ſuas trabes:vt ſcribitur in euangelio Lucæ. vj. Sua crimina alleuiant & excuſant:aliena aggrauāt & perſequuntꝛ̄.ſ.appetendo & quęrendo punitionē: vt deus. ideſt acſi ipſi eſſent innocentes & non indigentes:& ipſi miſericordia ex miſerijs ſuis & carnibus ſaturantur.crudelitatem ſcilicet exercēdo.Beati ergo miſericordes ī iudicādo nō temerarie:nō ſuſpitioſe:nō pręſumptuoſe: non vſurpatiue: ſed pie & ex cōpaſſione:qm̄ & ipſi miſericordiā cōſequentꝛ̄ cū iudicabuntꝛ̄ a deo.

Deſcd'a miſericordia.

Scd'a miſericordia eſt in cōdonando iniuriam.vnde dicit.Dimitte.ſ.iniurias vobis factas & dimittemini. Prouer.xxij.Qui pronus eſt ad mīam benedicetur a dn̄o.Aug.Dicit tibi deus.dimitte & dimittetur tibi. dimiſit prius dimitte vel poſtea.Nā ſi nō dimiſeris reuocabo te.& qcqd dimiſerā replicabo tibi de pœ.di.iiij. dicit dn̄s.Pſ̄.cij.Quō miſeretur pr̄ filioꝝ:miſertus eſt dn̄s timētibus ſe.Pater carnalis q̄uis filius multoties faciat contra ordinationes ſuas:tamen parcit ſibi compatiēs:ita & deus dimittit.ſ.iniurias ſibi innumeras quotidie a nobis factas. Vnde Amb.in paſſione Chriſti.Libenter ignoſco: ſcilicet iniurias mihi factas prompte indulgeo. miſericordiā malo q̄ ſacrificiū.de pœ.di.j.libēter.Exēplū in Paulo qui ait de ſeipſo.Qui prius fui blaſphemus & cōtumelioſus perſecutor.ſ.Chriſti & fideliū:ſed miſericordiā conſecutus.j.ad Timo.j.Et in euangelio ipſo vbi mīam mādat;dicit.Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrū:perfectus autem oīs erit ſi ſit ſicut magiſter eius.Chriſtus eſt magiſter qui quātas iniurias ſuſtinuerit.& q̄ miſericorditer īdulſerit: patet ī paſſiōe eius.Beati ergo miſericordes qm̄ ipſi miſericordiā conſequentur.ſ.remiſſionē ſuoꝝ pctōꝝ.vn̄ dr̄ Eccl'i.xxviij.Relīque proxīo nocēti te.i.tibi.nō dicit qui nocuit tibi: ſed nocenti principaliter qn̄ vltiōis ira ſolet magis ferueſcere:& tūc deprecāti tibi ſoluentꝛ̄ pctā tua.i.dimittentur:ſicut ſoluitur cæra ad ignē & glacies ad ſolē.& ad Col'.iij. Donantes inuicē ſi quis aduerſus aliquē habet quęrelam: ſicut & Chriſtus donauit nobis.

De tertia miſericordia.

Tertia miſericordia eſt in ſubleuādo inopiā.Vn̄ dicit Date.ſ.eleemoſynā & dabitꝛ̄ vobis miſericordia eleemoſynę multiplicis.Prouer.xiiij.Qui miſeretꝛ̄ pauperi.ſ.dando eleemoſynam.beatus erit.Hilarius. Intantum deus beneuolentię noſtrę in oēs delectatur affectu:vt ſuā miſericordiam ſolum miſericordibꝰ ſit daturꝰ. Eccl'i.xxix.Cōclude eleemoſynā in ſinu paupis.i.da occulte:non ꝓpter laudem humanā:& ipſa orabit pro te.ſ.pauper cui dabis.Date ergo & dabitꝛ̄ vobis. Et quid detꝛ̄ oſtendit ipſe deus in euangelio eodem dicens.

De præmijs miſericordibꝰ ꝓmiſſis.

Menſuram bonam confertā coagitatā & ſupereffluentē dabunt in ſinum veſtrum,ſ.pater & filius & ſpūſctūs.ſ.a quo omne datum optimū dabūt ꝓ eleemoſyna data ex miſericordia.Et mēſura bona pōt referri ad bona tēporalia quæ multiplicantur hominibus dātibus eleemoſynas largas: vt dicitur in Prouer.iij.c.Honora deum de tua ſubſtantia.ſ. dando pauperi:vt impleantur horrea tua:& vino torcularia redūdabunt.

Exemplum.

Exemplum legitur ꝙ in quodam monaſterio cum dabantꝛ̄ ibi abundāter eleemoſynæ paupibus abūdabant monachi multū in tēporalibus.In proceſſu tpis cœperunt deſiſtere ab hoc ope miſericordiæ:& monaſteriū etiā deficiebat in redditibus. Et cū quidā conquererentur de huiuſmodi defectu.dixit eis quidam ſanctus homo.Duo fratres ſunt quos habebatis in iſto monaſterio:vnꝰ dicebatꝛ̄ date: & alius dabitꝛ̄ vobis. Iſti ſemp volunt ſimul manere. Sed vos emiſiſtis date.& ideo alius.ſ.dabitꝛ̄ vobis noluit manere vobiſcū:ſed receſſit.Iō ergo indigetis:qa nō vtimini miſericordia ad pauperes.Scd'o menſuram coagitatam id eſt calcatā dabunt in ſinū veſtrum.i. mentē veſtrā quo ad bona ſpūalia,qa vt dr̄ Prouerb.xiij.Miſericordia & veritate redimitur iniquitas,Et per ipſam etiam miſericordię eleemoſynā diſponitꝛ̄ & augetur ad gratiā . Sicut patet per

Exemplum.

exemlpū in vitis patrū in legenda Macharij de illo ſymphoniaco qui ex eo ꝙ fecit miſericordiā defendendo virginē a ſocijs ne eam opprimerent & reducendo ad ſuos & mulierē inuentā in deſerto quaſi deſperatam ꝓ detentiōe viri & filioꝝ ī carceribꝰ ꝓ debitis,ipſe refocillauit & debita ſoluit . Machario fuit reuelatum ꝙ futurus eſſet ſocius eius in gloria. Et ſic ex illa miſericordia inductus eſt admonitione Macharij ad deſerendum ſæculum & ſeruiendum deo. Tertio menſuram confertam ideſt cumulatam quo ad gloriā aīę excedentē capacitatem meritorum eius. Quarto ſupereffluentem id eſt trabocantē quo ad gloriā corporis: quę procedit ab anima ſeu ab animę gloria redūdantē in corpus.miſericordibꝰ em̄ dicetur in vltima reſurrectione. Venite benedicti patris mei percipite regnū &c.

De mīa & eiꝰ vtilitate.ſ. ti.v. ca. xviij. Matth. xxv.

## §. VI. BEATI MVNDO CORDE

qm̄ ipſi deū videbūt.Mat.v.Cōuenienter ſexto loco ponitꝛ̄ beatitudo de munditia cordis:qa ſexto die hō formatus eſt ad imaginē dei quę qui dē ꝑ pctm̄ obtenebrata erat ī hoīe. Sed immūditia cordis reformatꝛ̄ ꝑ grām.Nam imaginem dei quā hō ꝑ culpā ſexta die amiſit : Chriſtus ſexta mundi ætate reſtituit & mundis corde infudit ꝑ gratiam. Merito ergo poſt p̄dicta ſequitꝛ̄ btitudo de mūditia:qa niſi priꝰ illa qnq; habeantꝛ̄:mūdū cor ī hoīe nō creatꝛ̄.Vn̄ Amb. Qui mīam defert mīam amittit:niſi mundo corde miſereatur. Quia em̄ vt ait Chry.multi miſerentꝛ̄:ſed impudica agunt: ęſtimantes ſufficere mīam oñdit ꝙ non ſufficit miſereri & īpudica agere.& iō addidit de munditia dicēs.Beati mundo corde.Et nota ꝙ nō dicit mundi in exterioribus vel in corpe.ꝯtra quos Chriſtus ait:Mat.xxiij.Ve vobis Scribæ & Phariſęi qui mundatis quod deforis eſt:intus autē pleni eſtis rapina & immunditia.ſ.cogitationū.Chry ſ̄.ſuper Mat.Cum deus neq; corporis munditiā laudet:nec ſordes cōdēnet:pone tn̄ ꝙ deꝰ odit ſordes corporū veſtimētoꝝ & vaſorū:q̄ neceſſe eſt vt ipſo vſu ſordidentꝛ̄,quanto magis ſordes conſcientię horret.quā ſi volumus ſemꝑ mundam ſeruamus.Dicit ergo. Beati mundo. non corpore ſed corde.Hęc autem munditia in tribus intelligitur.

De mūditia cordis quare ſexto loco ponitur.

Munditia cordis ī tribus cōſiſtit.

¶Primo vt munda ſit rōnalis ab errore male inſtruente.

¶Secūdo vt munda ſit concupiſcibilis ab amore male inflamante.

¶Tertio vt munda ſit iraſcibilis a timore male hūiliante

Munditia ītellectus ī tribus.

Debet munditia eſſe in intellectu a tribꝰ vt ſit mūda rōnalis videlicet.Primo a duplicitate intētionis.Scd'o a falſitate opinionis. Tertio a prauitate cogitationis.

Quantū ad primū qui ſimul habet intentionē. vt qui facit aliqd malo fine:vl'q vnū habet ī corde:& alid' ī ore ſeu ope:nō eſt btūs ſed miſer Eccl'i.ij.Ve duplici corde.Et iterū.Ve pctōri ingredīeti terrā duabꝰ vijs.Hoc agit ſ̄m Rabanū:q mala facit & bona ſperat. vel q ſectatꝛ̄ opa carnis: & ſanctificationē ſpūs ſe ꝑficere arbitratꝛ̄.Vel q quo ad exteriora viā graditꝛ̄ paradiſi.ſ.agēdo opa de genere bonoꝝ quo ad interiora incedit per viā inferni.Hiere.iiij. Laua a malitia.ſ.intētiōis cor tuū.Scd'o debet intellectꝰ eſſe mundus a falſitate opinionis. vt nil ſentiat contra ꝟitatē fidei. ſicut diſcipuli qui videntes Chriſtū reſuſcitatū ęſtimabant phātaſma eſſe.vn̄ Chriſtꝰ ait.Quid turbati eſtis . & cogitatiōes aſcēdūt.ſ.ab inferis in corda vr̄a? Actꝛ̄.xv.Fide purificās corda eorū.ſ.ab erroribꝰ.Tertio debet eē rōnalis mūda a prauitate cogitationis.Mat.xv.Ex corde exeunt cogitationes malę furta & hmōi.Et vt dicit Greg. Nequaq; cogitatio immūda mētē maculat cū pulſat:ſed cum hāc ꝑ delectationē ſuperat.de pœ.di.ij. inter hęc ſciēdū. vn̄ Eſa.j.dr̄. Lauamini quo ad primū.mūdi eſtote quo ad ſcd'm. auferte malū cogitationū vr̄aꝝ ab oculis meis quo ad tertiū.

Munditia ꝯcupiſcibilis ī tribus.

Secūdo debet eē mūda cōcupiſcibilis ab amore mūdanę affectiōis:ab amore praue delectatiōis: a malo ꝑuerſæ opationis.Mat. vj.Vbi eſt theſaurus tuus ibi eſt & cor tuum. vbi Chry.Si nil tibi alterius mali eueniat.nō paruā ſenties iacturā inferioribꝰ affixꝰ.& ſeruꝰ eorū factꝰ.& a cœleſtibꝰ cadens & nil excelſoꝝ cogitare valens.Scd'o debet affectꝰ eē mūdus ab amore prauæ delectationis. Tob.iij. Mundam ſeruaui mīam meā ab omni cōcupiſcētia.ſ. carnis & ſpūs. Et dn̄s ꝑ prophetā.Vſq; quo morabuntꝛ̄ apud te cogitationes noxię? Tertio debet eē mūda affectio a praua opatiōe Prouerb.xxj.Qui mundus eſt.ſ.corde rectū eſt opus eius. Pſ̄.xxiij.Quis aſcēdet in montem dn̄i:innocēs manibꝰ.i. operibꝰ.& mūdo corde? Tertio debet eē munda iraſcibilis a timore male humiliante.Matth.x.Nolite timere eos qui occidunt corpus.vn̄ Apl's ait. Mundus ego ſum a ſanguine oīm veſtrū.Non em̄ ſubterfugi quin omne cōſiliū dei manifeſtarē vobis.ſ.de agēdis.q.d. ꝓpter timorē non dimiſi quin dicerē veritatē neceſſariā:qa tūc mūdꝰ nō eſſem.

Munditia ī iraſcibili.

Qui enim



Qui em̄ nimis timet aduerſa de facili ꝑdet munditiam cordis:& incurrit plura pctā.Sed ſi qs diceret iſtā beatitudinē haberi nō poſſe:quia ſcribitur Prouer.xx.Quis pōt dicere mūdū eſt cor meū:purus ſum a pctō? q.d.nullus.ergo non pōt haberi iſta btitudo mūditiæ. Reſpondeo. Aliud eſt dicere ſe mundū a pctō. qđ nullus pōt dicere aſſertiue. qa delicta quis intelligit. Pſ̄.xviij.q.d.nullus.Et nihil mihi cōſcius ſum:ſed nō in hoc iuſtificatꝰ ſum.ait apl's.Et hoc propter incertitudinē ſtatus noſtri:qa nemo ſcit vtrum odio vel amore dignus ſit.Ecc̄s.ix. Tū etiā propter inſeparabilitatē venialiū.j.Io.j.Si dixerimus quia pctm̄ nō habemus ipſi nos ſeducimus.Aliud eſt eſſe mūdū a pctō quocūq;.Et iſtud q̄uis ex propria natura eſſe nō poſſit : tn̄ eē pōt ex diuina gratia. ſ̄m illud Iob.xiiij.c. Quis pōt facere mūdū de immundo cōcęptū ſemine? Nōne tu q ſolus es? Et cū tali munditia pōt videri deus ī vita p̄ſenti multipl'r. Iacob vidit deū facie ad faciē:ſed emarcuit neruꝰ femoris eiꝰ: qđ ſignificat extinctionē cōcupiſcētię carnalis.& Eſa.ſed mūdatis labijs.& Paulꝰ raptꝰ:ſed ceciderūt ſquamę ab oculis eiꝰ ipō baptizato. Btī ergo mūdo corde qm̄ ipſi deū videbūt.

## §. VII. BEATI PACIFICI QVO

niā filij dei vocabuntꝛ̄.Mat.v.Hęc beatitudo apte in ſeptimo loco ponitꝛ̄.Dicit glo. qa ī ſabbato vere requeuit dabitꝛ̄ ꝟa pax ſex ętatibus trāſactis. Amb.ſuꝑ Lu.reddit rōnē q̄re cōgrue beatitudinē de munditia ſequitꝛ̄ iſta de pace dicēs. Cū interiora tua vacua feceris ab oī labe pctī:ne diſſenſiones ex affectu tuo procedant: a te pacē incipis vt alijs pacē feras.vnde dr̄.Beati pacifici.circa qđ tria ſunt notanda.

Quare hęc ſeptīo loco ponitur.

¶Primo pacis auiditas.

¶Secundo pacis integritas.

¶Tertio pacis ſublimitas.

Quātū ad primū dicit Aug.xix.de ciui.dei. ꝙ oīa appetūt pacē.qđ diffuſe probat per multa exēpla & irrationabiliū aīmaliū & latronū inter ſe.Et etiā ex hoc qa bellū qđ natural'r oēs horrēt propterea gerūt vt ꝑueniatꝛ̄ ad pacē.Non em̄ pax quęritꝛ̄ vt bellū exerceatꝛ̄:ſed bellū geritꝛ̄ vt pax habeatꝛ̄.xxiij.q.j.militare.Pſ̄.lxxv. In pace factus ē locus eiꝰ. ſ.dei.Hanc apl's mandauit dicēs.Pacem habete & deus pacis & dilectionis erit vobiſcum.ij.Coꝝ. vlti. Quātum ad ſcd'm ſciendū ꝙ tribꝰ modis aliqui fiūt pacifici.Et beati pacifici qm̄ &c.Primo quidē cū deo ei in oībus obtēperādo. Scd'o in ſeipſo motus illicitos refręnādo. Tertio cum proximo cōcordiā inter eos procurādo.Nec dicuntꝛ̄ hi pacifici qui habēt animū pacatum iniurijs factis a proximo vt nō inde cōturbentꝛ̄:qa hoc pertinet ad ſecundā beatitudinē.ſ. mititatem.Sed qui inuigilāt paci reformādę quo ad deū & hoc per pn̄iam qui ꝑ culpā eā amittūt & paci cōſeruādę in ſeipſis:& paci faciendæ inter proximos.Primo ergo beati pacifici:qa.ſ.obtēperādo mādatis dei: per oīa cōcordāt cū eo.ad Ro.v.Iuſtificati ex fide pacem habeamus ad deū. vt em̄ ait Aug.Sicut qđ eſt ſuperius in nobis.ſ.mēs vel ratio debet cæteris inferioribus reluctantibus imperare:ita qđ eſt in nobis ſuperius.ſ.ipſa ratio debet ſubijci potiori ſe.ſ. deo.Neq; em̄ imperare inferioribus pōt niſi ſuperioribus ſubijciatꝛ̄. Vn̄ in primis parentibus cū rebellauit ratio deo tranſgrediens mādatū.& caro ſe rebellauit rōni ſentiendo ſtimulos carnis.Et hęc eſt pax quę datꝛ̄ hoībus bonæ volūtatis.Luc.ij.Scd'o beati pacifici.ſ.qui refręnant in ſe illicitos motus.Iob.v.Scias ꝙ pacem habeat tabernaculū tuū id eſt corpus. vnde & Aug.Pacifici ſunt in ſeipſis q animi motus & carnales concupiſcētias habentes edomitas & rationi ſubiectas ſunt regnum dei : in quo ita ordinata ſunt oīa:vt qđ in hoīe eſt principiū imperet reluctantibus quę ſunt in nobis beſtijſq; cōmunia. Tn̄ vt dicit Aug.iſta ſubiectio ſenſualitatis ad rationem perfecte non pōt haberi in hac vita:ſed hoc nūc pacifici agūt:vt domātes cōcupiſcentias carnis ne regnēt:qn̄q; ꝑueniāt ad pleniſſimā pacē.Tertio beati pacifici.ſ.q quęrūt pacē cū proxīo.ſcd'm illud ad Rom.xij.Si fieri pōt qđ ex vobis eſt cū oībus pacem hn̄tes Chry.ſuper Mat.Pacifici ad alios qui nō ſolū inimicos in pace recōciliāt:ſed ēt qui immemores maloꝝ diligūt pacē.

Tribus modis aliqui fiūt pacifici.

Pertinet ad iſtā pacē vt nō ſolū nō quęrāt vidictā lęſi : ſed quęrāt cū eis lędētes hr̄e pacē & diſcordātes ad pacē reducere.Quantum ad tertiū principal'r ſublimitas pacis oſtenditꝛ̄ ex fructu eius ſeu pręmio qđ repromittitꝛ̄.qa.ſ. filij dei vocabuntꝛ̄,Tria aūt faciūt hoīem filiū dei quodā ꝑticulari modo.Prīo fides formata.Ioā.j. Dedit eis poteſtatē filios dei fieri his qui credunt in noīe eius. Qui non ex ſanguinibus &c. Scd'o charitas perfecta. Mat. v. Diligite inimicos vr̄os &c.vt ſitis filij pr̄is veſtri.Tertio pacis cōcordia. ſ̄m illud.Beati pacifici qm̄ filij dei vo. qa ſcd'm Chry. tales diligētes pacē chriſto ſunt ſimiles q eſt pax nr̄a q fecit vtraq; vnū ſcd'm apl'm.Vel qa ſ̄m Aug.In deo ē ſumma quies & nil repugnās.Et ſic habēt tales ſimilitudinem patris. Vel ſcd'm eundē Chry.Pacifici dicuntur qui nec odiūt nec litigāt:ſed litigātes & diſcordātes ad pacem reducunt. Hi recte vocantur filij dei : qa vnigeniti hoc opus fuit congregare diſperſa & pacificare cōtra ſe pręliantia.hoc autem eſt maximum & digniſſimum.ſ.eſſe filium regis ęterni.

De præmio illius btītudinis.

## §. VIII. BEATI QVI PERSECV

tionem patiuntꝛ̄ propter iuſtitiā qm̄ ipſoꝝ ē regnū cœloꝝ. Mat.v.Hæc octaua beatitudo eſt quędā manifeſtatio & cōfirmatio pręcedētiū.Ex hoc em̄ ꝙ aliqs eſt confirmatus in pręcedētibꝰ bonis:ī pauꝑtate ſpūs:mititate:& alijs. ſequitꝛ̄ ꝙ ab illis bonis propter nullā ꝑſecutionē recedat. Vn̄ iſta beatitudo ꝑtinet quaſi ad oēs pręcedētes.Chry.autē ſuper Mat.dicit ꝙ poſita beatitudīe de pace ſubdit de ꝑſecutiōe ne qs exiſtimaret ꝙ ſemꝑ quęrere ſibi pacē ſit bonū. puta aſſentiēdo malis.propterea ſubdit.Beati qui perſecutionē patiuntur.Vbi tria notanda ſunt circa iſtam beatitudinē.

¶Primo ſuppliciū afflictionis:ibi.Btī qui ꝑſecutionē pa.

¶Scd'o motiuū paſſionis:ibi.propter iuſtitiam.

¶Tertio p̄miū toleratiōis:ibi.qm̄ ipōꝝ eſt regnū cœlorū.

Quantū ad primum vtiq; ꝑſecutio afflictio eſt. Dicit aūt apl's.ij. Timo.iij.Oēs qui pie volūt viuere ī Chriſto neceſſe eſt vt perſecutionē patiantur ꝓpter iuſtitiā:& hoc a carne:dęmone & hoīe.Caro em̄ perſequitꝛ̄ ſpm̄ volēs eū trahere ad ſuas concupiſcētias.In cuius figuram fuit Iudus Hiſmaelis cū Iſaac:qui ꝑſecutio dr̄.vn̄ apl's ad Gal.iiij. Is qui ſcd'm carnē natꝰ ē ꝑſequebatꝛ̄ eū q ſ̄m ſpm̄ natus eſt.i.appetitus ſenſualis rōnem. A dęmone quilibet iuſtus ſuſtinet perſecutionē dum varijs modis quęrit eum decipere & occidere.Pſ̄.xvij.Perſequar inimicos meos & cōprehendam illos & nō cōuertar donec deficiāt.Perſequimur dęmones perſequentes,cū reſiſtimus eorū ſuggeſtionibus. Ab hoīe fit perſecutio.Et hoc dupl'r:qa ꝑ iniurias corporales vel ꝑ mala exēpla. Vn̄ Aug vtrūq; genus perſecutionis diſtinguens.ait ſuꝑ Pſ̄.lxix.& in multis alijs.Vox contribulatorū Chriſto.i.martyrū inter paſſiones periclitātium ſed de capite pręſumētiū.Cum illis vox oīs iuſti cui ex charitate abundās iniquitas Chriſtianoꝝ paſſio eſt. vt Loth corpalē ꝑſecutionē a nullo in Sodomis ſuſtinuerit ſed a malis eoꝝ cū quibus habitabat.Eſt ergo ꝑſecutio iuſti vel a leone in impetu:vel a dracone in inſidijs. vij.q.j.aduerſitas.§.eſt & aliud.

qđ multiplex ē perſecutio.

Quātum ad ſcd'm.ſ.de motiuo paſſionis qđ.ſ.debet eſſe iuſtitia quę includit omnem virtutem.Nam pati propter ſua peccata perſecutionē.i. punitionē nō facit hoīem beatū ſed miſerum. vn̄.j.Pet. iiij. dr̄.Nemo veſtrū patiatur quaſi homicida aut fur aut maledicus.Idē ſi quid patimini ꝓpter iuſtitiā beati.Et hoc eſt qđ dr̄ beati qui ꝑſecutionē patiūtur ꝓpter iuſtitiā.Chryſ̄.ſuꝑ Matth.Quidam patiuntur ꝑſecutionē ꝓpter non cōmittendā idolatriam.Et iſti ſunt beati quia propter iuſtitiā fidei patiuntur: vt fideles a paganis: vt Lau. Vin.Io.& Paul'.Coſmas & Damianus a diuerſis tyrannis idolatris. vt Agnes & Lucia:Cecilia:Catharina:& innumeri vtriuſq; ſexus. Aliqui patiuntur perſecutionē propter veritatē non deſerendā: vt catholici ab hęreticis.ſicut Athana. Hila. Amb. & plures alij ab Arrianis & impatore eis fauēte.& Hermigildꝰ filius regis Hiſpaniæ a ſuo patre iuſſus occidi : qa ab Arrianis noluit accipere cōionē: vt narrat Greg.ī dial'.Et iſti etiā beati : qa ꝑꝑ iuſtitiā veritatis patiuntꝛ̄ perſecutionem.Sed ſi quis ex potentibus ait Chry ſ̄. qui Chriſtiani videntꝛ̄ forſitan propter pctā ſua correptꝰ a te fuerit ꝑſecutꝰ btūs es cū Ioanne bap.qui.ſ.nō ꝓpter fidē:ſed ꝑꝑ veritatē dicendā circa matrimoniū violatū ab Herode corripuit.ꝑſecutionē & mortē eſt paſſus.Qui ergo ꝓpter cauſam dei aliqd patitꝛ̄ : etſi a ſuis patitꝛ̄ mercedē martyrij accipiet a deo.Beati ergo q ꝑſecutionē patiuntur ꝓpter iuſtitiā.Quantum ad tertiū ſcilicet de pręmio.Nota ꝙ regnū cœlorum eſt perſecutio patientiū tribus modis.Primo mō ſpōtanea volūtate. Volūtarie ſacrificabo &c.Scd'o cū ꝑſeuerantia.Vn̄ qui perſe

De motiuo paſſiōis. ſ. ꝑꝑ qd.

ꝙ. ſ. afflicti btīficantꝛ̄.

De præmio huiuſmodi ꝑſecutorū.

uerauerit vſq; in finē hic ſaluus erit. Tertio ex cauſa legitima: qa ꝓpter rectā intētionē & cauſam. Nā vt ait Apl̃us .j.Cor.xiij.c. Si tradidero corpus meū ita vt ardeā: charitatē aūt nō habuero. ſ. faciēdo ꝓpter laudē humanā: nō propter deū nihil mihi prodeſt. Et nota ꝙ idē prēmiū ī prima & octaua beatitudine ponitur. Primo qdē: qa martyrij genus eſt paupertas volūtaria: & in cōſpectu ſeculi ſunt pauperes ſpū qui perſecutionē patiunt̄. Scđo qa per paupertatem emitur regnū cœlorum: ſed ꝑſecutiōe & paſſiōe ꝓ Chriſto percipit̄ regnū. Tertio ſcđm Amb. qa pauperibus ſpū ꝓmittit̄ regnū cœlorum quātū ad gloriā aīæ: ſed ſuſtinētib9 perſecutionē & paſſionē in corpore pro Chriſto promittit̄ regnū cœlorum quātū ad gloriā corporis. Beati ergo. &c.

¶De vltimo fine hoīs q eſt beatitudo perfecta. Cap. VII.

De vltimo fine ſcilicet beatitudie vtrū ſcilicet ſit quid creatū.

RESTAT VIDERE DE BEAtitudine pfecta: q̄ ē vltimus finis hoīs quā diffinit Boe. cum dicit. ꝙ ē ſtat9 oīm bonorum aggregatiōe pfectus. Et prio vidēdū eſt ſi ē aliqd creatū vel increatū. Pro cuius declaratione dicit .b. Tho. j.ij.q.iij. ꝙ beatitudo eſt vltimus finis. Finis aūt alicuius dr̄ dupliciter. Vno mō res quā cupim9 adipiſci: ſicut auaro finis eſt pecunia. Alio modo ipſa adeptio vl' poſſeſſio ſeu vſus aut fruitio eius rei quæ deſiderat̄. ſicut ſi dicat̄ ꝙ poſſeſſio pecuniæ eſt finis auari. & fruire voluptuoſa eſt finis intēperati. Primo ergo mō vltimus finis hoīs eſt bonū increatū. ſ. deus q ſolus ſua infinita bonitate pōt voluntatē hoīs pfecte implere. Et iſta dr̄ btītudo obiectiua vel cauſatiua: qa de9 eſt obiectū & cauſa noſtrę btītudinis. vñ & Boe. dicit deū eſſe ipſam beatitudinē neceſſe eſt ꝯfiteri. Scđo vltimus finis ſeu btītudo hoīs eſt aliqd creatū in ipo exiſtens: qđ nihil aliud eſt ꝙ adeptio vel fruitio vltimi finis. Vñ Aug. dicit ꝙ illis rebus fruēdū eſt quę nos beatos faciunt. Factio aūt importat qd creatū. & iſta dr̄ beatitudo adeptiua vel fruitiua ex eo ꝙ eā adipiſcimur & fruimur. Sic igit̄ quātū ad obiectū & cauſam beatitudo eſt qd increatū: ſed quantū ad eſſentiā eſt quid creatū. Cū aūt dr̄ beatitudo eſt qd ſummū bonū: intelligēdū eſt ꝙ eſt adeptio ſummi boni. nō ꝙ ipſa adeptio quę dr̄ beatitudo ſit ſummū bonum qđ eſt deus. & per conſequēs qd increatū. Et ſil'r beatitudo dr̄ vltimus finis. i. adeptio vltimi finis.

quę opatio ſit beatitudo.

Probat̄ qual'r btītudo ſit perfecta operatio.

Probatio & declaratio quō beatitudo perfecta ſit operatio: non quęcūq;: ſed operatio intellectiua. nō quęcūq;: ſed claræ viſionis diuinę eſſentię. Et primū probat ſic .b. Tho. j.ij.q.iij. ſ. ꝙ beatitudo ſit operatio ſcđm ꝙ beatitudo eſt aliqd creatū in ipo hoīe exiſtens. Beatitudo eſt vltima hoīs perfectio. Vnūquodq; aūt intantū eſt perfectū inquātū eſt actu. Nā potentia ſine actu imperfecta eſt. ergo beatitudinē oportet ī vltimo actu hominis conſiſtere. Manifeſtū eſt autē ꝙ operatio eſt vltimus actus operantis. vñ & ſcđs actus nominat̄ a pħo in .ij. de anima. Nam habens formā pōt eſſe in potētia operans: ſicut ſciēs potētia cōſiderās eſt. Et inde eſt ꝙ in alijs quoq; rebus vnaquęq; dr̄ eſſe propter ſuā operationem. Neceſſe eſt igitur beatitudinem hominis operationē eſſe. Vnde & pħs in .j. Ethi. dicit fœlicitatem eſſe operationem ſcđm pfectam virtutē. Cum aūt ſit duplex actio ſm pħm. Vna quæ procedit ab operante in materiā exteriorē: ſicut nere, ſecare & hmōi. Et talis actus nō pōt eſſe beatitudo hoīs: qa talis operatio non eſt perfectio agētis ſed magis patientis. Alia eſt actio manens in ipſo agēte: ſicut ſentire: velle & intelligere. & talis actio ē perfectio agētis: & pōt eſſe beatitudo.

Qual'r btītudo ſit ī deo & angelis.

Iſta aūt opatio q̄ dr̄ btītudo: alio mō eſt in deo: alio modo in angelis bonis & ſanctis: alio mō ī viatoribus. Nā ī deo in quo eſt btītudo p eſſentiā. operatio eius eſt eſſe ipſi9. In angelis & beatis in vita ęterna: eſt vltima pfectio ſm aliquā operationem qua iūgūtur bono increato. & hęc eſt in eis opatio vnica & ſempiterna. In viatorib9 aūt ſcđm ſtatū vitę pręſentis eſt vltima pfectio ſm quā hō coniūgitur deo. Sed hæc operatio nō pōt eſſe continua & vnica. Nec obſtat pdictis ꝙ beatitudo dr̄ vita ęterna. Ioan. xvij. Hæc eſt vita ęterna vt cognoſcāt te ſolū &c. Et vita non eſt operatio: ſed ſcđm pħm viuere viuētib9 ē eē. Nā ſcđm Tho. vita dr̄ dupl'r. Vno mō ipm eſſe viuētis. & ſic btītudo nō eſt vita niſi in deo cuius eſſe ē ſua etiā opatio. Alio mō dr̄ vita opatio viuētis: ſm quā principiū vitę exit in actū. Et ſic noīamus vitā actiuā & cōtēplatiuam. Et hoc mō beatitudo pfecta dr̄ vita æterna. Qđ aūt Boetius dicit beatitudinē ſtatū oīm bonorum intelligit̄ p hoc ꝙ btūs eſt in ſtatu oīs boni pfecti. i. firmitate & dignitate: nō ꝙ nō ſit in actu.

## §. I. QVOD OPERATIO QVE

Probat̄ ꝙ iſta opatio btītudinis fiat ex intellectu.

eſt beatitudo ē operatio intellect9: ꝓbat̄ ſic. Beatitudo cū ſit pfectū bonū: oportet ꝙ ſit optīa operatio vel pfectiōis operatio. Optima opatio eſt optimę potentiæ. ergo optimū obiectū eſt deus. Potentiæ aūt principaliores aīæ ſunt intellect9 & volūtas. Sed beatitudo nō pōt eſſe eſſential'r actus volūtatis: vñ reſtat ꝙ ſit act9 intellect9. Et ꝙ nō pōt eſſe actus voluntatis quātū ad id qđ eſt eſſential'r ipſa btītudo: ſic probat .b. Tho. j.ij.q.iij. Manifeſtū eſt ex pręmiſſis ꝙ beatitudo eſt ꝯſecutio vltimi finis. Cōſecutio aūt finis nō cōſiſtit in ipſo actu volūtatis. Volūtas em̄ fert̄ in finē & abſentē cū ipm deſiderat: & pſētē cū in ipſo requieſcēs delectat̄. Manifeſtum eſt aūt ꝙ ipſum deſideriū finis non eſt cōſecutio finis: ſed motus ad finē: delectatio aūt aduenit volūtati ex hoc ꝙ finis ſit ei pręſens. Nō autē ecōuerſo aliqd ſit pręſens: qa voluntas delectatur in ipſo. Oportet ergo aliqd aliud eſſe ꝙ actū volūtatis: p qđ ſit pſens ipſe finis volūtati. Et hoc manifeſte apparet circa fines ſenſibiles. Si em̄ cōſequi pecuniam eſſet p actū volūtatis: ſtatim a principio cupidus conſecutus eſſet pecuniam qñ vult eā habere. Sed a principio quidē eſt abſens ei. Cōſequit̄ autē ipſam p hoc ꝙ manu eā apprehēdit: vel aliqd hmōi: & tūc iam delectat̄ in pecunia habita. Sic igitur circa intelligibilē finē cōtingit: nā a pricipio volum9 cōſequi finē itelligibilē. Cōſeqmur aūt ipm p hoc ꝙ ſit pſens nobis p actum intellectus. Et tūc volūtas delectata qeſcit ī fine in adepto. Sic ergo eſſentia btītudinis in actu intellect9 cōſiſtit. Sed ad volūtatē ptinet delectatio cōſequēs btītudinē ſcđm ꝙ dicit Aug. in .x. confeſ. ꝙ beatitudo eſt gaudiū de veritate: qa. ſ. ipm gaudiū eſt cōſummatio btītudinis. Patet etiam hoc. ſ. ꝙ beatitudo conſiſtit in actu intellectus ex hoc qđ dr̄ Ioā. xvij. Hæc eſt aūt vita ęterna vt cognoſcāt te ſolum verū deū &c. Cognitio aūt ptinet ad intellectū: nō voluntatē. Nō eſt cōtra pdicta qđ Aug. dicit .xix. de ciui. dei. beatitudinē cōſiſtere in pace. Nā pax ptinet ad vltimum finē hoīs & p cōſequēs ad beatitudinē. non ꝙ eſſentialiter pax ſit ipſa btītudo: ſed qa antecedēter & ꝯſequēter ſe habet ad eā. Antecedēter quidē inquantū iā ſunt remota oīa perturbātia & impedītia ab vltimo fine. Cōſequēter aūt inquātum homo adepto vltimo fine remanet pacatus. & in ſuo deſiderio quietatus. Item ſi obijciatur. Beatitudo eſt ſummū bonū: ſed bonū eſt obiectū volūtatis: ergo beatitudo conſiſtit in actu voluntatis. Reſpōdet btūs Tho. ꝙ primū obiectū voluntatis non eſt actus eius: ſed aliqđ aliud bonū: ſicut nec primū obiectū viſus eſt viſio. ſed viſibile: vñ ex hoc ipſo ꝙ beatitudo pertinet ad voluntatem tamꝙ ad primū obiectū ei9. ſequit̄ ꝙ nō pertineat ad ipſam tamꝙ actus eius. Item ſi obijciat̄ ſic. Si beatitudo eſt operatio vt dictū eſt. ergo eſt nobiliſſima optio. Sed nobilior opatio eſt dilectio dei: q̄ pertinet ad volūtatē: ꝙ cognitio q̄ pertinet ad intellectum. ergo &c. Rñ .b. Tho. ꝙ dilectio pręeminet cognitioni in mouēdo: ſed cognitio prior eſt dilectione. ſ. attingendo. Nō em̄ diligit̄ niſi cognitū: & ideo intelligibilē finē primo attingim9 p actionē intellect9. ſicut & ſenſibilē finē primo attingimus per actionē ſenſus. Item ꝗuis finē prius apprehēdat intellect9 ꝙ volūtas: tamē qa motus ad finē incipit a volūtate: ideo voluntati debetur id qđ vltimo cōſequit̄ aſſecutionēm finis. ſ. delectatio ſeu fruitio. Itē ex hoc quod Augu. dicit ꝙ beatus eſt qui habet quicquid vult: nō tñ niſi per actū voluntatis eſt ꝙ habeat quicquid vult. & ideo pertinet ad voluntatem.

Argumentū in ꝯtrium.

## §. II. QVOD ISTA OPERATIO

De obiectoꝫ ſ. viſiōe diuinæ eēntiæ.

intellect9 in qua eſſentialiter cōſiſtit btītudo pfecta, eſt viſio diuinę eēntię: & nō pōt eſſe alia opatio. ꝓbat .b. Tho. j.ij.q.iij. ſic. Hō nō pōt eē pfecte btūs quſq; reſtat ſibi aliqd deſiderādū & quęrendū: qa btītudo eſt qetatiua. Sed q nō videt diuinā eſſentiā: reſtat ei aliqd deſiderandū & quærēdum. Nā cū de9 ſit cauſa prima oīm rerū: & oīa ſunt quidā effectus dei. Cū intellectus cognoſcit eſſentiā alicuius effectus niſi cognoſcat etiā cauſam illius effect9: nō ſolū an ſit ſed etiā qd ſit ſeu eſſentiam eius: remanet homini naturaliter deſideriū cū cognoſcit effectū: & ſic hr̄i cauſam cognoſcendi etiā de cauſa qd ſit: & illud: deſideriū eſt admirationis & cauſat inquiſitionē. puta ſi quis cognoſcat eclipſim ſolis. conſiderat ꝙ ex aliqua cauſa ꝓcedit. de qua qa neſcit qd ſit admirat̄ & admirando inqrit: nec iſta inquiſitio qeſcit quouſq; pueniat ad cognoſcēdā eſſentiā cauſæ. Sic cognoſcens intellectus eſſentiam alicui9 effectus niſi cognoſcat & de deo q eſt cauſa eius qd ſit: remanet inquiet9: & p ꝯñs nō pōt eſſe pfecte btūs. Cognoſcere aūt nō poteſt pfecte cauſam primā: niſi ipſam eſſentiā eius videndo. Vniuſcuiuſq; em̄ pfectio potētiæ attēdit̄ ſm rōnem ſui obiecti. Obiectū autē intellectus eſt quicqd eſt in eſſentia rei. vt dr̄ in .iij. de aīa. Vñ intantū ꝓcedit pfectio intellectus inquātum cognoſcit eſſentiā alicui9 rei. Oportet ergo cognoſcere ſeu videre eſſentiā dei q vult pfecte cognoſcere. Et ideo etiā dr̄ .j. Io. iij. Cū apparuerit ſiles ei erimus: quia videbimus eū ſicuti eſt id eſt eſſentiā eius. Et in hoc cōſiſtit beatitudo perfecta. Et iſta viſio dicitur dos animæ.

quid ſit obiectū intellectus.



## §. III. QVOD DELECTATIO RE

Quō delectatio reqrit̄ ad beatitudinē.

quiritur ad beatitudinē ſicut concomitans ipſam. Pro cuius declararīōe dicit btūs Tho. j.ij.q.iiij. ꝙ quadrupliciter aliquid requirit̄ ad aliud. Vno modo ſicut præambulum vel præparatorium ad ipſum: ſicut diſciplina requirit̄ ad ſcientiā. Scđo modo ſicut perficiēs aliqd: ſicut anima requiritur ad vitā corpis. Tertio mō ſicut coadiuuans extrinſecum ſicut requiruntur amici ad aliquid agēdum. Quarto modo ſicut aliquid cōcomitans. ſicut ſi dicamus ꝙ calor requirit̄ ad ipſum ignē. Et hoc vltimo modo delectatio requirit̄ ad beatitudinem. Cauſat̄ em̄ ex hoc ꝙ appetitus requieſcit in bono adepto. Vñ cum beatitudo nil aliđ ſit ꝙ adeptio ſummi boni non poteſt eſſe ſine delectatione concomitante: ſicut nec ignis ſine calore. Et qđ Aug. dicit ꝙ viſio eſt tota merces fidei: verum eſt quantum ad eſſentiā beatitudinis. Vnde per hoc non excluditur delectatio ſed oſtendit̄ ꝙ ipſa non ptinet ad eſſentiā beatitudinis: ſed eſt vt accidens ꝓpriū: vt riſibile cōſequit̄ rōnale. In ipſa etiā redditione mercedis delectatio includit̄. Nam cum alicui merces redditur voluntas merentis requieſcit: qđ eſt delectari. Item non eſt contra prædicta qđ pħs ait .vj. Ethico. ꝙ delectatio impedit actionē intellectus: qa corrūpit æſtimationē prudētiæ. Nō em̄ loqt̄ ibi philoſoph9 de delectatione concomitante intellectum: hæc em̄ nō impedit operationē intellect9: ſed magis ꝯfortat ipam: vt dr̄ in .x. Ethi. Ea em̄ q̄ delectabiliter facimus attentius & perſeuerantius facimus. Sed loquit̄ de delectatione extranea: hæc impedit opationē intellect9: qñq; quidē ex intētiōis diſtractiōe: qa dū vni vehemēter intēdim9 neceſſe eſt ꝙ ab alio diſtrahamur qñq; ex ꝯrietate: ſicut delectatio ſenſus contraria rōni impedit ęſtimationē ipſi9 prudētiæ magis ꝙ opationē ſpeculatiui intellectus. Eſt ſciendū ꝙ in btītudine viſio eſt qd principalius & potius ꝙ delectatio. Huius rō eſt ſm beatū Tho. vbi. ſ. qa delectatio conſiſtit in quadā qetatiōe volūtatis. Qđ aūt volūtas in aliquo quietetur nō eſt niſi ꝓpter bonitatem eius in quo quietat̄. Si ergo volūtas qetatur in aliqua opatione: ex bonitate opationis ꝓcedit quietatio volūtatis. nec volūtas quærit bonū ꝓpter quietationem. Sic em̄ ipſe actus voluntatis eſſet finis qđ eſt ꝯ pmiſſa: ſed ideo quærit ꝙ qetet̄ in opatiōe: qa opatio eſt bonū ei9. Vñ manifeſtū eſt ꝙ principalius bonū eſt ipſa opatio in qua quietat̄ volūtas ꝙ qetatio volūtatis in ipſo: patet etiā idē ex hoc: qa cauſa eſt potior effectu: ſed viſio eſt cā delectationis. Qđ aūt dicit pħs .x. Ethi. ꝙ delectatio eſt pfectio opationis: non ſic eſt intelligendum quaſi delectatio ipſa opationem pficit in ſpecie ſua: ſed eſt pfectio cōcomitans opationē: ſicut dr̄ pficere iuuētutē: videlicet qa eſt ꝯñs iuuētutē nō ꝙ faciat. Sic & delectatio nō facit viſionē dei pfectā in ſpecie ſua: ſed ꝯſeqtur eā. Itē notāda eſt dr̄ia inter appetitū ſenſitiuum & intellectiuū circa delectationē. Nā apprehenſio ſenſitiua quam ſeqt̄ appetitus ſenſitiu9 non attingit ad cōem rōnem boni: ſed ad aliqđ particulare quod eſt delectabile & iō ſm appetitū ſenſitiuū q eſt ī aīalib9: opatiōes quęrunt̄ ꝓpter delectationē. Et natura in opationibus neceſſarijs ad conſeruationem indiuidui & ſpeciei delectationes appoſuit: vt hmōi opatiōes ab aīalibus nō negligant̄. Sed intellectus apprehēdit vniuerſalem rōnē boni ad cuius cōſecutionem ſequit̄ delectatio. vñ principalius intendit bonū ꝙ delectationē. Non eſt aūt aliqd ęſtimādū ſimpliciter ſm ordinē ſenſitiui appetitus: ſed magis ſm ordinē itellectiui appetitus. Itē nō obſtat ꝙ delectatio ſeu fruitio ſuccedit charitati & viſio fidei: ſed maior eſt charitas fide: ergo potior videt̄ delectatio. Nam charitas cū nō quærat bonum dilectum ꝓpter delectationē. ſecūdū hoc eſt ei conueniens vt delectetur in bono adepto quod amat: ideo delectatio non reſpondet charitati vt finis: tunc em̄ procederet ratio: ſed magis viſio reſponderet charitati p quā viſionem finis ſit ei præſens.

Vñ cauſat̄ delectatio.

Delectatio in q̄ cōſiſtit.

differūt appetitus ſenſitiu9 & intellectiu9 circa delectationem.

## §. IIII. QVOD AD BEATITVDINEM

Cōphēſio reqritur ad beatitudinē pfectam.

perfectam requirit̄ etiam compræhenſio. Qđ ſic probat .b. Tho. vbi. ſ. Cū beatitudo cōſiſtat in cōſecutione vltimi finis: ea quæ requirunt̄ ad beatitudinē ſunt conſideranda ex ipſo ordine ad finē. Ad finem aūt intelligibilē ordinat̄ hō partim per intellectum partim per voluntatem. Per intellectum quidam inquantū in intellectu pręexiſtit aliq̄ cognitio finis imperfecta. Per voluntatem aūt primo qdē p amorem qui eſt motus voluntatis in aliqd. Secundo per realem habitudinem amantis ad amatū. Quę quidem pōt eſſe tripliciter. Quandoq; em̄ amatū eſt præſens amanti & tunc iam non quæritur. Qñq; non eſt præſens: ſed non eſt poſſibibile ipm adipiſci: & tūc etiā non quęrit̄. Qñq; autē eſt poſſibile ipſum adipiſci: ſed eſt eleuatū ſupra facultatē adipiſcentis: ita vt ſtatim haberi non poſſit: & hæc eſt habitudo ſperātis ad ſperatum: quę ſola habitudo facit finis inquiſitionē. Et his tribus reſpondet aliqua in ſuperna btītudine. Nam perfecta cognitio finis reſpōdet imperfectę. Pręſentia ipſius finis reſpondet ſpei habitudini. Sed delectatio in fine iam præſenti conſeqtur delectationem. Et iō neceſſe eſt ad beatitudinem iſta tria concurrere. ſ. viſionem quæ eſt cognitio perfecta intelligibilis finis: comprehenſionem quæ importat pręſentiam finis: delectationem ſeu fruitionē quæ importat quietationem rei amantis in amato. Et de cōprehenſione dicit apl's. j. ad Cor. ix. Sic currite vt comphendatis. Spūalis autem curſus terminatur ad beatitudinem. Comprehenſio tñ ſcđm .b. Tho. dr̄ dupl'r. Vno modo incluſio comprehenſi in comprehendente. & ſic omne qđ comprehenditur a finito eſt finitum. Vñ hoc modo deus non pōt comphendi ab aliquo intellectu creato. Alio modo comprehenſio nil aliud nominat niſi intentionem alicuius rei q̄ iam pſential'r habetur. ſicut aliqs conſequēs aliquem: dr̄ eum comprehendere qñ tenet eū: & ſic btī cōphendunt. Ipſa autem comprehenſio nō eſt alia aliqua opatio pter viſionē. Sed eſt q̄dā habitudo ad finem iam habitum. Vñ ipſa viſio vel res viſa ſm ꝙ pñtial'r adeſt: eſt obiectū comphēſionis. Et ſicut ad voluntatem ptinet ſpes & amor: qa eiuſdem eſt amare aliqd & tendere in illud: ita ad voluntatē ptinet & comphenſio & delectatio: qa eiuſdem eſt habere aliquid & quieſcere in illo. Sciēdum etiam ꝙ rectitudo voluntatis reqrit̄ ad btītudinē antecedenter & cōſequēter. Antecedēter: qa ſicut materia nō cōſequit̄ formā niſi ſit debito mō diſpoſita ad formā: ita nihil pōt cōſeq finē niſi ſit debito mō ordinatū ad ipm. Vñ null9 pōt ad btītudinē puenire niſi habeat rectitudinē volūtatis: q̄ rectitudo exiſtat p debitū ordinē ad vltimū finē. Cōſequēter aūt reqrit̄: qa ſicut dictū eſt btītudo vltima cōſiſtit in viſiōe diuinę eſſentiæ q̄ eſt ipa eſſentia bonitatis: & ita volūtas videntis dei eſſentiam ex neceſſitate amat deū. Sicut volūtas nō vidētis deū ex neceſſitate amat qcqd amat ſub cōi rōne boni quā nouit. Et hoc ipm eſt qđ facit voluntatem rectā. Vñ nō eſſet btītudo ſine recta voluntate.

Triaſūt q̄ ad pfectā btītudinē reqrūt̄.

Quō rectitudo volūtatis reqritur ad beatitudinem.

## §. V. AD BEATITVDINEM PERFE

Quō ad pfectā btītudinē reqritur corpus ei9.

**§.V. QVARTVM QVOD PROBAT** veritatē fidei chriſtianę eſt materia q̄ ꝓponiť credendorū. fateť ei de deo & digniora & ꝓbabiliora & altiora ꝙ qcūqȝ ſectæ vl' pfidię.

de q̄rto inductiuo ad credēdū

Vn̄ Amb. Etſi alijs apl'is imperať vel laxēt retia ſua: ſoli tn̄ Petro dr̄. Duc in altū.i. ꝓfundū diſputationū. Luc. v. Quid em̄ tā altū ꝙ altitudinē diuitiaꝝ veri dei filium ſcire: & promiſſionē diuinę gn̄atiōis aſſumere: quā licet mēs nequeat humana plenæ rōnis inueſtigatione cōprehēdere fidei tn̄ plenitudo cōplectiťꝭ xxiiij. q. j. non turbať.

Tria fides nr̄a ꝓponit vl' ſētit.

Aliæ nāqȝ ſectæ de deo male ſentiūt: vel de dei potētia dū non credūt ipm̄ ſuſcitare poſſe mortua corpa nr̄a: vel ſuſcipere carnē ſeu naturā nr̄am vt pagani. Nos aūt dicim⁹: qa nō erit impoſſibile apud deū oē ꝟbum. Luc. j. Vel male ſentiūt de dei ſapiētia & ꝓuidētia: dū nō credūt curā hr̄e p̄cipue de humanis: vt Epicurei. Nos ꝟo credimus qm̄ ipi eſt cura de oīb⁹: & ꝑmaxime vt dr̄. j. Pet. v. Ipſi eſt cura de nobis. Vel male ſentiunt qdā de bonitate dei: dū nō credūt parcere reuerſis ad pn̄iam vel punire pctōres. Nos aūt firmiter tenem⁹: qa quacūqȝ hora pctōr ꝯuerſus fuerit & ingemuerit oīm iniqtatum ei⁹ non recordabor dicit dn̄s Ezechi. xviij. Et ite (dicet) maledicti ī ignē ęternū &c. Mat. xxv. Sentit ſcđo fides nr̄a ꝓbabiliora & q̄ magis deceant creaturam rōnalē. Nā fateť hoīem ad dei imaginē factū. Gen̄. j. Et ad ſimilitudinem dei monet viuere ſm conditionē noſtrā dicens ad Eph̄. v. Eſtote imitatores dei. Et ad gloriam ſimilē ꝓmittit ꝑuenire bn̄ viuentē. j. Io. iij. Scim⁹ cū apparuerit ſimiles ei erim⁹. Gens Iudęoꝝ & Machometi ſentiūt de deo & non ꝓbabilia. Nā gēs Iudæoꝝ ſperat ſolū affluētiam tp̄alium. Gens Machometi ſolas delicias corp̄ales ex ꝓmiſſione legis: & multa continet q̄ ſunt ꝯ oēm rōnem & ph̄iam moralem. Nil in doctrina fidei eſt ꝯ philoſophiam moralē: ſed nec ꝯ natuialē. Fides etiā chriſtiana ad maiorē pfectionē adducit quātū ad deū & quātū ad ꝓximū. qa p̄dicat ea q̄ icutiūt timorē: vt pœnas īferni. excitat ad maiorē vt ꝑ p̄mia immēſa bn̄ficia redēptionis & alia. Quātum ad ꝓximū: qa p̄cipit ſibi in neceſſitatib⁹ ſubuenire. Oēs diligere etiā amicos: ſuperioribus obedire: nullum lędere & hmōi. Fateť etiā fides nr̄a altiora de deo & nobiliora. Vn̄ nobiles ph̄i: vt Ariſtoteles & Plato in his q̄ de deo noſcibilia ſunt fidei nr̄ę teſtimoniū phibēt: vt circa hoc ꝙ vna ſit cauſa prima & æterna: ꝙ ſummæ potētiæ, ſapiētiæ & bonitatis. Vn̄ quātū ad iſta fides noſtra ex ītimis philoſophiæ ſumpta eſt diſciplinis: ſm Boe.

per vnū mundū vn⁹ de⁹ demonſtratur.

Fidei etiā noſtræ atteſtatur vniuerſitas creaturaꝝ. Vn⁹ em̄ mūdus oſ̄dit vnū deū. Magnitudo potētiā: pulchritudo ſapiētiā: bonitas & vtilitas bonitatē. Primū attribuiť patri: ſcđm filio: tertiū ſpūiſctō. Perpetuitas creaturaꝝ atteſtať dei ęternitati. Oīs em̄ cā potior eſt ſuo effectu. Nulla em̄ ſecta ſeu pfidia habuit veros ꝓphetas in oī gn̄e rerū ꝑ viſiones ſenſibiles vel imaginarias: vel ītelligibiles, niſi fides chriſtiana. Habuerūt aliqn̄ īfideles phitoniſſas & diuinos: ſed certe diabolica illa erāt: & q̄ frequenter in mendacio inueniebāť: ſed fides chriſtiana habuit ſemꝑ veros ꝓphetas. Et in veteri teſtamēto apđ Iudæos in quibus erat vera fides de Chriſto prædicentes omnia Chriſti myſteria: quę poſtea impleta ſunt. vt patet in Pſ̄. Eſa. Hiere. Ezechiele, Daniele, & alijs. Sed in nouo teſtamento diuerſis tēporibus fuerunt prophetæ: nūqȝ aūt in populo Iudæorū amplius poſt perfidiā ſuā. Et ſibi dici poteſt illud Pſalmi. cxviij. Mirabilia teſtimonia tua: ideo & multis alijs &c.

**§.VI. DE EFFECTIBVS FIDEI SEV** vtilitate quæ eſt multiplex: vt merito poſſet iſtud dici. Fides tua te ſaluum fecit: Mat. ix. & Luc. xviij. & in alijs locis. Saluat enim remouendo mala: adducendo bona: perducendo ad præmia.

Nouē ſūt effect⁹ fidei

¶Primo enim de mundo triumphat.
¶Secundo in diaboli tentatione ſuperat.
¶Tertio detrimenta euitat.
¶Quarto purificationem aduocat.
¶Quinto timoroſitatem cauſat.
¶Sexto conditionem dignificat.
¶Septimo exaudiri facit orationes.
¶Octauo ꝓcurari facit miraculorum actiones.
¶Nono conducit ad ſupernas retributiones.

Primus fidei effectus.

Quantū ad primū dr̄. j. Io. v. Hęc eſt victoria q̄ vincit mūdū fides noſtra.i. vincere facit q̄ ſunt in mundo.ſ. ꝯcupiſcētiā carnis.i. delicias. ꝯcupiſcētiā oc'loꝝ.i. diuitias & ſupbiā vitę dū videt dn̄m ſuū credēdo crucifixū pauperē & humilimū. Magna em̄ gloria eſt ſeq regē factorē ſuū. Augu. Oīa terrena cōtēpſit hō xp̄s vt ꝯtēnēda eē mōſtraret. Mūd⁹ ſm Aug. in ſermo. duplicē aciē ꝯ milites chriſti ꝓducit: demulcet ꝓſperis: & terret aduerſis. Sed ꝑ fidē nec extolliť ꝓſperis: conſiderando oīa habere a deo & amittere poſſe: p̄cipue ꝑ elationē: vt patet in Saule: Dauid, Ezechia, & alijs. Nec deijciť aduerſis intelligēdo a deo ꝓcedere q errare non pōt & oīa ſibi ad ꝓfectū cedere. Mūd⁹ vt diciť Io. j. eū non cognouit. Et rō eſt: quia iudicat de reb⁹ ſm ſenſum hūanū & rōnē naturalē. Et figurať ꝑ cyniphes quoꝝ plaga nō legiť curata. Exođ. viij. Cyniphes em̄ de puluere terræ educti argumenta ſunt ph̄oꝝ. de ſubtili & terreno ſenſu prodeuntia: qui oculū fidei lędūt. Hoc aīal vt dicit Orige. corp⁹ cui inſederit acerbiſſimo ſtimulo tenebat vt quē volātē qſ vi-

ſcere nõ valet ſentiat ſtimulãtẽ. Hoc aĩal arti dialecticę cõparaƭ q̃ minutis & ſubtilibus ỽborꝝ ſtimulis aĩas tenet & calliditate cauta circũuenit vt decept⁹ non videat vñ decipiaƭ. Hæc plaga nõ curaƭ. Idola em̃ philoſophorꝝ remãſerunt cũ idola gẽtiũ deſtructa fuerũt. vt ait qdã. Sed fides vicit. Vñ legiƭ in hiſto. eccl'iaſtica: ꝙ in q̃dã cõcilio qdã acutiſſim⁹ philoſoph⁹ infidelis a pitiſſimis doctorib⁹ nr̃is cũ qb⁹ diſputabat cõuinci nõ poterat. Tãdẽ a q̃dã ſimplici & ſctõ viro cũ q̃ diſputauit dicendo ſolũ illi ſymbolũ fidei & interrogãdo ſi ille crederet aſſenſit oibus: & conuerſus eſt. Sic ḡ ſaluat fides a põpis ſæculi: & ſapiẽtia mũdana aduerſis. Scd'o ꝑ fidẽ tẽtationes diaboli vincuntur. Eph. vj. In oĩbus ſumentes ſcutum fidei in quo poſſitis om̃ia tela inimici igne ea extinguere. Hoc ſcutũ habet tres angulos. ſ. ꝓmia æterna q̃ ꝯſequiƭ vincẽs. ſupplicia ꝑpetua q̃ mereƭ ſi vĩciƭ. exẽpla ſctõꝝ q vicerunt & quomõ. Et Apoc. ij. & iij. poniƭ ſeptẽ modis q vicerit: ad inſinuãdũ victoriã ſeptẽ vitiorũ. de qb⁹ diabol⁹ tẽtat. Si habueritis fidẽ. ait xp̃s Mat. xvij. vt granum ſinapis dicetis huic mõti trãſi & tranſibit. Mõs eſt diabol⁹ ſupbia elat⁹: quẽ qs facit trãſire a ſe & ab alijs in tẽtationibus vt nõ ſuccũbat ꝑ fidẽ veram: qñ. ſ. eſt vt granũ ſinapis videlicet parua humilitate: tenax ſtabilitate: calida charitate. Sed Lucas dicit loco montis. Si diceretis arbori huic moro eradicare & trãſplantare fiet. Morus vt exponit Amb̃. ſignificat diabolũ: qa ſicut mori naſcunƭ albę: & ex calore nigreſcũt: ita diabol⁹ creatus eſt innocẽs: ſed calore ambitionis effectus eſt niger & vitioſus. Petrus etiã in canoñ. j. aduerſari⁹ veſter diabolus tãq̃ leo rugiẽs &c. cui reſiſtite fortes in fide. Tertio ꝑ fidem euadit qs multa mala vt infructuoſitatẽ ſpũalẽ. ad Heb. xj. Sine fide impoſſibile eſt deo placere. qui aũt nõ placet deo nõ põt mereri ꝑ aliq̃d opus ſuũ etiã de gñe bonorꝝ. Quinimmo vt dr̃ ad Roma. xiiij. Omne qd' nõ eſt ex fide pctm̃ eſt. id eſt ſm glo. Augu. Oĩs actio infideliũ pctm̃ eſt. qd' tñ ſm b. Tho. ij. ij. nõ eſt intelligendũ ſimplr̃ de om̃i actione. Quia in his q̃ faciunt infideles ex inſtinctu naturæ vel de gñe bonorꝝ: vt eleemoſynam dare ſm dictamẽ rõnis: vel dãdo indigẽtibus ex cõpaſſione non peccant: ſed de illis operibus quæ ꝓcedũt ex infidelitate ſua: puta ꝓ ſeruãdis mãdatis ſuę legis: vt ieiunãdo tꝑibus & modis ꝓut mãdat lex Machometi. Seruando ſabbatũ vt faciũt Iudęi & alia feſta eorꝝ & cerimonias: & tunc peccant mortaliter. Vel intelligitur. Oĩs via eorũ negatiue. i. ſine merito. Per fidẽ etiam eſt capax quis ſacrorum eccleſię ꝑ q̃ euitãtur multa mala ſpũalia & tẽporalia. Per fidem etiam informẽ eſt capax ſuffragiorꝝ eccleſię. etſi non eo modo ſicut habens fidẽ viuã tñ aliquo modo. Nõ em̃ diabolus põt ita nocere fidelib⁹ etiã malis q ſunt intra eccleſiã numero tm̃ ſicut infidelibus & excõicatis. Per fidẽ etiã euitãƭ multa mala tꝑalia & ſpũalia. Per fidem Abraã exiuit de Hur. i. igne Chaldæorũ illęſus. Cum em̃ nõ vellet ignem adorare quẽ Chaldæi deum dicebant: vt experireƭ virtutẽ dei ſui miſerunt ipſum in ignẽ; ſed non recæpit læſionẽ. Aran vero germanus eius & pater Sarę & Loth illuc miſſus: qa defecit in fide combuſtus eſt. ad Heb̃. xj. Sctĩ ꝑ fidem extinxerunt impetũ ignis. vt Ananias cũ ſocijs in fornace. Et vincunƭ bella ex merito fidei & xp̃ianæ religiõis gratia excellẽs bellorum actuum ꝓſperitas euenit. Grego. xxiij. q. v. ſi non. Ad Heb. xj. per fidem vicerunt regna. vt patet in Ioſue & Carolo magno. Quarto quo ad bona quę procedunt purificationẽ facit Act. xv. Fide purificans corda eorꝝ. Et Magdalenæ poſt remiſſionem pctõꝝ ſibi a xp̃o nuntiatam dictum fuit. Fides tua te ſaluam fecit. Luc. vij. ſ. purgationem faciens pctõrum. Hunc autem effectum quõ fides ꝓducat beatus Tho. ij. ij. q. vij. ſic declarat. Impuritas vniuſcuiuſqꝫ rei in hoc cõſiſtit ꝙ rebus vilioribus ĩmiſcetur. Non em̃ dicitur argentum impurum ex hoc ꝙ auro immiſcetur ꝑ quod melius reddiƭ: ſed ex ꝑmixtione ſtanni vl' plumbi. Manifeſtum eſt autem ꝙ creatura rationalis eſt dignior oĩbus rebus corporalibus & temporalibus. Et ideo impura reddiƭ ex hoc ꝙ temporalibus ſe ſubijcit ꝑ amorẽ: & ꝑ hoc inficiƭ peccato a qua impuritate purificaƭ ꝑ cõtrarium motum: dũ. ſ. tendit in id qđ eſt ſupra ſe. ſ. in deum: in quo quidem motu principium eſt fides. Accedẽtem enim ad deum oportet credere qa eſt. ad Heb. xj. Et ideo primum purificatiõis principiũ cordis eſt fides: quæ ſi ꝑficiatur per charitatẽ formatã ꝑfectã purificationẽ facit. Informis autẽ excludit impuritatem erroris. Quĩto fides cauſat timorẽ.

Quõ intelligiƭ illd'. Oẽ qd' nõ ẽ ex fide ẽ pctm̃.

Fides iuuat ad ſacrorũ ſuſcæptionẽ.

Vnde dicit Iaco. ij. dæmones credunt & contremiſcunt. qd' ſic declarat btũs Tho. ij. ij. q. vij. Timor eſt quidam motus appetitiuæ virtutis. Oĩm aũt appetitiuorꝝ motuum principium eſt bonum vel malum apprehenſum. vñ oportet ꝙ timoris & omnium appetitiuorꝝ motuũ ſit pricipium aliqua apprehenſio. Per fidem aũt fit in nobis quædam appꝛ̃henſio de quibuſdã malis pœnalib⁹: q̃ ſm diuinũ iudiciũ a deo inferuntur. Et ꝑ hũc modũ fides eſt cauſa alicuius timoris q̃lquis timet puniri a deo: q ẽ timor ſeruilis. Eſt etiã fides cauſa timoris filialis quo qs timet ſeparari a deo. Vel quo quis refugit deo ſe cõparare: reuerẽdo ip̃m inquãtum ꝑ fidẽ hãc ęſtimationẽ habem⁹ de ipſo ꝙ ſit quoddam immenſum & altiſſimum bonum a quo ſeparari eſt peſſimũ: & cui velle æquari eſt malũ: ſed primi timoris. ſ. ſeruilis cã eſt fides informis: & ſcd'i. ſ. filialis cauſa eſt fides formata: q̃ ꝑ charitatẽ facit hominẽ deo adhęrere & ei ſubijci. Multa aũt bona ſequũƭ ex timore: quia qui timet deũ faciet bona &c. Sexto fides dignificat cõditionem humanã. Nam facit aĩam ſponſam dei. iuxta illud Oſee. ij. Deſponſabo te mihi in fide. vtiqꝫ magna dignitas hæc eſt. Vñ btã Agatha dicebat. Ipſi ſum deſpõſata: cui angeli ſeruiũt &c. ij. ad Corꝝ. xj. Deſpõdi vos vni viro &c. Facit aĩam filiam dei pr̃is ꝑ adoptionẽ. Io. j. Dedit eis ptãtẽ filios dei fieri his qui credũt in noĩe eius. Ip̃a aĩam ornat iuſtitia: q̃ ſm Philoſophũ eſt oĩs ỽt⁹. apl's ad Rom̃. iij. Iuſtitia dei ꝑ fidẽ. Et. v. c. Iuſtificati ex fide. & vbi ſana fides nõ eſt: nõ põt eſſe iuſtitia: quia iuſt⁹ ex fide viuit. Aug. xxiiij. q. j. vbi ſana. Hæc tria ptinẽtia ad dignitatẽ ponit. be. Tho. in expoſitiõe. j. ti. Decre. Credidit Abraã deo: & reputatũ ẽ ei ad iuſtitiam. Septimo facit exaudiri orationes. Iaco. j. Poſtulet aũt in fide nihil hęſitans. Et Mar. xj. Oĩa quæcũqꝫ orãtes petitis: credite quia accipietis & fiet vobis. Exẽplũ in Alexandro magno malo qui ex fide fecit coniungi duos mõtes inſimul: vt non poſſent captiuati Iſraelitæ inde exire. vt tãgit gloſ. j. ad Corꝝ. xiij. ſup illud. Si habuero oẽm fidem. Octauo fidei adſcribũtur miracula. Pſ̃. Oĩa opa eius. ſ. miraculoſa ĩ fide. ad Heb. xj. Per fidem obturauerunt ora leonum &c. accæperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos: vt patet de filio Iudæ & Sunamitis. iij. & iiij. Regum. Et chriſtus Mat. viij. Sicut crediſti fiat tibi. Et Mar. vlt. Signa aũt eos qui crediderint hęc ſequentur &c. Nono dat vitam. Abachuc. ij. Iuſtus meus ex fide viuit. ad Gal'. ij. Qd' nunc viuo: in fide viuo filij dei. vita. ſ. grãæ: poſtea vita glorię. Hunc etiã effectum ponit bea. Tho. ſup. j. tit. Decreƭ. Io. vj. Qui credit in eũ habeat vitam æternã habendo. ſ. fidem viuam. i. cũ grã q̃ inducit ad opa bona: & ꝑ cõtrariũ di. Beda. Quicũqꝫ ab vnitate fidei quomodolibet ſeipſos ſegregãt: nec tales pctõꝝ vinculis abſolui: nec ianuã pñt regni cœleſtis ingredi. xxiij. q. j. quicũqꝫ. Fides autem ſine operib⁹ mortua eſt. Iaco. ij. Sicut animal quãto nobili⁹ eſt viuũ: tãto abominabilius cũ eſt mortuũ. vt patet ĩ hoĩe. Ita quãto fides eſt nobilior cũ eſt viua: tãto vituperabilior chriſtian⁹ ex fide mortua: & dignior maiori pœna ꝓpter maiorẽ ĩgratitudinẽ. Exẽplũ in Vitis patrũ de beato Machario qui interrogauit caluariã cadaueris pagani. Si in inferno erant alij inferiores &c.

Qd' fides ſit cã timoris filialis.

Qd' fides cauſat exauditiões orõnũ nr̃arum

Qd' fides dat vitam.

¶De habitu fidei & eius quidditate. Cap. II.

## DE HABITV FIDEI. ET PRI

mo de diffinitione fidei & ei⁹ declaratiõe. Apoſtolus ad Heb. xj. ſic diffinit fidẽ q̃ diffinitio ꝑfectiſſima eſt. Fides eſt ſubſtãtia ſperãdarũ rerꝝ argumẽtũ nõ apparẽtiũ. In q̃ diffinitione Apl's tria tãgit. ſ. fidei obiectũ vel intuitũ: obiecti vel præmij initiũ: attingẽdi modũ. Primo tãgit obiectũ fidei: cũ dicit. Sperãdarũ rerũ. Nã obiectũ fidei eſt prima veritas vt nõ viſa: qd' ptinet ad rõnẽ rei ſperatæ. ſm illud ad Roma. viij. Qd' nõ videm⁹ ſperamus. Veritatẽ aũt videre eſt ip̃am habere. Nõ autem ſperat aliquis qd' iã habet: ſed ſpes ẽ de eo qd' nõdũ habeƭ. Scd'o tãgit obiecti vel p̃mij initiũ: cũ dicit. Fides eſt ſubſtãtia. Sicut primum em̃ in quolibet gñe continens in ſe alia virtute dr̃ eſſe ſubſtãtia illorꝝ. ſic fides. Nam prima inchoatio rerũ ſperãdarũ in nobis eſt ꝑ aſſenſum fidei: q̃ virtualiter cõtinet in ſe oẽs res ſperãdas. Tertio tãgit modum attingendi obiectum: cũ dicit. Argumẽtũ nõ apparẽtiũ. Et dicitur hic argumentũ vel firma inhæſio intellectus ꝑ fidẽ ad veritatẽ nõ apparẽtẽ: vel ꝯuictio intellellectus: eo ꝙ ĩtellectus credẽtis ex autoritate diuina conuincitur ad aſſentiendum his

quid ſit fides.



q̃ nõ videtur: vel certitudo eo ꝙ fides dubitationẽ tollat. Nã vbi eſt dubitatio nõ põt eſſe fides. Vel põt ſic diuidi diffinitio huius. Fides tria habet. Aſpicit: efficit & reficit. Primo qdẽ aſpicit. ſ. primã veritatẽ nõ habitã ſed ſperãdã. Vñ dr̃ ſperandarũ rerũ. Efficit ſcd'o fides. i. cauſa eſt faciens res ſperãdas qñqꝫ eſſe in nobis. Vñ dr̃ ſubſtãtia: qa ſicut ſubſtãtia eſt cauſa ſuorꝝ accidentiũ: ita fides cauſa eſt cõſequendi bona ſperata. Tertio fides reficit ſeu allicit. Vnde diciƭ: argumẽtũ. i. certitudo aſſentiendo his q̃ non apparẽt: & hoc eſt meritũ & laus fidei ſic certe & indubitãter credıƭ qd' nõ videƭ. Btũs aũt Tho. volens verba Apl'i ad formã diffinitionis reducere clarã ſic dicit. Fides eſt habit⁹ mẽtis qua inchoatur vita æterna in nobis faciens intellectum aſſentire nõ apparentibus. ij. ij. q. viij. Ray.

Diffinitio fidei ſm b'm Tho.

## §. I. PRO MAIORI DECLARATIONE

ſupradictæ diffinitionis notanda ſunt quatuor. Primũ ꝙ ꝑ prædictã diffinitionẽ diſtinguiƭ fides ab oibus q̃ ptinẽt ad intellectũ. Et primo ab opinione, ſuſpitione & dubitatione: ꝑ hoc qd' dr̃ argumentũ. Nã ꝑ hęc tria intellectus nõ firmiter inhæret alicui. Per dubitationẽ non magis tendit ad vnã partẽ q̃ʒ ad alterã. Per opinionem & ſi declinet fortiter ad vnã partẽ: tñ cũ formidine de oppoſito. Per ſuſpitionẽ leuiter declinat ad vnã partẽ. Sed ꝑ fidẽ firmiter inhęret credendis ſine hæſitatione. Et hoc aũt qd' dr̃ in diffinitione nõ apparentiũ: diſtinguiƭ fides ab intellectu q eſt de principijs ꝑ ſe notis: & ſcientia q̃ eſt de concluſionib⁹ ꝑ demõſtrationẽ acqſitis: ꝑ quæ aliqd ĩtellectui fit apparẽs cuius nõ eſt fides. Et ꝑ hoc qd' dr̃ ſperandarũ rerũ ſubſtantia diſtinguitur a fide cõiter ſumpta q̃ eſt etiã de humanis: vt cũ qs firmiter credit parentes ſuos eſſe talẽ & talẽ. Scd'm vero eſt qd' dr̃ fides rerũ ſperandarũ ſubſtantia potius q̃ʒ diligendarũ. Ex eo ꝙ dilectio põt eſſe p̃ſentiũ & abſentiũ viſorũ & nõ viſorꝝ. Sed ſpes eſt tm̃ de abſentibus & nõ viſis: de quibus etiã eſt fides: qa & ſi videtur ea q̃ ſunt fidei aliquo modo. ſ. vt credenda: nõ tñ oculo corporali vel intellectuali demonſtratiue. Tertiũ cõſiderãdũ eſt ꝙ argumentum ex ꝓprijs principijs rei facit rẽ apparentẽ. Sed argumẽtũ ſumptũ ex autoritate diuina nõ facit rẽ apparẽtem: & tale argumẽtũ poniƭ in iſta diffinitione. Vbi ſciendũ ꝙ argumẽtũ diciƭ quadrupliciter. Primo breuis enarratio ſubſequẽtiũ. Vel breuis collectio materiæ totius libri ſimul ſumptę. Et ſic ſumiƭ in Biblia vbi ꝓlogi librorꝝ dicunƭ aliqñ argumẽta. Scd'o argumentũ dr̃ oſtenſio vel manifeſtatio: ſm illud Io. iij. Omnis q̃ male agit odit lucẽ: & nõ venit ad lucẽ vt nõ arguantur opera eius. Tertio dr̃ argumẽtũ rõ vel ſyllogiſmus rei dubię faciens fidẽ: & hoc modo ſumiƭ in logicis ſed in theologicis ecõtrario fides facit argumentũ ſeu rationẽ. Aliqñ etiã dr̃ mediũ in quo ſtat virt⁹ ſyllogiſmi ſeu per qd' aliqd ꝓbaƭ: & ſic ſumiƭ in glo. Decreƭ. Quarto dicitur argumentũ certitudo ex qua animus moueƭ in aliquid: & ſic fides diciƭ argumentũ. Quarto vero eſt ꝙ aliqua habent certitudinẽ ex alijs ſicut concluſiones ex principijs ſic ex articulis fidei quędã ſequuntur ex articulo: vt qa de⁹ eſt iuſtus reddit vnicuiqꝫ ſcd'm opera ſua. quędam vero habẽt certitudinẽ ex ſemetip̃is. Et hęc ſunt tribus modis. Nã quædã habẽt certitudinem rõne euidẽtiæ. ſicut principia quæ ſunt per ſe nota: vt de quolibet eſt affirmatio vel negatio. Scd'o quædã ſunt q̃ habent certitudinẽ ex informatione cõſcientiæ. Et hæc eſt certitudo fidei ſiue formatæ ſiue informis. Cũ em̃ pria ỽitas fidẽ inſpirat: ſic cõſcientiã inflãmat. vt ſicut aliqs cogiƭ ip̃a euidẽtia cõſentire iſti veritati om̃e totũ eſt magis ſua parte: ita cogitur aſſẽtire his q̃ ſunt fidei. Item ꝑ habitũ infuſum fidei ipſa informatione cõſcientiæ arctatur & cogiƭ cõſentire primi veritati ꝓpter ſe. Vñ ſicut negare hoc. Omne totũ eſt maius ſua parte: eſt cõtra ſuã cõſcientiã. Ita negare articulũ fidei eſt cõtra ſuã conſcientiã. Tertio quædã habẽt certitudinem ſenſus ſeu experientię: q̃ certitudo eſt ꝑ modũ guſtus & tactus. Et talis certitudo eſt in virtutib⁹ reſpectu ſuorꝝ obiectorꝝ. Et in fide formata reſpectu credibilium primæ veritatis. Ray. Et nota ꝙ non ſolum ita debet qlibet firmiter credere ea quę ſunt fidei. eẽ de ſum. trini. & fide catho. c. j. Nos firmiter credimus & nullatenus dubitamus. Sed etiã credere ꝙ extra hm̃oĩ fidem in quacũqꝫ alia ſecta ſaluari non põt. vñ extra de ſum. tri. & fi. catho. dr̃ ĩ. c. j. Vna eſt fideliũ vniuerſalis eccleſia extra quã nullus oĩno ſaluaƭ. Et in huius figurã oẽs qui repti ſunt extra arcã. Noe perierũt diluuio. xxiij. q. j. quia ex ſola.

Fides a trib⁹ diſtiguiƭ.

Argumẽtũ diciƭ quadrupliciter vel accipiƭ.

## §. II. FIDEM ESSE PRIOREM ALIIS

virtutibus quadrupliciter ꝓbaƭ. ſ. rõne, diuiſiõe, autoritate & ſimilitudine. Primo rõne ſic. Cognitio p̃cedit affectionẽ: qa nihil diligiƭ niſi cognitũ ſm Aug. ſed fides eſt in cognitione: cæteræ aũt virtutes in affectione conſiſtunt. ergo fides eſt alijs virtutibus prior. Itẽ ſpes nõ põt haberi de btũtudine niſi credaƭ poſſibile: quia impoſſibile ſub ſpe nõ cadit. Crediƭ autẽ eſſe poſſibile beatitudinẽ haberi ꝑ fidẽ. ergo fides cauſat ſpẽ. Voluntas etiã nõ põt deũ amare: qd' ꝑtinet ad charitatẽ: niſi intellectus rectam fidẽ habeat circa ip̃m. ergo fides cauſat charitatẽ & eſt prior ea. Scd'o ꝓbaƭ hoc diuiſione. ſm Aug. in ſermone. quatuor modis eſt aliqd prius altero. Primo æternitate: & ſic ſolus deus præcedit oĩa. Scd'o tẽpore: vt flos fructũ pręcedit: & ſic fides non eſt prior alijs virtutibus infuſis: eo ꝙ oẽs virtutes diuinit⁹ ſimul infunduntur. Tertio aliquid eſt prius altero vel ꝑfectione: vel electione: vt fructus præcedit florẽ: & forma eſt prior materia ordine ꝑfectionis: & ꝑfectum imperfecto: & actus potentia. Et hoc modo fides nõ eſt prior: ſed charitas eſt prior fide & ſpe: eo ꝙ fides & ſpes perficiunƭ & formãƭ per charitatẽ. Quarto modo eſt aliquid pri⁹ altero origine ſicut ſonus pręcedit cantũ & lux ſplendorem. Et hoc modo fides præcedit ſpem & charitatẽ ſicut materia præcedit formam: potentia actum: imperfectũ perfectũ. Tertio probatur hoc autoritate. Nã Apl's ad Heb̃. xj. dicit ꝙ fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum: ſed ſubſtantia habet rationem primi: ergo fides eſt prima inter virtutes. Quarto ſimilitudine fundamenti ſic ꝓbaƭ. Fundamẽtũ materialiter loquẽdo eſt prius alijs quantũ ad ordinem: quia pręcedit alias ꝑtes. Item quantũ ad virtutẽ: quia fundamentũ ſuſtinet ædificiũ totũ quorꝝ vtrũqꝫ per ſimilitudinẽ reperitur in fide. Ray. Hinc & Grego. diciƭ. j. q. j. cum Paulus. Cum Paulus dicat. Fundamẽtũ aliud nemo põt ponere præter id qd' poſitum eſt: qd' eſt Chriſtus Ieſus. i. fides chriſti. Conſequẽter ꝓbatur: qa vbi Chriſtus non eſt fundamentum: nullũ boni operis ſupereſt ędificium.

Qd' impoſſibile nõ cadat ſub ſpe.

Qꝫ fides ſit ſubſtantia ſperandarꝝ rerum.

## §. III. FIDES FVIT IN ANGELIS AN

te confirmationem vel lapſum: & in hoĩe ante pctm̃. quod ſic ꝓbat. b. Tho. ij. ij. q. v. Cũ fides ſm Apl'm ſit argumentũ nõ apparentiũ. & ſcd'm Aug. de his quæ non videntur. Illa ſola manifeſtatio excludit rõnem fidei per quã apparet & clare videtur id de quo principaliter eſt fides. Pricipale autem obiectũ fidei eſt virtus prima. i. deus: cuius viſio clare facit beatos & ſuccedit fidei. Cũ autẽ angelus ante cõfirmationẽ: & hõ ante lapſum nõ haberent illã beatitudinẽ qua videƭ deus ꝑ eſſentiã: manifeſtũ eſt ꝙ nõ habuerunt ſic manifeſtã cognitionẽ ꝙ excluderetur rõ fidei. Si aũt non habuiſſent fidẽ hoc eſſe non potuiſſet niſi qa penitus erat eis ignotũ id de quo eſt fides. Sed eſt hic conſiderandum: ꝙ in obiecto fidei aliquid eſt ibi quaſi formale: & aliquid quaſi materiale. Et formale qdẽ eſt veritas prima ſupra oẽm naturalẽ cognitionẽ creaturę exiſtens. Et quantũ ad hoc fides eſt in oĩbus cõiter habentibus cognitionẽ de deo beatitudine nõdũ adepta: & in angelis ante confirmationem. Materiale eſt id qd' ꝓponitur credendum quæ ſunt multa: quia oẽs articuli & q̃ ſequuntur ex illis. Et horꝝ quædã ſunt credita ab vno q̃ ſunt ſcita ab alio etiã in pręſenti: vt ꝙ de⁹ ſit vnus & ſumme bonus & creator oĩm rerũ & hm̃oĩ. Et quãtũ ad iſta dici põt ꝙ angelus ante cõfirmationẽ & hõ ante pctm̃ quo ad quædã myſteria de diuinis habuit viſionem nõ fidẽ: de quibus nos habemus fidẽ. Et ſcd'm iſtũ modum põt ſaluari opinio dicentiũ ꝙ nõ habuerunt fidẽ ꝓpter manifeſtã contẽplationẽ quã habebãt de diuinis. In dæmonibus quoqꝫ eſt fides. iuxta illud Iac. ij. Dæmones credunt & contremiſcunt. Habent aũt fidem ex hoc ꝙ intellectus eorꝝ cõuinciƭ ad hoc ꝙ iudicet eſſe credendũ his quę dicũtur de deo: licet nõ cõuincãtur ꝑ euidẽtiã rei: ſicut nunc ſi aliqs ꝓpheta ꝓnũtiaret in noĩe dñi aliquid futurũ: & adhiberet ſignũ mortuũ ſuſcitando: & hoc ſigno vinceret intellectũ videntis: vt cognoſceret manifeſte hæc a deo dici qui nõ mẽtitur: licet illud futurũ qd' prędicaƭ in ſe euidẽs non eſſet: vnde rõ fidei nõ tolleret in eo. Sic dæmones videntes multa manifeſta indicia ꝑ miracula vera: & alios modos ex quibus percipiunt doctrinã eccleſię eſſe a deo: q̃uis ipſi ipſas

In angelis & hoĩbus ante cõfirmatiõnẽ fuit fides.

In dæmõib⁹ eſt fides

res quas docet eccleſia nõ videant:puta deũ eſſe trinum & vnũ & hmõi. Ex hoc em̃ credere nõ meretur:q̃a credere eſt meritoriũ inquantũ volũtas mouet intellectũ ad aſſentiendũ credibilibꝰ ex ordine:quia.ſ.vult deo ſubijci in his quæ iubet credit etiã ſi clare nõ videat illa miracula. Sed dęmones nõ ſponte credũt:ſed coacti ſignis & ex ꝑſpicacitate intellectus naturalis:& hoc eis diſplicet ꝙ ſigna ſint ita euidentia ꝙ cogantur credere.

In hęreticis nõ eſt fides

In hęreticis q̃ diſcredunt in vno articulo licet in alijs nõ errẽt:non eſt fides nec formata nec informis. Huius rõ eſt ſm bea. Tho.ij.ij.q.v. Quia ſublata ratione formali obiecti fidei fides remanere nõ poteſt ſicut in alijs habitibus:ſicut etiam remota luce viſio eſſe nõ põt. Obiectum aũt fidei formale eſt veritas prima ſcd'm ꝙ manifeſtaꝛ in ſacris ſcripturis & doctrina eccleſiæ. Vnde quicũq; non inhęret ſicut infallibili & diuinę regulæ doctrinę eccleſię:quæ procedit ex veritate prima in ſacris ſcripturis manifeſtata:ille non habet habitũ fidei: ſed ea q̃ ſunt fidei alio modo tenet q̃ꝫ ꝑ fidẽ. Manifeſtũ eſt aũt ꝙ ille qui inhęret doctrinæ eccleſiæ ſicut infallibili regulæ oĩbꝰ aſſentit q̃ eccleſia docet. Alioqn ſi de his quę eccleſia docet quæ vult tenet:& quæ non vult nõ tenet:non iã inhæret doctrinę eccleſię ſicut infallibili regulæ:ſed ꝓprię voluntati. Et ſic manifeſtũ eſt ꝙ hęreticus q̃ pertinaciter diſcredit vnũ articulũ fidei nõ eſt paratꝰ ſequi in oĩbus doctrinam eccleſiæ. ſi em̃ nõ ꝑtinaciter diſcrederet vnũ articulũ iam nõ eſſet hæreticus:ſed ſolũ errans. Hęreticus ergo q̃ cõtra vnũ articulũ fidẽ nõ habet de alijs etiã articulis fidẽ nõ habet:ſed opinionem quãdam ſm propriã voluntatẽ.

Fides q̃re dicitꝛ vna.

## §.IIII. FIDES EST VNA ET CATHOlica & vera.

Quantũ ad primũ dicit Apl's ad Ep̃h.iiij. Vnꝰ deus, vna fides. Et dr̃ vna tripl'r. Vno mõ inquantũ ſumitꝛ ꝓ habitu quo credimus. Sic em̃ eſt vna ſpecie:ſed differens numero in diuerſis fidelibus:ſicut oẽs hoĩes participatione ſpeciei humanę ſunt vnus hõ:ſed numero multi. Cum em̃ obiectũ formale fidei ſit veritas prima:cui inhærendo credimus quęcũq; ſub fide cõtinentꝛ. Ideo ſicut veritas prima eſt vna.ſ.deus:ita & fides. Scd'o mõ inquãtum ſumitꝛ ꝓ eo qd' creditꝛ qd' eſt obiectũ materiale. Et ſic etiã dr̃ vna quia idem eſt qd' creditꝛ ab oĩbꝰ:& ſi ſint diuerſa credibilia q̃ cõmuniter creduntꝛ:ab oĩbus tamẽ reducũtur ad vnũ. Quod em̃ credantꝛ aliqua tp̃aliter facta ad fidẽ ꝑtinet in ordine ad veritatẽ primã quæ eſt quid æternũ.b.Tho.ij.ij.q.iiij. Põt etiam dici vna:quia ad vnũ verũ finẽ dirigit qui eſt deꝰ ad ipm̃ poſſidendũ.

Quare dr̃ catholica.

Diciꝛ aũt catholica in ſymbolo Athanaſij. Hęc eſt fides catholica &c. Et in tit.j. Decre. de ſum.trini. & fide catho. vbi dicit.b.Tho. in expoſitione ipſius tituli. & primi capituli:ꝙ catholica dicitur vniuerſalis. Diciꝛ autem vniuerſalis:tum ꝓpter vniuerſarum præcæpta regularum:tum q̃a eius cultus per oẽs pene mũdi terminos emanauit. Hæreticorum aũt errores ſub certis angulis terrarũ includuntꝛ. Hæc.b.Tho. Vel etiam quia ſola de vniuerſali bono.i.deo recta tradit:& vniuerſa vitia vitare docet & vniuerſas virtutes amplecti.

Quare dr̃ vera.

Diciꝛ aũt vera:quia ita veraciter prædicat vt falſitatem cõtinere non poſſit. Quod ita probat.b.Tho.ij.ij.q.j. Nihil ſubeſt alicui potentiæ vel habitui vel actui:niſi mediante rõne formali obiecti. Sicut color non poteſt videri niſi per lumen:nec concluſio ſciri niſi per medium demõſtrationis. Sed vt dictum eſt ratio formalis obiecti fidei eſt veritas prima. vñ nil põt cadere ſub fide niſi inquantum ſtat ſub veritate prima ſub qua nullũ falſum ſtare poteſt:ſicut nec non ens ſub ente:nec malum ſub bonitare. Et ideo &c. Fides aũt hæc.ſ. vna chatholica & vera eſt fides eccleſię Roma. vñ Amb. de Cypriano ait. Nec vllam putauit vera niſi verę fidei gratiã hoc eſt in Roma. eccleſia. Nec putauit fidẽ eſſe in ſchiſmate. Et em̃ cũ propter eccleſiam Chriſtus paſſus ſit:& corpus eius ſit eccleſia non videtur ab his fides exhiberi Chriſto:a quibus euacuatur Chriſti paſſio atq; diſtrahitur.ſ.ꝑ ſchiſma.xxiij.q.j.aduocauit. Idem.q.e.c. hæc eſt fides. Et ſi quis obijceret:ꝙ põt quis adorare hoſtiam non conſecratam:quia ſacerdos non conſecrauit vt ille æſtimat. & ſic credit ibi eſſe Chriſtum & nõ eſt. ergo fidei põt ſubeſſe falſum. Rñ.b.Tho. vbi.s. ꝙ fides credentis nõ referꝛ ad has ſpecies vel illas panis:ſed ad hoc ꝙ verũ corpus Chriſti ſit ſub ſpeciebus panis ſenſibilis:qñ recte fuerit conſecratũ. Vnde ſi non eſt recte cõſecratũ fidei non ſubeſt falſum.

Fides in quo cõſiſtit.

## §.V. FIDES AVTEM IN INTELLECTV

vt in ſubiecto proprie & principal'r conſiſtit. ſcd'ario in voluntate quãtũ ad actũ eiꝰ. qd' ſic declarat.b.Tho.ij.ij.q.iiij. Credere q̃dẽ actus fidei eſt actꝰ intellectꝰ ſm ꝙ mouetur a volũtate ad aſſentiendũ. Procedit ergo hmõi actꝰ & ab itellectu & a voluntate quoꝝ vterq; natũ eſt perfici ꝑ habitũ. Et iõ oportet ꝙ tã in intellectu q̃ꝫ in voluntate ſit aliq̃s habitꝰ ſi debeat actꝰ fidei eſſe ꝑfectꝰ. ſicut etiã ad hoc ꝙ actus cõcupiſcibilis ſit ꝑfectꝰ oportet ꝙ ſit habitꝰ prudẽtiæ in rõne & habitꝰ tẽperãtię in cõcupiſcibili. Nã ad ꝑfectionẽ actꝰ q̃ ex duobꝰ pricipijs actiuis ꝓcedit req̃ritꝛ ꝙ vtrũq; actiuorũ principiũ ſit ꝑfectũ. Nõ em̃ põt bene ſecari:niſi & ſecãs habeat artẽ:& ſerra ſit bene diſpoſita ad ſcandũ. Diſpoſitio aũt ad bene agendũ in illis potentijs aĩæ q̃ ſe habẽt ad oppoſita eſt habitus. Et ideo oportet ꝙ actꝰ ꝓcedẽs ex his duabus potẽtijs talibꝰ ſit ꝑfectꝰ habitu aliq̃ ꝑexiſtẽte in vtraq; potentiarũ. Et q̃a credere eſt immediatꝰ actꝰ intellectus:q̃a obiectũ huius actus eſt verũ qd' ꝓprie ꝑtinet ad intellectũ:ideo oportet ꝙ fides q̃ eſt propriũ principiũ huiꝰ actus:ſit in intellectu vt in ſubiecto. Diciꝛ aũt ab Aug. ꝙ fides eſt in credentiũ voluntate:inquantũ actꝰ eius moueꝛ ex imperio volũtatis aſſentiendũ credibilibꝰ.

Charitas dr̃ forma ſi dei.

Itẽ nota ſm.b.Tho. vbi.s. ꝙ charitas dr̃ forma fidei. nõ ꝙ ſit forma intrinſeca q̃ dat formale eſſe rei:ſed inquantũ informat actũ eius.ſ. credere vt ſic operetꝛ & mereatꝛ. Et ad h̃ facit qd' habeꝛ de pœ.di.ij.§. itẽ dñs. Amen &c. Nihil em̃ ꝓhibet vnũ actũ a diuerſis habitibus informari. Item ſm.b.Tho. vbi.s. Fides informis id eſt ſine charitate:& formata.i.cum charitate nõ ſunt diuerſi habitꝰ quoꝝ vno adueniẽte alter qui prius erat in aĩa corrũpatur vt q̃dã dixerũt. Nec etiã ꝙ ambo ſint ſimul in habẽte priꝰ fidẽ informẽ:& poſtea formatã vt alij dixerunt:ſed eſt vnꝰ & idẽ habitꝰ nõ diuerſi. Ratio eſt quia habitus diuerſificaꝛ ſm id qd' per ſe ꝑtinet ad habitũ. Fides aũt cũ ſit ꝑfectio intellectus:id ꝑ ſe ꝑtinet ad fidẽ:qd' ꝑ ſe ꝑtinet ad intellectũ:qd' aũt ꝑtinet ad voluntatẽ nõ per ſe ꝑtinet ad fidẽ:ita ꝙ ꝑ hoc poſſit diuerſificari habitus fidei. Diſtinctio aũt fidei informis & formate eſt ſcd'm id qd' pertinet ad voluntatẽ.i. ſcd'm charitatẽ. Qd' aũt gr̃a adueniens in eo qui habet fidẽ informẽ nõ cauſet habitũ fidei per accidẽs eſt ꝓpter diſpoſitionẽ ſubiecti:quia.ſ. iã habet fidẽ:ſed q̃a informẽ habet format & ꝑficit eã. Sicut ecõtrario ſcd'm pctm̃ mortale qd' quis cõmittit nõ tollit gratiã:cũ tñ omne mortale de ſe tollat eã. Et ratio eſt q̃a amiſerat per primũ.

¶ Actus fidei eſt triplex. Cap̃. III.

## DE ACTV FIDEI NOTA

triplex eſt actꝰ fidei.

ꝙ triplex eſt actꝰ fidei.ſ. volũtaria cordis aſſenſio. publica oris cõfeſſio ſalutifera mortis ſuſcæptio. Primꝰ ẽ actꝰ fidei eſt volũtaria cordis aſſẽſio dicẽte apl'o ad Rom̃.x. Corde crediꝛ ad iuſtitiã. qd' exponiꝛ tripl'r. Prĩo ſic. Vere credere dat ſalutẽ eo ꝙ dat iuſtitiã q̃ eſt cauſa salutis. Scd'o ſic. Corde crediꝛ ad iuſtitiã.i. ꝑ fidẽ cordis iuſtificaꝛ aliq̃s:vt.ſ. fiat de pctõre iuſtꝰ. Tertio mõ ſic. Corde crediꝛ &c.i. volũtarie crediꝛ:q̃a cætera põt hõ nõ volẽs:credere aũt nõ põt niſi volẽs. & diffiniens Aug. q̃d ſit credere. dicit ꝙ nil aliud eſt q̃ꝫ cũ aſſenſiõe cogitare. Pro cuius intellectu ſex notari poſſunt.

¶ Primum eſt quid ſit aſſenſus & quid conſenſus.

¶ Scd'o vbi hęc duo aſſentire.ſ.& diſſentire inueniuntur.

¶ Tertio quid ſit cogitare & quot modis dicitur.

¶ Quarto q̃s ſit ordo inter cogitare & aſſentire & ecõuerſo.

¶ Quinto ꝙ fides cõſiſtit media inter duas cogitationes.

¶ Sexto ꝙ aſſentire veritati contingit tribus modis.

Aſſenſꝰ & cõſenſus differunt.

Quantum ad primũ no. ꝙ aſſenſus dr̃ determinatio cognitionis ad aliq̃d:quã cognitionẽ vel determinationẽ cognitionis aliq̃d nõ pręcedit. Cõſenſus ꝟo dr̃ determinatio voluntatis ad vnũ:q̃ ꝓſupponit cognitionẽ cũ qua ſil' ſentit:dũ in illud tẽdit qd' rõ bonũ iudicat ita ꝙ aſſentire dr̃ eſſe intellectꝰ cõſentire voluntatis. hęc.b.Tho.ij.ij.q.ij.& in.iij. ſen. Quantũ ad ſcd'm ſciendũ ꝙ cũ triplex ſit operatio intellectus.ſ. ſimpliciũ ſeu incõplexoꝝ app̃hẽſio. Scd'a cõpoſitio & diuiſio.ſ.ꝑ affirmationẽ & negationẽ. Tertia argumẽtatio.ſ. de vno in aliud diſcurſus. Aſſentire & diſſentire circa fidẽ nõ reperiꝛ in prĩa opatione intellectꝰ:ſed in ſcd'a eo ꝙ fides habet aſſenſum q̃ eſt determinata accęptatio alterius partis ꝯdictionis. Qui em̃ aſſentit intellectũ ad alterã partem



partẽ ꝯdictionis determinat. Quantũ ad tertiũ.ſ. quid ſit cogitare.

Cogitare ſumitur tripl'r.

nota ꝙ põt ſumi tripl'r. Vno mõ cõiter pro qualibet actuali cõſideratione intellectus. ſicut accipit Augu. in xiiij. de trini. Scd'o modo ſumitur ꝓ actuali conſideratione intellectꝰ:q̃ eſt cũ quadã inq̃ſitione animi deliberãtis non dũ ꝑfecti ꝑ plenã viſionẽ vel certitudinẽ veritatis:ſicut accipit Aug. in.xv. de tri. Tertio mõ ſumitꝛ ꝓ actu ꝟtutis cogitatiuę. In ꝓpoſito ſumitꝛ ſcd'o modo. Importat em̃ diſcurſum rõnis cogitatio:q̃a cogitare eſt ſimul cogitare.b.Tho. ij.ij.q.ij. Quõ actus intellectus ſe habeat ad cogitationẽ & aſſenſum nunc declarandum.

Ordo inter cogitare & aſſẽtire.

Quantũ ad quartũ ergo q̃s.ſ. ſit ordo inter cogitare & aſſentire. Nota quadruplicẽ modũ. Nã aliq̃n aſſenſus eſt ſine cogitatiõe vt patet in intelligẽte ſine reſpectu principioꝝ quoꝝ eſt intellectus. Intelligens em̃ aſſenſum habet ſine cogitatiõe.i. diſcurſu:q̃a ſtatĩ ꝓbat ipſa audita.ſ. principia ſm Boe. Aliq̃n cogitatio eſt cauſa aſſenſus vt in ſciente. Nã ſciens & cogitationẽ & aſſẽſum habet:ſed nõ cogitationẽ cũ aſſenſu:ſed cogitationem ante aſſenſũ. Diſcurrit em̃ mẽte ratiocinãdo:& inuẽta rõne qua cõcludiꝛ aſſentit. Dubitans nihil habet de aſſenſu:ſed cogitationẽ ſolũ:q̃a ĩ neutrã ptẽ declinat diſcurrit tñ rõne. Suſpicans eſt q̃ habet cogitationẽ abſq; firma aſſenſiõe:in vnã tñ partem declinat magis q̃ꝫ in aliã aliquo leui ſigno. Neſciens neq; aſſenſum neq; cogitationẽ habet. Aliq̃n cogitatio eſt ſine aſſenſu ꝑfecto vt in opinãte. Nã opinãs habet cogitationẽ diſcurrẽs ratiocinãdo:ſed nõ habet ꝑfectũ aſſenſum:cũ habeat formidinem de oppoſito:& ſi fortiter declinet ad vnã partẽ. Aliq̃n aſſenſus eſt ſimul & cogitatio vt in credente. Nam credens habet ſimul aſſenſum firmiter inhærendo & cogitationẽ diſcurrẽdo ratiõe poſt aſſenſum qua oſtendiꝛ tali veritati firmiter inhęrẽdũ vt magis intelligat:& ſi nõ clare ſeu demonſtratiue videat.b.Tho.ij.ij.q. ij.& in.iij. ſen. Quantum ad quintũ nota ꝙ fides conſiſtit media inter duas cogitationes:quarũ vna voluntatẽ inclinat ad credendũ:& hæc cogitatio ꝓcedit fidẽ. Alia cogitatio tendit ad intellectũ eoꝝ quæ iã credit.b.Tho. in.iij. ſen.

Veritati aſſentit tribꝰ modis.

Quantum ad ſextũ nota ꝙ tribus modis aſſentiꝛ veritati. Primo:q̃a ſic aſſentienti apparet & iſte eſt aſſenſus opinantis qui habet formidinẽ ex ꝑte aſſentiẽtis:ſed apparentiã ex parte rei cui aſſentit. Scd'o aſſentit q̃s ꝟitati alicui:quia ſic videꝛ eſſe ſm ꝟitatẽ:& iſte eſt aſſenſus ſciẽtis q̃ habet ſecuritatẽ ex parte aſſentiẽtis:& euidẽtiã ex ꝑte eiꝰ cui aſſentit. Tertio modo aſſentit quis veritati:non q̃a ita videt eſſe.ſ. clare:ſed q̃a habet idoneũ teſtimoniũ:& ſic eſt aſſẽſus fidei q̃ habet ſecuritatẽ ex ꝑte aſſentiẽtis:q̃ nõ dubitat ſed eſt certꝰ. defectũ ꝟo euidentię ex ꝑte rei cui aſſentit. Et credere eſt mediũ inter ſcire & opinari. & de vtroq; ꝑticipat:& a q̃libet differt. Nã cũ ſciẽtia ꝑticipat fides ꝑ ſecuritatẽ:ſed differt q̃a nõ habet euidẽtiã:& cũ opiniõe ꝑticipat ꝓpt' defectũ rei ex ꝑte cui aſſentit:ſed differt ab ea:q̃a habet certitudinẽ nõ formidinẽ de oppoſito.b.Tho.ij.ij.q.ij. Si q̃s em̃ dubitaret ꝓprie ſumẽdo dubitationẽ nõ eſſet fidelis. vñ dr̃ eꝛ de here.c.j. Dubiꝰ ĩ fide eſt infidelis. Et ſignãter dictũ eſt ꝓp'e:q̃a large ſumẽdo ꝓ oĩ motu dubitationis:ſicut q̃ tentaꝛ de his quæ ſunt fidei:aliq̃s cũ nõ aſſentit voluntarie tali dubitationi ſed habet diſplicentiam nõ eſt infidelis.

Actꝰ fidei interior tripliciter

## §.I. SCIENDVM EST ETIAM QVOD

actus fidei interior dr̃ tribus modis ſm magiſtrũ ſen. in.iij. diſ.xxiij. Credere deũ:credere deo:& credere in deũ. Quę diſtinctio originał'r eſt Augu. ſuper Ioan. Hæc aũt tria ſm be. Tho.ij.ij.q.ij.& in.iij. ſen. nõ ſũt diuerſi actꝰ fidei:ſed vnꝰ & idẽ actus cõpletus fidei habens diuerſos actus fidei. ſed vnꝰ eſt actus cõpletus habẽs diuerſam relationem ad fidei obiectũ. Obiectũ aũt fidei.i. qd' crediꝛ:qd' põt dici eſſe ens cogitabile ſupra rationẽ primũ cui ꝓpter ſe daꝛ aſſenſus. Et in hoc qd' dr̃ ſupra rationẽ ſeparaꝛ ab his quoꝝ eſt credulitas ſcd'm rationẽ:vt in principijs ſcientiarũ. In hoc ꝙ dr̃ primũ ſeparatur ab his q̃ ſunt creaturæ. In hoc ꝙ dr̃ cui daꝛ aſſenſus ꝓpter ſe:ſeparaꝛ ab illa cognitione quæ eſt ꝑ viam rationis.

Differẽtia inter credere deũ credeꝛ deo & credere ĩ deũ.

Primo ergo credere deum eſt actus fidei ſm ꝙ intellectus determinaꝛ ad vnũ. Nã obiectũ fidei eſt deꝰ ſcd'm ꝙ in ſe cõſideratur:vel aliquid circa ipm̃ vel ab ipſo. Quãuis deũ eſſe ſimpl'r poſſit demonſtrari:tñ deũ eſſe trinũ & vnũ & alia hmõi ſcd'm ꝙ eſt actus fidei.ſ. credere deũ demõſtrari nõ poteſt. Scd'o credere deo eſt actus fidei ſcd'm ꝙ ratio inclinat volũtatẽ ad aſſentiendũ deo. Ratio aũt quare voluntas inclinaꝛ ad aſſentiendũ his quæ nõ videt eſt q̃a deꝰ ea dicit. Sicut hõ in his q̃ nõ videt credit teſtimonio alicuiꝰ boni viri:q̃ videt ea quę ipſe non videt. Sic homo induciꝛ ad credendũ per ea q̃ dicta ſunt de deo miraculis confirmata. Sil'r fidelis credit hoĩ de his quę ſunt fidei:non quia hoĩ ſed inquantũ deus per ipm̃ loquiꝛ:qd' ex certis experimentis & miraculis colligere põt. Infidelis autẽ non credit deo loquenti in hoĩe. Tertio credere in deũ eſt actꝰ fidei:ſm ꝙ intellectus determinatur a volũtate ad tendendũ in deũ. Et ſic credere in deũ eſt credendo tendere in eũ. Sicut em̃ amare deũ eſt ſimpliciter actus charitatis:ita amãdo credere eſt actus fidei per charitatẽ motæ ad actũ ſuũ ſcd'm bea. Tho. ij.ij.q.ij.ar.ij. Vñ Gratia. de pœ. diſtin.ij.§. cum ergo. dicit. In Chriſtũ credit qui charitatẽ habet. In Chriſtũ quippe credere eſt amando in ipm̃ tendere. Hæc eſt fides q̃ per dilectionem operaꝛ. vt diffinit apl's. Et ſic credere deũ eſt ſicut materiale obiectũ intellectus.ſ. credere ꝙ deus ſit & hmõi. Credere deo eſt ſicut formale obiectũ qd' eſt veritas prima. Et ſic credere deo eſt credere vera eſſe quæ deus dicit. eo ꝙ ipe dicit. Credere in deum eſt credere per amorẽ primæ veritati:& credendo amare eũ ſuper oĩa. Et credere deo vt veritas ſ. q̃a vera quæ dicit deus. Credere deũ vt virtuoſitas ſeu potentia.ſ. eſſe oĩpotentem creatorem. Credere in deũ vt bonitas.i. in eius bonitatem tendere guſtando per amorem. hæc Raynerius.

De actu fidei exteriori. triplex eſt confeſſio.

## §.II. DE ACTV EXTERIORI FIDEI

qui dr̃ confeſſio. Hot. ſm.b.Tho.ij.ij.q.iij. ꝙ eſt triplex confeſſio. Prima eſt pctõꝝ. de qua Iaco.v. Cõfitemini alterutrũ pctã veſtra. Et hæc eſt actus pnĩę ſeu pars ſacramenti. Scd'a eſt confeſſio diuinoꝝ preconiorũ:de qua Pš.cxvij. Confitemini dño q̃m bonus. & hec eſt actus latrię ſeu virtutis religiõis. Tertia eſt confeſſio articulorũ fidei ad Rom̃.x. Ore aũt cõfeſſio fit ad ſalutẽ. & hęc eſt actus fidei. Hic aũt actus ſ. publica confeſſio eorum quæ ſunt fidei non eſt vbiq; & ſemper de neceſſitate ſalutis:ſed ꝓ loco & tẽpore. Et de hoc habes in.ij. par. ti.xj. Ad hoc aũt vt talis cõfeſſio fidei ſit ad ſalutẽ valens oportet ꝙ cõfiteatur q̃s fide in recta conuerſatione fidelium. vñ Hiero. Quotieſcũq; vincimur vitijs atq; pctĩs toties deũ negamus. & econuerſo. Quoties aliq̃d boni agimus deũ confitemur. Nec eſt arbitrandum illos tantum in die iudicij a dei filio denegandos:qui in martyrio Chriſtũ negauerunt:ſed illos oẽs quorũ opere vel ſermone vel cogitatione. Chriſtꝰ negaꝛ vel cõfeſſione nõ cõfitetur. xj.q.iij. ęſtimant.

Fidei cõfeſſio neceſſaria eſt.

Eſt aũt neceſſaria talis confeſſio propter quatuor. Primo vt deus honorificeꝛ. Scd'o vt fides defendaꝛ. Tertio vt proximus ædificetur. Quarto vt infidelis cõfundatur. de quibus vide.s. de tertio actu fidei.ſ. ſuſcęptione martyrij habes.s. ti.iij. de fortitudine.

Credere ẽ laudabile & meritorium.

## §.III. DE MERITO CREDENDI.

Nota ꝙ credere eſt laudabile & meritoriũ tripl'r ꝓbatur.ſ. ratione. ſil'itudine:& autoritate. Ratione q̃dẽ ſic probatur. Oĩs actus qui ſubijcitur libero arbitrio moto a deo ꝑ gratiã & relatus in deũ eſt meritorius. Sed credere eſt actus intellectus aſſentientis veritati diuinæ ex imperio voluntatis motæ a deo ꝑ gratiã:& ſic ſubiacet libero arbitrio in ordine ad deũ:ẽ actꝰ fidei eſt meritoriꝰ. Tho.ij.ij.q.ij. Item ſic probaꝛ. Oĩs actus virtutis eſt laudabilis & meritorius:ſed credere eſt actus fidei q̃ eſt virtus ẽ meritorius. Sil'itudine ꝓbaꝛ ſic:ſicut cõſideratio actualis ſcientię eſt meritoriũ. tũ rõne libertatis arbitrij:q̃a in poteſtate hoĩs eſt conſiderare & non conſiderare. tũ rõne finis ex parte charitatis:vt cõſideratio ſcientiæ referaꝛ ad honorẽ dei. vel ad vtilitatẽ ꝓximi:in quo caſu vterq; eſt meritoriꝰ:q̃uis in ipſa ſcientia nõ ſit meritũ:q̃a intellectꝰ captiuaꝛ ad aſſentiendũ ꝟitati:nec remanet voluntas libera ad aſſentiendum. Sic in ꝓpoſito:cũ circa ea q̃ ſunt fidei nõ cogaꝛ intellectꝰ ad aſſentiendũ:q̃a nõ clare videt:ſicut ꝑ ſciẽtiã remanet volũtas libera ad aſſentiendũ vel nõ aſſentiendũ fidei:& iõ aſſentiẽdo ꝓpter deũ meretur. Tho.ij.ij.q.ij. Aug. aũt ſuꝑ Io. idem ꝓbat ſub ſil'itudine radicis di. Sicut in radice arboris nulla prorſus apparet pulchritudo:& tñ q̃cq̃d eſt in arbore pulchritudinis vel fructus ex illa ꝓcedit. Sic ex fidei humilitate q̃cq̃d meriti quicq̃d beatitudinis aĩa ſuſcæptura eſt ex fidei fundamento procedit. Tertio autoritate probatur ſic. Chriſtꝰ dixit Io.xx. Beati qui non viderũt & crediderũt:ſed ꝑmiũ

non debeť niſi merito. Beatitudo vero eſt vltimũ & perfectũ premiũ. ergo &c. Ad prædictoꝝ maiorẽ euidentiã nota quinꝙ. Primum eſt ꝙ ratio humana ad ea q̃ ſunt fidei põt ſe habere ad voluntatẽ credentis dupľr. Vno mõ antecedenter: puta cũ quis nõ vult credere vel nõ habet prõptã volũtatẽ ad credendũ niſi rõne humana induceretť: & tunc ratio humana diminuit meritũ. Et in hoc caſu intelligẽda eſt auctoritas Greg. Fides nõ habet meritũ &c. Secũdo modo ratio humana ſe habet ad voluntatẽ credẽtis conſequenter: puta cũ homo habet prõptã volũtatẽ ad credẽdũ etiã ſine rõne. Et ex hoc ꝙ diligit veritatẽ creditã ſup ea cogitat & amplectiť: ſi quas rõnes ad hoc inuenire poteſt: tunc humana ratio nõ excludit meritũ fidei: ſed eſt ſignũ maioris meriti. b. Tho. ij. ij. Scd'o notãdum ꝙ ea q̃ ſunt fidei: & ſi ſupra rationẽ ſint: non tñ contra rõnẽ. Et ideo q̃rere ea q̃ ſunt ſupra rationẽ nõ eſt vituperabile ſed laudabile: qa hõ debet ſe ad diuina dirigere quantũ poteſt vt dicit Phs. x. Ethic. b. Tho. in. iij. ſen. qd' tñ intelligendũ eſt cũ quis querit hmõi timorate & moderate: vt dicit Aug. & nõ ſupra capacitatẽ ſuã, iuxta illud. Altiora te ne quæſieris. Eccľi. iij. Tertio nota ꝙ rõ naturalis in his q̃ ſunt fidei põt induci vel cũ fide vel contra fidem. Et illa quidẽ ratio quæ ẜm fidem inducitur poteſt augere meritũ in quantũ facit voluntatẽ magis promptã ad credendũ. Ratio aũt inducta cõtra fidẽ ad difficultatẽ actũ addit. & per conſequens auget meritũ. Vñ manente eadẽ volũtate credendi magis mereť ille qui credit illud ad qd' videt multas rõnes in ꝯriũ ꝙ̃ q eas non videt: ſicut qui tentatur vehementius de luxuria vel alio vitio ſi reſiſtat ęquali volũtate magis mereť. b. Tho. in. iij. ſen. Quarto nota ꝙ magis meretur ille qui credit ſine ratione vel ſuaſione ꝙ̃ ille q ſuaſionẽ vel rõnẽ quærit: manẽte eadẽ volũtate credendi. Qd' ſic ꝓbať. Sicut affect⁹ rõnalis debet ſummæ bonitati dignũ amorẽ: ita intellectus ſummæ veritati dignã credulitatẽ. Sicut ergo non eſt digna dilectio ad deũ qua diligiť eius bonitas solũ ꝓpter vtilitatem: ita eadẽ rõne non eſt digna deo credulitas qua aſſentitur primę veritati solũ ꝓpter rõnis ꝓbationẽ vel ſuaſionẽ. Itẽ ſicut aliud eſt diligere aliquẽ ex ſuis meritis ſine ratione beneficijs: & aliud diligere ipſum ſine meritis ex ſola virtute & grã diligentis: ſic aliud eſt credere ex ꝓbabilitate vel euidẽtia ipſi⁹ credibilis: aliud ex virtute credẽtis qd' eſt maioris meriti. Quinto nota ꝙ credere alicui ſubito ſine deliberatione & ſine inſpiratione & ſine motione ſufficienti eſt leuitas mẽtis. Vñ dr̃ Eccľi. xix. Qui cito credit leuis eſt corde. Credere vero alicui cũ diſcretione vel inſpiratione: vel motiuo ſufficienti: non eſt leuitas cordis ſicut facit ille q credit ea quæ ſunt fidei: talis em̃ habet ſufficiens motiuũ ad credendum: inducitur em̃ auctoritate diuinæ doctrinæ miraculis cõfirmatæ: & amplius interiori inſtinctu dei illuminãtis. Et iõ talis nõ eſt leuiter credendus. vt dicit. b. Tho. in. j. cõtra gẽtiles. & ij. ij. Nec fidei meritũ tollit. Raynerius.

Quęre q̃ ſũt ſupra rationẽ ẽ laudabile.

Credẽs ſine ſuaſiõe ipl⁹ mereť ꝙ̃ cum ſuaſiõe.

## §. IIII. DE MAGNITVDINE ET AVgmento fidei

ex eo ꝙ dixit Chriſtus Chananęę. Mat. xv. O mulier magna eſt fides tua. Et Centurioni. Mat. viij. Nõ inuenit tantam fidẽ in Iſrael. & apľi dño. Adauge nobis fidẽ. Sciendum igitur ꝙ ex parte obiecti formaliter fides nõ variatur nec augetur: nec minuiť: quia obiectum fidei cum ſit veritas prima quæ de⁹ eſt. & hæc nõ variať nec augetur: ſic nec fides. Sed conſiderando fidem ex parte ſubiecti in q̃ eſt: ſic fides tum ex parte fidelium: tũ ex parte creditorum variatur. Et hoc triplici ratione.

an fides poſſit augeri vel minui.

¶ Primo ratione conditionis temporis.
¶ Secundo ratione diffuſionis luminis.
¶ Tertio ratione. diſpoſitionis hominis.

Quantũ ad primũ nota ꝙ ꝙ̃uis ſit eadẽ fides quã habem⁹ de Chriſto: & quã habuerunt antiqui patres: tũ qa ipſi præceſſerunt Chriſtũ & nos ſequimur: ideo eadẽ fides diuerſis verbis a nobis & ab eis ſignificať. Nã ab eis dicebatur per verba futuri tp̃is. Ecce ꝟgo cõcipiet & pariet filiũ. Eſa. vij. Nos aũt dicimus p ꝟba p̃teriti tp̃is: qa cõcæpit & pepit filiũ. b. Tho. ij. ij. q. ciij. Et notandũ ꝙ licet eadẽ fuerit fides oĩ tp̃e de myſterio incarnatiõis apud oẽs quantũ ad ſubſtantiã: diuerſimode tñ quantũ ad explicationẽ ẜm diuerſitatẽ tẽpoꝝ & pſonaꝝ. Nã ante ſtatũ pc̃ti hõ habuit explicitã fidẽ de incarnatione Chriſti ẜm ꝙ incarnatio ordinabať ad cõſeruationẽ glĩę: nõ aũt ẜm ꝙ ordinabať ad liberationẽ a pc̃tõ p paſſionẽ & reſurrectionẽ qa hõ nõ fuit præſcius ſui pc̃ti. Poſt pc̃m aũt hõ habuit explicitã fidẽ nõ ſolũ de incarnatione Chriſti: ſed etiã de paſſione & reſurrectione: qb⁹ gen⁹ humanũ liberabať: & ante legẽ & ſub lege Moyſaica: aliter tñ & aliter. Nam minores fidẽ habuerunt circa hmõi myſteriũ implicitã videlicet credẽdo & expectãdo ſalutẽ & redemptionẽ hoĩm: modũ tñ ignorãdo ante legẽ. Sub lege vero pſona mediatoris mittẽda p̃dicabať: ſed vtrũ hõ vel angelus vel de⁹ eſſet talis a minoribus neſciebatur. vt dicit Hugo de ſan. vic. Maiores aũt ante legẽ ꝙ̃ ſub lege fidẽ habuerunt explicitã de incarnatione Chriſti. vt p̃riarchæ & ꝓphæ. Et multis eoꝝ ſpãlis reuelatio facta eſt. vt Abraæ: Iſaac: & Iacob: Moyſi: Dauid: Eſaiæ: & alijs multis. Multi q̃ꝙ gentiles diuerſis tp̃ibus fidẽ habuerũt explicitã de ĩcarnatiõe Chriſti qb⁹. ſ. reuelatio facta eſt. vt Iob q dixit. xix. c. Scio ꝙ redẽptor me⁹ viuit &c. Et Sibylla etiã ꝓnũtiauit q̃dã de Chriſto. ſ. eius natiuitatẽ: paſſionẽ: & reſurrectionem & aduentũ ad iudiciũ. vt refert Lactã in II. inſti. Et in hiſtorijs etiã Romanoꝝ inueniť, ꝙ tp̃e Cõſtãtini Impatoris fuit q̊ddã ſepulcrũ inuẽtũ in quo iacebat hõ habẽs laminã auream ſup pectus ſuũ in quo erat ſcriptũ. Chriſtus naſcetur de virgine. & credo in eũ. O ſol iterũ me videbis Conſtantini tp̃ibus. b. Tho. ij. ij. q. ij. Tp̃e ꝟo grę reuelatę teneňť tã minores ꝙ̃ maiores hr̃e fidẽ explicitã de his q̃ in eccleſia propo nunť ſicut ſunt articuli incarnatiõis. Et cũ ip̃m myſterium incarnatiõis includat in ſe myſteriũ trinitatis: qa dicim⁹ de eo ꝙ filius dei p̃ris fact⁹ eſt hõ cõcępt⁹ ex ſp̃ũſancto. natus de ꝟgine: ideo neceſſariũ eſt nũc etiã explicite credere myſteriũ trinitatis oĩb⁹. ſ. ꝙ ſit pater & fili⁹ & ſp̃ũſſc̃tũs vnus deus non aũt quo ad alias ſubtilitates circa hmõi. b. Tho. vbi. ŝ. Et nota ꝙ quãto magis ꝓpinq fuerũt Chriſto tanto magis explicite fidẽ habuerunt de Chriſto. Vñ Greg. dicit ſcd'm incremẽta tẽpoꝝ creuit ſcĩa ſc̃tõꝝ patrũ. Et ꝓpť hoc bea. Io. bap. qa fuit ꝓpinqſſim⁹ ſaluatori exp̃ſſe cognouit aduẽtũ Chriſti in carne. vñ dixit de eo. Ego vidi & teſtimoniũ phibui. qa hic eſt fili⁹ dei. Cognouit ad paſſionẽ eũ vẽturũ. vñ dixit. Ecce agnus dei prænũtiãs immolationẽ ei⁹. Nec eſt ꝯ̃ hoc ꝙ miſit iterrogare Ieſũ p diſcipulos ſuos di. Tu es q vẽturus es. Mat. xj. tanꝙ̃ dubitaret. Triplex eſt em̃ dubitatio. Prima infidelitatis q̃lis fuit in Iudæis. Scd'a eſt tarditatis qualis fuit in diſcipulis eũtib⁹ in Emaus: & quibuſdã alijs. Lu. vlt. Tertia eſt amoris ſiue pietatis. & hęc ꝓprie nõ eſt dubitatio: & talis fuit ĩ Ioãne. ſ. qdã horror quo aĩa ad modũ dubitãtis ſe habet. vñ Amb. Ioãnes nõ fide ſed pietate dubitauit. Horrebat em̃ cõſiderare ꝙ filius dei ad inferna deſcenderet. Greg. tñ aliter exponit. videlicet ꝙ Ioãnes interrogauerit nõ de aduentu ſuo in carnẽ vel ad paſſionẽ q̃ iã prænũtiauerat: ſed vtrũ p ſe ad inferna deſcenderet vel aliũ mitteret ad liberandos p̃res. Scd'm Hiero. q̃ſiuit p hoc ſi vellet vt ei⁹ aduẽtũ ad limbũ patrib⁹ nũtiaret. vt eſſet p̃curſor ſuus tunc ſicut hic fuerat. Hilarius vero & Chriſo. dicunt ꝙ prędictã inquiſitionẽ nõ ꝓ ſe fecit: ſed ꝓ ſuis diſcipulis vt ipſis vidẽtib⁹ ſigna ei⁹ vt cõtingit perpẽderẽt ip̃m eſſe Meſſiã qd' nõdũ credebãt. alij exponũt vt nõ ſit illud interrogatiuũ: ſed aſſertiuũ magis. i. firmiter fateor quia tu es Meſſias & non aliũ expectamus. Ray. Et ſic fides Chriſtiana eſt magnæ ꝓfunditatis explicitæ.

Antiq qualẽ fidem habuerũt ante legem & ſub lege

Qualẽ fidẽ hr̃e tenẽtur tp̃e grã

triplex eſt dubitatio.

## §. V. VARIATVR SECVNDO FIDES

Vndecimo lux eſt augmentatiua in radijs: qa augeꝰ a mane in meridiē. vñ Eccl'i. xxxiij. Dies diē ſuꝑat & lux lucē. maior em̄ lux apparet ſeu magis illuminaꝰ aer hora tertia q̄ꝫ prima: & in meridie magis q̄ꝫ hora tertia: qa radius ſolaris magis directe reuerberat terrā. Sic lux gr̄æ cōtinue augetur vel habitualiter vel diſpoſitiue ab electis: per q̄dlibet ꝟtuoſum opus diſpoſitiue augeꝰ: ſicut & corpꝰ humanū ꝑ quālibet comeſtionē diſponiꝰ ad augendū dū eſt in ſtatu augmēti. etſi nō actu augeaꝰ ꝑ quamlibet. Prouer. iiij. Iuſtoꝝ ſemita q̄ſi lux ſplēdens ꝓficit & creſcit vſqꝫ ad ꝑfectū diē. Exponit Grego. ſuꝑ Ezech. de ꝯuerſatiōe electorū dei q creſcunt ꝑ bona opa in gr̄a vſqꝫ ad diē clarā gloriæ. Infiniti ſunt gradus gratię: & quāto qs magis in ea ꝓficit: tanto magis videt quātū ſibi deeſt: & iō laborat vt creſcat cognoſcēs ꝑcioſitatē eiꝰ. Et vt dicit Ber. In via dei non ꝓcedere eſt deficere. Hinc & apl's ad Phil'. iij. Quæ retro ſunt oblitꝰ ad brauiū ſequor ſuꝑnę vocatiōis.

*Eſt corporū decoratiua.*

Duodecimo lux eſt decoratiua corporū. Diciꝰ em̄ corpus pulchrū qđ habet debitā mēbrorū ꝓportionē cū quadā refulgentia. Vñ etſi corpus eēt bn̄ ꝓportionatū nō haberet claritatē: ſicut corpora Theucroꝝ vel Ethiopū nō eēnt pulchra. Et iō vt dicūt doc. vt opa ſua q̄ facturꝰ erat pulchra apparerēt inchoauit a luce. Ita & lux gratiæ decorat opa humana: lumen rōnis cū qs opaꝰ ſm̄ eandē aliquātulū decorat: ſed nō ꝑfecte: ſed lux gr̄ę additū ꝑfectę. vñ apl's. Eramus aliqñ tenebræ: nūc aūt lux in dñō: vt filij lucis ambulate. ſicut & Chriſtus docuit lux vera filios ſuos dicēs. Sic luceat lux veſtra corā hoibꝰ &c. Mat. v. & Sap. iiij. O q̄ꝫ pulchra eſt caſta generatio cum claritate. Gñatio caſta eſt opatio gñata ſeu ꝓcedēs ab intellectu: vt a viro legitimo ſeminante voluntate bonum cognitum vt in vxorem: nō in ſenſualitatē ancillā ꝑ errorē: qa tunc adultera. Et talis opatio rōnis cum claritate gratiæ vtiqꝫ eſt valde pulchra. Quid pulchriꝰ vita xp̄ianorum? Hinc bea. Amb. in hexamerō. Illa aīa a deo pingiꝰ q̄ habet in ſe ꝟtutū gratiā renitētē ſplēdorēqꝫ pietatis. Illa aīa bn̄ picta eſt in qua elucet diuinæ operationis effigies. Illa aīa bene picta eſt in qua eſt ſplēdor gloriæ & paternæ imago ſubſtātiæ. ſm̄ hanc imaginē quæ reſulget pictura precioſa eſt. de pœ. diſ. ij. illa. Cum ipſa ergo luce gratiæ mittiꝰ a deo veritas dei filius.

## §. III. SECVNDVM PRINCIPALE SCI

*De gr̄a opoſitate.*

licet opoſitas q̄ ab eo ſequiꝰ notaꝰ cū dr̄. Ipſa me deduxerūt. ipa. ſ. gr̄a & veritas: de vno ad aliud me duxerūt. Et q̄ ſint iſtę vię ꝑ quas gr̄a ducit oñdit Pſ. lxxxiij. di. Ibunt de virtute in virtutē. i. de opere vnius virtutis ad opus alteriꝰ virtutis. Non em̄ decet ſemꝑ ſe exercere in opere vnius ꝟtutis: ſed aliqñ in ope fidei: qñqꝫ in ope ſpei: qñqꝫ in ope charitatis. vel de ꝟtute infuſa ꝑ gratiā q̄ ſubito gñaꝰ: in ꝟtutē acq̄ſitam habituatā ꝑ cōſuetudinē. Ex opibꝰ em̄ frequēter multiplicatis caſtis & iuſtis & cōſtātibꝰ ꝑſeuerando efficimur iuſti: caſti: fortes & hmōi. Vel de vna & eadem virtute impfecta in ꝟtutē ꝑfectiorē. Nemo em̄ repēte fit ſummꝰ: ſed a minimis quiſqꝫ inchoat vt ad maiora perueniat. Gradus em̄ eſſe in virtutibus pulchre & diffuſe oñdit Greg. de pœ. di. ij. dum ſanctam eccleſiam. ibi vide.

## §. IIII. QVANTVM AD TERTIVM

principale qđ eſt conſecutio æternę fœlicitatis ait. Adduxerūt. ſ. demū in mortē ad mōtem ſc̄tm̄ tuū altiſſimū gl'ię: vbi ſunt plures māſiōes differētes. ſ. ꝑmioꝝ: & hæc ſunt tabernacula dei in qbꝰ habitat in gl'ia. Nā ait Pſ. lxxxiij. Gratiā & gloriā dabit dñs: qa gr̄a ducit ad gl'iam.

*De gr̄a accæptione m'tipliici.*

Notādū autē ꝙ gratia ſumiꝰ multipl'r. vt no. Arch. poſt Alex. ſuꝑ. c. gratia. j. q. j. Primo mō diciꝰ gratia donū dei increatū qđ gratis daꝰ nobis. i. ipe ſpūſſctūs gratis dās: de q̄ pōt ītelligi illđ apl'i. j. Coꝝ. xv. Gratia dei in me vacua nō fuit. Scđo diciꝰ gratia donū in nobis ꝯcreatū. j. q. j. ſumꝰ ad imaginē dei: & hoc eſt cōe oibꝰ hoībus: de q̄ pōt ītelligi illud apl'i. Gratia dei ſemꝑ in me manet. Nō em̄ pōt hoc tolli cū naturale ſit. Tertio diciꝰ gratia donum infuſum a deo: faciēs aīam deo gratā & opa eiꝰ meritoria: de qua diciꝰ ad Ro. vj. Gratia dei vita ęterna. ſ. habeꝰ. Quarto diciꝰ gratia primꝰ effectus gratiæ ꝑdictæ poſt lapſum. i. remiſſio pc̄tōrū: & ſic ſumiꝰ ī principio epl'arū Pauli cū diciꝰ. Gratia vobis & pax a deo patre &c. dicit gl. i. remiſſio pc̄tōꝝ & recōciliatio ad deū.

*Q̄ gratia dicaꝰ primꝰ habitꝰ virtutis.*

Quīto diciꝰ gratia primꝰ habitꝰ ꝟtutis in q̄ manifeſtaꝰ gratia. i. fides. ad Heb. vl. Optimū eſt gratia ſtabilire cor. gl. i. vt habeatis fidē ꝑfectā. Sexto diciꝰ gratia donū ꝑrogatiuæ gratię ſeu dignitatis: vt ſacer ordo. j. ad Tim. iiij. Noli negligere gratiā q̄ data eſt tibi ꝑ impoſitionē manꝰ ꝑſbyteri: & de hac intelligiꝰ illud. c. j. q. j. gratia. ī. c. iij. & ī. ti. xv. c. xix. Septimo diciꝰ gratia gratię ſignū ſeu gratis data: vt ꝓphetia: opatio miraculoꝝ & hmōi. de qua. j. Coꝝ. xij. Diuiſiones gratiaꝝ ſunt idē ꝟo dñs &c. Illa em̄ opa ſunt ſigna ꝙ ī tali ſit gratia nō tn̄ ſemꝑ poſito ſigno poniꝰ res. Octauo diciꝰ gratia qđ cūqꝫ donū alteri cōicatū non tn̄ oibus ſiue tpale vt diuitię: ſiue ſpūale: vt ſcia. Et de hac diciꝰ. j. Pe. iiij. Vnuſquiſqꝫ ꝓut accæpit gratiā in alterutrū illā adminiſtrantes vt boni diſpenſatores multiformis gratiæ dei. Nono diciꝰ gratia vita æterna: quia maxime gratis daꝰ: iuxta illud Ioā. j. De plenitudine eiꝰ nos oēs accæpimꝰ gratiam ꝓ gratia. gl. i. gratiā glorificatiōis ꝓ gratia ſc̄tificatiōis. & Zach. iiij. Exequabit gratiā gratię. Decimo diciꝰ gratia q̄dā virtꝰ moralis q̄ a ph̄is diciꝰ gratitudo. ſ. de bñficijs recæptis. Apl's. j. ad Theſ. v. In oībus gratias agite. Vndecimo diciꝰ gratia beneuolētia alicuius ad alterum: ſicut diciꝰ in Geñ. xxxix. ꝙ Ioſeph inuenit gratiā corā dño ſuo: & poſtea corā pricipe carceris. Ad oīa iſta pōt adaptari illud. ij. Coꝝ. vj. Hortamur vos ne in vacuū gratiā dei recipiatis. De Noe etiā diciꝰ Geñ. vj. ꝙ inuenit gratiā corā dño. i. bñuolentiā.

¶De eſſentia gratiæ. Cap. II.

GRATIA GRATVM FACIENS eſt quędā qualitas ſeu habitꝰ ſuꝑnaturalis infuſa a deo in eſſentia aīæ vt in ſubiecto ſine merito creaturæ realiter differēs a ꝟtutibꝰ infuſis: faciēs creaturam deo gratā: & opa ab ipa ꝓcedentia vitę ęternæ meritoria.

*Gratia gratū faciēs qđ ſit.*

Vbi ꝑmo ſciendū ſm̄. b. Tho. j. ij. q. cx. ar. j. ꝙ gratia ſm̄ cōem modū loquēdi tripl'r cōſueuit accipi. Prio modo ꝓ dilectione alicuiꝰ: ſicut cōſueuimus dicere. Iſte miles habet gratiā regis. i. rex habet eū gratū & amaꝰ. ſcđm ꝙ diciꝰ Geñ. xxxix. ꝙ dñs dedit gratiā Ioſeph in ꝯſpectu pncipis carceris. Scđo modo ſumiꝰ ꝓ aliquo dono gratis dato ſicut ꝯſueuimꝰ dicere. Ego facio tibi talē gratiā: ꝓpē qđ dr̄: Eccli. xxix.



Eccleſiaſtici. xxix. Gratiā fideiuſſoris ne obliuiſcaris. i. ſeruitiū fideiuſſoris. Tertio mō ꝓ recōpēſatione bñficij gratis dati. ſm̄ ꝙ dicimur gratias agere & habere ꝓ beneficijs. Ad qđ etiā apl's hortaꝰ. j. ad Theſ. v. dicens. In omibus gratias agite. Horū triū ſcđm depēdet ex prio. Ex amore enim quē aliqs habet ad aliū & gratū habet prouenit ꝙ dat ſibi aliq̄d bonū gratis. Ex ſcđo ꝓcedit tertiū: qa ex bñficijs gratis recæptis ꝯſurgit gratiaꝝ actio. Quātum ad duo vltima manifeſtū eſt ꝙ gratia ponit aliqd in eo q gratiā accæpit. primo. ſ. ipm̄ donū gratis datū. ſcđo ipſiꝰ recognitionem. Sed quātū ad primū eſt differētia inter gratiā dei & gratiā hoīs: nam qa bonū creaturę eſt ex volūtate diuina: iō ex dilectione dei qua vult creaturę bonū ꝓfluit aliqđ bonū in creaturā. Sed volūtas hoīs moueꝰ ad amandū ex bono pręexiſtente in rebꝰ. Et inde eſt ꝙ dilectio hoīs non total'r cauſat bonitatē rei: ſed ꝑſupponit eā in toto vel in parte. Patet igiꝰ ꝙ quālibet dei dilectionē ſeqꝰ aliqđ bonū in creatura creatū: ſed qñqꝫ non tn̄ dilectiōi æternę bonū coæternum: ſed ſm̄ hmōi boni differentiam differens.

## §. I. CONSIDERATVR DILECTIO

*Dupl'r dilectio dei ad creaturam ꝯſideratur.*

dei ad creaturā duplex. Vna qdē cōis ſm̄ quam diligit oīa q̄ ſunt: vt dr̄ Sap. xj. Alia ſpecialis ſcđm quā trahit creaturā rōnalē ſupra cōditionē naturę & participationē diuini boni & ſcđm hanc dilectionē dr̄ deus aliquē diligere ſimpl'r: qa ſcđm hāc dilectionē vult deus ſimpl'r creaturæ bonum æternū qđ eſt ipſe: ſic igiꝰ ꝑ hoc qđ diciꝰ hoiem gratiā dei habere ſignificatur quoddā ſuꝑnaturale a deo ꝓueniēs in hoīe. Qñqꝫ tn̄ gratia dei dr̄ ipſa æterna dei dilectio: ſed de gratia habituali q̄ eſt in hoīe nūc eſt ſermo q̄ gr̄a dr̄ qa gratis daꝰ a deo ſine meritis recipiētis. Gratia aūt tertio mō accæpta. ſ. pro recognitiōe bñficij eſt virtꝰ moralis. de qua. ſ. in tit. de iuſtitia. in. c. de gratia.

## §. II. QVOD AVTEM GRATIA QVE

*Gratia eſt q̄litas ī aīa*

dam qualitas in aīa oñdiꝰ ꝑ hoc qđ dicit glo. ſuꝑ illud. pſ. liij. Exhilaret faciem in oleo. Gratia eſt nitor aīæ ſc̄tm̄ concilians amorē. Nitor aūt aię eſt q̄dā qualitas: ſicut pulchritudo corporis eſt qualitas. Sed ꝓ huius declaratiōe dicit. b. Tho. j. ij. q. cx. ar. ij. ꝙ vt dictū eſt in eo q dr̄ gratiā habere ſignificaꝰ eſſe quidā effectꝰ gratuitę volūtatis dei. Ex gratuita autem voluntate dei hō iuuatur dupl'r. Vno mō inquātum aīa hoīs a deo ad aliquid cognoſcēdum: volendū: vel agendū illuminaꝰ. Et hoc mō ipſe gratuitꝰ effectus in hoīe nō eſt q̄litas: ſed quidā motꝰ aię a deo. Alio mō adiuuaꝰ hō ex gratuita dei volūtate ſm̄ ꝙ aliqđ habituale donū a deo aię infundiꝰ. Et hoc ideo: qa nō eſt cōueniēs ꝙ deus minus ꝓuideat his q̄s diligit ad ſuꝑnaturale donū q̄ꝫ creaturis q̄s diligit ad naturale donum conſequendum. Creaturis autē naturalibus ſic ꝓuidit: vt non ſolum moueat eas ad actus naturales: ſed etiā largiꝰ eis formas & ꝟtutes quaſdam naturales q̄ ſunt principia actuū: vt ſcđm ſeipas inclineꝰ ad hmōi motꝰ: & ſic motꝰ quibꝰ a deo moueņꝰ fiūt creaturis gñales & faciles. ſcđm illđ Sap. viij. Diſponit oīa ſuauiter. Multo igiꝰ illis q̄s mouet ad ꝯſequēdū bonū ſuꝑnaturale ęternū īfundit aliquas formas ſeu qualitates ſuꝑnaturales ſcđm quas ſuauiter & prompte ab ipſo moueanꝰ ad bonū æternū cōſeq̄ndū: & ſic donū gratiæ qualitas q̄dā eſt.

*Gr̄a dei in aīam agit.*

Agit aūt gratia ī aīam ꝑ modū cauſę formalis: ſicut albedo facit albū: & iuſtitia iuſtū. Et ſcđm ꝙ aīa impꝑfecte ꝑticipat diuinam bonitatē: ipa ꝑticipatio diuīæ bonitatis q̄ eſt gr̄a ipꝑfectiori mō habet eſſe in aīa q̄ꝫ aīa in ſeipſa ſubſiſtat. Eſt tn̄ gratia nobilior q̄ꝫ natura aīæ inquātū eſt expꝛ̄ſſio vel ꝑticipatio diuinę bonitatis: non aūt quātū ad modū eſſendi.

## §. III. QVOD GRATIA DIFFERAT

a ꝟtutibꝰ infuſis, ꝓbaꝰ per hoc qa fides & ſpes pn̄t haberi ſine gratia qđ eē nō poſſet ſi idē eēnt cū ea. Et de charitate dicit. b. Aug. ꝙ gratia ꝑuenit charitatē: ſed ſi idē eſſet cū ea nō poſſet ꝑuenire. Pro cuius declaratione dicit beat. Tho. j. ij. q. cx. art. iij. ꝙ quidā poſuerunt idē eſſe gratiā & virtutē ſcđm eſſētiā: ſed ſolū ſcđm rōnē differre: quia gratia diciꝰ ſm̄ ꝙ facit hoīem gratū deo: vl' quia gratis daꝰ.

*Vir' ſecūdū ph̄m ē diſpō ꝑfecti.*

Virtꝰ autē diciꝰ ſcđm ꝙ ꝑficit hoīem ad bn̄ opandū. Et hoc videꝰ ſenſiſſe magiſter in. ij. ſentē. Si quis recte ꝯſideret rōnē ꝟtutis hoc ſtare nō pōt quia vt dicit ph̄s ī. vij. Phyſ. Virtꝰ ē diſpoſitio ꝑfecti. Dic aūt ꝑfecti qđ eſt diſpoſitū ſcđm naturam. Ex quo patet ꝙ virtus vniuſcuiuſqꝫ rei diciꝰ in ordine ad aliquā naturā ꝑexiſtentē: qñ. ſ. vnūquodqꝫ ſic eſt diſpoſitū ſicut congruit ſuę naturæ. Manifeſtum eſt autem ꝙ ꝟtutes acquiſitę ꝑ actus hūanos ſunt diſpoſitiones quibus homo cōuenienter diſponiꝰ in ordine ad naturam qua eſt homo. Virtutes autem infuſę diſponunt hominē altiori modo & ad altiorē finē. vñ etiā oportet ꝙ in ordine ad altiorē: hoc aūt eſt in ordine ad naturā diuinā ꝑticipatā: ſcđm ꝙ diciꝰ j. Peꝰ. ij. Maxima & ꝑcioſa nobis ꝓmiſſa donauit: vt ꝑ hoc efficiamur diuinę naturę cōſortes. Et ſcđm accęptionē huius naturę dicimur regenerari in filios dei. Sicut igiꝰ lumē naturale rōnis eſt aliquid ꝑter virtutes acquiſitas: q̄ dicunꝰ in ordine ad ipſum lumen naturale: ita & ipm̄ lumē gratię qđ eſt ꝑticipatio diuinæ naturæ: eſt aliquid ꝑter virtutes infuſas q̄ a lumine illo deriuanꝰ & ad illđ ordinanꝰ. vnde apl's ad Ephe. v. Eratis aliqñ tenebræ: nunc autē lux in dño vt filij lucis ambulate. Sicut em̄ virtutes acquiſitę ꝑficiūt hominē ad ambulandum lumini naturalis rōnis congruēter: ita & virtutes infuſæ perficiunt hominē ad ambulandum cōuenienter lumini gratiæ. Quod aūt. b. Aug. in lib. de ſpū & litera nominat fidē ꝑ dilectionē operantē gratiā: hoc non eſt quia gratia ſit fides: ſed quia actus fidei ꝑ dilectionē operātis eſt primus actus: ꝑ quē gratia gratū faciēs manifeſtaꝰ. Reduciꝰ aūt gratia ad primā ſpeciē qualitatis. Nec tn̄ eſt idē qđ virtus: ſed habitudo quædā q̄ ſupponiꝰ virtutibus infuſis: ſicut earum principium & radix.

## §. IIII. EST AVTEM IPSA GRATIA

*Q̄ gratia ſit in eſſentia animæ.*

in eſſentia aīæ ſicut in ſubiecto non in potētia aliqua aię. Quod patet: qa ꝑ gr̄am regeneramur in filios dei. Sed generatio prius terminaꝰ ad eſſentiam q̄ꝫ ad potentias. Pro cuius declaratiōe dicit. b. Tho. j. ij. q. cx. ar. iiij. ꝙ ſi gr̄a eſſet idem qđ virtus tunc oporteret eā ponere in potentia aīæ. Sed ſi differt realiter vt dictū eſt: tūc nō pōt eſſe in potentijs: ſed eſt in eſſentia. Sicut ergo gr̄a eſt prius virtute: ita oportet ꝙ habeat ſuū ſubiectū prius potētijs aīæ. i. ꝙ ſit in eſſentia aīæ. Sicut em̄ ꝑ potētiā intellectiuā homo participat cognitionem diuinā per virtutē fidei: & per potētiam voluntatis amorē diuinū per virtutē charitatis. ita etiam per naturā aię ꝑticipat ſcđm quādā ſimilitudinē naturam diuinam per quandā regenerationem ſeu recreationem. Et ſicut ab eſſentia aīæ effluūt ei potētię: quæ ſunt principia operum. ita etiā a gratia ipſa effluūt virtutes in potentias aię per quas potētię moueņꝰ ad actus virtutum. & ſm̄ hoc gratia cōparaꝰ ad voluntatē: vt mouens ad motum. Et ſic gratia eſt principiū meritorij operis mediantibꝰ virtutibꝰ.

¶De diuiſione gratiæ. Cap. III.

QVADRVPLEX REPERITVR diuiſio gr̄ę. Pr̄ia ē in gr̄am gratū facientē & gratis datā. Scđa ē in operātē & cooperātē. Tertia eſt ī ꝑuenietē & ſubſequētē. Quarta diuiſio gr̄ę gratis datę in nouē gn̄a gr̄arum.

*De diuiſiōe gr̄ę quadruplici.*

Et prima eſt diuiſio realis. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. j. ij. q. cxj. Qđ cum gr̄a ad hoc ordineꝰ vt hō reducaꝰ in deū ordine quodā. hoc ꝙ quidā reducanꝰ in deū per alios: ſcđm hoc eſt duplex gr̄a. Vna per quā ipſe hō coniungiꝰ deo. & ſic eſt gr̄a gratū faciens. Alia ꝑ quā vnus hō cooperaꝰ alteri vt reducatur in deū. Hmōi aūt donū vocaꝰ gr̄a gratis data: qa ſupra facultatē naturæ & ſupra meritū ꝑſonę hōi cōcediꝰ. Sed qa non daꝰ ad hoc vt hō ipſe iuſtificeꝰ: ſed potiꝰ vt ad iuſtificationem alterius coopereꝰ. ideo nō vocaꝰ gratū faciens. Et de hac apl's. j. ad Coꝝ. xij. Vnicuiqꝫ daꝰ manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatē. ſ. alioꝝ. De prima aūt diciꝰ ad Eph. j. Gratificauit nos in dilecto filio ſuo. Ad hoc facit qđ dicit Grego. ſuꝑ Ezechielē. de pœ. diſ. ij. pōt. Poteſt diſcurſus atqꝫ mobilitas ſpūs ſic intelligi. In ſanctorū quippe cordibus. iuxta quaſdā virtutes ſemꝑ manet. Iuxta quaſdā receſſurus venit & vēturus recedit. In fide em̄ & ſpe atqꝫ charitate & alijs bonis ſine quibus ad cœleſtē patriā nō pōt ꝑuenire: ſicut eſt humilitas: caſtitas: iuſtitia atqꝫ mīa: perfectoꝝ corda nō deſerit in ꝓphetię ꝟo ꝟtute doctrinæ facūdia & miraculorū exhibitione electis aliqñ adeſt: aliqñ ſe ſubtrahit. hæc ille. Prima bona pertinent ad gratiam gratum facietem a qua fluunt. Scđa ad gratiam gratis datā: vt patet inferius.

## §. I. SECVNDA DIVISIO GRATIE

eſt in operantē & cooperantē:q̄ trahiť ex ꝟbis Aug.dicen-
tis in libro de libero arbitrio & gratia.& ponitur in.ij.ſen.
Deus cooperādo in nobis perficit qđ operādo incipit: qa
ipſe vt velimus opatur incipiens:q volētibus cooperatur
perficiens.Operatiōes aūt dei qbus nos mouet ad bonum
ad gratiam ptinent.Vnde diuidiť in opantē & cooperantē
ipſa gratia.Pro cuius declaratiōe dicit.b.Tho.j.ij.q.cxj.ar.
Gr̄a du plr̄ itelligiť ſecūdum Tho.
ij.Gratia vt dictū eſt.ē.duplr̄ pōt intelligi. Vno modo ꝓ
diuino auxilio quo nos mouet ad bn̄ volendū & agendū.
Alio mō ꝓ habituali dono nobis diuinitus indito.vtroqꝫ
aūt modo gratia conuenienter diuidiť in operantem & co
operantē. Opatio em̄ alicuiꝰ effectꝰ non attribuiť mobili
ſed mouenti.In illo ḡ effectu in quo ſolum mens noſtra eſt
mota & non mouens opatio deo attribuiť.& ſcđm hoc dr̄
gr̄a operans. In illo aūt effectu in quo mēs nr̄a & moueť &
ſe mouet:opatio nō ſolum attribuiť deo ſed aiæ.Et ꝑm hoc
dr̄ gratia cooperans.Eſt aūt in nobis duplex actꝰ.Primꝰ in
terior voluntatis. Et quantū ad iſtū actū volūtas ſe habet
vt mota:deus aūt vt mouens.& pręſertim cum incipit bo-
nū velle volūtas q̄ priꝰ malū volebat. Et iō ſcđm ꝙ deus
mouet mentē ad hūc actū dr̄ gratia opans. Aliꝰ actus eſt ex
terior qui cū a volūtate imperet etiā habēs eſt vt ad hunc
actū opatio attribuiť volūtati.Et qa ad hūc actū etiā deus
nos adiuuat:& interius cōfirmando volūtatē vt ad actum
ꝑueniat:& exterius facultatē operādi præbendo, reſpectu
huiꝰ actꝰ diciť gratia cooperans.Sic igiť ſi gr̄a accipiať pro
gratuita dei motiōe:qua mouet nos ad bonū meritorium
conuenienter etiā diuidiť gratia in opantē & coopantē. Si
aūt accipiať gratia ꝓ habituali dono.ſic duplex ē gr̄æ effe
ctus ſicut & cuiuſlibet alteriꝰ formę:quoꝝ primꝰ ē eē: ſcđs
eſt opatio.ſicut caloris opatio eſt facere calidū: & exterior
calefactio. Sic ḡ gratia habitualis inquātū aiam ſanat vel
iuſtificat:ſiue gratū deo facit:dr̄ gr̄a opans. Inquātū vero
eſt principium operis meritorij qđ etiā ex libero arbitrio
ꝓcedit:ſic dr̄ gr̄a coopans. Eſt autē eadē gr̄a operans & co
opans:ſed diſtinguiť ꝑm diuerſos effectus. Et cū per gratiā
iuſtificamur:deꝰ nō ſine nobis nos iuſtificat:qa ꝑ motū li
beri arbitrij dū iuſtificamur dei iuſtitiæ ꝯſentimꝰ.Ille mo-
tus nō ē grę cā:ſed effectꝰ. vn̄ tota opatio ptinet ad gratiā.

## §.II. TERTIA DIVISIO GRATIE

eſt in ꝑuenietē & ſubſequētē.trahiť hęc ex ꝟbis ps.lviij.di
centis.Mia eius.ſ.dei pręueniet me.Et in alio ps.ſ.xxij.Mia
eius ſubſeqť me.Gratia aūt dei ex mīa eiꝰ ꝓcedit.Et iō cōue
niēter & ipa gratia diuidiť in ꝑuenietē & ſubſequētē.Pro
cuius declaratione dicit.b.Tho.j.ij.q.cxj.ar.iij.ꝙ ſicut gra-
tia diuidiť i opantē & cooperātē ꝑm diuerſos effectꝰ:ita etiā
Quinqꝫ effectus grę gratum facientis.
in ꝑuenientē & ſubſequentē qualitcūqꝫ accipiať. Sunt autē
qnqꝫ effectus gratiæ gratū faciētis in nobis. Primus eſt vt
aia ſaneť.ſ.a pctō.Scđs eſt vt bonū velit. Tertius eſt vt bo
num qđ vult efficaciť opereť.Quartꝰ vt hō ꝑſeueret.Qui-
tus vt ad gl'iam ꝑueniat,Et iō gratia ſcđm ꝙ cauſat in no-
bis primū effectū diciť gratia ꝑueniēs reſpectu ſcđi effectꝰ.
Et ſcđm ꝙ cauſat i nobis ſcđm effectū dicitur gratia ſeqns
reſpectu primi effectus.Et ſicut vnus effectus eſt poſterior
vni effectui & prior alij effectui:ita gr̄a poteſt dici ꝑueniēs
& ſubſequēs ſcđm eūdem effectū reſpectu diuerſoꝝ.Et hoc
eſt qđ Aug.dicit in li.de natura & gratia.Præuenit vt ſane
mur:ſubſequitur vt ſanati vegetemur. præuenit vt voce-
mur.ſubſequiť vt glorificemur.Qꝫuis autem effectꝰ gratiæ
poſſint eſſe infiniti numero:ſicut ſunt infiniti actꝰ hūani:
tn̄ oēs reducunť ad aliqua determinata in ſpecie. Præterea
oēs in hoc cōueniunt ꝙ vnus aliū ꝑcedit. Iſta etiā diuiſio
gratię in ꝑuenietē & ſubſequētē nō eſt diuiſio ſcđm eſſen-
tiā eiꝰ:ſed ſcđm effectꝰ eiꝰ varios. De hac etiā Grego.ſuper
Ezech.ait.Semel ꝯcæpta ꝟtꝰ ad ꝓfectū duciť. & vltro ter-
ra.ſ.cordis fructificat:qa ꝑueniēte ſe gratia mēs hoīs ſpōta
nea ad fructū boni opis aſſurgit. de pœ.diſt.ij. dū ſanctam,

## §.III.DE DIVISIONE GRATIE GRA

Gr̄a gratis data ad quid ordinať
tis datę:q̄ diuidiť in illa nouē.de qbus ait apl's.j.Coꝝ.xij.
Diuiſiones gratiaꝝ ſunt:idē ꝟo dn̄s.Alij dať ꝑ ſpm̄ ſermo
ſapiæ.alij ſermo ſcię ſcđm eūdē ſpm̄.alij fides in eodē ſpū.
alij gratia ſanitatū.alij opatio ꝟtutū.alij ꝓphetia.alij diſcre
tio ſpirituū.alij gn̄a linguaꝝ.alij interptatio ſermonū.Pro
cuiꝰ declaratiōe di.b.Tho.j.ij.q.cxj.ar.iiij.ꝙ gratia gratis da
ta ordinať ad hoc ꝙ hō alteri coopeť vt reducať in deū.Hō
aūt ad hoc operari nō pōt interiꝰ mouēdo.hoc em̄ ſoliꝰ dei ē.
Qꝫ qs alium vult instruere tria requiruntur.
ſed ſolū exteriꝰ dicēdo vel ſuadēdo.Et iō gratia gratis da-
ta illa ſub ſe ꝯtinet qbꝰ hō indiget ad hoc vt alterū iſtruat
in rebus diuinis q̄ ſunt ſupra rōnē.Ad hoc aūt tria reqrūť.
¶Primo quidem vt homo ſit ſortitꝰ plenitudinem cogni
tionis diuinorum:vt ex hoc poſſit alios inſtruere.
¶Scđo vt poſſit cōfirmare vel ꝓbare quæ dicit.
¶Tertio vt ea q̄ ꝯcipit poſſit ꝯueniēter auditoribꝰ ꝓferre.
Quātū igiť ad primū tria ſunt neceſſaria ſicut etiā apparet
in magiſterio hūano.Primo qdē oportet ꝙ ille q debet in
ſtruere aliquē in aliqua ſcia: vt principia illiꝰ ſcientię ſint
ei certiſſima. Et quātū ad hoc ponitur fides q̄ eſt certitudo
de inuiſibilibꝰ rebꝰ q̄ ſupponūtur vt principia in catholica
doctrina.Scđo oportet ꝙ doctor ſe hēat recte circa cōcluſio
nes ꝑncipalis ſciētię.Et ſic ponitur ſermo ſapientię q̄ eſt co
gnitio diuinoꝝ.Tertio oportet vt abūdet exēplis & cogni
tiōe effectuū:ꝑ quos iterdū oportet manifeſtare cauſas.Et
quātū ad hoc ponitur ſermo ſciētię:q̄ eſt rerum humanarū
cognitio:qa inuiſibilia dei ꝑ ea q̄ facta ſunt intellecta con
ſpiciuntur.Quātū ad ſcđm confirmatio eoꝝ q̄ ſubduntur
rōni eſt per argumēta.In his aūt q̄ ſunt ſupra rōnem diui-
nitus reuelata:confirmatio eſt per ea q̄ ſunt diuinę virtuti
propria.Et hoc duplr̄.Vno mō vt doctor ſacræ doctrinæ
faciat q̄ ſolus deus facere pōt in operibus miraculoſis:ſiue
ſint ad ſalutē corporis.& quātū ad hoc poniť gratia ſanita
tū:ſiue ordinēť ad ſolā diuinę ptātis manifeſtationē: ſicut
ꝙ ſol ſtet:aut tenebreſcat:aut ꝙ mare diuidatur & hmōi.Et
quātū ad hoc ponitur operatio ꝟtutū.Scđo vt poſſit mani
feſtare ea q̄ ſoliꝰ dei eſt ſcire.& hęc ſunt cōtingētia futura:
& quātū ad hoc ponitur ꝓphetia.& etiā occulta cordiū &
quātū ad hoc ponitur diſcretio ſpirituū.Quātum ad tertiū
facultas ꝓnuntiādi pōt attēdi vel quātū ad idioma in q̄ qs
poſſit intelligi loquēdo.& ſcđm hoc ponūtur gn̄a liguaꝝ.
Vel quātū ad ſenſum eoꝝ q̄ ꝓferūtur:& quātū ad hoc po-
nitur iterptatio ſermonū.Et ſciēdū ꝙ qꝫuis oīa bn̄ficia no-
bis collata a deo poſſint dici gratiæ:non tn̄ dicūtur ꝓpriæ
gratię gratis datę:vt ꝙ piſcator abūdet ſermone ſcientię &
ſic de alijs.Fides etiā q̄ hic ponitur inter has gratias non eſt
virtus illa theologica qua iuſtificatur hō ſed importat iſta
quādā eminētē certitudinē fidei:ex qua hō ſit idoneꝰ ad in
ſtruendū alios in his q̄ ſunt fidei.Qꝫuis aūt gratia ſanitatū
pertineat ad operationē ꝟtutū.i.miraculoꝝ:diſtiguitur tn̄
ab ea & ponitur ſpālis gratia:qa habet ſpālē rōnē inducēdi
ad fidē:qa magis redditur qs prōptus ad fidem recipiendā
per bn̄ficiū corporalis ſanitatis qꝫ per operationē ꝟtutum.
Silr̄ loqui varijs linguis & interptari ſermones:qꝫuis videā
tur pertinere ad ſermonē ſciæ vel ſapiētię:hn̄t tn̄ ſpāles rō
nes mouendi ad fidem:& ideo ponūtur diſtinctæ ab illis.
Sapiētia aūt & ſcia hic nō ꝯputātur inter gratias gratis da-
tas ſcđm ꝙ enumerātur iter dona ſpūſſcti:ꝓut.ſ. mēs ē bn̄
& prōpte mobilis a ſpūſſctō ad ea q̄ ſūt ſapiētię & ſcientię.
Sic em̄ ſūt dona ſpūſſancti:ſed ꝑm ꝙ importat quādā abū-
dātiā ſcię & ſapię:vt hō poſſit non ſolū in ſeipō recte ſape
de diuinis:ſed ēt vt poſſit alios iſtruere & ꝯdicētes reuīcere
ſic poniť inter gr̄as gratis datas ſermo ſapiētię & ſcientię.

## §.IIII.COMPARANDO AVTEM AD

Gratia gratum faciens ē nobilior gratia gratis data
inuicē gr̄as gratis datas ad gratiam gratum faciētē:nobi-
lior & pfectior eſt gr̄a gratū faciēs. vn̄ apl's.j.Coꝝ.xij.enu-
meratis gratijs gratis datis.ſubdit.Adhuc excellentiorē vo
bis viam demonſtro.loquēs de charitate q̄ ꝓcedit a gratia
gratū faciēte.& hoc ſic ꝓbat.b.Tho.j.ij.q.cxj.ar.v.Vna q̄
ꝙ virtus tāto excellētior eſt quāto ad altius bonum ordi-
nať.Semꝑ aūt finis potior eſt his q̄ ſunt ad finē. Gratia aūt
gratū faciēs ordinat hominē immediate ad ꝯiūctionē vlti-
mi finis ſeu cōſecutionē. Gratiæ aūt gratis datæ ordinant
hominē ad q̄dam ꝑparatoria finis vltimi: ſicut ꝑ ꝓphetiā
& miracula & alia hmōi homines inducūť ad hoc ꝙ vltio
fini cōiunganť.& ideo multo eſt excellentior gr̄a gratū fa-
ciēs qꝫ gratis data.Si ꝑ gratiā gratis datā:puta ꝓphetando:
miracula faciendo,poſſet hoc agere in altero vt talis gratiā
gratū faciētē cōſequereť:tunc eſſet excellētior gratia gratis
data.Sicut excellentior eſt claritas ſolis illuminantis qꝫ cor
poris illuminati.Sed ꝑ gratiam gratis datā:hō nō pōt cau
ſare in alio cōiūctionem eiꝰ ad deū:quā ipſe habet ꝑ gratiā
gratū faciētē:ſed cauſat quaſdā diſpōnes ad hoc. Et gratiæ
gratis datę ſūt cōes bonis & malis:qđ deꝰ ꝑmiſit ſcđm be.
Augu.



Gratiæ gratis datę q̄re cōes ſūt bonis & malis.
Aug.ne nimis appetereť:& ij eis pfectio hoīs ęſtimareť:&
nō eas hn̄do hō in ſe multū deijcereť.Faciūt em̄ habentē eas
multū eſſe in opiniōe hoīm & hoñore & ab impfectis ap-
petunť.Sed gratia gratū faciēs eſt ſolū in bonis & ꝑducēs
ad gloriā.& iō ꝑ oībꝰ rebus magis appetenda charipendē
da & carpēda vt donū optimū.Et ad hoc facit qđ ait Aug.
j.q.j.multę.Multæ ſunt opatiōes ſpūſſcti q̄s apl's cum quo
dā loco cōmemoraſſet ita cōcluſit.Hęc oīa opať vnus atqꝫ
idē ſpūs diuidēs ſingulis ꝓut vult.Cū ḡ aliud ſit ſacramē-
tū qđ habere Simō magus potuit. aliud ꝓphetia q̄ etiā in
malis hoībꝰ fieri ſolet vt in Saul. aliud opatio ſpūſſancti
quā niſi boni habere nō pn̄t.i.charitas:qđlibet hoꝝ hęre-
tici & ſchiſmatici accipiāt charitas q̄ opit mltitudinē pctō
rū:donū eſt catholicæ vnitatis & pacis:nec eſt in oībꝰ: qa
nec eiꝰ ſūt oēs.hæc ille.Charitas aūt ſicut & oēs alię ꝟtutes
fluūt a gratia:ſicut radij a ſole.vn̄ & diciť Eccl'i.xl.c.Gratia
dei ſicut paradiſus bn̄dictiōis.Sicut em̄ in paradiſo terreſtri
erant multę arbores fructuoſæ ꝓducentes ſuauiſſimos fru
ctus & in medio lignū vitæ:vita gratia gratū faciēs ꝯtinet
ſeu ꝓducit oēs ꝟtutes ex qbꝰ ꝓcedūt fructꝰ ſuauiſſimi bo-
norū operū:& vt ꝑncipalior immediate virtus charitatis.

¶De cauſis gratiæ. Capl'm.IIII.

Deꝰ eſt cā gratię principalr̄.

## CAVSATVR AVTEM GRATIA

ſolū a deo ꝑncipalr̄. Ad quā reqrit ꝑparatio ex
parte hominis: q̄ tn̄ ꝑparatio nō neceſſitat deū
ad dādū eā.Eſt aūt maior in vno qꝫ in alio.Nec
tn̄ ſciri pōt ꝑ certitudinē ſi habeť.Primū oñdiť ex autorita
te ps.di.Gratiā & gl'iam dabit dn̄s. Hoc aūt ſic ꝓbat Tho.
j.ij.q.cxij.ar.j.Nulla res agere pōt vltra ſuā ſpēm:qa ſemꝑ
oportet ꝙ cā ſit portior effectu.Donum aūt gratiæ excedit
oēm facultatē naturę creatę cū nihil aliđ ſit qꝫ pticipatio di
uinæ naturę q̄ excedit oēm aliā naturā.Et iō impoſſibile ē
ꝙ aliq̄ creatura cauſet gratiā.Sed neceſſe ē ꝙ ſolꝰ deꝰ deifi-
cet cōicādo ꝯſortiū diuię naturę:ꝑ quā dei ſiľitudis pticipa
tionē hēamꝰ. Sicut eſt īpoſſibile ꝙ aliqd igniat niſi ſolus
ignis.Qđ aūt diciť.j.Io.j.Gr̄a & ꝟitas ꝑ Ieſum xp̄m fctā ē.
veꝝ ē ꝑncipalr̄: tn̄ ꝟtute ſuę diuinitatis non ab hūanitate.
Nā cū hūanitas ꝑm Damaſ.ſit vt q̄ddā organū deitatis:ſi-
cut inſtr̄m nō agit actiōe ꝓpa:ſed ꝟtute principalr̄ agētis.
Sic hūanitas xp̄i nō cauſat in nobis pncipalr̄ gratiā:ſed ꝟ-
tute deitatis adiūctę:ex q̄ actiōes hūanitatis xp̄i ſūt nobis
ſalutares.Silr̄ etiā ꝑ ſacramēta nouæ legis q̄ deriuāť a xp̄o
cauſať a nobis gratia inſtrumētalr̄.ꝑncipalr̄ aūt ꝑ ꝟtutem
Angeli ſuperiores dn̄r purgare illumiare & pſicere āgelos inferiores.
ſpūſſancti.Qđ aūt dicanť angeli purgare illuminare & ꝑ-
ficere angelos inferiores & etiā homines ſcđm Dioñ.hoc
nō eſt intelligendū ꝙ faciāt iuſtificādo vľ cauſando gratiā
qa hoc vt dictū eſt ſoliꝰ dei ē:ſed ē hoc ꝑ modū cuiuſdā in
ſtructiōis.Vn̄ & ipe Dioñ.dicit ꝙ iſta purgatio : illumina
tio & pfectio nō eſt aliud qꝫ diuinæ ſcientiæ aſſumptio : &
eſt vna opatio realiter.ſed triplex poniť ꝓpter diuerſos re
ſpectus.Purgatio qdē diciť inquantū pficit vt ſcientia. Il-
luminatio inquantū cōfortat & roborat intellectū illumi
nati:ſicut calidū appropinquans ad ignē ꝯfortať & augeť i
eo calor.Perfectio ꝟo inquantū habeť notitia de eo ꝙ priꝰ
nō habebať:ſicut in illuminatione aeris inquātū remoueť
tenebræ:pōt dici purgatio:inquātum recipiť lumē in aere
illuminatio:inquantū aliqd caloratum cerniť ab hoīe pfe
ctio.In mānæ datione ſine diſcrimine vel ſexus vel ætatis
Gomor ſinguli equalr̄ collegerunt. Vn̄ apparet xp̄i indul
gentiā & cœleſtē gratiā poſtmodū ſecuturā equalr̄ omībꝰ
diuidi ſine ſexus varietate:ſine annoꝝ diſcrimine:ſine ac-
cæptione pſonę ſuꝑ oēm dei populū ſpūalis gratiæ munꝰ
infundi.ſ.a deo.Hęc Cypria.de ꝯſe.diſ.iiij.nec quēqꝫ. Idē in
dicto.c.Si dies omībꝰ æqualr̄ naſciť.& ſi ſol ſuper oēs pari
ter æquali luce diffundiť:quāto magis ſol xp̄s & dies verꝰ
in eccleſia ſua lumen vitæ æternæ pari æqualitate largiť.
Hęc ille.Qđ videť intelligendum ex parte ſe præparantiū
& facientium æqualem præparationem.

## §.I. QVANTVM AD SECVNDVM

De præparatione ad gratiā.
ſ.de ꝑparatiōe ad gratiā ꝙ reqrať patet ex eo qđ dr̄ Amos
iiij.Prępare in occurſum dei tui Iſrael.&.j.Reg.vij.Præpa-
te corda veſtra dn̄o.Pro cuiꝰ declaratiōe dicit.b.Tho.j.ij.q.
cxij.ꝙ vt dictū eſt.ē gratia duplr̄ accipiť.Vno modo ꝓ ha
bituali bono.Alio mō ꝓ auxilio dei mouentis animā ad
bonū,Primo modo accipiēdo ꝑexigiť ad gratiam aliqua
grę ꝑparatio:qa nulla forma pōt eſſe niſi in materia diſpo
ſita.Sed Scđo mō accipiēdo gr̄am.ſ. ꝓ auxilio dei mouen
tis aīam ad bonū:ſic nulla ꝑparatio reqriť ex parte homis
quaſi ꝑueniēs diuinū auxiliū:ſed potiꝰ quæcūqꝫ ꝑparatio
in hoīe pōt eſſe:eſt ex auxilio dei mouentis aīam ad bonū.
Et ꝑm hoc ipſe bonꝰ motus liberi arbitrij:q̄ mediante quis
ꝑparať ad gr̄æ donū ſuſcipiendū,eſt actꝰ liberi arbitrij mo
ti a deo.Et quantū ad hoc dr̄ hō ſe ꝑparare ſcđm illud Pro
uerb.xvj.Hoīs eſt ꝑparare animum.Et eſt a deo principalr̄
mouēte liberū arbitriū. Et ꝑm hoc dr̄ a deo voluntas hoīs
ꝑparari:& greſſus hoīs dirigi.Sciendum etiā ꝙ duplex eſt
De duplici hominis ꝑparatōe ad gratiam.
ꝑparatio hoīs ad gr̄am.Vna eſt q̄ eſt ſimul cū gr̄æ infuſio
ne.Et talis ꝑparatio eſt meritoria:nō qdē grę q̄ iā habetur:
ſed gr̄æ q̄ nondū habeť.i.augmētationis eiꝰ. Eſt alia ꝑpa-
ratio q̄ eſt gr̄æ gratū faciētis:q̄ tn̄ eſt a deo mouēte.ſed non
ſufficit ad meritū hoīs nondū ꝑ gratiā iuſtificati:qa nullū
meritū pōt eſſe niſi ex gr̄a.Item iſta ꝑparatio ad donū gr̄æ
recipiēdū nondū habitæ cōtingit duplr̄. Cū em̄ vt dictum
eſt ſit a deo ꝑueniente & mouēte volūtatē hoīs ad bonum.
qn̄qꝫ deꝰ mouet hominē ad bonū:nō tn̄ pfectū.& talis ꝑpa
ratio ꝑcedit gratiā gratū faciētē etiā tpe ſicut mouet freqn
ter pmanentes in pctō ad faciēdū eleemoſynas: ieiunia: &
orationes:& hmōi.Sicut mouit btm̄ Aug.ante cōuerſionē
ad audiendū ꝑdicationes Ambroſij:exhortationes Simpli
ciani:exempla Antonij.Vn̄ diciť de pœ.di.v. admonemꝰ.
de pſeuerāte in odio vel alio crimine ꝙ qcqd boni poterit
faciat.ſ.eleemoſynas:ieiunia:oȓones & hmōi:vt deus eius
cor illuſtret.ſ.ꝑ gratiā gratū faciētē.Qn̄qꝫ vero deꝰ ſtatim
mouet hominē ad pfectū bonū:& ſubito hō accipit gr̄am.
vn̄ diciť Eccl'i.xj. Facile eſt in oculis dei ſubito honeſtare
pauperē.& Ioā. vj.Oīs q audit a pr̄e & didicit venit ad me.
Sicut accidit in Saulo : q cū actu pſequereť eccl'iam & iter
ageret ad capiendū chriſtianos:ſubito luce circūfulſus recę
pit gratiā. Actuū.ix.Cū ergo a deo ſit iſta ꝑparatio: non re
fert ꝙ fiat ſtatim vel paulatim:agens em̄ infinitæ virtutis
deus: ſicut nō exigit materiā vľ diſpoſitionē materię quaſi
præſuppoſitā ex alteriꝰ cauſę actiōe:ita nō eget tpe : ſed in
ſubito pōt materiā diſponere & formā introducere:& etiā
prius tpe diſponere materiā paulatim:& poſtea formā in-
troducere:ſicut in ſanitate ꝯtingit q̄ aliqn̄ paulatim intro-
ducitur.aliqn̄ ſubito in ſanatione miraculoſa.

## §.II.QVANTVM AD TERTIVM SCI

Preparatio hoīs ad gratiā non neceſſitat deū ad dādū.
licet ꝙ ꝑparatio hoīs ad gr̄am nō neceſſitat ad gr̄am.Patet
hoc ex eo ꝙ hō cōparať ad deū ſicut lutū ad figulū ꝑm illđ
Hiere.xviij.Sicut lutū in manu figuli: ita & vos in manu
mea ait dn̄s.Lutū aūt nō accipit ex neceſſitate formam a fi
gulo quantūcūqꝫ ſit figuratū.Pro cuius declaratione dicit
b.Tho.j.ij.q.cxij.ar.iij.ꝙ ꝑparatio hoīs ad gr̄am eſt a deo ſi
cut a mouente:& a libero arbitrio ſicut a moto. Pōt igitur
gratię conſideratio duplr̄ accipi.Vno mō prout eſt a libe-
ro arbitrio & ſcđm hoc nullā neceſſitatē habet ad grę ꝯſecu
tionē:qa donū gratię excedit oēm ꝑparationē virtutis hūa
næ. Alio mō pōt cōſiderari ꝑm ꝙ eſt a deo mouēte.& tunc
habet neceſſitatē ad id ad qđ ordinať.nō qdē neceſſitatē co
actionis:ſed infallibilitatis:qa intētio dei deficere nō pōt.
ſcđm ꝙ dicit.b.Aug.de ꝑdeſtinatiōe ſctōꝝ ꝙ ꝑ bn̄ficia dei
liberanť certiſſime qcūqꝫ liberātur.Vn̄ ſi ex intentione dei
mouētis eſt ꝙ hō cuiꝰ cor mouet gratiā cōſequať:infallibi
liter illā cōſequiť. ſcđm illđ Ioā.vj.Oīs q audit a patre &
didicit venit ad me.Qđ aūt dicit glo.ad Ro.v. Deꝰ recipit
eū q cōfugit ad ſe aliter eſſet in eo iniqtas intelligiť de illo
q cōfugit ad eū ꝑ actū liberi arbitrij iā ꝑ gratiā informati:
Defectꝰ grę ē ex nobis.
quē ſi non reciperet:eſſet ꝯ iuſtitiā quā ipſe ſtatuit.Et ſcien
dum ꝙ defectus grę prima cauſa eſt ex nobis.Sed collatio-
nis gratię prima cā eſt ex deo ſcđm illđ Oſee.xiij.Perditio
tua Iſrael ex te tm̄modo ex me auxilium tuum.

## §.III. QVANTVM AD QVARTVM

Gr̄a nō ē ī oībꝰ ęqualr̄.
ſ.ꝙ nō ſit in omībꝰ equalr̄ gratia manifeſtať ex hoc qđ di
cit apl's ad Eph.iiij.Vnicuiqꝫ veſtrū dať gratia ſcđm men
ſurā donationis xp̄i.Sed qđ mēſurať nō equalr̄ dať &c.Et
hoc ſic declarat.b.Tho.j.ij.q.cxij.ar.iiij.Habitꝰ duplicē ha
bitudinem habere pōt.Vnam ex parte finis vel obiecti: ſe
cūdū ꝙ diciť vnā virtus nobilior altera:qa ad maius bo-
num ordinať.Alio mō ex parte ſubiecti: qđ maius vel mi
nus participat habitū inhærentē. Scđm ergo primam ha-

bitudinē gratia nõ põt eſſe maior & minor: qa gratia ſm ſui rõnē ꝯiungit hoīem ſummo bono qd̓ eſt deꝰ: ſed ex pte ſubiecti põt ſuſcipere magis & minus prout.ſ.minus vel ꝑfectiꝰ illuſtratur a lumine gratię vnus ꝙ̃ alius. Cuius diuerſitatis ratio eſt ex aliqua parte p̄parantis ſe ad gratiam. Qui em̄ ſe magis ad gratiā p̄parat pleniorē gratiā recipit. Sed ex hac parte nõ põt accipi prima rõ diuerſitatis huius qa p̄paratio nõ eſt hoīs niſi inquantū liberū arbitriū eius p̄paraꝛ a deo. Vn̄ prima cā huius diuerſitatis eſt ex pte dei: quia diuerſimode ſuæ gratiæ dona diſpenſat ad hoc ꝙ ex diuerſis gradibꝰ gr̄æ pulchritudo eccl̄iæ cõſurgat & perfectio. Sicut etiā & diuerſos gradꝰ rerū inſtituit vt eſſet ꝑfectū vniuerſum. vn̄ apl̄s ad Eph̄.iiij. enumeratis pluribus gratijs ſubdit ad cõſummationē ſctõꝝ ædificationē corpis Chriſti. Qd̓ aūt dicꝛ Sap̄.vj. Equaliter ipſi eſt cura de oībus. nõ intelligiꝛ ꝙ det dona gratiæ ęq̄l̄r: ſicut nec naturæ gradus: ſed qa vnico actu & ſimplici maiora & minora diſpēſat. ſicut Cypria. de ꝯſe. di.iiij. nec quēꝙ̃. ait. Plane eadē gratia ſpūalis q̄ a baptiſmo æqual̄r a credētibꝰ ſumitur: in cõuerſatiõe atꝙ̃ actu noſtro poſtmodū vel minuiꝛ vl̓ augeꝛ: vt in euãgelio dn̄ico. Cū ſemē ęqual̄r ſeminaꝛ: ſed pro varietate terræ aliud aſſumiꝛ.i. depdiꝛ: aliud in multiformē copiā. vel.xxx. vel.xl. vel cēteſimū fructū exuberat cumulatū. hæc ille. Sed qd̓ dicit ęqual̄r dari gratia intelligiꝛ ī puulis. verū ſm cõem legē. ſecꝰ p priuilegiū: vt Nicolao & alijs. In adultis aūt quo ad facientes æqualem p̄parationē. Et qd̓ gratiā dicit minui intelligiꝛ quo ad feruorē. Nā quo ad habitū nõ minuiꝛ p mortale: ſed corrumpiꝛ.

## §.IIII. QVANTVM AD QVINTVM

ſ.ꝙ nõ poſſit ſciri certitudinal̄r ſi hõ habet gratiā: ꝓbatur p hoc qd̓ ſcribiꝛ Eccl̄s.ix. Nemo ſcit an odio vel amore ſit dignus. ſed gratia dei eſt q̄ facit hominē dignū amore dei: ergo &c. Pro huius declaratiõe ſciēdū ꝙ tripl̄r põt aliquid cognoſci. Vno mõ p reuelationē. & hoc mõ põt qs ſcire ſe habere gratiā. Reuelauit hoc deus aliqñ ex ſpeciali priuilegio aliqbꝰ. vt ſecuritatis gaudiū in hac vita in eis incipiat & confidentius & fortius magnifica opera ꝓſequāꝛ & mala vitę pn̄tis ſuſtineāt. ſicut Paulo dictū eſt.ij. Coꝝ.xij. Sufficit tibi gratia mea. Et abrahæ fuit dictum. Nunc cognoui ꝙ timeas deum. Gen̄.xxij. ideſt cognoſcere te feci. Et loqꝛ de timore caſto q nõ eſt ſine gratia. Scd̓o mõ põt aliqd p ſeip̄m & certitudinal̄r cognoſci: & ſic nullꝰ põt ſcire ſe habere gratiā: & rõ eſt qa certitudo nõ põt haberi de aliquo niſi poſſit dijudicari p ꝓprium principium. ſic em̄ certitudo habeꝛ de cõcluſionibꝰ demõſtratiuis p indemonſtrabilia vniuerſalia principia. Nullꝰ aūt põt ſcire ſe habere ſciētiā alicuius cõcluſionis ſi principiū ignoret. Principiū autem gratiæ & obiectū eiꝰ eſt ipſe deus: qui ꝓpter ſui excellentiā eſt nobis ignotus: ſm illud Iob.ix. Si venerit ad me non videbo eū: ſi autē abierit non intelligā. Et ideo hõ nõ põt p certitudinē dijudicare ſi habet gratiam. ſcd̓m illd̄.j. Coꝝ.iiij. Sed neꝙ̃ meip̄m iudico: q autem me iudicat dn̄s eſt. Tertio mõ cognoſciꝛ aliqd cõiecturaliter & p aliqua ſigna: & hoc mõ põt aliqs cognoſcere ſe habere gratiam inquantū.ſ. percipit ſe delectari & cõtēnere res mundanas & inquantū non eſt cõſcius alicuius pc̄ti mortalis. ſcd̓m quē modū põt ītelligi illud Apoc.ij. Vincēti dabo mãna abſcõditū: qd̓ nemo nouit niſi q accipit. qa ille qui accipit p quādā experiētiā dulcedinis nouit: quā nõ experiꝛ qui nõ accipit. Iſta tn̄ cognitio imꝑfecta eſt. vn̄ & apl̄s.j. Coꝝ.iiij. poſtꝙ̃ dixit. Nihil mihi conſcius ſum. ſubdit. Sed non in hoc iuſtificatus ſum. qa vt dicꝛ in Pſ̄.xviij. Delicta qs intelligit ab occul. meis mū. me &c. Hęc bea. Tho. Item quia actus virtutū infuſarū q̄ ꝓcedūt a gr̄a ſunt oīno ſiles actibus ꝓcedētibꝰ a ꝟtutibꝰ acqſitis. iõ ꝙ̃uis videat qs ſe facere opa iuſtitię: miæ: charitatis: pn̄iæ: non põt ſcire p certitudinem ſi tales actus ꝓcedūt a ꝟtutibꝰ infuſis vel acquiſitis. Vn̄ nec ex hoc ꝙ habeat gratiā cognoſcere põt.

*Nemo ſcit certitudinaliter ſe habere gratiā.*

*Q̄ obiectū gr̄æ ſit deꝰ.*

¶ De neceſſitate gratiæ. Cap̄. V.

GRATIA DEI ADEO EST HOmini neceſſaria ꝙ ſine ea nõ põt dei p̄cæpta ſeruare: nec vitam æternam mereri: nec reſurgere a pc̄tõ: nec abſtinere a pc̄tõ. Sed nec põt p ſe p̄parare ſe ad gratiā. Nec poſtꝙ̃ eā cõſecutꝰ ē, põt bonū facere & vitare peccatū ſine auxilio gratię: nec ꝑſeuerare. Põt tn̄ ſine gratia cognoſcere ꝟitatē multaꝝ reꝝ: & facere aliq̄ bona naturalia & diligere deū ſup oīa. Quātū ḡ ad primum ſ.ꝙ ſine gratia gratum faciente nõ põt hõ oīa dei pręcępta implere. Probaꝛ p.b. Aug. q dicit. Credere. ſ.ꝙ poſſit quis mandata dei ſine gratia implere pertinet ad hæreſim Pelagianoꝝ. vn̄ de ꝯſe. diſt.iiij.c.ſi. dicꝛ. Placuit vt qcūꝙ̃ dixerit iõ nobis gratiā iuſtificationis dari: vt qd̓ iubemur per liberū facere arbitriū facilꝰ poſſimꝰ implere p gratiā tāꝙ̃ etſi gratia nõ dareꝛ. nõ qdē facile: ſed tn̄ poſſumꝰ & ſine illa implere mandata diuina anathema ſit. Pro cuius declaratione dicit.b. Tho.j.ij.q.cix.ar.iiij. ꝙ implere mãdata legis contingit dupl̄r. Vno modo quātum ad ſubſtantiam operis vt.ſ. hõ opereꝛ iuſta: fortia & alia ꝟtutū opa. Et hoc modo in ſtatu naturæ ītegrę potuit oīa mãdata legis implere. Alioquin non potuiſſet in ſtatu illo non peccare: cum nõ ſit aliud peccatum ꝙ̃ tranſgredi legē dei. Sed in ſtatu naturæ corruptę non poteſt implere oīa mãdata ſine gratia ſanāte. Qd̓ aūt ait apl̄s ad Ro.ij. Gētes quæ legem nõ hn̄t cū natural̄r quæ legis ſunt faciūt: ipſi ſunt ſibi lex. Intelligendum eſt ſcd̓m.b. Augu. Gentes legem implere p naturā ad vitam.ſ. & reformatam gratia. Alio mõ pn̄t impleri mãdata legis. non ſolū quātū ad ſubſtātiam opis: ſed etiā quātū ad modū agendi: vt.ſ. ex charitate faciāt. Et ſic nec in ſtatu naturæ integræ: nec in ſtatu naturæ corruptæ põt hõ implere: abſꝙ̃ gratia mãdata dei. vn̄.b. Aug. in li. de correptione & gratia: cū dixiſſet ꝙ ſine gratia prorſus bonū hoīes faciūt. ſubdit. nõ ſolū vt miniſtrāte ipa qd̓ faciēdū eſt ſciant verūetiā vt p̄ſtāte ipſa faciāt cū dilectiõe qd̓ ſciūt. Indigēt inſup in vtroꝙ̃ ſtatu auxilio dei mouētis ad mandata implenda. Nec eſt cõtra qd̓.b. Hiero. dicit. Maledictus oīs qui dicit deū aliqd impoſſibile p̄cæpiſſe. Sed impoſſibile videꝛ qd̓ p ſe homo facere nõ põt: vt mandata ſeruare. Nam id qd̓ poſſumꝰ cū auxilio diuino non eſt nobis cīno impoſſibile: ſm illud ph̄i. in.iij. Ethi. Qd̓ p amicos poſſumꝰ aliqual̄r per nos poſſumus. vn̄ & bea. Hierony. ibi ſubdit. Si fatemur liberū eſſe arbitriū noſtrū: vt dicamus ſemper nos diuino auxilio indigere.

*Sine gratia nõ põt qs implere p̄cæpta.*

## §.I. QVANTVM AD SECVNDVM

pūctū. ſ.ꝙ ſine gratia nõ poſſumꝰ vitā ęternā mereri: dicit apl̄s ad Ro.vj. Gratia dei vita ęterna. Qd̓ iõ dicꝛ ſcd̓m gl. ibi. vt intelligamꝰ deū ad vitā æternā ꝓ ſua miſeratione p ducere. Sic ḡ exponiꝛ. vita æterna nobis daꝛ gratia dei.i. ſuo munere. Rõ huiꝰ ē ſcd̓m Tho.j.ij.q.cix.ar.v. quia actꝰ pducentes ad finē oportet fini eſſe ꝓportionatos. Nullus aūt actus excedit ꝓportionē principij actus ſui. Et ideo videmꝰ in naturalibus ꝙ nulla res pficere põt effectū p ſuam opationē qui excedat ꝟtutē actiuā: ſed ſolū põt ꝓducere p opationem ſuā effectū ſuæ ꝟtuti ꝓportionatum. Vita aūt ęterna eſt excedens ꝓportionem humanæ naturæ. Et ideo homo p ſua naturalia non põt ꝓducere opa meritoria ꝓportionata vitę æternę: ſed ad hoc exigiꝛ altior virtꝰ q̄ eſt virtus gratię. Et ideo homo ſine ea non põt mereri vitam ęternam: ſed poteſt facere opa pducentia ad aliqd̓ bonum connaturale hoī: ſicut laborare in agro: comedere: bibere: habere amicū & hmõi. vt dicit.b. Augu. Qd̓ autē dn̄s dicit Mat.xix. Si vis ad vitā ingredi ſerua mandata. intelligendum eſt voluntate ſua facere opa meritoria: ita tn̄ ꝙ ipſa voluntas prius prępareꝛ ad hoc p gratiā. vt dicit bea. Aug. Item ſi obijciaꝛ ꝙ vita ęterna eſt vltimus finis hoīs: ſed q̄libet res naturalis per ſua naturalia põt conſequi finē ſuum: ergo multo magis homo q habet altiora naturalia debet p ſe poſſe conſequi finē ſuū.ſ. vitā æternā. Rn̄deo ꝙ hoc eſt verum de fine connaturali rei. Sed natura humana ex hoc ꝙ eſt nobilior põt ad altiorem finē ꝓduci ꝙ̃ naturalē ſibi cuiuſmodi eſt vita ęterna. Sed īdiget altiori auxilio ꝙ̃ virtus naturalis ſua ſit.ſ. auxilio gratię.

*Sine gratia mereri vitam æternā non poſſumus.*

## §.II. QVANTVM AD TERTIVM

ſ.ꝙ non põt reſurgere a pc̄tõ ſine auxilio gratię probaꝛ ſic a pc̄tõ p btm̄ Tho.j.ij.q.cix.art.vij. Pc̄tm̄ trāſit actu: ſed remanet nõ reatu: & ideo nõ eſt idē reſurgere a pc̄tõ qd̓ ceſſare ab actu pc̄ti: ſed reſurgere a pc̄tõ eſt reparari hoīem ab his quę peccando amiſerat. Incurrit aūt hõ triplex detrimentū peccando.ſ. maculam: corruptionem naturalis boni & reatū pœnæ. Maculā qdē inquantū priuaꝛ qs decore gratię ex deformitate pc̄ti. Bonū aūt naturę corrumpiꝛ inquantū natura hominis deordinaꝛ volūtate hoīs nõ ſubiecta deo: hoc em̄ ordine ſublato cõſequēs eſt vt tota natura hoīs peccātis inordinata remaneat. Reatus pœnę eſt: qa peccando mortal̄r mereꝛ dānationē ęternā. Manifeſtū eſt aūt ꝙ de ſingulis horū triū nõ repareꝛ niſi p deū. Cū em̄ decor gr̄æ ꝓueniat ex illuſtratione diuini luminis non põt talis decor in aīa reparari niſi deo denuo illuſtrante. vn̄ requiriꝛ habituale donū qd̓ eſt gr̄æ lumē. Sil̄r ordo naturę reparari nõ põt: vt.ſ. voluntas hoīs ſubijciatur deo niſi deo volūtatē hoīs ad ſe trahente. Sil̄r & reatus pœnę ęternę remitti non põt niſi a deo in quem eſt offenſa cõmiſſa. & qui eſt hoīm iudex: & iõ requiriꝛ auxiliū gr̄æ & quantū ad habituale donum: & quātū ad interiorē dei motionem. Qd̓ aūt dr̄ Eph̄.v. Exurge a mortuis & illuminabit te xp̄s. non ſic eſt intelligēdum ꝙ tota exurrectio a pc̄tõ p̄cedat illuminationē gratiæ: ſed qa cum homo p liberum arbitrium a deo motum ſurgere conatur a pc̄tõ: recipit lumē gratię iuſtificātis.

*Sine gratia reſurgere a pc̄tõ nõ poſſumus.*

*Triplex detrimētū incurrit hõ p pc̄tm̄.*



## §. III. QVANTVM AD QVARTVM

ſ.ꝙ ſine gr̄a nõ põt hõ a peccato abſtinere. hoc ſic declarat bea. Tho.j.ij.q.cix.ar.viij. De hoīe poſſumus loqui dupl̄r. Aut ſm ſtatū naturę integrę: aut ſm ſtatū naturę corruptę. Et ſm ſtatū naturę integræ poterat hõ ſine dono gr̄æ habituali non peccare: nec mortal̄r nec venial̄r: qa peccare non eſt aliud ꝙ̃ recedere ab eo qd̓ eſt ſm naturā: qd̓ vitare hõ poterat in ſtatu naturę integrę: nõ tn̄ hoc poterat ſine auxilio dei in bono conſeruantis: quo ſubtracto ipa etiam natura in nihilum decideret. Sed in ſtatu naturę corruptę indiget hõ gr̄a habituali naturā ſanante ad hoc ꝙ oīno a pc̄tõ abſtineat. Hęc ſanatio primo fit in pn̄ti vita ſcd̓m mētem appetitu carnali nõ dū total̄r reparato. Vn̄ apl̄s in perſona hoīs repati dicit Ro.vij. Ipſe mente ſeruio legi dei: carne autem legi pc̄ti. In quo qdē ſtatu põt hõ abſtinere a peccato mortali qd̓ eſt in ratione. Non aūt põt abſtinere ab oī peccato veniali ꝓpter corruptionē inferioris appetitus ſenſualitatis. Cuiꝰ motus ſingulos ratio reprimere põt: & ex hoc hn̄t rõnem pc̄ti & volūtarij. Non aūt oēs: qa dum vni reſiſtere nititur: fortaſſis aliꝰ inſurgit. & qa ratio nõ põt ſemp puigil eſſe ad hmõi motus vitandos. Sic igiꝛ anteꝙ̃ ratio hoīs in qua eſt pc̄tm̄ mortale repareꝛ p gratiā iuſtificantē: põt ſingula pc̄tā mortalia vitare. & ſcd̓m aliquod tempꝰ: qa non eſt neceſſe ꝙ continuo peccet in actu: ſed ꝙ diu maneat abſꝙ̃ pc̄tõ mortali eſſe non põt. Vt em̄ dicit Greg. ſup Ezech. Pc̄tm̄ qd̓ p pn̄iam non diluiꝛ: mox ſuo pondere ad aliud trahit. Et ratio huius eſt: qa ſicut rationi ſubdiꝛ inferior appetitꝰ: ita etiā ratio debet ſubdi deo: & in ipſo cõſtituere finē ſuę volūtatis. Per finē aūt oportet ꝙ reguleꝛ oēs actꝰ hūani ſicut p rationis iudiciū regulari debēt motꝰ īferioris appetitus. Sicut igiꝛ inferiori appetitu non totaliter ſubiecto rõni non põt eſſe quin inſurgāt inordinati motꝰ in appetitu ſenſitiuo: ita in rõne hoīs deo non ſubiecta ꝯn̄s eſt ꝙ inſurgāt multæ inordinatiões in ipſis actibus rõnis. Cum em̄ hõ non habet cor ſuū firmatū in deo: vt ꝓ nullo bono ꝯſequēdo vel malo vitādo ab eo ſepari velit: occurrūt multa ꝓpter q̄ ſeq̄nda & vitāda hõ recedit a deo pręcæpta eiꝰ contēnēdo: & ita peccat mortal̄r: qa in repētinis hõ opaꝛ ſcd̓m finē p̄cõcęptū & habitū p̄xiſtētē. vt dicit ph̄s ī iij. Eth̄. ꝙ̃uis ex p̄meditatione rationis hõ poſſit aliqd agere p̄ter ordinē finis p̄concępti & p̄ter inclinationē habitus. Sed qa hõ non poteſt ſemp eſſe in tali p̄meditatione nõ p̄t ꝯtigere vt diu pmaneat qn opeꝛ ſcd̓m ꝯſequētiā volūtatis deordinatę a deo: niſi cito p gratiā repareꝛ. Nec eſt ꝯ̄ quod dicit.b. Aug. ſ.ꝙ nemo peccat in eo qd̓ vitare non poteſt. Sed nõ põt ſine gr̄a pc̄tm̄ vitare. ḡ &c. qa põt hõ vitare ſingulos actus peccatoꝝ: ſed non oēs niſi p gratiā. Et tn̄ qa ex eius defectu eſt ꝙ non ſit p̄paratus ad gratiā habēdā: per h̄ non excuſatur a pc̄tõ: qa ſine gr̄a pc̄tm̄ vitare non poſſit.

*Sine gr̄a hõ nõ põt abſtinere a peccato.*

## §.IIII. QVANTVM AD QVINTVM

ſ.ꝙ hõ nõ p̄t ſe p̄parare ad gratiā p ſeip̄m: oñdiꝛ p illd̓ qd̓ dicꝛ Io.vj. Nemo põt venire ad me niſi pater q miſit me traxerit eū. Hoc aūt ſic declarat.b. Tho.j.ij.q.cix.ar.vj. Duplex eſt p̄paratio voluntatis hūanæ ad bonū. Vna q̄ p̄paraꝛ ad bonū operandū meritoriū & fruendum deo. Et talis p̄paratio volūtatis nõ põt eē ſine habituali dono gr̄æ: qd̓ ſit principiū boni opis meritorij. Alio modo põt intelligi p̄paratio volūtatis hūanæ ad ꝯſequendū ip̄m donū habitualis gr̄ę. Ad hoc aūt ꝙ ſe p̄paret volūtas ad ſuſcæptionē huiꝰ doni habitualis gr̄æ. non oportet p̄ſupponere aliqd̓ alid̓ donū habituale in aīa: qa ſic ꝓcedereꝛ in infinitū: ſed oportet p̄ſupponere aliqd̓ auxiliū dei gratuitū mouētis interiꝰ hominē ſeu inſpirātis bonū ꝓpoſitū. His igiꝛ duobꝰ modis indigemus diuino auxilio ad bn̄ opandū. Qd̓ autē indigeamꝰ auxilio dei mouentis animā: oñdiꝛ ex h̄ ꝙ cum deꝰ ſit primū mouens ſimpl̄r: ex eiꝰ motione eſt ꝙ oīa in ip̄am ꝯuertāꝛ ſcd̓m cõem intētionē boni p quā ītēdit vnū q̄dꝙ̃ aſſimilari deo ſcd̓m modū ſuū. vn̄ Diony. dicit in li. de diui. no. ꝙ deꝰ ꝯuertit oīa ad ſeip̄m. Sed hoīes iuſtos cõuertit ad ſeip̄m ſicut in ſpālē finē quē intēdūt & cui cupiūt adhęrere vt bono ꝓprio. ſcd̓m illd̓ Pſ̄.lxxij. Mihi aūt adhærere deo bonū eſt. Et ideo ꝙ homo ꝯuertaꝛ ad deū: hoc non põt eē niſi deo ꝯuertente ip̄m ad ſe. hoc aūt eſt p̄parare ſe ad gratiā quaſi ad deū conuerti. Sicut ille q habet oculū auerſum a lumine ſolis per hoc ſe p̄parat ad recipiendū lumē ſolis ꝙ oculos ſuos cõuertit verſus ſolē. vn̄ patet ꝙ nõ põt ſe p̄parare ad lumē gratię recipiēdū niſi p auxiliū gr̄æ interiꝰ mouentis. Nec eſt ꝯ̄ qd̓ dicꝛ Zach̄.j. Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos. Conuerti non eſt alid̓ ꝙ̃ ſe ad gratiā p̄parare. Vn̄ videꝛ ꝙ p ſe põt p̄parare ſe: al̓s quõ imperareꝛ qd̓ non eſſet in eius ptāte. Nam conuerſio hoīs ad deū fit p liberū arbitriū. Et ſcd̓m hoc homini p̄cipiꝛ ꝙ ſe ad deum conuertat. Sed liberū arbitriū ad deū conuerti non poteſt: niſi deo ad ip̄m conuertente illū. ſcd̓m illud Hiere.xxxj. Conuerte me dn̄e & conuertar: qa tu es dn̄s deꝰ meus. Vn̄ cū hõ dr̄ facere qd̓ in ſe eſt in p̄pando ſe ad gratiā dicꝛ hoc eſſe in ptāte hominis ſcd̓m ꝙ eſt motꝰ a deo.

*Nec ſe p̄parare ad gratiam.*

*quid ſit cõuerti ad deū.*

## §. V. QVANTVM AD SEXTVM SCI

licet ꝙ ꝯſecutꝰ iā gratiā habituale donū adhuc indiget auxilio gr̄ę ꝓut importat motionē interiorem dei ad bonū. Qd̓ ſic declarat.b. Tho.j.ij.q.cix.ar.ix. Homo ad recte viuēdū indiget dupl̄r auxilio dei. Vno modo quantū ad donū habituale per qd̓ ſanaꝛ natura humana corrupta per pc̄tm̄ & ſanata eleueꝛ ad faciēdū opa vitæ æternæ meritoria quę excedūt ꝓportionē naturæ hūanę. Alio modo indiget auxilio gratiæ vt moueaꝛ ad agendū. Quantū igiꝛ ad primū auxilium homo in gratia exiſtēs non indiget alio auxilio ſ. gratiæ habitualis quaſi alio habitu infuſo. Sed quantum ad ſcd̓m auxiliū: vt.ſ. moueaꝛ a deo ad recte agendum: ſic iam hn̄s habituale donū gratię adhuc indiget tali auxilio. Et hoc ꝓpter duo. Primo ratione gn̄ali propter hoc qa nulla res creata poteſt in quēcūꝙ̃ actū ꝓdire niſi ꝟtute motionis diuinę. Scd̓o rõne ſpāli ꝓpter ꝯditionē hūanæ naturæ corruptæ: q̄ licet p gratiā ſaneꝛ quātū ad mētē: remanet tn̄ in eo corruptio & imꝑfectio quātū ad carnē: p quam ſeruit legi peccati. vt dicꝛ ad Ro.vij. Remanet etiam q̄dā ignorātię obſcuritas in intellectu: ſm quā dicꝛ ad Ro.viij. Quid oremus ſicut oportet neſcimꝰ. ꝓpter varios em̄ rerū euētus & qa etiā noſipſos non ꝑfecte cognoſcimꝰ: non poſſumus ad plenū ſcire qd nobis expediat. Et ideo neceſſe eſt nobis vt a deo dirigamur & ꝓtegamur q oīa nouit & oīa põt. Et ꝓpter hoc etiā renatis in filios dei p gratiā conuenit dicere. Et ne nos inducas in tentationē. Et fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra &c. q̄ contineꝛ in oratiõe dn̄ica ad hoc ptinētia. Nec ex hoc ꝙ poſt gratiā habituale donū accęptū indigeamꝰ auxilio dei nos mouētis ad bonū poteſt concludi ꝙ tale habituale donū ſit in vacuū vel imꝑfecta gratia: qa etiā in ſtatu gl̄ię qñ erit gratia conſūmata: homo diuino auxilio īdigebit. & quātū ad hoc etiā imꝑfecta gratia hoc oñdit inquantū hominē non totaliter ſanat.

*Exiſtēs ī gr̄a adhuc īdiget auxilio gr̄ę.*

## §.VI. QVANTVM AD SEPTIMVM

ſ.ꝙ in gratia conſtitutꝰ indiget auxilio gratiæ. non qdē ꝓut eſt donū habituale ip̄a gratia: ſed ꝓut eſt auxiliū dei ꝓtegēs hominē. Qd̄.b. Tho. declarat ſic.j.ij.q.cix.ar.x. Perſeuerātia dicꝛ tripl̄r. Vno mõ ꝓut ſignificat habitū mētis per quē homo firmiter ſtat ne moueaꝛ ab eo qd̓ ē ſcd̓m veritatē p triſtitias irruētes. Scd̓o mõ p̄t dici ꝑſeuerantia habitus q̄dā ſcd̓m quā homo habet ꝓpoſitū ꝑſeuerādi in bono vſꝙ̃ in finē. Et vtroꝙ̃ iſtoꝝ modoꝝ ſp ꝑſeuerātia ſimul cum gratia infūdiꝛ: ſicut & cęterę ꝟtutes. Tertio modo dicꝛ ꝑſeuerātia q̄dā bonitas vſꝙ̃ ad finē vitę. Et ad talē ꝑſeuerātiā habēdā homo in gratia conſtitutus non indiget aliqua habituali gratia: ſed diuino auxilio ip̄m ꝓtegente & dirigēte

*Qual̄r ꝯſtitutꝰ in gratia indiget auxilio gratiæ.*

contra tētationū impulſus. Et ideo poſtꝙ̄ aliquis eſt iuſtificatus ꝑ gratiā neceſſe habet petere ꝑ̄dictę pſeuerantiæ donū: vt. ſ. cuſtodiaꝛ a malo vſqꝫ ad finem vitę. Multis em̄ datur gratia ꝗbus non daꝛ pſeuerare in gratia.

## §. VII. QVANTVM AD OCTAVVM

Sine gr̄a nō poſſum⁹ multa intelligere.

ſ. ꝙ ſine habituali dono gr̄æ poſſumus multa intelligere: ſed non ſine auxilio dei mouentis intellectū. Qd' ſic declarat. b. Tho. j. ij. q. cix. arti. j. Sicut oēs mot⁹ corporales reducūꝛ in motū cœleſtis corpis ſicut in primū mouēs corpale: ita oēs motus tā corporales ꝙ̄ ſpūales reducūꝛ in primum mouēs ſimpl'r qd' eſt deus. Et ideo quātumcūqꝫ aliqua natura corpalis vel ſpūalis ponaꝛ pfecta: non pōt in ſuū actū ꝓcedere: niſi moueaꝛ a deo: q̄ ꝗdem motio eſt ſcd'm ſuę ꝓuidentię rōnem: nō ſcd'm neceſſitatem naturę: ſicut motio corpis cœleſtis. Nō ſolū aūt a deo eſt oīs motio ſicut a primo mouente: ſed ab ipſo etiā eſt oīs formalis pfectio: ſicut a primo actu. Sic igiꝛ actio intellectus & cuiuſcumqꝫ entis creati dependet a deo dupl'r. Vno mō inquantū habet formā ꝑ quā agit. Alio modo inquātū ab ipſo moueꝛ ad agēdū. Vnaquæqꝫ aūt forma indita rebus creatis a deo habet efficaciā reſpectu cuiuſdā effect⁹ determinati in quē poteſt ſcd'm ſuā ꝓprietatē. Vltra aūt non pōt niſi ꝑ aliquā aliam formā ſuꝑadditā. ſicut aqua non pōt calefacere niſi calefacta ab igne. Sic igiꝛ intellectus hūanus habet aliquā formā ſ. ipm̄ intelligibile lumē: qd' eſt de ſe ſufficiēs ad q̄dā intelligibilia cognoſcenda. ad ea. ſ. in quoꝝ notitiā ꝑ ſenſibilia poſſumus deuenire. Altiora vero intelligibilia intellectus humanus cognoſcere non pōt niſi fortiori lumine gr̄ę: vł ꝓphetię qd' dr̄ lumen gr̄æ inquantū eſt naturę ſuꝑadditū. Sic ḡ dicendū eſt ꝙ ad cognitionē cuiuſlibet veri indiget hō auxilio diuino: vt. ſ. intellectus a deo moueaꝛ ad ſuum actum. Non aūt indiget ad cognoſcēdū veritatem in oīb⁹ noua illuſtratione ſuꝑaddita naturali illuſtrationi: ſed in ꝗbuſdam q̄ excedunt naturalē cognitionē: & tñ qñqꝫ de⁹ ꝑ ſuā gratiā miraculoſe inſtruit aliquos de his q̄ ꝑ naturalē cognitionē haberi non pñt. ſicut & qñqꝫ facit miraculoſe q̄dam quæ natura facere nōn pōt. Cum aūt diciꝛ ꝙ oē verꝝ a quocūqꝫ dicaꝛ eſt a ſpūſancto ꝭm Amb. intelligendū eſt hoc ꝭm. b. Tho. ꝙ eſt a ſpūſctō: ſicut infundēte naturale lumen & mouēte ad intelligēdū & loquendū veritatem: nō aūt ſicut inhabitāte ꝑ gratiā gratū faciētē vel ſicut largiente habituale donū gratię ſuꝑadditū naturali lumini.

## §. VIII. DEMVM QVANTVM AD VO

lendū vel faciendū bonū aliter indiget hō gr̄a in ſtatu naturæ corruptę. Aliter indiguit in ſtatu naturæ integræ. Nā in ſtatu naturæ integræ indiget hō ꝩtute gratuita ſuꝑaddita ꝩtuti naturæ quantū ad vnū. ſ. ad operādū & volēdum bonū ſuꝑnaturale. Sed in ſtatu naturæ corruptæ quātum ad duo. ſ. vt ſaneꝛ. & vlteri⁹ vt bonū ꝩtutis opeꝛ meritoriū. In vtroqꝫ aūt ſtatu indiget hō auxilio diuino vt a deo moueaꝛ ad volēdū & agēdū ſicut a prīo mouēte. Et ſic vtroqꝫ mō pōt intelligi illud Ro. ix. Nō eſt volentis neqꝫ currētis ſed dei miſerētis. Velle em̄ & opari meritorie eſt a deo mediāte gr̄a ſua gratū faciēte. Velle aūt & opari ea q̄ ſunt naturę vel artis, vt ędificare: plātare: intelligere: & hmōi. etiā in pctōribus eſt a deo vt primo motore oīm ad agendum.

¶ De effectu gr̄æ opantis q̄ eſt iuſtificatio impij. Cap. VI.

## IVSTIFICATIO IMPII QVE

eſt effect⁹ gr̄æ opantis dr̄ a iuſtitia. Iuſtitia autē dr̄ tripl'r ſcd'm Tho. j. ij. q. cxiij. ar. j. Vno mō ꝓut iportat rectitudinē ordinātē actū hoīs ī ꝯparatione ad aliū ſingularē hoīem. & ſic eſt iuſtitia ꝑticularis & ꝩt⁹ cardinalis. Scd'o mō ꝓut ordinat ſcd'm rectitudinē actū hoīs in ꝯpatiōe ad bonū cōe multitudinis quæ dr̄ iuſtitia legalis. Tertio mō dr̄ iuſtitia ſcd'm ꝙ īportat rectitudinē quādā hoīs in diſpōne interioris hoīs: ꝓut. ſ. ſupmū hoīs ſubijciꝛ deo: & inferiores vires aīę ſubdunꝛ ſupremæ id eſt rōni. Et hāc iuſtitiā pħs. v. Ethi. appellat metaphoricam. Ab hac igiꝛ iuſtitia tertio modo ſumpta ſumitur iuſtificatio paſſiuę accępta. ſ. ꝓ fieri iuſtū: nō ꝓ facere iuſtū. Et hoc etiā nō ꝑ modū ſimplicis gn̄ationis: ꝗa ſic etiā poſſet cōpetere ei q nō eſſet in pctō dū iuſtitiā acciperet a deo. ſicut Adam in principio accæpit iuſtitiā originalis peccati: cum adhuc non haberet pctm̄ potuit peccare. Hmōi iuſtificatio in hoīe includit rōnem motus de ꝯrio in ꝯrium. Et ſic iuſtificatio importat quādam tranſmutationē de iuſtitiæ ſtatu ad ſtatū iuſtitiæ ꝑ̄dictæ. Et de iſta iuſtificatiōe hic agiꝛ. de qua ad Ro. iiij. Ei aūt q nō opaꝛ: credēti autē in deū q iuſtificat impiū. Et ad Ro. viij. Quos vocauit hos & iuſtificauit. In hac em̄ iuſtificatione impij cōcurrunt quatuor ꝑ ordinē ſimul ꝗdē tpe: etſi natural'r ſeu ordine naturæ vnum ꝑ̄cedat aliud: videlicet gratiæ infuſio. Motus liberi arbitrij ꝑ fidem formatā in deū. Tertiū eſt motus liberi arbitrij in pcti deteſtationē. Quartū eſt remiſſio culpæ. q̄ ſcd'm Peꝛ. de Tha. in. iiij. notāꝛ in ver. illo. etſi non dicto ordine. Commouiſti terrā tuā. ſ. tu dn̄e. terrā. i. pctōrē deditū terrenis. Et hoc mouendo liberū arbitriū ſuū totū in te: vt. ſ. in te credat & te ſuꝑ oīa amet: ideo commouiſti dn̄e. i. totū mouiſti. Et ſi oīs motus eſt a primo mouente deo: mō ſpāli eſt hic motus ab eo: ad ſe eum cōuertēdo q prius erat auerſus. Vñ Aug. ait. Qui fecit te ſine te: non iuſtificabit te ſine te. te. ſ. dirigente ad deum. Secundo dicit. Conturbaſti eā. ſ. ꝑ motū ſui arbitrij in deteſtatione pcti. de qua conturbatione in alio Pſ̄. vj. dicit pœnitens ipſe. Aīa mea turbata eſt valde. Conturbaſti ait. i. totam ſimul turbaſti dolore compūctionis. Oportet em̄ pœnitētē ait. b. Aug. de pœ. di. vij. null⁹ expectet. de oī pctō dolere ſimul. al's nō eēt pœnitēs. ſi voluntarie ꝑmaneret in aliq̄ non iuſtificareꝛ. Tertium eſt pcti remiſſio qd' ibi notaꝛ. Sana contritiones ei⁹. Aīa em̄ eſt cōtrita in malā partē. i. q̄ſi tota deſtructa. fracta minutatim in diuerſas affectiōes ꝑ pctm̄. Qñ ꝗs habet magnā febrē: vel aliā infirmitatē: totū corp⁹ videꝛ tritū & fractum. Et ſic ꝑ pctm̄ aīa grauiter īfirmata mirabil'r debilitata eſt: & q̄ſi fracta inepta ad q̊dcūqꝫ bonū. Sed cū pctm̄ remittiꝛ, ſanaꝛ Pſ̄. cij. Qui ſanat oēs infirmitates tuas. & modū ꝑ̄mittit. Qui ꝓpiciaꝛ oībus iniqtatib⁹ tuis. Quartū eſt gr̄æ infuſio: vñ omīa iſta ꝓcedūt. qd' notat cū dicit. Quia cōmota eſt. ſ. a te ꝑ illuminationē gr̄æ. Vñ in figurā. Cum intrauit Ieſus hieroſolymā cōmota eſt vniuerſa ciuitas di. Quis eſt hic? Matt. xxj. Intrat dn̄s Ieſus in ciuitatē aīæ per gratiā & oēs ſenſus & affectiōes tūc moueнꝛ ꝑ admirationē. Rōnē aūt q̄re iſta quatuor ponūꝛ in iuſtificatiōe impij aſſignat. b. Tho. j. ij. q. cxiij. art. vj. di. Iuſtificatio eſt ꝗdā motus q̄ anima moueꝛ a deo a ſtatu culpę ad ſtatū iuſtitiæ. In quolibet aūt motu q̄ aliqd ab altero moueꝛ tria requirūꝛ. Primū eſt motus ipius mouētis. Scd'o mot⁹ mobilis. Tertio conſummatio motus ſiue peruētio ad finē. Ex ꝑte igiꝛ motionis diuinę accipiꝛ gratiæ infuſio. Ex parte liberi arbitrij moti accipiunꝛ duo motus ipſi⁹ ſcd'm receſſum a termino a quo: & acceſſum ad terminū ad quē. Cōſummatio aūt ſiue peruētio ad terminū hui⁹ mot⁹ importaꝛ in remiſſione culpę. In hoc em̄ iuſtificatio conſummaꝛ. ſcd'm illud Eſa. xxvij. Hic eſt om̄is fructus vt auferaꝛ pctm̄.

Quatuor ꝯcurrūt ad iuſtificationē impij.

## §. I. QVOD REQVIRATVR PRIMVM

ad iuſtificationē impij, patet per id qd' ſcribiꝛ ad Ro. iij. Iuſtificati gratis ꝑ gr̄am ipſi⁹. Hoc aūt ſic declarat be. Tho. j. ij. q. cxiij. Hō peccādo deū offendit. Offenſa aūt non remittiꝛ alicui: niſi ꝓpter hoc ꝙ animus offenſi pacatur offendēti. Et iō pctm̄ ſecūdū hoc remitti dr̄ ꝙ deus nobis pacatur. Quę ꝗdem pax conſiſtit in dilectione q̄ de⁹ nos diligit. Dilectio aūt dei quātū eſt ex parte act⁹ diuini ē æterna & immutabilis: ſed quātū ad affectū quē in nobis imprimit qñqꝫ interrūpiꝛ ꝓut. ſ. ab ipo qñqꝫ deficim⁹: & qñqꝫ iteꝝ recuperam⁹. Effectus aūt diuinæ dilectiōis in nobis q per pctm̄ tolliꝛ: eſt gr̄a qua homo fit dignus vita ęterna: a qua pctm̄ mortale excludit. Et ideo non pōt intelligi remiſſio culpę niſi adeſſet gratiæ infuſio. Et ꝗuis contingat aliqñ apud homines ꝙ vn⁹ hō aliquē nec diligit nec odit: tñ ſi eū offēdat ꝙ ei dimittat offenſam: hoc non poteſt contingere niſi ex ſpāli beneuolentia. Beneuolentia aūt dei ad hominē reparari dr̄ per donū gr̄ę. Et ideo licet anteꝙ̄ hō peccet poſſit eſſe ſine culpa & ſine gr̄a vt in ſtatu innocētiæ: tñ poſt peccatū non pōt eē ſine culpa: niſi per gratiā habeat. Itē ꝙ de⁹ nō imputet alicui pctm̄. ſcd'm ill' Pſ̄. xxxj. Beat⁹ vir cui non imputauit dn̄s pctm̄. importat quēdā gr̄æ effectum in ipſo cui pctm̄ non imputaꝛ. Qd' em̄ alicui non imputetur pctm̄ a deo ex ſua dilectione procedit.

Gr̄æ infuſio ad iuſtificationē impij requiritur.

## §. II. QVOD REQVIRATVR AD IV

ſtificationē impij motus liberi arbitrij in deum qui eſt per



fidē formatā: patet ꝑ illud qd' dicit Chriſt⁹ Io. vj. Oīs q audit a patre & didicit: venit ad me. Sed addiſcere nō eſt ſine motu liberi arbitrij. Nā diſcēs cōſentit docenti. Et ꝙ ille ſit motus fidei oſtendit apl's ad Rom̄. v. dicens. Iuſtificati ex fide pacē habeam⁹ ad deū. Primum ſic declarat. b. Tho. vbi. ſ̄. ar. iij. Iuſtificatio impij fit a deo mouente hoīem ad iuſtitiā. Deus aūt mouet oīa ꝭm modū ſuū. i. vniuſcuiuſqꝫ rei. Sicut videm⁹ in naturalibus ꝙ aliter moueнꝛ ab eo leuia: aliter grauia ꝓpter diuerſam naturā vtriuſqꝫ. Vñ & hoīes mouet ad iuſtitiā ſcd'm cōditionē humanæ naturæ. Hō aūt habet ſcd'm ꝓpriā naturā ꝙ ſit liberi arbitrij. Et iō in eo q habet vſum liberi arbitrij nō fit motio a deo ad iuſtitiam abſqꝫ motu liberi arbitrij. Sed ita infundit donum gr̄ę iuſtificātis ꝙ etiā ſimul cū hoc mouet liberū arbitriū ad donū gratiæ accæptandū in his q ſunt motionis huius capaces. Vñ ꝙ pueri in baptiſmo iuſtificentur ſine motu liberi arbitrij: hoc eſt ꝗa nōdū ſunt capaces hui⁹ motus. Et ideo mouentur a deo ad iuſtitiā per ſolā informationem aīæ ipoꝝ: qd' nō fit abſqꝫ ſacrō baptiſmi. Et apte vt ſicut pctm̄ originale a quo iuſtificantur non ꝓpria voluntate ad eos peruenit ad carnalē originē: ita etiā ꝑ ſpiritualē regenerationem a Chriſto in eos gr̄a deriuaꝛ. Et ꝙ Salomon dormiēdo. vñ & ſine motu liberi arbitrij cōſecutus ſit donū ſapīæ. vt patet. iij. Reg. iij. Dicēdū ꝙ non meruit nec accępit tūc ſapīam ſed in ſomno declaratū eſt ei ꝙ ꝓpter ꝑ̄cedens deſideriū daretur ei ſapīa. Eſt aūt iſte motus liberi arbitrij in deum q requiriꝛ in iuſtificatione mot⁹ ꝑ fidē. Et rō eſt ſcd'm. b. Tho. vbi. ſ̄. ar. iiij. ꝗa deus mouet aīam hoīs in iuſtificatione cōuertēdo eā ad ſeipm̄. Vñ dr̄ in Pſ̄. lxxxiiij. ſcd'm aliā literā. Deus tu cōuerſus viuificabis nos. Sed prima cōuerſio mentis in deū fit ꝑ fidē. ſcd'm illud ad Heb. xj. Accedentē ad deū oportet credere. ꝗa eſt. Et iō mot⁹ fidei reqriꝛ ad iuſtificationē. Reqriꝛ aūt act⁹ fidei in iuſtificatiōe quātū ad hoc ꝙ hō credat deū eſſe iuſtificatorē hoīm ꝑ miniſteriū Chriſti. ꝭm illud ad Ro. iiij. Credēti ei q̄ iuſtificāt impiū. imputabiꝛ ei ad iuſtitiam. Et ꝗa mot⁹ fidei nō eſt pfectus: niſi ſit charitate informat⁹: iō in iuſtificatiōe impij cū motu fidei eſt etiā motus charitatis. Moueꝛ aūt liberū arbitriū in deū ad hoc ꝙ ſe ei ſubijciat. Vñ etiā cōcurrit ſimul & act⁹ timoris filialis & actus humiliatis. Cōtingit em̄ vnū & eundē actū liberi arbitrij diuerſarū ꝩtutū eſſe: ſcd'm ꝙ vna imperat & alia imperaꝛ: ꝓut actus eſt ordinabilis ad diuerſos fines.

Mot⁹ liberi arbitrij ē requiritur ad iuſtificationem impij.

Mot⁹ fidei requiritur ad iuſtificationē & charitatem.

## §. III. REQVIRITVR ET TERTIVM

in iuſtificatione. ſ. mot⁹ liberi arbitrij in pctm̄ deteſtandū. iuxta illud ps. xxxj. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiā meam dn̄o: & tu remi. impie. pcti mei. Vñ etiā. b. Aug. Nemo poſtꝙ̄ fuerit ſuę voluntatis arbiter cōſtitut⁹ pōt nouā inchoare vitam: niſi eū pœniteat veteris vitæ. de pœ. di. j. tres ſunt. Et hoc ſic declarat. b. Tho. vbi. ſ̄. ar. v. Iuſtificatio impij eſt ꝗdā motus quo moueꝛ humana mēs a deo a ſtatu pcti in ſtatū iuſtitiæ. Sicut aūt ſe habet corpus aliqd' motū localr̄ ab aliq̄ mouente ad duos terminos. ſ. a q̄ & ad quem: ita ſe debet habere aīa in motu iuſtificationis ꝑ liberū arbitriū. Sed in motu locali corporū manifeſtū eſt ꝙ ita ſe habet corpus motū ꝙ recedit a termino a q̊, & accedit ad terminū ad quē: ita & mens humana cū iuſtificaꝛ oportet ꝙ ꝑ motū liberi arbitrij recedat a pctō: & accedat ad iuſtitiā. Receſſus aūt in motu liberi arbitrij intelligiꝛ per deteſtationē ſicut acceſſus intelligiꝛ ꝑ deſideriū. Sic ḡ oportet in iuſtificatione impij ꝙ ſit duplex liberi arbitrij mot⁹. Vnus quo tēdat in dei iuſtitiā quaſi terminū ad quē. Alius q̊ tendat in deteſtationē peccati: vt terminū a quo recedit. Et ſi arguaꝛ in cōtrariū ſic. Si in iuſtificatione requiriꝛ motus liberi arbitrij ad deteſtationē peccati cū oporteat ſingula deteſtari: tunc requiriꝛ magnū tp̄s ad recogitandū ſingula: cū tamen iuſtificatio fiat in inſtanti: vt diceꝛ. Rñdet beat⁹ Tho. ꝙ in tpe pręcedente iuſtificationē oportet ꝙ hō ſingula peccata q̄ cōmiſit deteſteꝛ: quoꝝ memoriā habet. Et ex tali conſideratione pręcedenti ſequuntur in aīa quidā motus deteſtantes vniuerſaliter oīa pctā cōmiſſa: inter quæ etiā includunꝛ obliuioni tradita. Et ꝗa vt diciꝛ de pœni. diſt. j. multiplex. Apud deū nullus patiꝛ moras veniæ cōuerſio: cū ſubito ꝗs conteritur & iuſtificaꝛ. Debet tñ ſuperueniens ſingula pctā recogitare & deteſtari ſcd'm Pe.

Deteſtatio pcti etiā requiritur ad iuſtificationē

## §. IIII. EX PREDICTIS TRIBVS SE

quiꝛ quartū. ſ. pctōꝝ remiſſio: q̄ vtiqꝫ in inſtāti fit: ſicut infuſio gr̄ę. Vnde ſuꝑ illud Act. ij. Factus eſt repente de cœlo ſonus tāꝙ̄ aduenientis ſpūs vehementis. dicit glo. Neſcit tarda molimina ſpūſſcti gr̄a. Hoc autē ſic declarat. b. Tho. vbi. ſ̄. arti. vij. Tota iuſtificatio impij originaliter conſiſtit in infuſione gr̄æ. Per eā em̄ liberū arbitriū moueꝛ & culpa remittiꝛ. Gr̄ę aūt infuſio fit in inſtāti abſqꝫ ſucceſſione. Cuius ratio eſt: ꝗa ꝙ aliqua forma ſubito nō imprimaꝛ ſubiecto: contingit ex hoc ꝙ ſubiectū nō eſt diſpoſitum: & agēs indiget tpe ad hoc ꝙ ſubiectū diſponat. Vñ videm⁹ ꝙ quia diaphanū eſt ſubito diſpoſitū ad recipiendū lumē ſubito illuminaꝛ a corpore lucido in actu. Dictū eſt aūt. ſ̄. ꝙ de⁹ ad hoc ꝙ gratiā infundat aīæ non requirit aliquā diſpoſitionē niſi quā facit. Facit autē hmōi diſpoſitionē gr̄ę qñqꝫ ꝗdē ſubito: qñqꝫ ꝗdē paulatim & ſucceſſiue: vt dictū eſt. ſ̄. Qd' em̄ agens naturale nō poſſit ſubito diſponere materiā, cōtingit ex hoc ꝙ aliqua indiſpoſitio ei⁹ qd' reſiſtit in materia citius diſponiꝛ. Cū igiꝛ virtus diuina ſit infinita: poteſt quantācūqꝫ materiā creatā ad formam diſponere: & multo magis liberū arbitriū hoīs cui⁹ mot⁹ pōt eſſe inſtantaneus ſcd'm naturā. Sic igiꝛ iuſtificatio impij fit a deo in inſtāti. Motus igiꝛ liberi arbitrij in iuſtificatione cōcurrens eſt cōſenſus ad deteſtandū pctm̄ & accedendū ad deū: q quidē cōſenſus ſubito fit. Cōtingit aūt ꝙ pręcedit aliq̄ deliberatio q̄ non eſt de ſubſtantia iuſtificationis: ſed via in iuſtificationē: ſicut mot⁹ localis eſt via ad illuminationē: & alteratio ad gn̄ationē. Liberū etiā arbitriū in iuſtificatiōe ſimul deteſtaꝛ pctm̄: & conuertit ſe ad deū. Iō em̄ deteſtaꝛ pctm̄ ꝗa eſt ꝯ deū: ſicut corpus qd' moueꝛ ſimul recedit a termino a quo: & accedit ad terminū ad quē. Notandum etiā ꝙ ꝗuis iſta quatuor ſint ſimul tpe: q̄m fiūt in inſtāti: ordine tñ naturę gr̄ę infuſio q̄ eſt cā oīm aliorū triū eſt prior: ſicut cā eſt prior effectu: & h̄ ex ꝑte dei iuſtificātis. Sed ex ꝑte hoīs iuſtificati videꝛ prior remiſſio culpæ ꝙ̄ infuſio gr̄æ ordine naturę. Daꝛ exēplū ī ſole. Nā ſol ꝑ ſuā lucē operaꝛ ad remouēdū tenebras. Et ex ꝑte ꝗdē ſolis pri⁹ eſt illuminare ꝙ̄ remouere tenebras. Ex ꝑte aūt aeris illuminādi prius purgare tenebras ꝙ̄ cōſequi lumē ordine naturæ: ꝗuis ſimul ſint tpe. Et ſcd'm hoc intelligiꝛ illud be. Amb. xxxij. q. j. cū renuntiatur. Cū renunciatur improbitati: ſtatim aſciſcitur virtus. Egreſſus em̄ malitiæ virtutis operatur ingreſſum. Eodemqꝫ ſtudio quo vitiū excluditur: innocentia copulatur.

De pctōꝝ remiſſione & qual'r fiat.

## §. V. NOTANDVM AVTEM QVOD

iuſtificatio impij eſt maximū op⁹ dei ſcd'm magnitudinē ei⁹ qd' fit: & eſt aliq̄ mō miraculoſum. Quantū ad primum aliqd' opus dr̄ magnū ex parte modi agendi. & ſic op⁹ creationis eſt maximū in quo ex nihilo fit aliquid. Scd'o modo dr̄ opus magnū ꝓpter magnitudinē ei⁹ quod fit. Et ꝭm hoc maius eſt opus iuſtificatiōis impij q̄ terminatur ad bonū æternum diuinæ participationis ꝙ̄ creatio cœli & terræ quę terminaꝛ ad bonū naturę mutabilis: Et ideo cū dixiſſet Aug. ꝙ maius eſt ꝙ ex impio fiat iuſtus ꝙ̄ creare cœlum & terram: quaſi rationē aſſignās ſubdit. Cœlū etenim & terra tranſibit. Pręd eſtinatorū aūt ſalus iuſtificatio permanebit. Sciēdū etiā ꝙ magnū qd' fit dr̄ aliqd dupl'r. Vno mō abſolute. Et hoc mō donū gl'ię eſt maius dono gr̄æ iuſtificantis impiū. Et ſic etiā ſctōꝝ glorificatio eſt maius ꝙ̄ iuſtificatio impij. Alio mō dr̄ aliqd magnū quātitatē ꝓportiōis. ſicut diciꝛ mons paruus & cœlū magnū. Et hoc modo donū gratiæ iuſtificantis impiū, eſt maius ꝙ̄ donū beatificantis iuſtū: ꝗa plus excedit dignitatē impij donū gratiæ: q impius erat dignus pœna: ꝙ̄ donū gl'ię dignitatē iuſti: qui ex hoc ipſo ꝙ eſt iuſtificat⁹ eſt dignus gl'ia. Vñ btūs Aug. ibidem dicit. Iudicat q pōt: vtrum mai⁹ ſit angelos iuſtos creare ꝙ̄ impios iuſtificare. Certe ſi æq̄lis eſt vtrūqꝫ potentię hoc tñ eſt maioris mīæ. Vñ & ps. cxliij. Miſerationes eius ſuꝑ oīa opera eius. Et in collecta. Deus q oīpotentiā tuā maxime ꝑcendo & miſerando manifeſtas &c. Et bonū gratiæ vnius eſt maius ꝙ̄ bonum naturę vniuerſi. Quō aūt ſit iuſtificatio miraculoſa: ſic declarat btūs Tho. vbi. ſ̄. ar. x. In operibus miraculoſis tria pñt inueniri: quorum vnum eſt ex ꝑte potentię agentis: ꝗa. ſ. ſola diuina virtute fieri poſſunt. Et hoc modo tam iuſtificatio impij ꝙ̄ creatio mundi: & omne opus quod a deo ſolo fieri poteſt: poteſt dici miraculoſum. Secundo in quibuſdam operibus miraculoſis inuenitur ꝙ forma inducta eſt ſupra naturalem potentiam

Iuſtificatio impij ē maximum op⁹ dei & quō.

Et quo dāmodo miraculoſū.

talis materiæ. Sicut ſuſcitatio mortui eſt ſupra naturalẽ potentiã talis corporis. Et quantum ad hoc iuſtificatio impij non eſt miraculoſa: qa naturaliter aĩa eſt gratiæ capax: eo enĩ ꝙ facta eſt ad imaginẽ dei eſt capax grãe. Tertio mõ in operibus miraculoſis inueniť aliqd præter ſolitũ & cõſuetum ordinẽ cauſandi effectũ: ſicut cũ aliqs infirmꝰ aſſequiť ſubito ſanitatẽ perfectã: preter ſolitũ curſum ſanationis q̃ fit a natura vel arte. Et quãtũ ad hoc iuſtificatio impij qñq; eſt miraculoſa: qñq; non. Eſt enĩ iſte cõmunis & conſuetus curſus iuſtificationis: vt deo mouente interius animã: hõ cõuertať ad deũ. Primo qdẽ cõuerſione imꝑfecta & poſtea deueniat ad perfectũ. Vñ dr̃ de pœ. diſt. ij. charitas eſt aqua. Nemo repente fit ſummus: ſed a minimis qſq; inchoat vt ad maiora ꝑueniat. Qñq; vero tã vehemẽter deꝰ aĩam mouet: vt ſtatim quãdã iuſtitię ꝑfectionẽ aſſequatur: ſicut fuit in conuerſione ſancti Pauli. adhibita etiã exterius miraculoſa ꝓſtratione. Et ideo cõuerſio Pauli tanq; miraculoſa in eccleſia cõmemoratur celebriter.

¶De merito q eſt effectus grãe cooperantis. Cap. VII.

MERITVM HOMINIS APVD deũ eſſe nõ põt: niſi ſm̃ ꝓſuppoſitionẽ diuinæ ordinatiõis: vt. ſ. id hõ conſequať a deo per ſuã operationẽ q̃ſi mercedẽ: ad qd' ei deꝰ ꝟtutẽ operandi deputauit mouẽs ſeip̃m ad agendũ ꝑ liberũ arbitriũ. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. j. ij. q. cxiiij. ar. j. ꝙ meritũ & merces ad idem referũtur. Id enĩ merces dr̃ qd' alicui recõpenſatur ꝓ pretio operis ſui vel laboris quaſi q̃ddam pretiũ ipſius. Vnde ſicut reddere iuſtũ pretiũ ꝓ re accæpta ab aliquo eſt actus iuſtitię. ita recõpenſare etiã mercedẽ laboris vel operis alicuius eſt actus iuſtitię. Iuſtitia aũt eſt q̃dam æqualitas. Et ideo iuſtitia ſimplex eſt inter eos iter q̃s eſt æqualitas ſimpl'r. Sed inter eos inter quos nõ eſt ſimpl'r ęqualitas: non eſt etiam ſimpliciter iuſtitia: ſed ſcd'm qd. i. qdam modus iuſtitię põt eſſe. Sicut inter patrẽ & filiũ: vel inter dñm & ſeruũ nõ eſt iuſtũ ſimpliciter: ſed quidã modꝰ iuſtitiæ ꝓpter inæqualẽ diſtantiã eoꝝ. In his ergo in qbus eſt ſimpl'r rõ iuſti: eſt & ſimpl'r rõ mercedis & meriti. Sed in his in qbus non eſt ſimpliciter ratio iuſti: ſed ſm̃ qd: vt cõtingit inter æquale multũ: vt. ſ. inter patrẽ & filiũ: ibi non eſt ſimpl'r ratio meriti & mercedis. ſed ſm̃ aliquẽ modũ in quantũ. ſ. ibi ſeruať ratio iuſtitiæ aliquo mõ & ſi nõ perfecte. Et ſic aliquid diciť mereri filius a patre: & ſeruus a dño. Manifeſtũ eſt autẽ ꝙ inter deũ & hoĩem eſt maxĩa inæqualitas: quia in infinitũ diſtant: & totũ qd' eſt hoĩs bonũ eſt a deo. Vñ non põt eſſe iuſtitia hoĩs ad deũ ex ſuis operibus ſm̃ abſolutã æqualitatẽ: ſed ſm̃ proportionem quandã: in quantũ. ſ. quilibet operať ſm̃ modũ ſuũ. Modus aũt & mẽſura virtutis humanę eſt a deo in hoĩe. Et vt dictũ eſt meritũ hoĩs apd' deũ eẽ nõ põt: niſi ſm̃ ꝓſuppoſitionẽ diuinę ordinationis. Et ex hoc ſequiť ꝙ deus ex operibus noſtris nõ efficitur ſimpliciter debitor nobis: ſed ſibijpſi inquantũ debitum eſt vt ſua ordinatio impleatur. Ordinauit enĩ ꝙ hõ faciendo bona opera per liberum arbitrium motũ tamen per gratiã ſuã: conſequať vitã æternã. Cũ enim coronat merita noſtra, remunerat munera ſua: quia. ſ. ipſe dedit virtutem operandi gratis.

Quid ſit meritum vel merces.

Deusne minieſt debitor abſolute & proprie.

§.I. DE MERITO IGITVR HVMANO, ſciendũ primo ꝙ ſine grã mereri nullo modo hõ põtuit vitã ęternã in innocẽtia conſtitutus. Rõ eſt ſm̃. b. Tho. j. ij. q. cxiiij. ar. ij. qa ex iſtitutiõe diuinę ꝓuidẽtię eſt vt nihil agat vltra virtutẽ ſuã. Sed vita æterna eſt quoddã bonum excedens ꝓportionẽ naturæ createꝫ: & excedit cognitionẽ & deſideriũ eiꝰ. ſm̃ illd'. j. Coꝝ. ij. Oculꝰ nõ vidit nec auris audiuit: nec in cor hoĩs aſcendit q̃ præparauit deꝰ diligentibꝰ ſe. Et inde eſt ꝙ nulla natura creata eſt ſufficiens principium actus meritorij vitæ ęternæ: niſi addať aliqd diuinũ ſupernaturale qd' gratia diciť. Sed ſi in hoĩe addať pctm̃ vt cõtingit in oĩbus natura vitiata in Adã ſaltẽ ꝑ originale nõ põt quis mereri ſeu actũ meritoriũ agere niſi prius excludatur pctm̃ qd' fit per gratiã. Ad hoc p̃t facere quod ait Greg. diſ. xl. q̃libet. Quælibet occulta loca aĩam ſine gratia ſaluare nõ pñt. Nã & Loth in ciuitate inter peſſimos Sodomitas iuſtus fuit: in mõte peccauit. ſ. cũ filiabus. Sed qd iſta dicimꝰ cũ maiora nouerimus: qd iocundius cœlo: qd ſecurius paradiſo. & tñ Adam peccando de paradiſo expulſus eſt. Angelus de cœlo eiectus. Hæc ille. cũ fuit gratia nõ fuit eiectꝰ: ſed poſtea eũ ꝑ pctm̃ amiſit. In gratia aũt cõſtitutꝰ mereť ꝑ opa ſua bona vitã æternã ex cõdigno ex ꝑte gratię. Ex congruo: ex ꝑte liberi arbitrij. Pro cuiꝰ declaratione dicit Tho. j. ij. vbi. s. ar. iij. Opus meritoriũ põt dupl'r cõſiderari. Vno mõ ſcd'm ꝙ ꝓcedit ex libero arbitrio. Alio mõ ſcd'm ꝙ ꝓcedit ex gratia ſpũſſancti. Si ẽ conſidereť ſcd'm ſubſtãtiam operis: vt ſcd'm ꝙ ꝓcedit ex libero arbitrio: ſic nõ põt ibi eſſe cõdignitas ꝓpter maximã inæq̃litatẽ. Et ſcd'm hoc dicebat apl's ad Ro. viij. Nõ ſunt ꝯdignę paſſiões huiꝰ tp̃is ad futurã gl'iam. ſ. quãtũ ad ſubſtãtiã operis: ſed eſt ibi cõgruitas ꝓpter quãdã æqualitatẽ ꝓportiõis. Cõgruũ enĩ videť vt operãti ſcd'm ſuã ꝟtutẽ deꝰ ſcd'm excellẽtiã ſuę ꝟtutis recõpenſet. Si aũt loq̃mur de ope meritorio ſm̃ ꝙ ꝓcedit ex gratia ſpũſſancti: ſic eſt meritoriũ ex cõdigno. Si enĩ valor meriti attẽdiť ſcd'm ꝟtutẽ ſpũſſctĩ mouẽtis nos in vitã ęternã ſcd'm illud Io. iiij. Fiet in eo fons aq̃ ſaliẽtis in vitã æternã. Attẽdiť etiã p̃tiũ opis ſcd'm dignitatẽ gratiæ ꝑ quã hõ cõſors factꝰ diuinę naturæ adoptať ĩ filiũ dei. Cui debeť hęreditas ex ip̃o iure adoptionis. ſcd'm illud Ro. viij. Si filij & hæredes. Vñ gratia ſpũſſctĩ & ſi nõ ſit ſiĺis gl'iæ in actu: eſt tñ ſiĺis in ꝟtute: ſicut & ſemẽ arboris in q̃ eſt virtus ad totã arborẽ. Notãdũ etiã ſcd'm. b. Tho. vbi. s. ar. v. ꝙ nemo põt ſibi mereri p̃mã gratiã: tũ qa oẽ meritũ repugnat gratiæ. j. q. jc.. ij. ait Leo papa. Gratia ſi nõ gratis dať, grã nõ eſt. tũ qa vt dictũ eſt excedit ꝓportionẽ naturæ. tũ etiã qa ãte gratiã in ſtatu pctĩ hõ habet ĩpedimẽtũ ꝓmerẽdi gratiã. ſ. ip̃m pctm̃. Retractauit aũt ante qd' aliqñ dixerat. ſ. fidẽ eẽ ex nobis a deo: & ſic cõſequiť primã gratiã. Vñ nõ põt eſſe meritorius primę gratiæ. Cũ igiť diciť ꝙ ꝑ fidẽ iuſtificať hõ: nõ ſic eſt intelligendũ ꝙ fides mereať iuſtificationẽ. ſ. credẽdo Sed dũ iuſtificatur hõ credit eo ꝙ motus fidei requiriť ad iuſtificationẽ vt dictũ eſt. Et qd' diciť deus dare gratiã non niſi dignis: nõ ita intelligẽdũ eſt ꝙ prius ipſi fuerint digni ſed deus fecit eos dignos.

Nec ſine gratia mereri põt vitã ęternam.

Quo merito hõ ꝑ opera bõa mereť vitã ęternã.

Nemo põt ſibi mereri vitam ęternã.

§.II. SCIENDVM ETIAM SECVNDVM beatũ Tho. vbi. s. ar. vj. ꝙ nullus põt alteri mereri primã gratiã ex cõdigno niſi Chriſtus. Ratio eſt qa vnuſqſq; noſtrũ moueť a deo ꝑ donũ gratię vt ip̃e ad vitã ęternã perueniat. Et iõ meritũ cõdigni vltra iſtã motionẽ nõ ſe extẽdit: ſed aĩa Chriſti mota eſt a deo ꝑ gratiã. non ſolũ vt ip̃e ꝑueniret ad vitã ęternã: ſed etiã vt alios induceret in gl'iam in quãtũ eſt caput & auctor ſalutis. ſcd'm illud Heb. Qui multos filios in gl'iam adduxerat &c. Sed merito congrui põt qs mereri alteri primã gratiã. Quia enĩ hõ in gratia conſtitutꝰ adimplet volũtatẽ dei. congruũ eſt ſcd'm amicitię proportionẽ vt deꝰ impleat volũtatẽ eiꝰ in ſaluatione alteriꝰ. licet poſſit habere qñq; impedimẽtũ ex ꝑte illiꝰ cuiꝰ purificationẽ deſiderat. Et ſic intelligiť illa auctoritas Hiere. xvj. Si ſteterit Moyſes & Samuel coram me non eſt aĩa mea ad ppl'm iſtũ. Erat enĩ impedimentũ ex ꝑte illoꝝ de ppl'o.

Rõ q̃re nullus põt alteri mereri ex cõdigno.

§.III. GRATIA EST PRINCIPIVM meriti principalius ꝑ charitatẽ q̃ꝫ ꝑ alias ꝟtutes. Vñ Chriſtus dixit Io. xiiij. Si quis diligit me diligeť a patre meo: & ego diligã eũ: & manifeſtabo ei meip̃m. qd' ꝑtinet ad vitã ęternã. ſ. manifeſtatio dei. Pro cuiꝰ declaratiõe dicit. b. Tho. vbi. s. ar. iiij. ꝙ humanꝰ actꝰ habet rationẽ merẽdi ex duobus: vt dictũ eſt. Primo & principal'r ex diuina ordinatione ſm̃ ꝙ actꝰ diciť meritoriꝰ eſſe illiꝰ boni: ad qd' hõ diuinitꝰ ordinať. Scd'o ꝟo ex ꝑte liberi arbitrij in quãtũ hõ habet p̃ cęteris creaturis vt ꝑ ſe agat volũtarie agẽs. Et quantũ ad vtrũq; principalitas meriti penes charitatẽ cõſiſtit. Primo enĩ cõſiderãdũ eſt ꝙ vita æterna in dei fruitiõe cõſiſtit. Motus aũt hũanę mẽtis ad fruitionẽ diuini boni eſt ꝓpriꝰ actꝰ charitatis ꝑ quẽ oẽs actꝰ aliaꝝ ꝟtutũ ordinanť in hũc finẽ ſcd'm ꝙ aliæ ꝟtutes imꝑanť a charitate. Et iõ meritũ vitæ æternę prĩo ꝑtinet ad charitatẽ: ad alias aũt ꝟtutes ſcd'ario ſcd'm ꝙ eorũ actus imperanť a charitate. Siĺr manifeſtũ eſt ꝙ id qd' ex amore facimꝰ maxime volũtarie facimus. Vñ etiã ſcd'm ꝙ ad rationẽ meriti requiritur ꝙ ſit voluntariũ principaliter meritũ charitati attribuitur. Sciendũ etiam ꝙ nullus poteſt ſibi mereri reparationẽ poſt lapſum nec merito condigni: nec merito cõgrui. Merito quidẽ cõdigni hoc non poteſt ſibi mereri: qa ratio huiꝰ meriti pendet ex motione diuinæ grẽ: q̃ maxime interrũpiť ꝑ ſequẽs pctm̃. Meritum

Qꝫ hũanꝰ actus habet rationẽ merẽdi ex duobus.



etiã cõgrui quo quis mereť alteri pñiam impeditur ne cõſequať effectũ in eo cui qs mereť. Multo ergo magis impediť talis meriti efficacia ꝓpter impedimẽtũ qd' eſt etiã ĩ eo q mereť & in eo cui mereť. Vtrũq; enĩ hoc in vnã ꝑſonã concurrit. Vñ ſimpl'r hõ poſt lapſum nõ põt ſibi mereri reparationẽ. Vñ Ezech. xviij. dr̃. Si auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua & fecerit iniq̃tatẽ oẽs iuſtitię eiꝰ non recordabunť. Vbi. b. Greg. Cõſiderãdũ nobis eſt: qa in ꝑpetratione malorũ nulla debet eſſe fiducia bonorũ p̃teritoꝝ. de pœni. di. iiij. h̃ nobis. Notãdũ etiã ꝙ hõ põt mereri augmẽtũ grãe & charitatis in merito ꝯdigni. ſm̃. b. Tho. vbi. s. ar. viij. Huiꝰ rõ eſt: qa vt dictũ eſt. Illud cadit ſub merito cõdigni ad qd' motio diuinę gratię ſe extẽdit. Motio autẽ alicuiꝰ mouẽtis nõ ſolũ ſe extẽdit ad vltimũ terminũ motꝰ: ſed etiã ad totũ ꝓgreſſum in motu. Terminus aũt motꝰ gratię eſt vita ęterna. Progreſſus aũt in hoc motu eſt ſm̃ augmentũ charitatis vel gratiæ. ſm̃ illud Prouer. iiij. Iuſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplendens ꝓcedit: & creſcit vſq; ad ꝑfectum diem q eſt glorię. in q̃ verbo. b. Greg. ſuꝑ Ezech̃. Iniuſtoꝝ animo bonũ deſideriũ atq; intellectus lucis intimæ iã pars diei eſt. Sed qa vſq; in finẽ vitæ in ꝟtute ꝓficiunt ad perfectũ diẽ tunc veniunt qñ ad regna cœleſtia ꝑducti in ea luce quã deſiderãt iam minꝰ aliqd nõ habebũt. de pœ. di. ij. nõ reuertebanť. Et ſciendũ ꝙ q̃libet actu meritorio mereť hõ augmẽtũ gratię: ſicut & gratiæ conſummationẽ q̃ eſt vita æterna. Sed ſicut vita ęterna nõ ſtatim reddiť: ſed ſuo tp̃e. ita & gratia nõ ſtatim augetur ꝑ q̃dlibet opꝰ meritoriũ: ſed ſuo tp̃e: cũ. ſ. aliqs ſufficienter diſpoſitus eſt ad augmẽtũ gratiæ. Itẽ nota ꝙ ꝑſeuerãtiã in bono vſq; in finẽ nullus põt mereri. Ratio eſt ſm̃. b. Tho. vbi. s. ar. ix. ꝙ iſta dependet ſolũ ex diuina motione q̃ eſt principiũ oĩs meriti. Sed deus gratis donũ perſeuerantiæ largiť quibuſcũq; largiť. Nec obſtat qa pro ea habenda oramꝰ quaſi poſſimꝰ eã mereri: qa etiã quæ nõ meremur orando impetramꝰ. Nã & pctõres deus exaudit: veniã non merentes quã petunt & accipiunt. Alioqn fruſtra dixiſſet publicanus. Deus ꝓpitius eſto mihi peccatori. Siĺr & perſeuerantię donũ aliquis petendo a deo impetrat ſibi vel alijs q̃uis nõ cadat ſub merito.

Quolibet actu meritorio mereť homo augmẽtũ gratię.

§.IIII. DE BONIS TEMPORALIBVS quõ cadãt ſub merito. ſic declarat. b. Tho. j. ij. q. vlti. ar. vlt. Id qd' cadit ſub merito eſt præmiũ vel merces qd' habet rationẽ alicuiꝰ boni. Bonũ aũt hoĩs eſt duplex. Vnũ ſimpl'r aliud ſm̃ qd. Simpl'r quidẽ bonũ hoĩs eſt vltimꝰ finis ſm̃ illud Pſ. lxxij. Mihi adhærere deo bonũ eſt. Et per ꝯñs oĩa illa cõtra ordinantur vt ducentia ad hũc finẽ. & talia ſimpl'r cadũt ſub merito. Bonũ aũt hoĩs nõ ſimpl'r: ſed ſm̃ qd eſt illud qd' eſt ei bonũ vt nũc: vel qd' ei ſm̃ aliquid eſt bonũ. & hmõi nõ cadũt ſub merito ſimpl'r: ſed ſm̃ qd. Scd'm ergo hoc dicẽdũ eſt ꝙ tꝑalia bona ꝓut ſunt vtilia ad opera virtutũ: qbus perducimur ad vitã æternam. ſm̃ hoc directe cadunt & ſimpl'r ſub merito: ſicut & augmẽtũ gratiæ. & oĩa illa qbus hõ iuuať ad btĩtudinẽ poſt primã gratiã. Tantũ enĩ dat deꝰ iuſtis de bonis tꝑalibus & etiã de malis quantũ eis expedit ad ꝑueniendũ ad vitã ęternã. & intãtũ ſunt ſimpl'r bona hmõi tꝑalia. Vñ diciť in Pſ. xxxiij. de timẽtibus deũ. Nõ deficiẽt oĩ bono. Et alibi. Nõ vidi iuſtũ derelictũ. Si aũt cõſiderẽtur tꝑalia bona ſcd'm ſe: ſic non ſunt ſimpl'r bona hoĩs: ſed ſcd'm quid. Et ita nõ ſimpl'r cadũt ſub merito: ſed ſcd'm quid. ſ. inquantũ hoĩes moueñť a deo ad aliq̃ tꝑaliter agenda: in quibꝰ ſuũ ꝓpoſitũ cõſequuntur deo fauente: vt ſicut vita ęterna eſt ſimpl'r p̃miũ operũ iuſtitiæ ꝑ relationẽ ad motionẽ diuinã vt dictũ eſt. s. ita tẽporalia bona in ſe cõſiderata hñt rationẽ mercedis habito reſpectu ad motionẽ diuinã: qua voluntates hoĩm moueñť ad hæc cõſequẽda. licet interdũ in his hoĩes nõ habeant rectã intẽtionem. Cũ aũt diciť Eccl'ſ. ix. Vniuerſa ęque cunctis eueniũt iuſto & impio bono & malo &c. Hoc verũ eſt quantum ad ſubſtantiã bonoꝝ & maloꝝ tẽporaliũ: ſed non quantũ ad finẽ. Nã ꝑ hmõi boni manuducuntur in beatitudinẽ non autẽ mali. Itẽ ꝙ tꝑalia bona fuerint ꝓmiſſa in veteri lege vt merces iuſtitiæ: vt patet Deuť. xviij. Dicit btũs Aug. ꝙ in illis fuerunt figurę futuroꝝ. ſ. ſpiritualium bonorũ quæ implentur in nobis.

Vtrum bona tẽporalia cadant ſub merito.

Quõ tẽporalia cadunt ſub merito.

Qꝫ ĩ veteri lege tꝑalia bõa fuerint ꝓmiſſa

## TITVLVS. X. DE DONIS SPIRITVSSANCTI.

¶De ſeptem donis eiuſdem in cõi. Cap. I.

ASCENDISTI IN ALTVM: CEpiſti captiuitatẽ: dediſti dona hoĩbus. Pſ. lxvij. Noſtra tñ trãſlatio habet. Accępiſti dona in hominibus. Qd' põt exponi dupl'r. Accæpiſti tu chriſte de quo ꝓprie loquitur in hoĩbus. i. inter hoĩes cõſtitutus. accæpiſti. ſ. a deo dona ſpũſſctĩ. Vel dona quæ a te infuſa in apl'is intẽſorũ deſideriorũ accæpiſti. accæpiſti ex qbus miſiſti dona ſpũſſancti copioſiſſime. Sed ſequẽdo primã literã quam inducit apl's ad Epħ. iiij. Aſcendit Chriſtus in altũ. abſolute: quia in ſupremũ locũ cœli empyrei: quo nil altius. Vel in altũ crucis cœpit captiuitatẽ. i. multitudinẽ ſctõrũ quã diabolꝰ tenebat in limbo carceris obſcuri captiuã ꝓpter debitũ originalis nõdum ſolutum. Et per crucem quidẽ de manibꝰ eius liberando. In aſcenſiõe autẽ cœpit. ſ. ſecũ ducendo in cœlũ: & in poſſeſſionẽ cœli mittẽdo ſeu ponendo. Poſt qd' dedit dona hoĩbus. i. apoſtolis dona ſpũſſancti. Vñ btũs Aug. dicit. Quæ donať vtiq; ſpiritumſanctum: qui tale donũ eſt: qualis eſt ipſe. Vere magnꝰ dñs & magna mĩa eius qui donũ dat ęquale ſibi. Donũ enĩ eius ſpũſſctũs eſt a quo dono increato ꝓcedũt in plurali ſeptem dona data hoĩbus. De quibꝰ Eſa. xj. Regeſcet ſuꝑ eũ. ſ. Chriſtũ hominẽ: & etiã ſuꝑ q̃dlibet mẽbrũ chriſti myſtici. ſpũs dñi. i. gratia ſpũſſctĩ a qua fluũt dona ſiue virtutes infuſæ. Spũs ſapiẽtię & intellectus: ſpũs cõſilij & fortitudinis: ſpũs ſciẽtiæ & pietatis. Et replebit eũ ſpũs timoris dñi. Quãuis aũt iſta dona ſpũſſctĩ fuerint in oĩbus electis dei q fuerunt in veteri teſtamento: tñ copioſius & vniuerſalius fuerũt data in nouo poſt Chriſti aſcenſionẽ apl'is: & ipſis p̃dicãtibꝰ ꝑ orbẽ alijs innumeris. Vbi etiã notãdũ ꝙ gratia iſta ſeptiformis. i. ſeptem donoꝝ amittiť ꝑ q̃dlibet mortale pctm̃. Et ideo ſtatutũ fuit antiqtus vt ꝓ quolibet mortali imponereť pñia ſeptẽnis. vt patet. xxij. q. j. p̃dicandũ vt. ſ. ſicut ꝑ pctm̃ abiecit a ſe ſeptiformẽ gratiã ſpũſſctĩ: ita per ſeptẽnẽ pñiam ſatiſfaciat & recuperet eã. In cuius figurã habetur ꝙ Maria ſuꝑbiẽs & murmurãs ꝯ Moyſen: infecta lepra ſtetit ſeptẽ diebus extra caſtra: & poſtea ſanata. Nume. xij. Et hoc poniť. xxxiij. q. ij. hoc ipſum. §. ſeq. in glo.

Enumeratio. vij. donorum ſpũſſctĩ

Quare antiqꝰ ĩponebatur pñia ſeptẽnis.

§.I. FVERVNT AVTEM ET SVNT FIgurata iſta ſeptẽ dona multipl'r in veteri & nouo teſtamẽto. Dona enĩ ipſa ꝑut lętificãt ciuitatẽ eccl'iæ militantis vel aĩam rationalẽ adaptãtur ſeptẽ ſeptenarijs. Prĩo qdẽ in ſeptẽ diebus qbus formatus eſt mundus. Sic mundus minor formať vt ſit ꝑfectus per iſtũ ſeptenariũ. Prima enĩ die facta eſt lux: ſignificãs donũ timoris: per quẽ incipit deũ efficaciter cognoſcere: qa initiũ ſapiẽtiæ timor dñi. Secũda die fit firmamentũ diſtinguẽs aquas ab aqs. i. firmitas ſctẽ conuerſationis. ꝑ donũ ſciẽtię diſcernẽs falſas doctrinas & ſuaſiones & exẽpla ad malũ: vt inferiores ab aquis ſuperioribus veræ doctrinæ ſuaſionis & exẽploꝝ. Tertia die arida ſegregata ab aqs: germinat virentẽ herbã: flores & fructus: qa ſegregatꝰ homo ab aqs falſarũ opinionũ de idolis & ſuperſtitionibus: ꝑ pietatẽ colit verũ deũ ꝓducẽs flores ſctõrũ deſiderioꝝ: herbas ſalutarijũ verboꝝ: & fructus operum mĩæ & pietatis in ꝓximos ſubueniẽdo eis. Quarta die fiũt luminaria magna: ſol & luna & ſtellę: ꝑ donũ videlicet cõſilij quo illuminať ratio ſuꝑior circa diuina: vt ſol. Ratio inferior: vt luna circa tꝑalia: & oẽs ſenſus & motꝰ paſſionũ vt ſtellæ. Quinta die formanť piſces in aqs: & aues q̃ ſuſtẽtant in aere: ꝑ donũ fortitudinis in aqs tribulationũ viuũt boni affectus & in tentaionibus dæmonũ in aere volitant cogitatus ad deũ reſiſtendo. Sexta die formanť beſtiæ cum hoĩe cũ dñetur eis. Et ꝑ donũ intellectꝰ homo q eſt intellectiuũ aĩal hñs ſenſitiuã beſtialẽ dñatur paſſionibus: intelligens cõditionẽ ſuã: & ſcripturas hoc docentes. Demũ ſeptimo die requieuit deus & bñdixit die illi. Per ſpũ enĩ ſapiẽtię requieſcit mens in deo guſtãs diuinã ſuauitatẽ & bñdictionẽ ęternã. Sicq; cõpleuit deus die ſeptimo ſeptiformi. ſ. gratia & dono ſpũſſancti opꝰ ſuũ quod patrarat. Geñ. j. hominem perfectione vltima.

Septem dõa ſpiritusſancti figurata ĩ veteri & nouo teſtamento.

§.II. SIGNIFICANTVR ET IPSA DOna per ſeptẽ lucernas q̃ in tẽplo dñi ardebãt. Ipſa illuminãt mentem ad oĩa: pręcipue ad petitiones formandas in tẽplo vbi fiunt orões. vñ dicit apl's Ro. viij. Ipſe ſpũs poſtulat ſeptẽ lu-

Septem dona ꝑ

cernas ĩ tēplo ardētes figurant.

pro nobis.i.poſtulare nos facit.Nā ꝑ donū ſapientię q̄ guſtat diuina bonitas:facit nos petere vt ſanctificet nomen eius.i.vt ab oībꝰ habeat ſctm̄ vt cognoſcat tanta bonitas diuina.Donū intellectꝰ q̄ intelliguntur angelici ſpūs &bona ſupni regis.facit nos poſtulare vt adueniat regnū illud in nobis.i.nos eamus ad illud.Donū cōſilij inducit nos ad flagitandū vt fiat volūtas dei. non ſolū in mandatis eius adimpleat:ſed etiā in cōſilijs.Donū pietatis vrget ad rogādū ꝓ pane grę & ſubſtantiæ tpalis neceſſariæ di.Panē nr̄m quotidianū.Donū ſciæ qꝺ facit cognoſcere pctā ꝓpria & defectus alioꝝ ſupplicat ꝓ remiſſiōe eoꝝ ingens. Dimitte nobis debi.&c.Sed donū fortitudinis:qa intelligit ſine dei adiutorio nō poſſe reſiſti tētatiōibꝰ di.Et ne nos indu. Nō petit vt nō tentet:ſed ne vincat:ſed fortiter reſiſtat. Demū qa p timorē dn̄i oīs declinat a malo:vt dr̄ Eccl'i.j. Iō timor dn̄i ſctūs ꝯcludit.Sed liba nos a malo.mediāte ſctō timore.

## §.III.DESIGNANTVR ET ISTA SE

Septem dōa ſpiritusſancti p ſeptem filios Iob deſignātur.

ptem dona per ſeptē filios Iob ſm Greg.in.j.&.ij. moral'.q faciebant cōuiuia ſinguli p ſingulos dies hebdomadæ:qlibet in die ſua cū ſororibꝰ eoꝝ tribꝰ:& in domo q̄drangulari.Paſcūt em̄ mētē quā inhabitāt ſpūali refectiōe.Et hoc ſimul cū tribꝰ ſororibꝰ.i.tribꝰ virtutibꝰ theologicis:fide ſpe & charitate:& ædificio ſpūali q̄drāgulari formato in quatuor virtutibus cardinalibꝰ.prudētia:iuſtitia:fortitudine:& tēperantia. Vnuſqſq; facit cōuiuiū ſuū : qa vnūq̄dq; donū ex ſuo effectu reficit mō ſpāli mentē vbi eſt. Et dicit ſic. Sapientia mētē de ęternoꝝ ſpe & certitudine reficit.Intellectus in eo ꝙ audita penetrat reficiendo cor:tenebras eiꝰ illuſtrat.Conſiliū p̄cipitē eſſe ꝓhibet:& rōne animū replet. Fortitudo aduerſa nō metuit:& cōfidentiæ cibos apponit. Scīa in eo ꝙ ignorantię nebulas ſuperat:cibos in vētre mētis reponit.Pietas cordis mię viſcera opibus replet.Timor vero in eo ꝙ premit mētē ne de præſentibus ſuperbiat p cibos ſpei mētē confortat.hæc.b.Greg.in.j.moral'.Et ſubdit oſtendens quō vnū iuuat p aliud : & ſic ſeinuicē reficiunt. Quō etiā faciunt hoīem bene diſpoſitū cōtra contraria vitia: vt ſapiētia deſtruat ſtultitiā:intellectꝰ hebetudinē: ſciētia ignorantiā:pietas duritiā:cōſiliū præcipitationē:fortitudo malū timorē: & timor p̄ſumptionem.

## §.IIII.HEC DONA SVNT SEPTEM

Septem dōa ſpiritusſancti ꝯtra ſeptem ſpiritus nequā.i.pctā.

ſpūs miſſi in oēm terrā cōtra ſeptē ſpūs nequā . de qbus dr̄ Mat.xij.Vadit.ſ.ſpūs immundꝰ & aſſumit ſeptē ſpūs nequiores ſe:& ingreſſi habitāt ibi.Donū em̄ timoris expellit ſuperbiā:qa timor facit hoīem humiliari ei quē timet.Donū pietatis expellit ſpm̄ inuidię quæ crudelis eſt: & nō pōt pati alios bona hr̄e:ſed potiꝰ appetit ſui malū cū priori malo ꝓximi.Spūs ſciētię repellit ſpiritū irę:q̄ impedit animū ne poſſit cernere verū:ad qꝺ ſcia attendit.Spiritꝰ cōſilij fugat ſpm̄ auaritię:q̄ nec cōſilia nec mandata dei ſinit implere:q iubet vel cōſulit pauperibꝰ indigentibus ſubueniri:ſed ſibijpſi cōgregat totū. Spūs fortitudinis eliminat ſpm̄ triſtē accidiæ:q̄ propter tædiū laboris ſubterfugit viriliter bona operari in firmitate victus ſenſualitatis.Spūs intellectꝰ remouet ſpm̄ gulæ q̄ mentē obfuſcat:vt nil ſpūale valeat intelligere fumoſitatibꝰ repleto cerebro.Tandē ſpūs ſapiētię obruit ſpm̄ luxuriæ:q̄ figēs ſe in cadaueribus fetidis vt ibi paſcatur ad arcā eccleſiæ neſcit reuerti vt colūba : vbi ſunt cibaria optima & ſuauiſſima.Et guſtata ſuauitate ſpūs qꝺ fit per ſapientiā:deſipit oīs caro.ait Bern̄:id eſt omnis delectatio carnalis.

## §.V.HEC SEPTEM DONA SVNT SE

Septem dōa ſpiritusſancti ſignata per ſeptē columnas & per ſeptē verba quæ chriſtꝰ dixit in cruce.

ptem colūnę.de qbus dr̄ Prouerb.ix. Sapientia ædificauit ſibi domū:excidit colūnas ſeptē.i.ſeptē dona ſpūſancti q̄ ab ipō ꝓcedūt ad firmādā domū cōſciētię quā ędificauit diuina ſapīa ad habitādū ibi.& correſpōdēt ſeptē verbis quę ipſa ſapiētia incarnata dixit in cruce docēs hoīem ad bn̄ viuendū.Nā verbū primū.ſ.pater dimitte illis:correſpondet dono cōſilij q̄ ſuggerit hoī nō ſolū non facere vindictā de inimicis:ſed bn̄facere & orare ꝓ eis. Scd'm verbū.ſ. hodie mecū eris in paradiſo.Lu.xxiij.correſpondet dono ſapīę q̄ guſtantur bona paradiſi. Tertiū verbū.ſ.mulier ecce filius tuus. Ioā.xix.ad pietatē ꝑtinet:q̄ præcipue parentibus ꝓuidet.Quartū verbū.ſ.deꝰ meꝰ deꝰ meus vt qd dereliqſti me. Mat.xxvij.ad donū fortitudinis reſpicit:q̄ & ſi multū quis affligitur:non tn̄ deſcendit de cruce afflictionis: ſed ad deū recurrit petens ne derelinquat.Quintū verbū:ſitio.Io.xix. correſpondet dono ſciæ quo qs ſitit ſcire q̄ ſui expediūt ſaluti.Sextū conſummatū eſt.Ioā.xix.donū intellectus inuocat quo intelliguntur q̄ in ſcripturis figurata erant de filio hoīs eſſe cōſummata.i.impleta.Vltimū aūt verbum.Pater in manus tuas cōmendo ſpm̄ meum. Luc.xxiij. dono congruit timoris:quo vt bonus filius totum ſe ſubijcit & committit deo.His verbis & donis quaſi ſeptē columnis ſuſtentatur anima ne corruat.

## §.VI.HEC DONA SVNT SEPTEM

Septem dōa ſpirituſſancti ſignata per ſeptē mulieres.

mulieres in figurā.de qbus dicit Eſa.iiij. Apprehēdēt ſeptē mulieres virū vnū:dicentes.Panē noſtrū comedemꝰ & veſtimētis nr̄is operiemur:tantū inuocet nomē tuū ſup nos. Mulieres dicunt dona nō ꝓpter ſexū:ſed ꝓpter fœcunditatē bonoꝝ operū q̄ ꝓducūt.Iſtæ apprehendent virū vnū.i. Chriſtū ſm be.Hiero.ꝑfectū in omi ſctitate in quo pleniſſime quieuerūt.Iſta dona cū ſint habitꝰ qdam cooperiunt & ornant aīam ac etiā hn̄t ſecū panē refectionis.Vn̄ & ipā dona figurant etiā per ſeptē panes qbꝰ Chriſtꝰ pauit turbas. Mat.xv.Qui ſunt ſeptē btitudines ꝑtinentes ad doctrinam noui teſtamenti.quas Chriſtꝰ docuit diſcipulos in monte. Sicut quinq; panes hordeacei qbus altera vice pauit Chriſtus quinq; milia hoim in monte.Ioan.vj.ſignificant doctrinam veteris teſtamēti qnq;.ſ.librorū Moyſi:quā Chriſtus frangēs & ſpūalr̄ exponēs fideles paſcit.

Per ſeptē panes hordeaceos

Per donū em̄ timoris habet primꝰ panis.ſ.paupertas ſpūs: qa p timorem humiliat qs & ſubijcit ſe deo timendo iudicia eiꝰ.Per pietatē habet ſcd's panis.ſ.mititatis.i.manſuetudinis : qa p pietatē quā dicit Iob eſſe cultū dei:hō miteſcit & fit manſuetꝰ ad audiendū verbū dei:acqeſcens ſcripturis in his q̄ ſunt ſupra rōnē.Per ſciam habet tertius panis.ſ.beatitudo luctus. Qui em̄ addit ſciam:addit & dolorē.Eccl's.j. qa ſciens pctā ſua & pericula mūdi:& miſerias hoim nō pōt non lugere. Per donū fortitudinis habet q̄rtus panis.ſ.eſuries& ſitis iuſtitiæ.i.bonoꝝ operū.Nam fortis ꝓpter deſideriū qꝺ habet ad virtuoſa opa(& h̄ eſt eſuries & ſitis)maiora.ſ. & minora opa ardua exponit ſe ad oēm laborē & viriliter ſuſtinet. Per donū cōſilij habet quintus panis.ſ.miæ. Hoc em̄ cōſulit intꝰ ſpūſſctūs:vt miam exhibeat ꝓximo ſpūalem& corporalē:etiā vbi ex p̄cępto nō teneret vt miam ipē exinde cōſequatur.Per donū intellectꝰ habetur ſextus panis.ſ. munditiæ cordis.Nā vt ait ſaluator.Vos mundi eſtis propter ſermonē quē locutꝰ ſum vobis.Io.xiij.Scriptura em̄ ſacra lecta & intellecta mūdificat cor.Per donū ſapię hr̄ ſeptimus panis.ſ.pacis.Bti pacifici:qm̄ filij dei vocabūtur. Nā per ſapiam guſtat ipſe Chriſtus q eſt pax nr̄a:& inde cū oībus q̄rit pacem:& in oībus requiē inuenit.

## §.VII.HEC SVNT SEPTEM OCVLI

Figurātur etiā ꝑ ſeptē oculos.

ſup lapidē vnū.i.chriſtū & quēlibet virū cōſtātē q hn̄t nos illuminare & dirigere ī ſacris & p ſeptē ſacra eccl'ię.Quāuis em̄ grā ſeptiformis recipiat p q̄dlibet ſacrm̄ vel augeat tn̄ q̄dlibet donū pōt adaptari vni ſacro.Per baptiſmū em̄ hō credēdo incipit timere deū offendere & eū reuereri.Per confirmationē roborat in dono fortitudinis ad cōfitendū publice ſine erubeſcentia fidē Chriſti cū expedit.Per euchariſtiam q̄ dicit ſacrm̄ pietatis:donū pietatis exercet pie credendo & colēdo deū ſuū in ea.

Q ad pœnitēdū regrat donum ſciæ.

Ad vere pœnitēdū exigit donū ſciæ vt ſciat cognoſcere & dicere pctā ſua cōfiteri: & a qbꝰ oporteat cauere.In ordine ſacro exercet donū ꝯſilij dū ipm habētes ſeruāt cōſiliū caſtitatis: & alijs.ſ.pplo hn̄t cōſulere de his q̄ expediunt ſaluti aīarū ſuarū.Donū intellectus docet q̄ vtunt ſacramēto matrimonij quātā rē ſpūalē ſignificet:vt nō vtant eo:ſicut equus & mulus qbꝰ nō eſt intellectus:ſed ad prolē ſuſcipiendā vel fornicationē vitandā in ſe vel cōſorte.Per ſacrm̄ extremę vnctionis p̄parat aīa magis ac magis ad fontem ſapīæ:vt relicto affectu pn̄tis vitę: queadmodū ceruꝰ deſiderat ad fontes aq̄rū æternæ ſapīæ.

¶De diſtinctionibꝰ donoꝝ ſpūſancti a virtutibus infuſis: & de neceſſitate eoꝝ & cōnexione. Cap.II.

DONA SPIRITVSSANCTI SVNT diſtincta realiter a virtutibꝰ infuſis: & neceſſaria ſunt oīa ad ſalutē:& ſunt quidā habitus animæ. Cōnexa ſunt adinuicē:ita ꝙ vnū non pōt haberi ſine alio.

Septem



Septem ſunt & nō plura nec pauciora.Dignitas eorū attēdit ſm enumerationē:incipiendo tn̄ a ſupioribꝰ.ſ. a ſapīa. In patria remanent in beatis.Et cōparando ea virtutibꝰ nobiliora & ꝑfectiora ſunt cardinalibus:ſed inferiora theologicis virtutibus.Hæc oīa ſcd'm btm̄ Tho.j.ij.q.lxviij.

## §.I.QVANTVM AD PRIMVM PO

De varijs opiniōibꝰ ſuper diſtictiōe donorū a ꝟtutibus infuſis.

in potẽtia:ſed eſt actus puriſſimus.Nõ põt igit̃ velle ſe ha
bere qd' nõ habet.Quicqd igit̃ vult habet.nec aliqd male
vult.Eſt igit̃ btũs ſm̃ ꝙ btũs dr̃ a qbuſdã q̃ habet quicqd
vult:& nihil male vult.Eſt aũt btitudo de ipſa ſua eſſẽtia
ſm̃ bea.Tho.vbi.s̃.c.cj.Quod ſic probat.Beatitudo eius
eſt intellectualis operatio eius.Sed ipſum dei intelligere
eſt ſua eſſentia:igit̃ ſua beatitudo eſt ſua eſſentia:qd' nulli
cõuenit creaturæ.Nam neq̃ angeli neq̃ aĩæ humanę ĩtel
ligere eius eſt eius eſſentia:nec velle eorũ eſt eoꝝ eſſentia.
Et ideo beatitudo eorũ non eſt eorũ eſſentia:ſed eis adue=
nit poſt eẽntiã.Probatur idem ſic.Vnuſquiſq̃ ordinat' in
btitudinẽ ſuã quicquid vult.Ipſa em̃ eſt quæ ꝓpter aliud
nõ deſiderat̃:& ad quẽ terminat̃ motus deſiderij vnũ pro=
pter aliud deſiderantis ne ſit infinitus.Cũ igitur deus oĩa
alia velit propter ſuam bonitatẽ quæ eſt ſua eſſentia:opor
tet ꝙ ipſe ſicut eſt ſua eſſentia & ſua bonitas:ita etiã ſit ſua
btitudo.Ad idẽ.Impoſſibile eſt eſſe duo ſumma bona.Si
em̃ in nullo differrent:nõ duo ſed vnum eſſent.Si ĩ aliquo
tunc hoc eſſet ex eo ꝙ vni deeſſet aliquid qd' alter haberet
& ſic neutrũ ſummũ & ꝑfectũ eſſet.Sed de⁹ eſt ſummũ bo
nũ:& beatitudo eſt ſummũ ex hoc ꝙ eſt vltimus finis: er=
go de⁹ & beatitudo ſunt idẽ.& ſic de⁹ eſt ſua beatitudo.Ex
quo ſequit̃ ꝙ beatitudo dei ſit ꝑfectiſſima.Qd' multipli=
citer idẽ.b.Tho.ꝓbat vbi.s̃.ca.fi.Prĩo ſic.Qd' eſt ꝑ eẽntiã
potius eſt eo qd' eſt ꝑ participationẽ.ſicut natura ignis ꝑ=
fectius inuenit̃ in ipſo igne q̃ in reb⁹ ignitis.Deus autẽ ꝑ
eſſentiã ſuam eſt beat⁹:qd' nulli alij ↄpetere põt.Nihil em̃
aliud pręter ipm̃ eſt ſummũ bonum:vt ex prędictis patere
põt.Et oportet ꝙ qcũq̃ ali⁹ ab ipſo btũs eſt participatiõe
dicat̃ beatus.Diuina igit̃ beatitudo oẽm aliã beatitudinẽ
excedit.Secũdo ſic.beatitudo imꝑfecta in intellect⁹ opatio
ne cõſiſtit:vt oſtenſum eſt.Nulla aũt alia ĩtellectualis ope
ratio eius operationi ↄparari põt.Qd' patet nõ ſolũ ex eo
ꝙ eſt operatio ſubſiſtens:ſed qa vna eius opatione deus ſe
ipm̃ ꝑfecte intelligit ſicut eſt & oĩa alia quę ſunt & quę nõ
ſunt bona & mala.In alijs autẽ intelligentibus intelligere
ipſum non eſt ſubſiſtens:ſed actus ſubſiſtentis.Nec ipſum
deũ q̃ eſt ſummũ intelligibile aliqs ita ꝑfecte põt intellige
re ſicut ꝑfecte eſt:cũ nulli⁹ eẽ ꝑfectũ ſit ſicut diuinũ eẽ:nec
alicuius operatio poſſit eſſe ꝑfectior q̃ ſua ſubſtãtia.Nec
eſt aliquis alius intellectus qui etiã oĩa quæ de⁹ facere po=
teſt cognoſcat:qa ſic diuinã naturã a'ls potentiã cõpræhẽ=
deret.Illa etiã quæ intellect⁹ alius cognoſcit:non oĩa vna
& eadem operatione cognoſcit.Incõparabiliter igitur de⁹
ſuꝑ oĩa eſt beat⁹.Tertio beatitudo q̃ eſt in deo incompara
biliter excedit oẽm beatitudinẽ ſeu fœlicitatẽ hui⁹ vitę ꝑ=
ſentis ſi qua eſt.Nam pħi poſuerũt fœlicitatem hui⁹ vitæ
in cõtẽplatione ſeu cognitione ſubſtãtiarũ ſeparataꝝ præ
cipue diuinæ:quæ tñ cõtẽplatio imperfecta eſt.Fatigatio=
nes em̃ & occupationes q̃bus neceſſe eſt contemplationem
noſtram in hac vita interpolari.errores.dubitationes:ca=
ſus varij oſtendunt hanc fœlicitatẽ eſſe imperfectã:q̃ oĩa
oĩno remota ſunt a diuina beatitudine.Oſtenditur etiam
ꝑfectio diuinę beatitudinis ex hoc ꝙ oẽs btitudines cõpræ
hendit perfectiſſimo mõ.De cõtẽplatiua em̃ fœlicitate ha
bet ꝑfectiſſimã ſui & aliorũ ↄſiderationẽ ꝑpetuã.Virtutes

opatio ꝑfecta.

Quis ſit beatus.

ꝙ btitudo dei ſit perfectiſſima probatur.

ꝙ etiā deo ꝯueniunt ꝟtutes cōtēplatiuæ. Sapīa dr̄ poſſeſſio diuina nō hūana.

quocꝫ cōtēplatiuæ ꝯueniūt deo ꝑmaxime. Nā cū ſapīa cōſiſtat ī cognitiōe altiſſimarū cauſarꝫ ſm pħm ī principio Metaphyſicæ. Ipſe aūt deꝰ ſeipm̄ cognoſcit: nec aliqd cognoſcit niſi cognoſcendo ſeipm̄ vt oſtenſum eſt: qa ipē eſt omniū cā prima. Manifeſtū eſt ꝙ ſapiētia ſibi maxime debet aſcribi. vñ dr̄ Iob. xix. Sapiēs corde eſt. Pħs etiā dicit in prin. Meta. ꝙ ſapiētia eſt diuina poſſeſſio non humana. Quo aūt ad ſciam ſic ꝓbaſ. Sciētia ē rei cognitio ꝑ ꝓpriā cauſam. Ipſe aūt deus oīm cauſarū & effectuū ordinem cognoſcit: & hoc ꝑ ſingulorū ꝓprias cauſas nouit: ex quo ſequiſ ꝙ in ipſo ꝓprie eſt ſcīa: nō tñ q̄ ſit per rōcinationem cauſata, ſicut ſciētia nr̄a ex demōſtratione cauſaſ: vñ. j. Re. ij. Deꝰ ſciētiarū dñs eſt. Silr̄ patet de intellectu. Nā ſi immaterialis cognitio aliquarū rerū abſcꝫ diſcurſu intellectus eſt: vt ꝙ omne totū eſt maius ſua parte & hm̄ōi. Deꝰ autē de oībꝰ hm̄ōi cognitionē habet: qa. ſ. ſine diſcurſu: ſequiſ ꝙ ī eo ſit intellectꝰ. vñ Iob. xij. Ipſe habet cōſiliū & ītelligētiā. Hę etiā ꝟtutes in deo ſunt extra res exēplares noſtrarū ſicut ꝑfectū impꝑfecti. De fœlicitate ꝟo actiua nō vitę vniꝰ hoīs aut vnius domus aut vnius ciuitatis aut regni: ſed totius vniuerſi gubernationē habet. Sciendū etiā ꝙ virtutes

ꝙ etiā ꝟtutes q̄ ad vitā actiuā ꝑtinēt ſūt ī deo & quō.

in deo ſunt q̄ ꝑtinent ad vitā actiuā: nō tñ ꝓprie loquēdo q̄ ſunt circa paſſiones: ſed q̄ ſunt circa actiones. Ita tamen ꝙ virtutes non ſunt in eo habitus ſicut in nobis: ſed ſunt ipā eſſentia eius. Et ꝙ ſint virtutes in eo ex hoc ꝓbatur. Sicut em̄ eſſe eius eſt vniuerſaliter ꝑfectū oīm entiū ꝑfectiōes in ſe quodāmō comprehēdēs: ita & bonitas eiꝰ oportet ꝙ oīm bonitatē in ſe quodāmō cōpræhendat: virtus autē eſt quædā bonitas virtuoſi. Nā ſm eā dr̄ quis bonus: & opus eiꝰ bonū. Oportet ergo bonitatē diuinā oēs ꝟtutes ſuo mō continere: vnde nulla earū ſm habitū in deo dicitur ſicut ī nobis. Deo em̄ nō cōuenit bonū eſſe ꝑ aliqd aliud ſupadditū ei: ſed per eſſentiā ſuā cū ſit oīno ſimplex. Nec etiā ꝑ aliqd eſſentię ſuæ additū agit cū actio ſua ſit ſuū eſſe. Non igitur virtus in eo eſt aliqs habitus ſed eſſentia eius. Præterea habitus eſt de genere accidētis: in deo autem nullum eſt accidens. igitur virtus in eo nō eſt habitus. Virtutū aūt quæ circa vitā actiuā ſunt: quędā ſunt circa paſſiones: quędam circa actiones. Circa paſſiones ſunt fortitudo & tēperantia. Et quia paſſiones q̄ habent moderari ꝑ eas ſunt in parte ſenſitiua: ī deo aūt nō eſt pars ſenſitiua: ſed ſolū intellectiua: ideo tales virtutes nō ſunt ī deo ſm ꝓprias rōnes. Et qa quædā harū ſunt ſm inclinationem appetitus in aliquod corporale bonū delectabile ſm ſenſum: vt cibi: potꝰ venerea. contra quorū cōcupiſcentias ſunt ſobrietas: caſtitas: tēperantia & hm̄ōi. Ideo cum corporales delectationes a deo ſunt remotæ: p̄dictę ꝟtutes nec ꝓpriæ nec metaphoricæ de deo dicunſ in ſcripturis. Aliæ ꝟo q̄ ſunt paſſiones ſm inclinationem appetitꝰ in aliqd bonū ſpūale: ſicut eſt honor: dominium: victoria: vindicta & hm̄ōi: q̄ ſunt circa timores & audacias & huiuſmodi vt fortitudo: magnanimitas: manſuetudo: patientia & hm̄ōi: q̄uis in deo proprie non ſint eo ꝙ ſunt circa paſſiones quę in deo nō ſunt: tamen metaphoricæ in ſcripturis dicuntur de deo per ſimilitudinem effectus. vt. j. Regum. ij. Non eſt fortis ſicut deꝰ noſter. Et Sophoniæ ſecundo. Quærite manſuetum. Sed illæ virtutes quæ ſunt circa actiōes, vt magnificētia: veritas: iuſtitia: liberalitas: prudentia: & intellectꝰ & hm̄ōi. Hæ diuinæ ꝑfectioni nō repugnant. Hm̄ōi em̄ virtutes ſunt quędam perfectiones volūtatis & intellectus: q̄ ſunt principia operationum abſcꝫ paſſione. In deo aūt eſt volūtas & intellectus nulla carēs ꝑfectione. igiſ hæ deo deeſſe nō poſſunt.

ꝙ ī deo eſt prudentia.

Et quantum ad prudentiā cū cognitio ordinās voluntatē ad agendū prudētia ſit: qa ſm pħm. vj. Ethi. Prudentia eſt recta rō agibiliū. Diuina autem voluntas determinaſ ad vnū in his quæ ſunt alia ab ipſo ꝑ cognitionē ſuā: ergo ī ipō eſt prudētia: vnde diciſ Iob. xxvj. Apud ipm̄ eſt prudētia & fortitudo.

Iuſtitia quō.

Quantum ad iuſtitiā ſic ꝓbaſ. Ex hoc ꝙ deus aliquid vult: & illa quæ requirunſ ad ipm̄. Qd autē ad ꝑfectionē alicuiꝰ requiriſ eſt debitū vnicuicꝫ. Ad iuſtitiam aūt ꝑtinet vnicuicꝫ qd eſt ſuū diſtribuere. igiſ in deo eſt iuſtitia. vnde in Pſ. x. Iuſtꝰ dñs & iuſtitias dilexit.

Liberalitas q̄modo.

Quātum ad liberalitatē ſic patet. Deus non vult cōicare alicui ſuam bonitatem vt aliquid inde ſibi accreſcat. Sed qa ipm̄ cōicare eſt ſibi conueniēs vt fonti bonitatis. Dare autē nō ꝓpter aliqd cōmodū ex datione expectatū: ſed pp ipſam bonitatē & cōuenientiā dationis eſt actus liberalitatis: vt patet ꝑ philoſophū. iiij. Ethi. Deꝰ igiſ maxīe eſt liberalis: vñ & Auicē. dicit. Ipē deꝰ ꝓprie liberalis dici pōt. Nā omē aliud agens præter ipm̄ ex ipſa ſua actione aliqd bonum acqrit. qd eſt finis intētꝰ. Eiꝰ liberalitatē oñdit Pſ. cxlviij. dicens. Aperis tu manū tuā &c.

veritas

Quantū ad veritatē oſtenditur ſic. Oīa q̄ a deo eſſe accipiūt: neceſſe eſt vt ipſiꝰ ſilitudinē gerāt: inquantū ſunt & inquātū bona ſunt: & ꝓprias rōnes in diuino intellectu habent: hoc aūt ad veritatē ꝑtinet ſm philoſophū. iiij. Ethi. vt. ſ. ī factis & ī dictis aliqs talē ſe exhibeat qualis eſt. Eſt igiſ ī deo ꝟitas. Ro. iij. Eſt autē deus verax.

ꝙ ī deo eſt ars ꝓprie & q̄mō.

Quātū ad virtutē artis patet. Oīm em̄ eorū q̄ a deo prodeūt in eſſe rō ꝓpria in intellectu diuino eſt. Rō aūt rei faciēdæ ī mēte faciētis ars eſt. Dicit aūt philoſophꝰ vj. Ethi. ꝙ ars eſt recta rō rerū a nobis factibiliū. Eſt igiſ ꝓprie ars in deo. vñ dr̄ Sapien. vij. Oīm artifex docuit me ſapiētiam. Quæ tñ ars in mente diuina nō eſt accidens vt ī mente artificis hoīs: ſed ipſa eſſentia ſua.

ꝙ ī deo ſit amor & gaudium.

Sunt autē in deo ꝑfectiſſime amor & gaudiū ſeu delectatio: nō ꝓut ſūt paſſiones appetitus ſenſitiui. Nullæ em̄ tales paſſiones ꝓprie ſunt in deo cū ſenſitiua nō ſit in eo: qa affixa organo corporeo: deꝰ aūt corpꝰ nō habet. Et ſi ī ſcriptura de deo aliqñ dicaſ: vt ꝙ ſit iratꝰ pœnitēs & hm̄ōi: ꝑ ſilitudinē effectꝰ dicuntur. Sed ſunt amor & gaudiū ꝓut ſunt ſm actū voluntatis. Hiere. xxxj. In charitate ꝑpetua dilexi te. Philoſophꝰ dicit ꝙ deꝰ ſemꝑ gaudet vnica & ſimplici delectatiōe. Quidā etiā philoſophi poſuerūt rerꝫ pricipiū dei amorē: cui cōſonat ꝟbū Dionyſij dicētis. Diuinꝰ amor nō ꝑmiſit eū ſine germine eſſe. Falſa aūt fœlicitas terrena non habet niſi quādā vmbrā illiꝰ ꝑfectiſſimæ fœlicitatis: vt dicit idē eo. c.

ꝙ ī deo eſt delectatio excellētiſſima & vlē gaudiū

Cōſiſtit em̄ ī quicꝫ ſm Boe. de philoſophica ꝯſolatiōe. ſ. ī diuitijs: ī voluptate: in ꝑtāte: fama & dignitate. Habet autē deus excellentiſſimam delectationē de ſe & vniuerſale gaudiū & de oībus bonis abſcꝫ alicuius cōtrarij admixtione. Pro diuitijs habet omnimodam ſufficientiā in ſeipſo oīm bonorū. Pro ꝑtāte habet infinitā virtutē. Pro dignitate habet oīm entiū primatū & regimen. Pro fama habet admirationē oīs intellectꝰ. ipm̄ vtcūcꝫ cognoſcentis.

## §. II. AVDIVIMVS ETIAM EX SA

cra ſcriptura ex qua fides: qa fides ex auditu ꝑ verbū chriſti. ad Ro. x. In ciuitate dñi virtutū. i. eccl'ia militāti: q̄ eadē eſt cū ciuitate dei nr̄i. i. cū triūphanti differentes ſcđm ꝑfectā & impꝑfectā viſionē & poſſeſſionē dei: ꝙ qlibet ibi exiſtens eſt ꝑfecte beatꝰ. ſcđm illud Pſ. lxxxiij. Bt̄i q habitāt in domo tua dñe. Beatus aūt eſt q habet qcqd vult. ſ. boni. Hoc aūt ibi poſſideſ. Nā tūc ipleſ oē deſideriū hoīs. ſcđm illud Pſ. cij. Qui replet in bonis deſideriū tuū. & oē humanū ſtudiū ibi cōſummationē ſuā accipit. Qd quidē patet diſcurrēti ꝑ ſingula ſcđm. b. Tho. ī. iij. ꝯtra Gētiles, c. lxiij.

Septē deſideria q̄ nūcꝫ hic impleri pñt ſed ī pria.

Siquidē ſeptē deſideria in hoīe reperiuntur q̄ hic nūcꝫ impleri poſſunt ſed tm̄ ibi. Primum eſt deſiderium cognitionis. Secundum deſideriū virtutis. Tertiū deſiderium honorationis. Quartum deſideriū famæ ſeu noīationis. Quintum deſiderium diuitiarū poſſeſſionis. Sextū deſideriū delectationis. Septimū deſideriū vitæ cōſeruationis. Quantū ad primū oēs hoīes natura ſcire deſiderāt: vt ait philoſophꝰ qd qlibet in ſe experiſ. Et qa qñcꝫ ſcire q̄rit q̄ nō ſibi conueniūt vel indebito mō vitiū īcurrit curioſitatis. Propter qd dr̄ Eccl'i. iij. In pluribus operibus eius. ſ. dei nō fueris curioſus. Eſt igitur naturale deſiderium hoīs inquantū eſt intellectualis naturæ de cognitione veritatis quod habebis hic vtcūcꝫ per ſtudium vitę cōtēplatiuæ: ſed imperfectę. Vnde diciſ Sap. ix. Difficile æſtimamus quæ in terra ſunt: & quæ in ꝓſpectu ſunt: cum labore inuenimꝰ: quę autē in cœlis ſunt quis inueſtigabit. ſ. vt inueniat. Et Themiſtiꝰ philoſophꝰ dicit ꝙ ea q̄ ſcimus ſunt minima ps eorꝫ quæ ignoramus. Nuncꝫ ergo hic ſatiatur iſtud deſideriū: ſed ſemper cupimus magis ac magis ſcire. Sed in ciuitate dei noſtri triumphanti in viſiōe beatifica dei omnia quæ natura intellectus ſcire deſiderat ei innoteſcent. In ea enim vt in ſpeculo relucēt rōnes & virtutes omnium creaturarꝫ. Vnde Hiere. xxxj. diciſ. In die illa nō docebit vnuſquiſcꝫ proximum ſuū dicēs. Cognoſce dominū. Oēs em̄ ſcient me a maiori vſcꝫ ad minorem.

De ſecūdo hoīs deſide.

Eſt & ſecundū deſideriū hominis ſcđm ꝙ habet rōnē qua inferiora pōt diſponere. Qd q̄dem proſequūtur hoīes per ſtudiū vitæ actiuæ & ciuilis: qd deſideriū pricipaliter eſt ad hoc: vt tota vita hoīs ſcđm ra tio.

tionem



tionē diſponaſ: qd eſt viuere ſm virtutē. Cuiuſlibet enim virtuoſi finis in operādo eſt proprie virtutis bonū: ſicut fortis vt fortiter agat: prudentis vt prudēter agat: & ſic de alijs. Sed clarum eſt ꝙ nullius hic impletur deſiderium tale vt ſemꝑ virtuoſe opeſ ſine aliquo defectu. ſed vt dr̄. iij. Reg. viij. Nō eſt hō ſuꝑ terrā qui faciat bonū & nō peccet & in Prouer. xxxiiij. Septies in die cadit iuſtus. Sed impletur hoc deſideriū ī patria oīno: quia rō in ſummo vigore erit diuino lumine illuſtrata: ne a rectitudine deficere poſſit. Apoc. xiiij. Sine macula ſunt ante thronū dei. i. ſine aliquo defectu vitij. Cōſequunſ aūt ciuilē vitā q̄dā bona q̄bus hō īdiget ad ciuiles oꝑatiōes vt honoris ſublimitas.

De tertio.

Eſt igiſ tertiū deſideriū hoīs de honore. Multū em̄ appetitur. vñ Tulliꝰ. Honos alit artes. qcꝫ ad ſtudia accēduntur gl'ia. Hāc ſublimitatē honoris hoīes īordinate appetētes ambitioſi & ſuꝑbi fiūt: & multa mala faciūt ꝯ deū & ꝯ ꝓximū: vt patet de Hieroboā q timēs amittere regnū ſi populꝰ Iſrl' accederet ad tēplū ī Hierl'm iuxta mādatū dei: fecit vitulos aureos q̄s ppl's adoraret. iij. Reg. xij. Et Abſalō fecit ꝯiurationē ꝯ prem. ij. Re. xv. Sed nec iſtud deſideriū ī pleſ. Vñ Alexā. magnꝰ cū audiſſet ab aliqbꝰ pħis ꝙ erant plures mundi cœpit ſuſpirare eo ꝙ vix adhuc vnū ī dñio ſuo haberet: q̄ſi deſiderās & alijs dñari. Sed ī ciuitate dñi ꝑ dei viſionē ad ſummū honoris & potentiæ ſublimātur in quātū deo quodāmō vniunſ. Et pp hoc cū deꝰ ſit rex ſcl'orū & ipſi dei ꝯiūcti reges dicunſ. Apoc. xx. Regnabunt cū xp̄o &c. Cōſequiſ etiā ciuilē vitā & aliud appetibile: quartū. ſ. famæ celebritas ꝑ cuiꝰ inordinatū appetitū hoīes efficiunſ vanę gl'ię cupidi. & vt dicit Señ. nulla eſt tā excelſa virtꝰ q̄ dulcedine gl'ię nō tāgaſ. ſed vt dicit Boe. de pħica ꝯſo. O gl'ia gl'ia. quid aliud es q̄ꝫ in milibꝰ hoīm inflatio q̄dā auriū. Beati autē in ciuitate ſuꝑna ꝑ illā viſionem reddūtur celebres & famoſi: nō ſm æſtimationē vel laudē hominū q̄ aliqñ eſt falſa: qa vt dr̄ Prouer. ij. gloriaſ cū male fecerint: ſed ꝟa ī dei & ſctōrū aliorū iudicio. Et iō in ſcriptura ſæpe beatitudo illa gl'ia noīaſ. vt in Pſ. Exultabūt ſancti in gl'ia. Eſt & aliud quintū genꝰ bonorum qd appetitur in ciuili vita. ſ. diuitiæ per quarū inordinatū appetitū hoīes efficiunſ auari: illiberales: īiuſti multiplr̄. Sed vt dicit Amb. ſuꝑ Lucā. Mēs auari vinculis cupiditatis aſtricta ſemper aurū videt. ſ. mente: ſemper argentum cogitat: gratius aurū q̄ꝫ ſolē intueſ. Ipē em̄ oīno a deo petit aurū. Sed nec ſatietas vncꝫ nec finis aderit cupiditati. di. xlvij. ſicut hi. & poeta. Nuncꝫ pecunia triſtis ſatiaſ auarus. Potibus hydropicus ariditate focus. In illa autem beatitudine eſt oīm bonorum ſufficientia in quātū beati ꝑfruūtur. illo qui cōpræhendit oīm bonorū ꝑfectionē. ꝓpter qd dr̄ Sap. vij. Venerunt mihi oīa bona pariter cū illa. & in Pſ. cxj. Gloria & diuitię in domo eius. Sextum deſideriū hoīs eſt qd eſt ſibi & alijs aīalibus cōmune vt delectationibꝰ ꝑfruanſ: qd hoīes cōſequunſ ꝑ vitā voluptuoſam: & per eā efficiunſ ītēperati & incōtinētes: & inde mortē ſibi accelerant: infirmitates incurrūt: famā perdunt. plures occidit voluptas q̄ꝫ gladius ait Señ. Sed nec tñ his ſatiantur, immo beſtiales fiunt. In illa autem ciuitate eſt delectatio ꝑfectiſſima: tantocꝫ perfectior ea quæ per ſenſum eſt quāto illud bonū in quo delectabimur maius eſt oī ſenſibili bono & magis intimum & magis cōtinue delectās quāto etiā illa delectatio eſt magis ab oī permixtione contriſtātis libera. Pſ. xv. Delectationes in dextera tua. i. in gloria vſcꝫ in finem. i. quæ finiūt & quietant appetitū: vt nil reſtet deſiderādū. Vnde illa fruitio figuraſ in ſcriptura per nuptias & magna ꝯuiuia in quibꝰ hoīes cōſueuerūt delectari & gaudere vt per cōuiuiū regis Aſueri qui interp̄taſ beatitudo. Heſter. j. Per cœnā euangelicā Lu. xiiij. & hm̄ōi. b. Bernar. Illud eſt verum gaudiū qd non de creatura: ſed de creatore concipiſ: qd cū accæperis nemo tollet a te. Cuius cōparatione oē dulce amarū: oē pulchrū fedū: oē qd pōt delectare moleſtum.

Cōe oīm deſideriū ē ſui cōſeruatio.

Septimū deſideriū qd eſt oībus rebus cōmune naturaliter eſt ꝙ deſiderant conſeruationē ſui eſſe quātū poſſibile eſt: per cuiꝰ deſiderij immoderantiā hoīes efficiūtur nimis timidi: & nimis a laboribus ſibi parcētes ne vitā amittant. & ꝓpter hoc efficiunſ ꝑiuri: ſortilegi: multa bona neceſſaria ad ſalutē omittētes: ſed vt dicit. b. Aug. xj. q. iij. non ſolū. Timēdo mortē carnis tuę: dabis mortem aīæ tuæ. ſicut Petrꝰ qui ex timore Chriſtū negauit: & q̄uis quilibet hoc naturalr̄ deſideret: tñ vt dr̄ Eccl's. ix. Nemo ē qui ſemper viuat: aut qui huius rei habeat fiduciā. Sed ſicut piſces capiuntur hamo: & aues laqueo: ita & hoīes tꝑe malo. ſ. mortis ex inſperato. Impletur aūt hoc deſideriū in ciuitate dei vbi erūt ab oī nocumēto ſecuri. Apoc. xxj. Nō eſurient nec ſitient amplius: nec cadet ſuꝑ illos ſol aut vllus æſtus: qm̄ priora tranſierunt. & Eſa. xxv. Faciet dñs in monte hoc cōuiuiū grande: cōuiuiū pinguiū & medullatorū: cōuiuiū vindemiæ defecatę & p̄cipitabit mortem in ſempiternū. Sicut ergo audiuimus: ita & vidimus: dicunt ſancti: quia per beatā viſionē conſequūtur intellectuales ſubſtantiæ veram fœlicitatem in qua omnino deſideriū quietatur quę ſm Ariſto. ad fœlicitatē requiritur: quia ibi eſt ſtatus omniū bonorū aggregatione perfectus.

## §. III. AVDIVIMVS TALEM STA

tū btōrū eſſe verū ſtatū: qa ſemꝑ ſtat ī ꝑpetuū. vnde dicit deꝰ fundauit eā in ęternū: illā. ſ. ciuitatē fœliciſſimā btōrū. vt ī ꝑpetuū maneat: & nūcꝫ deficiat. Audiuimꝰ dñm dicētē Eſa. xxxiij. Oculi tui videbūt Hierl'm ciuitatē opulētā: tabernaculū qd nequacꝫ trāſferri poterit: nec auferenſ claui eius in ſempiternū. & Mat. xxv. Ibūt iuſti in vitā ęternā & Apoc. iij. Qui vicerit faciā illū colūnā in tēplo dei mei. & foris nō erit ampliꝰ. & Pſ. lxxxiij. Beati qui habitāt ī domo tua dñe: in ſæcula ſcl'orū laudabunt te. Et ſicut audiuimus hic: ita & vidimꝰ in ciuitate dei nr̄i: pñt ſctī dicere. Sed & nos dicere poſſumꝰ h̄ vidiſſe rōne naturali nō ſolū fide.

Fœlicitatē eſſe ꝑpetuā ꝓbatur multis rōnibꝰ.

Nam pluribus rōnibus probat. b. Tho. li. iij. cōtra Gētiles lxiij. illā fœlcitatē eſſe perpetuā. Quarum prima eſt talis. Creatura rōnalis non ꝑuenit ad vltimū finē niſi qñ eius deſideriū naturale quietaſ. Sicut aūt natura deſiderat fœlicitatē: ita naturalr̄ deſiderat fœlicitatis ꝑpetuitatē. Cū em̄ in ſua ſubſtantia ſit ꝑpetua: illud qd propter ſe deſiderat & nō ꝓpter aliud: deſiderat illud vt ſemꝑ habendū. Nō ergo eſſet fœlicitas ꝑfecta vltimꝰ finis: niſi ꝑpetuo ꝑmaneret. Qd aūt fœlicitas naturalr̄ appetaſ: qlibet experitur in ſe. Et Boetiꝰ etiam ait. Inſerta eſt naturaliter mentibus hominū veri ſummicꝫ boni cupiditas: qd ſi nō poſſet cōſeq: fruſtra eſſet in hoībus tale deſideriū. ſed ſm pħm. Deus & natura nihil fruſtra operantur.

Deꝰ et natura nihil fruſtra oꝑati ſunt.

Scđa rō eſt talis. Omne illud qd poſſidetur cū amore: ſi ſciatur ꝙ qñcꝫ amittaſ: triſtitiā generat. Viſio aūt illa q̄ beatos facit. ſ. viſio dei: cum ſit maxime delectabilis & maxīe deſiderata vticꝫ a poſſidētibus eam amaſ. Non ergo poſſet hoc nō triſtare eos ſi ſcirent ſe qñcꝫ eam amiſſuros. Si aūt non eſſet perpetua talis viſio: hoc vticꝫ ſcirent. Nam vt dictū eſt. ſ. videndo diuinā ſubſtātiā etiā alia cognoſcūt q̄ naturaliſ ſciri poſſunt. Vñ multo magis cognoſcūt qualis ſit illa viſio, vtrū ꝑpetua vel aliqñ amittenda. Non ergo eſſet talis viſio eis ſine mixtura triſtitiæ cū ſcirēt eis deficiendā. & ſic nō eſſet vera fœlicitas q̄ ab oī malo īmunē reddere debet. Tertia rō: īpoſſibile eſt ꝙ aliquis a bono quo fruiſ velit diſcedere niſi ꝓpter aliqd malū qd in fruitione illius boni æſtimat fore ſaltē cū ꝓpter hoc ęſtimat impedimētū maioris boni. Sic enim nihil deſiderat appetitus niſi ſub ratione boni. Sed in fruitione illiꝰ boni non pōt eſſe aliqd malū: cū ſit optimū ad qd creatura ītellectualis ꝑuenire pōt: necꝫ etiā eſſe pōt ꝙ ab eo qd viſione fruiſ æſtimeſ in ea eſſe aliqd malū vel aliqd eo melius: cū viſio illius ſummę veritatis oēm falſam æſtimationē excludat: impoſſibile eſt igitur qd ſubſtā ītellectualis q̄ deū videt: vncꝫ illa viſione carere velit. Quarta ratio eſt: quia ſtudiū alicuiꝰ quo prius aliqs delectabiliter fruebaſ: faſtidiat: accidit ex hoc ꝙ ſtudiū illud vel actio aliquā immutationē facit in re vel corrūpēdo eā vel debilitatādo virtutē eius. Et pp hoc vires ſenſibiles qbꝰ accidit fatigatio in ſuis actionibꝰ propter mutationē corporaliū organorū a ſenſibilibꝰ: a quibꝰ etiam ſi fuerint excellētia corrūpunſ: vt tactus ab igne & hm̄ōi: faſtidiūt poſt aliqd tempus frui eo qd prius delectabat. Et propter hoc etiā intelligēdo faſtidiū patimur poſt lōgam meditationē: quia fatiganſ potentiæ vtentes corporalibꝰ organis: ſiue qa deſideriū intellectus noſtri cōpleri nō poteſt. Diuina aūt ſubſtā nō corrūpit: ſed magis ꝑficit intellectum. Necꝫ ad viſionē eius concurrit aliquis actus qui per organa corporalia exerceatur. Impoſſibile eſt ergo qd illā viſionē aliqs faſtidiat: q prius ea delectabiliter fruebatur. Quīta rō: nihil qd cū admiratiōe conſideratur poteſt eſſe faſtidioſum: qa q̄diu ſub admiratione eſt adhuc deſi

derium mouet. Diuina aũt ſubſtãtia a quolibet intellectu creato ſemꝑ cũ admiratiõe videt: cũ null⁹ intellect⁹ creatus eã cõprehẽdat. Impoſſibile eſt ergo ꝙ ſubſtãtia intellectualis illam viſionem faſtidiat: & ita nõ poteſt eſſe ꝙ ab illa viſione ſe per propriam voluntatẽ deſiſtat.

## §. IIII. AVDIVIMVS TERTIO SED

potius primo dicendum deũ eſſe trinũ in ꝑſona: ſed vnũ ĩ ſubſtãtia. Sic em̃ ꝯfitet eccl'ia ĩ Decretali, Oĩs vtriuſqꝫ ſexus, extra de ſum. tri. & fi. ca. Qđ myſteriũ ĩnuit Pſ. dicẽs. In ciuitate dñi virtutũ. ſ. pr̃is: cui attribuit oĩs virt⁹ ſeu poteſtas. In ciuitate dei nr̃i. ſ. filij q̃ p̃cipue dicit noſter ꝑpter incarnationẽ. Caro enim & frater noſter eſt. Gene. xxxvij. Deus fundauit eam. ſ. ſpũſſctũs: cui attribuitur amor fundans & firmans ciuitatẽ ſupnã in æternũ. Vnitas aũt eſſentiæ triũ ꝑſonarũ notat: qa in ſingulari dr̃ fundauit: nõ fundauerunt. Sicut ergo audiuimus ſic vidimus. ſancti in patria dicere poſſunt. qa vt ait. b. Bern̄. Myſterium trinitatis ĩ vnitate, & vnitatis in trinitate. ſ. ꝑſonarũ inueſtigare: ſed ꝑ rõnẽ naturalẽ & demõſtrationẽ temeritas eſt: credere pietas eſt: noſſe vita æterna eſt. Vñ & ipſe Chriſt⁹ non ſolum viator: ſed etiam cõpræhenſor tunc ꝙ clariſſime videbat trinitatẽ ipſam aĩa ſua nobis manifeſtauit dicens Io. xvij. Hæc eſt vita æterna vt cognoſcãt: & hoc eſt videre te. ſ. patrem ad quẽ loquebat: & Ieſum Chriſtum: qui eſt fili⁹ ei⁹ quem miſiſti. i. incarnari feciſti: qđ opus fuit per ſpiritum ſanctũ. Sic em̃ fatemur. Qui conceptus eſt de ſpirituſctõ. Et has tres perſonas ſolum deum vnum. ſ. in ſubſtantia.

De myſterioſã ctiſſimę trinitatis.

Hoc autem myſterium trinitatis ſicut audiuimus ita & vidimus: etſi non clare vt beati: tamen vt hic videri poſſunt myſteria fidei. & hoc tripliciter.

¶ In doctrinis.
¶ In figuris.
¶ In creaturis.

Myſteriũ trinitatis tripl'r aliquo mõ in via poſſumus videre etſi nõ clare vt beati.

Nõ ſolũ ſcripturę Chriſtianorũ & Iudęorũ q̃ ſatis copioſe de hoc myſterio loquũtur: ſed etiã doctrinæ Gẽtiliũ ph̃oꝝ hoc videtur exprimere. Et in nouo quidẽ teſtõ inquit Ioã. euange. Tres ſunt qui teſtimoniũ dãt in cœlo: pater: ỽbũ: & ſpũſſanctus. & hi tres vnum ſunt. quid apti⁹ dici potuit? Pau. quoqꝫ ap̄ſ ad Gal. iiij. Miſit deus. ſ. pr̃: ſpm̃ filij ſui. a quo. ſ. filio procedit ſicut ab ipſo: in corda noſtra clamãtẽ i. facientẽ nos clamare cũ deſiderio intẽſo orare. Abba pater in ſingulari: qa tota trinitas vn⁹ pater noſter eſt creãdo gubernãdo: & ſaluando. Et dñs Ieſus Chriſtus ad diſcipulos Mat. vlti. Baptizate oẽs gẽtes In noĩe patris & filij & ſpirituſſancti. In nomĩe dicit in ſingulari, ad innuendum vnitatẽ ſubſtantię. ſ. in nouatione & virtute. In veteri teſtõ doctrina nõ ſolũ noſtra ſed & Iudæoꝝ & male intellecta ab eis & falſo expoſita. Gen̄. j. In pricipio creauit heloy cœlũ & terrã. Heloy aũt eſt plurale: cui⁹ ſingulare eſt hely. Et ſicut hely interpretat de⁹: ita heloy interpretat dij. i. ꝑſonæ diuinæ. Ecce pluralitas perſonarũ. vnitas aũt eſſentiæ ibi innnuit. Creauit in ſingulari. Quæ aũt ſint ipſæ plures ꝑſonę in diuinis & noĩa eoꝝ exprimunt ĩ diuerſis locis & libris veteris teſtĩ: p̃cipue in Pſ. Nam de patre dicit Pſ. Ipſe ſ. filius ait pater ĩuocauit me, pater meus es tu: qđ pluries egit incarnat⁹: vt poſt vltimã cænã in orõne. Pater clarifica filiũ tuũ. Io. xvij. Et in fine vitæ. Pater in man⁹ tuas cõmẽdo ſpm̃ meũ. Lu. xxiij. De filio aũt ingt Pſ. vij. ĩ ꝑſona eius. Dñs dixit ad me filius me⁹ es tu: ego hodie. i. ęternal'r genui te. De ſpũſctõ ait Pſ. l. Spm̃ſcm̃ tuum ne auferas a me. Et ꝙ q̃libet ꝑſona ex his trib⁹ ſit de⁹: & tñ non tres dij: ſed vn⁹ eſt de⁹: oſtẽdit dicẽs in alio Pſ. Bñdicat nos de⁹. ſ. pater: de⁹ noſter. ſ. fili⁹ noſter fact⁹ ꝑ hũanitatẽ aſſumptã filijs nobis. Bñdicat nos deus ſpũſſctũs. Et bñdicere ſuum eſt bñfacere: conferẽdo naturalia & addẽdo gratuita. Et vt intelligat vnitas eſſentię ſubdit in ſingulari: metuant eũ oẽs fines terræ. ſm̃. b. Grego. in Moral'. & ij. Reg. vij. Ero illi in patrem & ipſe erit mihi in filiũ. Et q̃uis videat loqui de Salomone: tñ ap̄ſ ad Heb. j. arguit ex his ỽbis ꝓbãs dei patris filiationẽ ſm̃ ſenſum literalẽ intelligẽdã: oſtẽdens & de ſpũſctõ. Sap. j. Spũſſctũs diſciplinæ effugiet fictum.

Pater ex doctrina Ethnicorum

Dimittendo alia teſtimonia ſacræ ſcripturæ plurima: veniamus ad doctrinã Ethnicorũ. Cũ dixit Mercuri⁹ Trimegiſtus. Monas genuit Monadem: & in ſeipſum flectit ardorẽ. Nonne videt inſinuaſſe myſteriũ trinitatis. Monas. i. vn⁹ genuit Monadem. i. vnũ. i. pater filiũ. Ardor reflex⁹ ẽ ſpũſſctũs. q vt dicit bea. Hieron̄. eſt amor patris in filium: & filij in patrẽ: nõ quidẽ accidentalis & tranſiens vt amor noſter: ſubalis & ſubſiſtẽs. Cũ em̃ virt⁹ effectuũ repiat in cauſis eorũ nobili⁹ q̃ in ipſis effectib⁹. Et virt⁹ generandi vere reperiat in creaturis: quæ oẽs ſunt effect⁹ primæ cauſę. ſ. dei: multo nobili⁹ debet hęc generationis virt⁹ reperiri in ipſo deo: nõ quidẽ material'r cũ ſpũs ſit de⁹ ſed mẽtaliter: ſicut mẽs hoĩs gñat ỽbũ ſuũ. i. ꝯceptũ. Intelligit enim ſe deus ab æterno: & tantũ quãt⁹ eſt q̃mẽſus: & ipſe intellectus eſt fili⁹ ſu⁹. Vnũ in ſuba cũ eo: quia ei⁹ intelligere ẽ ſua eſſentia ſm̃. b. Tho. j. cõtra Gentiles. Non põt aũt optimũ verbũ gignẽdo ipm̃ nõ amare: cũ amor ſit boni: & qa infinitũ bonũ infinitus amor patris ad filiũ genitũ & filij ad pr̃em generãtẽ. Et ipe amor ſpũſſctũs ẽ ꝑſona ſubſiſtẽs tertia in trinitate illa ſctiſſima. Si qs autẽ dicat ꝙ non ſunt intellect⁹ Trimegiſti loqui de trinitate cũ Ethnici ph̄i nõ cognouerint hoc myſteriũ. In cui⁹ figuram legitur in Exodo ꝙ Magi. i. ſapiẽtes Pharaonis defecerũt in tertio ſigno: qa in notitia trinitatis. vt dicit Magr̄ ſen. in. j. lib. Nam de verbo æterno ſeu filio dei multa dixit Plato: & q̃plura Sibyllę Gentiles & ſatis clare. Tamẽ etſi ſic nihil ꝓhibet ęſtimare ꝙ plura pertinentia ad myſteria fidei potuerit deus loqui quæ ipſi non intellexerũt: ſicut locutus eſt deus per aſinam Balaã: & per Cayphã quæ ipſe nõ intellexit. Vidimus hucuſqꝫ in doctrinis myſteriũ trinitatis & vnitatis: ſicut audiuimus ex fide: videamus figuras.

myſteriũ trinitatis.

## §. V. EX FIGVRIS ETIAM VIDI

mus. Et prima eſt cũ Abraę ſtãti in meridie in cõualle Mãbræ occurrerũt ei tres viri. i. angeli in forma hũana. tres vidit & vnũ adorauit &c. Gen̄. xvij. Expoſitionẽ ob breuitatẽ omitto: vbi etiã innuit quo cũ geſtu reuelat myſteriũ trinitatis: qa exñtibus in cõualle hũilitatis & ĩ feruore charitatis & in oſtio mortalitatis. Secũda figura habet Dan̄. v. de tribus digitis vni⁹ man⁹ ſcribẽtis in pariete cõtra faciẽ Balthaſar regis in Babylone cõuiuãtis cum ſuis. Mane Thetel Phares. Tres digiti: tres ꝑſonæ diuinę: pr̄ & fili⁹ & ſpũſſctũs. de quibus dr̄. Qui appẽdit molẽ terræ tribus digitis. i. ſuſtentat mũdũ virtute triũ ꝑſonarũ q̃ ſunt vn⁹ de⁹ vna man⁹: vna eſſentia: & virt⁹ diuina q̃ in mẽte humana ſcribit numerũ bñficiorũ quę qs recæpit. Appẽdit. i. põderare facit grauitatẽ & multitudinẽ pctõꝝ q̃ egit. Diuidit. i. diſtribuere facit gr̃as quas ꝑcępit. Tertia figura eſt Eſa. vj. vbi ait. Vidi dñm ſedentem &c. & ſeraphin clamãtia. Sanctus ſanctus ſanct⁹ dñs de⁹ ſabaoth. Ter ſanctus dicunt ad innuendũ tres perſonas. Dñs deus in ſingulari ſcribit propter vnitatẽ eſſentiæ: qa hi tres vnũ ſunt. Clamãt aũt: qa cũ admiratione ardent in ipſius dilectione dei quẽ clare vident eſſe ſummum & infinitum bonũ. Innotuit quoqꝫ Ioãni baptiſtę myſterium trinitatis qñ ĩ baptiſmo vidit filiũ dei in carne baptizatũ patrẽ audiuit in voce dicentẽ. Hic ẽ filius me⁹ dilectus. Mat. iij. Vidit ſpm̃ſctm̃ in forma columbę: Sed qa in ꝓceſſu tp̃is quidã hęretici vocati Arriani voluerunt violare veritatẽ fidei de myſterio trinitatis dicentes eſſe pluriũ & diuerſaꝝ eſſentiarũ. Ad confirmationem veritatis fidei de vnitate eſſentiæ oſtẽdit deus hoc grande miraculũ in illo tp̃e in oriente vbi cœpit talis error. Nã ĩ quodã feſto ſacerdote miſſam decãtãte viſum ẽ ab oĩbus tres guttas admodũ aq̃ ſimul deſcendere ſuꝑ altare: & vnã gẽmã ex eis effectã q̃ repoſita cũ magna reuerẽtia fuit & reſeruata inter reliqas ad manifeſtãdum ꝙ hi tres vnũ ſunt.

Trinitas pſonarũ in veteri teſtõ multiplicitet figurata.

Ioãnes baptiſta hũit cognitionem trinitatis.

## §. VI. TERTIO MANIFESTATVR

oĩbus creaturis veſtigium ſanctiſſimæ trinitatis. Et prĩo in generali. Secundo in ſpeciali. Tertio in ſingulari. Et in generali quidem: quia vniuerſum eſt vnũ a deo totũ creatum diſtinctum in triplex gen⁹ creaturarũ. Nam vnum eſt ſubarũ ſpũaliũ. i. angelorũ. Aliud genus ſubarum partim ſpũaliũ partim corporaliũ: vt hoĩm. Tertiũ eſt ſubarũ oĩno corporaliũ. Ad innuendũ ꝙ hi tres. ſ. pater & fili⁹ & ſpirituſſctũs vnũ ſunt ſicut vnũ eſt vniuerſum & tripartitũ ĩ genere. Et angelus ſuba in ſe inuiſibilis repræſentans patrem: & a nobis non eſt viſus hõ rõnalis dei filiũ q hoĩem aſſumpſit. Creatura irrõnalis ſpm̃ſctm̃ qui apparuit ĩ ſpecie rei irrõnalis vt ignis. In quolibet autem hoꝝ reperim⁹ veſtigiũ oſtendẽs: qa hi tres vnũ ſunt: Nã natura angelica vna eſt cõis in ſpũalitate naturæ nihil habẽs materię. Sed

Manifeſtat veſtigiũ trinitatis ĩ oĩb⁹ creaturis.

triplex



triplex eſt hierarchia. Et q̃libet hierarchia triplex eſt in ordine. Nã infima eſt in ordine angelorum: archangelorũ: & principatuũ. In ſcd'a eſt ordo triplex. ſ. ptãtũ: virtutum & dñationũ. In tertia triplex etiã: qa thronoꝝ cherubin: q̃ iterp̃tat plenitudo ſcię: filiũ q eſt ſapĩa pr̃is. Seraphin q̃ interp̃tat icẽdium ſpm̃ſctm̃ q dr̄ amor. Eſt & in quolibet angelo reperire tria ſm̃ Diony. ſ. eſſentiã: virtutẽ. i. potentiam: & operationem: & tamen hæc ſunt vnus angelus ad innuendũ: qa hi tres vnum ſunt. In creatura rationali adhuc expreſſius habet imago trinitatis. Vnde & ipſe deus dixit Gen̄. j. Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem nr̃am. hæc imago põt ꝯſiderari vt formula natural'r vt informata ꝑfectional'r: vt reformata pnĩaliter: vt oĩno formata ꝑpetualiter. Et oĩa hæc perfectiſſimã trinitatem & vbiqꝫ eius ſimilitudo. Quãtum ad imaginẽ formatã naturaliter vbi dicit Aug. in lib. de tri. Licet mens noſtra nõ ſit eius naturæ cui⁹ eſt deus: ibi tñ querẽda eſt imago eius cui⁹ nihil eſt meli⁹. Anima ſiquidẽ noſtra vna eſt tres habens potentias: quarũ vna nõ eſt altera. ſ. memoria: itellectus: & voluntas. Et vna ꝓcedit ab alia ſm̃ actũ. Nã itellectus non intelligit niſi memoriæ illud occurrit: & voluntas nõ vult niſi qđ mẽs recolit: & intellect⁹ aliquo mõ intelligit. Sic pr̄ & fili⁹ & ſpũſſctũs tres ꝑſonę: vna ſubſtantia: vna eſſentia: & fili⁹ qdẽ naſcit de pr̃e: ſpũſſctũs ꝓcedit ab vtroqꝫ &c. Hæc imago format & decorat ꝑ virtutũ ꝑfectiones in quib⁹ etiã relucet veſtigiũ trinitatis. Nã virtus vna eſt cõueniẽtib⁹ omnibus in hoc vnũ qđ ait ph̄s ĩ li. Ethi. ꝙ virt⁹ eſt q̃ bonũ facit habẽtẽ & opus eius bonũ reddit. Sed iſta tripartita eſt ſm̃ diuerſa ad q̃ ordinat. Eſt em̃ ỽt⁹ theologicalis virt⁹ moralis: & virt⁹ intellectualis.

De triplici ỽtute & virtutũ gñibus

Primũ genus virtutũ quo aĩa informat a ſanctiſſima trinitate ẽ fides: ſpes: charitas: tria hæc. vt dr̄. j. Coꝝ. xiij. Hæc reſpiciũt ad deũ vt obiectũ ſuũ: ſed fides initet ei vt primę veritati q̃ filio attribuit. Spes reſpicit deũ vt potẽtẽ iuuare ad bñ operãdũ & ipm̃ beatificandũ. Ptãs attribuit pr̃i. charitas vnit aĩam deo vt ſummo bono. & bonitas attribuit ſpũſctõ. Vnũ ergo ſunt ꝑ reſpectũ ad vnũ obiectum deũ. Tres ſunt habẽtes diuerſum reſpectũ ad eũ: ſic hi tres vnum ſunt. Virtus moralis ꝑficit hoĩem in ciuilitate hũana: & hoc tripl'r ſm̃ hoĩs triplicẽ potẽtiã quã ꝑficit. ſ. iuſtitia: fortitudo: & tẽperantia ſm̃ ph̃m ĩ Ethi. Et iuſtitia ꝑficit voluntatẽ hoĩs in ordine ad ꝓximũ vt ipm̃ nõ lædat: ſed ius ſuũ vnicuiqꝫ tribuat. Fortitudo ꝑficit iraſcibilẽ potẽtiã vt aggrediat ardua opa & firm⁹ ſit & cõſtãs ĩ aduerſis. Tẽperãtia ꝑficit cõcuſcibilẽ. potẽtiã vt abſtineat ab illicitis delectationibus: & hæ tres vnum ſunt ĩ moralitate. Virtus intellectualis ꝑficit intellectũ: & hæc eſt triplex dimittẽdo intellectũ q eſt de pricipijs ꝑ ſe notis: & artẽ quę ẽ de mechanicis: videlicet ſcĩa: prudẽtia: & ſapĩa. Et ſcĩa q̃ ẽ de ꝯcluſiõib⁹ ꝯprehẽdat quadruuiũ: ſed etiã triuiũ. ſ. grammaticã: logicã: & rhetoricã. Et grãmatica qdẽ docẽs loq & ſcribere: logica verũ a falſo diſcernere. rhetorica orãtẽ perſuadere. Prudentia eſt recta rõ rerũ a nobis agibiliũ. Quæ qdẽ prudẽtia ĩtegrat ex trib⁹ vt dicit Sen̄. ĩ lib. de quatuor ỽtutib⁹: videlicet p̃terita cogita: & dr̄ memoria. p̄ntia ordina: & dr̄ itelligẽtia. futura p̄caue: & dr̄ ꝓuidẽtia. Sicut ergo tres iſtæ partes prudẽtiæ diſtincte cõueniũt in vnã cõem rõnẽ prudẽtiæ; ita hi tres: pr̄: fili⁹: & ſpũſſctũs vnũ ſunt. Sapiẽtia aũt ſeu phyſica diſtiguit ĩ phyſicã q̃ eſt notitia de rebus naturalib⁹ q̃ ſunt infra cœlũ cui deſeruit medicina: & moralẽ notitiã cui deſeruit lex ciuilis & canonica. Et diuiditur ĩ monaſticã q̃ hoĩem dirigit in ſeipm̃: œconomicã q̃ docet regere familiã & politicã q̃ docet ciuitatẽ dirigere & regnũ. Et ſic hæ tres vna moralis ph̃ia eſt. Tertia ph̃ia ſup̃ma q̃ oẽs excellit ſcĩas metaphyſica vel poti⁹ theologica. hęc ꝯtinet triplicẽ legẽ dei. ſ. intrinſecã: vt decalogũ, Moſaicã vt cęrimonalia & iudicialia: & euangelicã de deo loquẽs & angelis ſuꝑ oẽs alias ſcĩas: & de ſctiſſima trinitate.

Prudẽtia qđ ſit.

De imagine reformata quõ ĩ ea ĩuenit veſtigiũ trinitatis.

Reformat aũt imago dei q̃ eſt in hoĩe deformata ꝑ pctm̃ a ſctiſſima trinitate ꝑ pnĩam: nec alio mõ poſt baptiſmũ reformari valet. Hęc aũt pnĩa vna ẽ & trina. Nã vt dr̄ de pœ. diſt. iij. ꝑfecta. Perfecta in corde contritio: in ore cõfeſſio: ĩ ope tota hũilitas. i. ſatiſfactio. hæc ẽ vera & fructuoſa pnĩa. Et ſm̃. b. Tho. in. iiij. Cõtritio attribuit pr̃i: qa maxime potẽtiæ eſt iuſtificatio impij: qđ fit ꝑ cõtritionẽ. Cõfeſſio filio qa fit ꝑ verbũ qđ dr̄ fili⁹. Satiſfactio q̃ cõplet bonitatem pnĩæ ſpũſctõ: cui appropriat bonitas. Et ſatiſfactio quidem ſm̃. b. Tho. & alios in. iiij. ꝯſiſtit in trib⁹. ſ. eleemoſyna orõne & ieiunio. de qb⁹ dr̄ Tob. xij. Bona eſt orõ cum eleemoſyna & ieiunio. Et ꝑ illud deſtruit illud maledictũ ternariũ diaboli. de q̃. j. Io. ij. dr̄. Oẽ qđ eſt in mũdo aut ẽ concupiſcẽtia carnis: aut ꝯcupiſcẽtia oculoꝝ: aut ſuperbia vitæ. Cõcupiſcẽtia carnis aterit ꝑ ieiuniũ. Cõcupiſcentia oculoꝝ: reprimit ꝑ eleemoſynã. i. auaritia. Suꝑbia vitę tollitur per humilẽ orationem. Sed adhuc melius reformatur imago ꝑ ternariũ eſſentiale religionis: qđ excedit omnem ſolẽnẽ pœnitẽtiã. vt dr̄. xxxiij. q. ij. admonere. ſ. caſtitatem paupꝑtatẽ: & obediẽtiã. Et hoc eſt illud triduũ itineris ĩ deſerto religionis quo de⁹ vocat ſuos ad ſe ſibi ſacrificãdũ. Exo. iij. Sicut ergo tres ſunt partes in pnĩa vel in religiõe: & tamen vna pnĩa & vna eſt religio. ita hi tres pater & filius & ſpũſſctũs vnũ ſunt. Tertiũ genus creaturarum vbi relucet veſtigiũ trinitatis: eſt genus rerũ mere corꝑaliũ. Et hoc eſt in cœlis: in elemẽtis & elementãtis. Et cœlũ qdẽ vnũ eſt. i. ĩquãtũ oẽs cõueniũt in materia incorruptibili. Tres aũt ſunt. Nã differẽtes in motu: qa empyreũ vbi ſcti reſidẽt nõ mouet. Cryſtallinũ mouet ab angelo: & mouet alios. Sydereũ. ſ. firmamẽtũ cũ cœlis planetarũ qđ nõ mouet alios cœlos: ſed mouet. Et ſol in medio ꝯſiſtẽs planetarũ tres habet ſub ſe. ſ. Lunã: Mercurium. & Venerẽ. Tres ſupra ſe. ſ. Martẽ. Iouẽ, & Saturnum. Elementa omnia in hoc vno conueniunt quia ſunt in materia corruptibili. ſed in triplici dr̃ia. Nã ſup̃mũ. ſ. ignis eſt lucidũ ĩ q̃ etiã repit veſtigiũ trinitatis. Nã eſt ĩ eo cõſiderare eſſentiã: ſplẽdorẽ: & calorẽ: & eſſentia nõ ꝓcedit a ſuo ſplẽdore, ſed econuerſo. Et calor a ſua eſſentia & ſplẽdore. ita pater a nullo ꝓcedit: fili⁹ a pr̃e: ſpũſſctũs ab vtroqꝫ. Et hi tres vnũ ſunt: ſicut vn⁹ eſt ignis. Medium elementum quod eſt duplex eſt diaphanum. i. tranſparens. ſ. aer & aqua. Et in aqua eſt veſtigium trinitatis ꝑpulchre. ſ. in aqua quę egreditur e terra, vt ĩ fonte. & tranſit eadẽ in ſubſtantia ꝑ aquæductum: & extendit in riuũ ſeu fluuiũ. vna eſt aqua ſeu vnus fons & tñ fons non ꝓcedit a cõductu, ſed econuerſo. ſic filius a patre: q ſolus coopertus eſt carne noſtra. vñ & ipſe dicit. Ego quaſi aquæductus &c. Eccl'i. xxiiij. Fluuius procedit ab vtroqꝫ. ſic ſpũſſctũs qui dr̄ fluuius paradiſi ſm̃. b. Aug. Vltimum elementũ eſt terra, q̃ eſt in ſe obſcura. Et hæc tripartita; qa in Aſiã. Europã & Aphricã. vna terra & tres eius ptes: ſic hi tres vnũ ſunt. In elemẽtatis patet qa qđlibet eſt vnum repræſentãs patrẽ. vñ Hilarius. In patre vnitas: & aliquã ſpeciẽ habent per formã ſuã: & ad aliquid ordinant. Scđm repræſentat filiũ: & finis ſpiritũſanctũ. Ad qđ facit qđ dr̄ Sap. xj. Oĩa in pondere & numero & mẽſura ꝯſtituiſti domine. Oĩs em̃ res ẽ vna numero. Mẽſurã habet determinatæ ꝑfectionis per formã ſuã per quã in ſpecie cõſtituit. Põdus ſuũ eſt finis ad quem ordinatur. Et hi tres vnum ſunt. Sicut ergo eccleſia militãs hic eſt regina, ſtans ante deum a dextris virtutũ in veſtitu deaurato ſapientiæ: circũdata varietate ſtatuum. Sic & eccleſia triũphans aſſiſtit vt regina mundi a dextris dei. ſ. ciuitate ſuperna: in veſtitu deaurato gloriæ quæ in tribus cõſiſtit repræſentãtib⁹ ſanctiſſimã trinitatẽ. ſ. viſione, tentione, & fruitione ſanctiſſimæ trinitatis, circũdata varietate præmioꝝ. In qua exiſtentes dicere valent. Sicut audiuimus ſic vidimus &c.

De triplici genere creaturaꝝ: ſ. mere corporalium

Medium elementum eſt duplex.

## TITVLVS. XI. DE DONO INTELLECTVS.

¶ Donum intellectus vltra lumen naturæ neceſſario a deo petitur. Capitulũ. I.

MANVS TVE FECERVNT & plaſmauerunt me. Da mihi itellectum vt diſcã mã data tua. Pſ. cxviij. Manus dñi ſunt non corꝑales ſed ſpũales. ſ. ſapĩa & ỽt⁹ ei⁹. Et iſtæ fecerũt & faciũt quẽlibet hoĩem: ſicut & alias creaturas quo ad corpus per propagationem parentibus. Et ipm̃ primũ hoĩem fecit de limo terræ. Gen̄. j. Et plaſmauerunt & plaſmãt quamlibet aĩam de nouo creãdo ex nihilo. i. nõ ex aliqua alia re. & ifundit. Vñ illa ſctã mulier dicebat filijs ſuis exhortans ad patiẽtiã. Filij neſcio q̃uo in vtero meo appa ruiſtis. Neqꝫ ſpm̃ & aĩam donaui vobis: & ſingulorũ mẽbra nõ ego ipa ꝯpegi: ſed ẽ mũdi creator. Hinc & b. Hier. i ep̄l'a ꝯtra Ruffinũ. Inter illas ſecreti vẽtris anguſtias manus dei ſemꝑ opat, idẽqꝫ creator corꝑis parit & aĩæ. Noli deſpicere bonitatẽ figuli q te plaſmauit: & fecit vt voluit.

Ipſe dei virtus & ſapiā. di. lvj. naſci. Quamuis aūt homini ſit datū lumen naturale ad intelligendū quæ agenda ſunt ſm dictamē rationis in vita politica: tamē quia homo ordinatur ad quoddā bonū qđ excedit naturalem cognitionē, ſ. ſupernā btitudinē: ideo indiget quodā lumine ſupernaturali ad intelligēdū q̄ ſm fidē ꝓponūtur. Et hoc vocatur donū intellect⁹: qđ qa ex nobis non eſt Pſ. poſtulat a deo ſibi dari: di. Da mihi intellectū vt diſcam mādata tua. Pſ. cxviij. Mādata dei ſunt nō ſolū de agēdis ſm decalogū ſm illud Mat. xix. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Sed etiā de credendis: iuxta illud Io. xiiij. Creditis in deū & in me credite ait Chriſtus. quia nō ſolū myſteria diuinitatis: ſed etiā humanitatis Chriſti nobis mādaꝉ credere. De ſperandis daꝉ mandatū. Pſ. lxj. Sperate in eo oīs cōgregatio populi: q̄ figurabatur in ſpe bonorū tpaliū in veteri teſtamento promiſſorū. Mādaꝉ dilectio dei & ꝓximi. Deuꝉ. vj. qđ in nouo teſtō inducitꝉ & firmaꝉ. Mat. xxij. & Luc. x. Diliges dnm deū tuū ex toto corde tuo & ex tota aīa tua: & ex oī mēte tua: & proximū tuū ſicut teipſum. Iſta mādata preſupponunꝉ ad decalogū: non em ibi continentur. Et ad iſta intelligenda intime vt credēda & ſeruanda indiget homo dono intellectus. Omnis qui audit a patre meo & didicit hic venit ad me, ait Chriſtus Io. vj. Fides autem ex auditu auditus per verbū dei. Roma. x. Sed non ſufficit credere auditis: immo oportet addiſcere p donū. ſ. intellect⁹ capere vt agenda. Et ſic venitur ad Chriſtū conſequendo æternū præmiū, ſm illud. Intellectus bonus oīb⁹ facientibus eū: laudatio eius manet in ſæculum ſæculi.

## §. I. SED AD TOLLENDVM EQVI

de multiplici intellect⁹ acceptione.

uocationē. Sciendū ꝙ intellectus ſumitur multiplr. Nam aliqn̄ intellect⁹ dr ipſa aīæ eſſentia: denoīaꝉ em aīa ab intellectu: quaſi a ſua pricipaliori virtute: ſicut dr in prin. iij. de aīa ꝙ intellect⁹ eſt q̄dā ſubſtantia. Angeli etiam dicuntur intellectus ſeu intelligentiæ. Secundo dicitur intellect⁹ q̄dam potētia aīæ diſtincta contra volūtatē. Et iſte intellectus diſtinguiꝉ realiter in duas potentias. ſ. intellectū agentē: & intellectū poſſibilē. Vn̄ dicit phs in. iij. de aīa ꝙ neceſſe eſt eſſe in aīa has differētias: intellectū. ſ. poſſibilē & agētem. Intellectus aūt poſſibilis diuidiꝉ in tres ſcđm tres ſtatus eius. Qn̄q3 em eſt in potentia tantū: & ſic diciꝉ intellect⁹ poſſibilis. Quandoq3 in actu primo qui eſt ſcīa: & ſic dicitur intellectus in habitu. Qn̄q3 in actu ſcđo qui eſt cōſiderare: & ſic dr intellectus in actu ſeu intellectus adeptus. De prædictis habes in. j. par. Tertio dr intellect⁹ quædam virtus actualis: q̄ dr habit⁹ principiorū q̄ per ſe ſunt nota: ſiue ſpeculabilium: vt de quolibet eſt affirmare vel negare de neutro ambo. Omne totū eſt maius ſua parte: vel practicabilium, vt malum eſt fugiendū: nulli eſt iniuria facienda & hmōi.

Intellectus eſt principiorū habit⁹.

Quarto mō dr intellect⁹ vna pars prudētiæ ſecūdū Macro. quam Tullius vocat intelligentiā. de hoc dicit phs in. vj. Ethi. ꝙ eſt cognoſcitiuus extremi. i. alicuius primi ſingularis & cōtingētis operabilis ꝓpoſitionis. ſ. mioris quā oportet eſſe ſingularē in ſyllogiſmo prudētiæ. Hoc aūt primum ſingulare eſt aliquis finis ſingularis. Eſt ergo iſte intellectus q̄dam recta æſtimatio de aliquo particulari fine, vt verbi gratia. Ratio in operando primo ſumit vniuerſalē, vtputa, Omne malū eſt fugiēdum. Intellectus iſte ſumit minorem ſub illa di. Committere huncactū fornicationis qui menti occurrit eſt malum. Et prudentia concludit. Ergo hæc fornicatio fugienda. Quinto dicitur intellectus quoddam donū ſpirituſſancti qui importat quandā acutā penetrationē diuinorū vel agendorum ſcđm regulas diuinas. Et de iſto nunc agitur.

## §. II. DE DONO INTELLECTVS

Quid importat nomē intellect⁹

dr Eſa. xj. Requieſcet ſup eū ſpūs dn̄i: ſpūs ſapīæ & intellectus &c. Et de iuſto dr. Repleuit eum dn̄s ſpū ſapientiæ & intellectus: ſtola gloriæ induit eū. Pro cuius declaratione dicit bea. Tho. ij. ij. q. viij. ar. j. ꝙ nomen intellectus importat quandā intimā cognitionē. Dicitur em intelligere quaſi intus legere. Et hoc maxime apparet cōſiderantib⁹ differentiā intellectus & ſenſus. Nā cognitio ſenſitiua occupaꝉ circa qualitates ſenſibiles exteriores. Cognitio autē intellectiua penetrat vſq3 ad eſſentiā rei. Obiectum em intellect⁹ eſt qđ quid eſt: vt dicitur in. iij. de aīa. Sunt aūt multa gn̄a eorū q̄ interi⁹ latēt ad q̄ oportet cognitionē hoīs quaſi intrinſec⁹ penetrare. Nā ſub accidētib⁹ latet natura rerū ſubſtantialis. Sub verbis latēt ſigna vboꝝ: ſub ſilitudinibus & figuris latet veritas figurata. Res em intelligibiles ſunt quaſi interiores reſpectu rerū ſenſibiliū q̄ exteri⁹ ſentiunꝉ. Et in cauſis latēt effect⁹ & ecōuerſo: vn̄ reſpectu horū oīm pōt dici intellect⁹. Sed cū cognitio hoīs a ſenſu īcipiat quaſi ab exteriori: manifeſtū eſt ꝙ quāto lumē īntellect⁹ eſt fortius: tāto magis pōt ad ītima penetrare. Lumē autē naturale nr̄i intellect⁹ eſt finitæ vtutis: vn̄ vſq3 ad determinatum aliqd ptingere pōt. Indiget ḡ hō ſupernaturali lumine vt vlteri⁹ penetret ad cognoſcēdū q̄dā q̄ p lumē naturale cognoſcere nō valet. Et illud lumē ſupnaturale hoī datū vocaꝉ donū intellect⁹.

ꝙ hō indigeat lumine ſupnaturali.

Et cū potētia intellectus habeat duos actus. ſ. percipere & dijudicare. Donū intellect⁹ ordinaꝉ ad pcipiēdū diuina & agēda in ordine ad deū. Sapīæ donum ordinaꝉ ad actū iudicādi de eis ſcđm rōnē ſeu regulas diuinas. Sed ſcīæ donū ſcđm regulas humanas. i. rōnis & in hoc differunt. Rō aūt quare hoc donū diciꝉ donum intellectus potius q̄3 rōnis eſt iſta ſcđm bea. Tho. vbi. ſ. Diſcurſus rōnis ſemp īcipit ab ītellectu & terminaꝉ ad intellectū ex aliqbus. Rōcinamur em ꝓcedēdo ex qbuſdā intellectis & tunc rōnis diſcurſus pficiꝉ qn̄ ad hoc puenim⁹ vt ītelligamus id qđ pri⁹ erat ignotū. Qđ ergo rōcinamur ex aliquo intellectu ꝓcedit. Sed donū grē nō ꝓcedit ex lumine naturæ: immo ſupadditꝉ ei quaſi pficiēs ipm: & ideo iſta ſuperadditio nō dr rō ſed magis intellect⁹: qa ita ſe habet lumē ſupadditū ad ea q̄ nobis ſupnaturaliter innoteſcūt ſicut ſe habet lumē naturale ad ea q̄ primordialiter cognoſcimus.

quare dr donū intellect⁹ & nō donū rōnis.

Rō etiā quare aliqđ donū dicaꝉ intellect⁹ & nullū volūtas: cū tn̄ ītellect⁹ diſtinguaꝉ cōtra volūtatē, vt patet in. iij. de aīa, eſt iſta ſcđm. b. Tho. vbi. ſ. qa volūtas noīat ſimpliciter appetitiuū motū abſq3 determinatione alicui⁹ excellētiæ. Sed intellect⁹ noīat quandā excellentiā cognitionis. ſ. penetrandi ad intima. Ideo ſupernaturale donum magis noīatur noīe intellectus q̄3 voluntatis.

Quare non donū volūtatis.

## §. III. QVOMODO DONVM INSI

ꝙ donū ītellect⁹ ſtat cū fide.

mul maneat cū fide. Ad quod ſciēdū opus eſt duplici diſtīctione ſcđm. b. Tho. ij. ij. q. viij. ar. ij. Vna eſt ex parte fidei: alia eſt ex parte intellectus. Ex parte fidei diſtinguendū eſt ꝙ quædā per ſe & directe cadūt ſub fide q̄ naturalē rōnē excedunt: ſicut deū eſſe triū & vnū: & filiū dei eſſe īcarnatū. Quedā vero cadūt ſub fide quaſi ordinata ad iſta ſcđm aliquē modū: ſicut ſunt oīa quæ in ſcriptura diuina ꝯtinenꝉ. Ex parte vero intellectus diſtinguendū eſt: qa duplr poſſumus aliqua intelligere. Vno mō pfecte: qn̄. ſ. pertingimus ad cognoſcēdū eſſentiā rei intellectæ: & ipam vitatē enuntiabilis intellecti ſm ꝙ in ſe eſt: & hoc mō ea q̄ cadūt ſub fide directe non poſſumus ītelligere durante ſtatu fidei. Sed quædā alia ad fidē ordinata etiā hoc mō intelligi poſſunt. Alio mō cōtingit aliquid intelligi īpfecte: qn̄. ſ. ipſa eſſentia rei vel veritas propoſitionis nō cognoſcitur qd ſit: aut qūo ſit: ſed tn̄ cognoſcitur ꝙ ea quæ exterius apparent veritati nō contrarianꝉ in quantū hō intelligit ꝙ propter ea quæ exterius apparent non eſt recedendū ab eis quæ ſunt fidei. Et ſcđm hoc nihil ꝓhibet durāte ſtatu fidei intelligere ea etiā quæ p ſe ſub fide cadunt. Fides aūt quæ connumeratur ab apſo inter duodecim fructus ſpūs ad Gaꝉ. v. nō eſt fides quæ eſt virtus theologica: ſed eſt quædam certitudo eorum quæ ſunt fidei: quæ habetur per donum intellectus. Eſt autem intellectus donum non ſolum ſpeculatiuus: ſed etiam practicus. Vnde in Pſ. cx. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Quod ſic declarat beatus Tho. ij. ij. q. viij. arti. iij. Donū intellect⁹ nō ſolū ſe habet ad ea q̄ primo & pricipaliter cadūt ſub fide: ſed etiā ad oīa q̄ ad fidē ordinanꝉ. Opationes aūt bonæ quēdā ordinē habent ad fidem. Nā fides p dilectionē opaꝉ: vt dr ad Gaꝉ. v. Et iō donū intellect⁹ etiā ad q̄dā operabilia ſe extendit: nō qdē vt principaliter circa ea verſeꝉ: ſed inquantū in agendis regulamur rōnibus æternis: qb⁹ conſpicıēdis & conſulendis inhæret ſuperior ratio: vt ait Aug. q̄ dono intellect⁹ pficitur. Quāuis aūt rō naturalis dirigat hoīem in actibus hūanis: tamē regula humanorū actuū eſt nō ſolum ratio humana ſed etiā lex æterna. Lex aūt æterna excedit rationē humanā naturalē. Et ideo cognitio hūanorū actuū ſcđm ꝙ regulātur a lege æterna excedit rōnē naturalē & indiget ſupernaturali lumine doni ſpūſſancti intellectus vel alterius.

§. iiij. Eſt aūt



## §. IIII. EST AVTEM DONVM IN

In qb⁹ ſit donū intellect⁹ & ī qb⁹ nō.

ad aſſentiēdum tāq; vrgentibꝰ:cū in rei veritate nō cogāt. Et ideo ſignāter dicit. b. Amb. vt refert magr̄ in. iij. ſenten. vbi fides querit̃ ceſſent argumēta phoꝝ. Piſcatoribꝰ credi tur nō dialecticis. Tertio. ſ. quātū ad illud ꝙ multa gētiles dixerunt de articulis fidei:ſciēdum ꝙ quædam ipſi dixerūt q̄ videnẗ hoc ſonare qđ ab aliq̄bus exponit̃. Sed ſatis manifeſte apparet talem intellectum nō fuiſſe de mente eorū: ſed extortę ſunt illę interpretationes. Verbi grā dixit Triſmegiſtus. Monas genuit Monadē:& inſeipm reflectit ardorem. Exponunt hoc aliq de myſterio trinitatis: q̄ſi voluerit dicere. Vnus genuit vnū. ſ. pater filium. Ardorē quē in ſe reflectit dicētes ſpiritūſanctū: quo ſeinuicē diligūt pater & filiꝰ. Sed ſm̄. b. Tho. nō hoc ille intellexit ſed ꝙ vnus deus genuit vnū mūdū. i. ꝓduxit quē & diligit. Diligit em̄ oīa q̄ fecit:q̄a bona inquantum facta. Sic & illud Virg. in Bucco. Iam noua ꝓgenies cœlo demittit̃ alto &c. Quidam exponunt dictum de myſterio incarnationis. qđ bea. Hiero. reprobat:& ſic de multis alijs. Quarto notādū ꝙ ſi qua dixerūt q̄ ad verū intellectū fidei noſtræ cōgruūt: vt illud Virgi. Principio cœlū & terrā:cāpoſq; liquētes:lucētemq; globū lunæ titaniaq; aſtra &c. Illa non a ſe habuerūt ſed furati ſunt a ſacris paginis. Nā iā Iudæi per diuerſas captiuitates nō ſolū ſub Nabuchodonoſor:ſed ſub Antiocho diſperſi erāt p̱ orbē:& ſcripturę eorū diuulgatæ. vñ illi & alij potuerūt illa haurire. Dicit em̄ Io. Do. card. vbi. ſ. poſt be. Aug. in. xviij. de ci. dei:ꝙ poſt prophetas venerūt Philoſophi gētiū a Pythagora vtiq; orti q̄ claruit tp̄e quo Iudæorū Babylonica ē ſoluta captiuitas:multo magis cęteri. Nā Socrates inſtructor Platonis magiſtri Ariſto. poſt Eſdram dicitur docuiſſe. Nr̄os tñ nō oēs Orpheus, Linus Muſeus. et ſi q̄s alius īter Gręcos extitit Philoſophos antiq̄tate tp̄is p̄ceſſerūt. Verūtñ nr̄i veri ſapiētes Abraā Iſaac & Iacob. & ipſe Moyſes p̄fatis Græcis annis & dignitate inueniuntur priores. De Abraā dicitur ꝙ fuit magnus aſtrologus & eā Egyptios docuerit:partē tñ ſanā nō mathematicā falſam. Eo q̄ppe tp̄e quo Moyſes natus eſt fuiſſe reperitur Athlas ille magnus aſtrologꝰ qui fertur cœlis ſubmiſiſſe lacertos Promethei frater maternus. auus Mercurij maioris: qui cœpit multarum artium doctor diſcipulos plurimos erudire. Vbi cœpit ergo regnāte Romulo latex Iſrael profluere de fontibus ſaluatoris:illi laudū cupidi ex prophetis ſctis potati tradiderunt q̄ neſciebāt:vana p̄ſumptiōe illorū textus & v̄botenꝰ coloratos mutātes:& ꝯ intētionē ſpūſſcti cum veritate repugnare gloſſantes. Hæc ille. Sic & in libris Platōis plura inueniūt̃ de verbo dei dicta:ſed nō eo intellectu quo vera fides fatet̃. Nō ḡ ab illis riuulis turbidis erroribus adiunctis aqua ſapiæ hauriēda eſt:ſed ad fontem lympidiſſimū ſacrę paginę recurrendum:ita ſuauiſſimū vt q̄ bibūt me adhuc ſitiēt. Eccli. xxxiiij. dicat ip̄a ſapientia. Quīto conſiderandūq; vt dicit. b. Aug. & hr̄ diſt. xxxvij. ſi quid. Si q̄d veri de deo Sibyllę & Orpheus alij q̄ gentiū Vates ac Philoſophi dixerūt valet quidē ad Paganorū vanitatē reuincēdā:ad iſtorū. ſ. q̄ ſunt fidei & xp̄ianæ religiōis autoritatē cōplectēdā. Quātū em̄ diſtat de xp̄i aduētu inter prędicationē angeloꝝ & ꝯfeſſionē dæmonū: tm̄ iter autoritatē iſtorū & curioſitatē ſacrilegarum ſcripturarū. Si q̄ em̄ dixerūt gētiles ph̄i cōcernētia fidē q̄ ex ſcripturis ſacris nō hauſerint a dæmonijs eis potuit reuelari. Vñ dicit idē. b. Aug. in. iiij. de tri. Cū ph̄i illi Etnici ad hęc vidēda. ſ. q̄ ſunt fidei nullo mō eſſent idonei. nec ad illud q̄dē digni habiti ſunt vt eis iſta p̱ ſctōs angelos nuntiarent̃ ſiue forinſecus p̱ ſenſum corporeū:ſiue interioribꝰ reuelationibꝰ in ſpū exp̄ſſis ſicut patribus nr̄is vera pietate p̄dictis hęc monſtrata ſunt poteſtates em̄ aereæ ſup̱bę atq; fallaces: etiā ſi q̄dā de ſocietate & ciuitate ſctoꝝ & v̄o mediatore a ſctis ꝓphetis & angelis audita p̱ ſuos Vates. ſ. Poetas & philoſophos dixiſſe reperiunt̃:id egerunt vt p̱ hęc aliena v̄a etiam fideles dei ſi poſſent ad ſua falſa reducerēt. Deus aūt p̱ neſciētes egit vt veritas vndiq; reſonaret fidelibus in adiutoriū impijs in teſtimoniū. Hęc illę. Non ḡ ſunt legēdi niſi ab eis q̄s oportet eis orthodoxā fidē feruētiꝰ p̄dicare. Sed q̄a nūc nō ſūt Pagani īter Chriſtianos ꝯuerſantes: vt olim: q̄s oporteat autoritatibꝰ ſuoꝝ gentiliū reuīcere. vt q̄d p̱ditio tp̄is hęc? Quare non potiꝰ ſacris ſcripturis inſudādū & canonibus quibus fideles erudiant̃. Hinc Hiero. di. xxxvij. nonne ait. Nonne videt̃ vobis in vanitate ſenſus & obſcuritate mētis ingredi:q̄ diebꝰ ac noctibus in dialectica arte torquent̃

*Poetæ & philoſophi gētiles ſi q̄ v̄a dixerūt vñ habeāt illa.*

*Sibyllę & aliorū gētiliū dicta ad q̄d valent.*

& dialecticoꝝ tendiculis q̄ nō tā argumēta q̄; q̄dā vmbræ q̄ cito trāſeunt diſſoluunt̃. Qui phyſicꝰ ꝑſcrutator oculos trās cœlū leuat & vltra ꝓfundū terraꝝ & abyſſi in quodā inane demergit̃:q̄ iābū feruet, q̄ tātā metroꝝ ſyluā in ſuo ſtudioſus corde diſtinguit & congerit. Sexto aīaduertendū eſt periculū inde immīnēs ex tali ſtudio niſi ſit bn̄ firmatꝰ & timoratꝰ ī fide. videlicet ſubuerſio mētis:& deductio ad incredulitatē. Vñ in ꝓuerbijs dici ſolet. Raro magnus ph̄s bonꝰ catholicꝰ. Hinc apl's. j. ad Coꝝ. ij. di. Sapiam in myſterio abſcōditā. ſ. dei filiū incarnandū vel incarnatū: nullus pricipū huiꝰ ſæculi. i. philoſophoꝝ ſm̄ glo. cognouit. Hiero. q̄q; his inſtructꝰ poſtq; ab angelo p̱cuſſus ꝓpter nimiū affectū & ſtudiū ad hmōi vidēs p̄iculū inq̄t ad Damaſum papā in homil. de ꝓdigo filio q̄ perierat. Dæmonū cibus eſt carmina poetaꝝ ſęcularis ſcīa rhetoricoꝝ pōpa verborū. Nulla ibi ſaturitas veritatis. Nulla iuſtitiæ refectio reperit̃. Studioſi eaꝝ in fame veri & virtutū penuria ꝑſeuerant. Hęc ille. Et iō dimiſſis ſiliq̄s porcorū:doctrinis. ſ. gentiliū q̄ inflant non ſatiāt:accedēdū eſt ad cōuiuiū cœleſtis patriæ in domo eccl'ię. In mēſa ſcripturę ſacrę q̄ nobis parata eſt aduerſus eos q̄ tribulāt nos. Quā ſit periculoſum his gētiliū doctrinis īſiſtere oñdit Salo. tā exēplo ſuo q̄; v̄bo. Nā p̄fatꝰ vir venerādus Io. Do. car. ī dicto li. dicit poſt Origenē ꝙ illæ ſeptingentæ vxores q̄ſi reginę & trecētæ cōcubinæ. q̄bꝰ ardētiſſimo amore cōiūctꝰ erat:fecerūt eū a deo v̄o & cultu eiꝰ recedere:fuerunt innumeræ doctrinę variæ diuerſarū gentiū circa cultū & ritū colēdi deū:vl' circa moralē vitā q̄ videre voluit & nimis curioſe ſcrutari:ex q̊ ſtudio declinauit a v̄itate notitiæ dei & moꝝ: etſi vt credit̃ a b. Hie. & b. Amb. & Chryſ. ad p̄n̄iam ſit reuerſus. vt patet ī Eccl'iaſte. Sic etiā aliq̄ credūt Origenē tā eruditū & ſapiētē virū & auſterę vitę & caſtū cecidiſſe ī errores ꝓpter quos vt hæreticꝰ ab eccl'ia eſt dānatꝰ:q̄a nimis inhęſit doctrinis gētiliū p̄cipue Platonicoꝝ. Verbo ħ ip̄e Salo. oñdit. Nam cōiter vbi in ꝓuerbijs loq̄t̃ de vana & mala muliere:& malis q̄ inferunt̃ ex ea. exponit̃ non ſolū de fœmina vl' ꝯcupiſcētia carnis ſeu ſenſualitate:ſed p̱maxime de doctrina gētiliū & hæretica. Et alijs autoritatibus de muliere mala in diuerſis capitulis Prouerbioꝝ omiſſis ſolū iſta hic inferat̃ q̄ habet̃. c. vij. Conſidero vecordē iuuenē:qui trāſit p̱ plateas iuxta angulū & ꝓpe viā domꝰ illiꝰ gradit̃ in obſcuro adueſperaſcēte die in noctis tenebris & caligīe. Et ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio p̄parata ad capiēdas animas:garrula & vaga quietis impatiens nec valēs in domo conſiſtere pedibus ſuis nūc foris: nūc in plateis:nūc iuxta angulos inſidians appręhenſumq; deoſculat̃ iuuenē:& ꝓcaci vultu blāditur dicēs. Victimas ꝓ ſalute deuoui hodie reddidi vota mea. Idcirco egreſſa ſum in occurſum tuum deſiderans te videre & reperi. Intexui funibꝰ lectū meum ſtraui tapetibꝰ pictis ex Egypto. Aſp̱ſi cubile meū myrrha & aloe & cinnamomo. Veni inebriemur vberibus & fruamur cupitis amplexibus donec illuceſcat dies. Nō eſt em̄ vir in domo ſua. Abijt via longiſſima ſaculū pecunię ſecū tulit in die plenę lunę reuerſurus eſt domū ſuā. Irretiuit eū multis ſermonibꝰ & blāditijs labioꝝ ꝓtraxit. Statim ſeq̄t̃ eā quaſi bos ductus ad victimā. & quaſi agnus laſciuiens. & ignorat ꝙ ſtultus trahitur ad vincula donec trāſfigat ſagitta iecur velut ſi auis feſtinet ad laqueum & neſcit quia de periculo aīæ illiꝰ agit̃ &c. Sup̱ his ſic ait exponens Ioan. do. car. vbi. ſ. Certe ſi de vulgari ſcorto loquit̃ ſapientiſſimus. Salomon:palā loquit̃. & ꝓuerbiū nullū dicit. Neq; etiam intelligibilis niſi ad principale ſubiectū ſui tractatꝰ ſcripta referant̃ vniuerſa. Primo namq; exponit̃ quis patiatur hoc malū docēs a falſa doctrina tenendū eū q̄ ſub p̄textu intelligendi ſacras ſcripturas. aut corrigendi mores vel alijs ꝓficiendi:ſcholas inconceſſas intrare diſponit. Tales ei colores teḡūt ſtudētes pręfatas doctrinas ſe tenebris caligātes & cæteros. Si efficientem cām q̄rimꝰ: meretricē hæreſim infidelitatē ſeu religionē habemꝰ ꝓprio ornatu deſcriptam. Si materiam rimamur cuncta ambit:& pœnæ de oībus tractat non conſiſtere in vno loco contenta:vt oēs capiat glorię cupidos:q̄bus illam optatā datis in victimis repromittit. Cauſa formalis nō ſubticet̃: ſed exprimit̃ illius doctrinæ ꝓceſſus ſi fas eſt illā appellare doctrinā. Procedit em̄ dialecticis argumentis:aut connexis narrationibꝰ quaſi quibuſdam funibus intexta coloribus & curſibus tropicis vanę Egypti depicta:myrra p̄nię & mortificatiōis quorundam

*Libros hmōi gētiliū legere cui ꝯueniat.*

*Q̄꞉ piculoſū ē talibꝰ īſiſtere.*

*Explanatio aliq̄rū Prouerbioꝝ Salomōis de mala muliere*



rūdā illiꝰ factiōis hoīm ſtrata. Necnō aloe infœliciū alioꝝ tragico atq; virtutū cinnamomo pilo diffinitionis & diuiſionis cōtuſo. In his ſchematibus tota ſcientia pōt cōtineri. quæ partim ad materiā: partim ad formā debet reduci. cū apud eloquentes comedia, tragedia, ſatyra. ſicut ꝓpria materia:ſic ꝓpria forma currāt. Finalis cauſa ꝓmiſſa q̄ trahit & fallit ſerpens vt anguis eſt mentis quędā dulcedo arctiſſimoꝝ amplexuū cōciliatrix cū ea. Sed exitus verus eſt infernalis p̱ditio iecore vulnerato. qđ nulla medicorum arte pōt curari. Vñ cōcludit idē tātis exp̱tus in malis. & ſubdit. Nunc ergo fili audi me & attēde v̄ba oris mei:ne abſtrahatur in vijs illiꝰ mēs tua neq; decipiaris ſemitis eiꝰ. Multos em̄ vulneratos deiecit & fortiſſimi quiq; interfecti ſunt ab ea. Viæ inferi domꝰ eius penetrantes interiora mortis. Itē apl's ad Col. ij. c. ait. Videte ne quis vos decipiat p̱ ph̄iam & inanē fallaciā ſm̄ traditionē hoīum: ſm̄ elementa mūdi & nō ſm̄ Chriſtū:q̄a in ip̄o habitat oīs plenitudo diuinitatis corp̱aliter. Vbi dicūt gloſ. ſanctoꝝ doctorū. Philoſophiā quā deteſtat̃ apl's terrenā ſciētiā : argumentis & ſubtilitatibus cōponi. dū veriſimilibꝰ cauſis & cōmētis rebꝰ diuinis adimit fidē. quæ oīno vitanda eſt. Cū ait ſm̄ elemēta tāgit qui prudētius idola exponunt dicētes. Iuno eſt aer:Neptunus mare:ignis Vulcanus & hmōi. Et addit præfatus vir venerandus eximiꝰ p̄dicator. Hic nō agitur aduerſus aliq̄s qui ante baptiſmū ſciuerunt līras illas. aut q̄ aliq̄n forte id requirēte tædij fuga poſt baptiſmū:aut materia ad conuincendos hoſtes aliq̄d legit de gētilibus aut ſuis interſerit dictis. Sed cōtra hos voce Chriſtianos ſæpe clamaui: & a clamore ceſſare nō valeo:qui ſcriptura ſacra neglecta : relictis doctoribus ſctis ſe dedicant penitꝰ ſtudijs illis. & ſi prædicauerint p̱ tragedias:comedias:ethicā:phyſicam: aſtrologiā: & metaphyſicā aures audientiū demulcent quaſi ipſa diuina eloquia nō ſufficiant ad ſalutē:aut ipſi infideles fundarint catholicā fidē. Vnde nullꝰ animaꝝ ſequitur fructus:& merito:q̄a vt dictū eſt per Pſ. xxxj. Verūtamen in diluuio aquarum multarum. harum. ſ. doctrinam ad deum docētes vel audientes non appropinquabunt.

*Philoſophia dr̄ terrena ſciētia.*

¶ De erroribus cōtra fidē philoſophoꝝ gentiliū. Cap. V.

PLVRALITATEM DEORVM primꝰ inuenit pater mēdacij cū dixit in p̱adiſo terreſtri primæ mulieri. Gen. iij. Eritis ſicut dij ſciētes bonū & malū. Exinde poſt diluuiū tyrāni. vt Ninꝰ idolū patris ſui Beli. Demū philoſophi. Nota ad ħ figurā notabilē quā exponit ipſe Io. Dñici car. vbi. ſ. ſignant literæ ſacrę quēdam robuſtū venatorē corā dño. ſ. Nemroth. nō feris:ſed deo infeſtū ſua inquiſitione ſup̱ba cœpiſſe turrim ædificare cuiꝰ cacumē pertingeret cœlū vt nomen eiꝰ celebre haberetur in orbe. Erat prius terra labij vnius eorūdemq; ſermonū: q̄a nō erat niſi vna religio & vnica fides ab vno deo per vnū patrē Noe oībꝰ prędicata. At vbi ille tumidꝰ cœpit velle naturalē ſcientiā ad metaphyſicā trāſportare:nō Vulcani fulmine ictus quo fabulæ Poetarū fingūt gigātes mōtibus mōti ſuſpēſis voluiſſet rapere cœlos Ioue inde repulſo:& ob hoc extīctos:ſed linguę confuſione a deo fuit percuſſus:donec veniret ſpūſſanctus ſenſibili ſpecie linguas confuſas in vnā fidem per ſanctos apl'os plene reducens. Tunc em̄ primo ſcđm Iſid. dij adorati ſunt q̄n Phalech natus eſt ob id ſic denominatus : q̄a facta fuit diebꝰ illis diuiſio. nō poſſe autē diuinum propriū eſſe cognoſci eo nō reuelāte teſtis Salomon:immo ipſe rerū effector per Salomonē dicēs. Quæ in cœlis ſunt q̄s inueſtigabit. ſenſum aūt tuū quis ſciet:niſi tu dederis & miſeris ſpiritū tuū de altiſſimis. Nōne cōfuſum eſt labiū in vniuerſa terra ex quo humana p̄ſumptio dep̄hendere voluit quid ſit deꝰ ab ipſo prius ſuſcæpto:q̄a eſt. & quia id eſſet quo melius excogitari nō poſſet. cū tot emerſerūt opiniones ex ip̄a idea Herculea. vt niſi ignis ſpūſſcti eam cōburat pullulent mortifera capita vbi credunt̃ priora ſucciſa. Aliq̄ em̄ dixerunt deos eſſe plures & diuerſos hoīes in mundo famoſos. Romani ad quēlibet creaturæ prouectū vnū deū vt deā ſegetiā cū bladū ſerit̃: orteā cū orit̃:ſpiceā cū ſpicā facit : nodeā cū nodū ꝓducit q̄ſi nō ſufficeret vna dea ad ꝓducendū bladū ad p̱fectionē. & ſicut de alijs vt ponit. b. Aug. in li. de ciui. dei rōnibus cōuincēs cęcitatē & fatuitatē illoꝝ.

*Quādo idololatria & p̱ q̄s cœpit oriri*

*Pluralitas deorū p̱ Romanos.*

§. I. IN DILVVIO AQVARVM MVL

tarū gentiles Poetæ & Philoſophi doctrinarū. ſ. ſuarū fabularū & falſarū q̄bꝰ demerſi ſunt in ꝓfundū: q̄a ꝯ fidē & bonos mores:ſicut nō appropinq̄uerūt ipſi : ad deū:ſed a deo repulſi ita & oēs ſequaces taliū doctrinarū ad deū nō appropinq̄bunt. Hoꝝ aūt errorū multitudinē explicat:& ſi nō totā ſępefatꝰ Io. do. car. in p̄fato li. Errauerūt em̄ ait circa diuinā eſſentiā ſicut p̄tactū eſt. Apud Athenas ſi q̄dē Homerus dixit inter ſe deos cōfligere bellis. Senior aūt Pliniꝰ aliqua poſſe hoīes q̄ nō valeant dij. Licet hic error ſit magis v̄balis q̄; eſſentialis. Sed ex intentione poſita & ſophiſmatibus fulta. Illa ferarū ſylua necātia virulēta portenta. hæc inter multa latrāt & diſcurrunt aīas erroribꝰ illaqueando. Deū nāq; q̄dā eoꝝ ille eſſe. alij elementa ſydera nōnulli affirmauerunt. Intentionibꝰ q̄buſdā viciſſim ſuccedentibꝰ. Deum mobilē prædicauerunt plures. Quidā eū cuiuſlibet rei formā. Et cæteri tm̄ cœli eſſe formalē ſubſiſtētiā dogmatizāt. q̄s tñ. xj. Meta. belua cōmentator conat̃ euertere. Alij dicūt deū non cognoſcere q̄ ſunt extra eundē. Aut tm̄ vl'ia prout ſunt q̄dā ideę vel ſub̄ę ſep̱atę. Siue ipſa p̱ticularia ſolū ī ſuis cauſis intueri. Sunt ibidē q̄ affirmēt cōtingentiū notitiam non hr̄e. Sed ſi nec credit̃ eis:negant alij eū vilia noſſe quibus repugnāt cū Talmuth hi qui ip̄m peccatorē & de p̄ctis ſuis garriunt emundari. Apud Empedoclē lis & amicitia. Apud alios raritas & dēſitas:bonum & malū. Apud quoſdā æternę materiæ particulariū corporū q̄ vniuerſa mundi machina integrat̃ cauſæ agentes fuerunt. Inibi erectis ambonibꝰ q̄dā cœlū non hr̄e cauſam q̄dā motū ſolū eiꝰ a deo prodire. Quidā materiā neq; creatā eſſe neq; effectū ſuis auditoribus promunt. Audiunt̃ ibi q̄dā obtentus. Subſtātia corpoꝝ cœleſtiū eſt cā actiua inferiorū ſubſtātiarum. Deus creauit primā ſubſtantiā ſeparatā & ceſſauit. Illa creauit ſecundā. Scđa tertiā. Tertia quartā. Quarta quintā & ſic vſq; ad vltimā otioſam varietatē multa dicētes. Suſurrant in eadē ſylua q̄dā ſine cōcordia & aiunt. Deꝰ nil pōt preter rerū curſus:ip̄e agit a neceſſitate naturæ:cūcta ex ſimplici volūtate diuina nulla concurrente luce rōnis emanant. Perſtrepunt inde regalē aulā infeſtantes. voces haud dubie Ariſtotelis de mūdi æternitate:aliorum multorū de materiæ ęternitate ex q̄ mundus cœpit gn̄ari. Democriti & Euſippi de infinitis principijs atomis: ſiue inquantitatiuis corporibꝰ ex quibꝰ ſingula cōſtant. Anaxagorę de principijs innumerabilibꝰ ſimul cōfuſis in q̄dā chaos. Empedoclis de principijs ꝯrijs quē Manichęorū forma ambibat ſecū habentium Pythagorā dicentē bonū & malū oīm rerū extitiſſe principia prima. Hos agitabat nō parū phyſicus Auicēna : nunc intus:nunc extra incertus exiſtēs. Dicebat em̄ ꝙ deus intelligens ſe vnā intelligētiā primā ꝓducit:in q̄ iā eſt potētia & actꝰ:q̄ inquātū intelligit deū ꝓducit intelligētiā ſcđam. Inquantū vero intelligit ſe ſcđm ꝙ eſt in potentia ꝓducit ſubſtātiā orbis primi. Et īde ꝓcedēs diuerſitatē rerū īſtituit p̱ cauſas ſcđas. Mirū barrū p̄terea & formidine plenum ex eodē ſine luce luco procedit. Oēs em̄ a forma hoīs a vento aīam vocant. Anemos em̄ gręce latine dr̄ ventus Hinc aiūt nullā eē ſubſtātiā niſi corporeā. Vnicū eſſe ītellectū actiuū cūctis rōnalibꝰ influētē:quorū q̄libet ꝓprio viget poſſibili vel intellectu. Auerroi ħ pręcæteris defendēte ꝙ intellectus poſſibilis ſit v̄tus in nobis cū elementis admixta ꝓut voluit Alexāder aīam ſolū cōplexionē fore vt male placet Galeno. Variant hūc tonū q̄ dicunt quādā harmoniam ex ꝯrijs aīam fore corpꝰ & hoc varijs ſentētijs. Clamāt idē penitꝰ eſſe ītellectū & ſenſum nō differre ab imaginatiōe. Intelligētiam ſubſtātias ſep̱atas influere nr̄is intellectibus radios ſeminales. Vñ notet Plato cū iſtis noſtrum diſcere eſt potiꝰ reminiſci. Pręcepit & hinc quorūdā latratus Salomō inſanos ſub tali forma ꝓdire ex nihilo nati ſumus & poſt hæc erimus tanq; nō fuerimus. vnꝰ eſt em̄ interitꝰ hoīm & iumentorū. hō iumēto nō habet ampliꝰ. Ibi eſt Plato fouēs Origenē ꝙ aīę ſimul fuerint creatæ: necnō ꝙ poſtq; fœlicē vitā fuerint adeptæ. iterū ad corpora incip̱e velle reuerti: & illiꝰ vitæ fœlicitate finita miſerijs huiꝰ adhuc peregrinationis inuolui. Idēq; de angelis ſenſit ſcđs. Ibi Pythagoras inſinuans Naſoni aīas in diuerſa corp̱a trāſire: & ad ꝓpria interdū reuerti:qui ambo auctores in circūitu ambulabant dicentes ſęcula renaſci cū vniuerſis accidentibꝰ ſuis: aut cōpletis quindecim miliū vt voluit primꝰ. aut. xxxvj. miliū. ſicut docuit ſcđs annorū circulis. Gymnaſia inſuper ibidē perſonāt quorūdā aīas ab angelis creatas Platone præſi-

*Ph̄i gentiles & hmōi circa q̄ errauerunt.*

*Error Ariſtotelis circa mundum.*

*Opinio eorū q̄ dicunt aīas cū corp̱e ī nihilū redituras vñ ortū habet.*

dēte ſubſtātias ſeparatas eſſe ſolū.xlv.vel circa.ſm numerū circulorū orbiū Ariſtotele metaphyſico diſputante. Et angelorū numerū in ſacris literis cōtentū nō ſubſtātiarū: ſed virtutū ęſtimādū rabbi Moyſe garriēte. Neſcio an ſymphoniā vel ſpm̄ dixerim ſtridentē quoſdā dubios ſonos q obaudiūtur exinde innumeri Epicuro cantante phalerant: ventrē adorātes: quorꝫ orationē Salomō recitat dicēs. Hoc itaqꝫ viſum eſt mihi bonū vt comedat qs & bibat & fruaṫ lætitia ex labore ſuo & hęc eſt pars illiꝰ. Vbiqꝫ relinquamꝰ ſigna lętitiæ: qm̄ hæc eſt pars noſtra: & hæc eſt ſors noſtra: Audiebāt illū etiā Cherynthiani credentes poſt reſurrectionē corporꝫ oībus carnis voluptatibus mille annorꝫ ſpatio frui. Saraceni quoqꝫ & nonnulli Iudæorū circa hmōi atria ſaltāt fabulātes poſt vitā p̄ſentē flumina lactis mellis & vini a ſe loco retributionis habenda fore. Confuſionem ante Mœdos hæc varietas gignit vt honorē: gloriā: diuitias: potētiam: corporis ſanitatem & ſpeciem: ſenſus peruicaces & vigiles mores prudentiā artiū victorioſam induſtriā: ſpeculationem cōem vię cognitionē poſſibilē qſqꝫ ꝓpria volūtate dicat eſſe ſummū hoīs bonū. Ibi nēpe hæc & plura leguntur. Cuiuſdā etiā clamor inde ad aures Torquati vſqꝫ peruenit. Aut deū nō eſſe: aut nullū fore in ſęculo malū dicentis: ſub quo nō pauci diuinā ꝓuidētiā ad inferiora non ꝑuenire cōtendūt. Stoici ibi blaſphemāt ſm quedā ordinē cauſarū in tranſgreſſibilē de neceſſitate omnia euenire. Erexit ſibi ſpecialiſſimū thronū in pręfato nemore multiplicius Plato dicens. vt tradit Greg. Nicenus triplicē ꝓuidentiā eſſe: quarū prima eſt ſummi dei qua primo & principaliter ꝓuidet ſpūalibus & intellectualibꝰ. Cōſequēter ꝟo toti mūdo quātū ad genera & ſpecies & vniuerſales cauſas q̄ ſunt corpora cœleſtia. Scđa ꝟo eſt qua ꝓuideṫ ſingularibꝰ aīaliū & plātarū quantū ad generationē & corruptionē: & mutationes alias: quā attribuit dijs q cœlū circumeūt ſicut poſt eū Ariſt. hāc obliquo circulo dedit. Tertiā vero ponit rerū q̄ pertinēt ad humanā vitā: quā qdē reddit dæmonibꝰ qbuſdā exiſtētibus circa terrā: qui ſecūdū eū ſunt hūanarū actionū cuſtodes: licet ſecūda & tertia ſint dependētes a prima. Inſerūt cęteri caſus ī gloria ꝑuenire. Alij autumant formas oēs accidētales eſſe: cōtinueqꝫ flui: & nunqꝫ niſi per inſtās aliqualiter ꝑmanere. Certā ſedem in vna parte cœli plures ex illis deo locāt & alibi nō remanet quos īpugnāt alij a rebus naturalibꝰ oēm actionē auferentes quaſi ſe ſolo in qualibet creatura deus particulariter agat illa non agente. Canit & Homerus Solem vel Iouē intellectum illuſtrare. Ait em̄. Talis eſt ītellectus in dijs & hoībus terrenis: qualē in die inducit pater virorūqꝫ deorūqꝫ. Scriptū eſt ibi. Fatis agimur credite fatis: non ſolicitæ p̄nt curæ mutare rati ſtamina fuſi. Quicqd patimur mortale genus quicqd facimꝰ venit ex alto. Oīa recto tramite vadunt: primuſqꝫ dies dedit extremū nō illa deo vertiſſe licet. Auditur ibi mors indiuidua noxia corpori nec parcens aīę. Iterū ſi oraueris ibi vt bene tibi ſuccedat Epicurꝰ obſtabit ꝙ deus de nobis nō curet. Impugnabunt Stoici: qa de neceſſitate cuncta cōcurrunt. Perturbabunt Egyptij aſſerentes orationibus noſtris deū mutari. Protraheris ab Hermete vt ſtatuas adores vel idola: quaſi in illis ſit aliqd maieſtatis diuinæ. Ait em̄. b. Aug. referente. viij. de ciui dei. ſicut deꝰ effector eſt deorum cœleſtiū: ita hō fictor eſt deorū qui in templo ſunt humana ꝓximitate cōtēti: ſtatuas dico aīatas ſenſu & ſpū plenas: tātaqꝫ faciētes & talia ſtatuas futurorū pręſcias: eaſdē de ſomnijs & multis alijs rebus p̄dicentes & imbecillitates hominibus facientes eaſqꝫ curantes triſtitiā lætitiāqꝫ dātes ꝓmeritis. Ferale eſt iſtud & horridū nimis ire ad dæmones compellēs quos venerabilia numina vocat p̄ſtigiorꝫ multiplr̄ effectiua aliq̄ monſtruoſa inde diſcurrunt humana pariter & ferina: qui in vna eadēqꝫ ſnīa quędā vera & quędā falſa ponunṫ. vt eſt illud ꝙ ſpūs ſunt naturalr̄ mali & virtuoſis viris infeſti. Ait nāqꝫ in epl'a Porphyrius ad nepotē. Quoſdā opinare eſſe quodā ſpirituū genus cui exaudire magos ſit ꝓpriū: noſtra fallax omniforme ſimulās deos & demones & aīas defunctorꝫ: & hoc eſt ꝙ efficiat qui videnṫ eſſe vel bona vel praua: cæterūqꝫ circa ea q̄ vere bona ſunt nihil opitulari. immō vero iſta nec noſſe: ſed & mala cōſiliare & inſimulare atqꝫ impedire & inuideri virtutis ſedulos ſectatores & plenos eſſe temeritatis & faſtus: gaudere odoribus: adulationibus capi. Adhuc caſtitatis amator Plato ibi diffinit vxores debere eſſe cōes: cuius ſcholas coluit Nicolaus Apocalypſis cum ſuis.

*Error Homeri dicentis solē & lunā intellectū illustrare.*

*Error illorꝫ qui dicunt fidē nil ꝓdeſſe ad vitā beatam*

Nō deeſt q dicat ad cōſequēdā vitam beatā fidem nihil prodeſſe: ſed ſolū opus morale. vox Agazelis aures ſyluā intrantis vulnere ſauciabit: ponētis aīas impiorū pœna dāni ſolūmodo cruciari. Vbi oēs vno mētiūtur ſermone corpora defunctorꝫ nō poſſe reſurgere ꝓteſtanṫ: & errare aīas neſcio ꝑ quos cāpos: aut vſqꝫ ad diē extremū periculi mundialis ſedes determinatas neſcire. Scimus ꝙ in his mēbris ſacræ euchariſtiæ venerabile ſacramētū ītrare nō pōt. In quo eſt ſubſtātia corporea ſine accidēte: qualitas abſqꝫ ſubiecto: carēs dimēſionibus quātitas: inter deſperata relatio. In corpus a nō corpe actus: & ad impoſſibile paſſio terminaṫ. Locus cingitur a locato. Ambit in ſtās quodlibet qn̄ ambitur: nō adiacet neqꝫ ſitus cōtinet ſituatū. Hæ & aliæ q̄plurimę nō dico. Poetarū ne vertibiles credātur ſub fabulis: ſed Philoſophorꝫ opiniōes quas etiā ſuo lenocinio colorauerūt ex ītētione Vates gētiliū nō ſolū iter ſe pugnāt: ſed aduerſus catholicā veritatē timidū certamē exercet: ad quos ſi qs inermis acceſſerit. & ſacrę ſcripturæ clypeis mille nō plene munitus: aut remanebit occiſus: aut ſauciatus ad mortē nō medicamina recæpturꝰ niſi a ſummo medico chriſto. Hos pene oēs errores reprobat. b. Tho. cōtra gentiles in diuerſis capitulis & etiam libris.

## ¶ De erroribus Iudæorū & Sarracænorū. Cap. VI.

IN DILVVIO QVOQVE AQVArum multarū. i. doctrinarū falſarū Iudæorum et Saracænorū: hoīes nō appropinquabūt ad deū ſed elōgabunṫ ſubmerſi ab ęterna dānatiōe: quę doctrinæ reprobanṫ ꝑ eccleſiā & ſctōs doc. & p̄cipue bea. Tho. ī lib. cōtra gētiles ꝑ totū. Apud Iudæos antiquos qui fuerūt circa tpa Chriſti fuerunt tres ſectæ opinionum a cōi vita aliorū diſtātes in qbus oibus erāt aliq errores. videlicet Phariſęi: Saducæi: & Eſſæi. Et Phariſæi qdē victu auſtero & parco cultu traditiones ſuas ſtatuentes: quibus Moyſi traditiones determinātes. vt glo. Pictacia chartarum in frōte geſtabant & in ſiniſtro brachio in quibus decalogus inſcriptus erat. Et hæc dicebātur phylateria: a phylaxe qđ eſt ſeruare: & thorax qđ eſt lex. Iſti maiores fimbrias alijs ferētes: ſpinas eis affigebant: qbus puncti deambulādo memores eſſent mādatorum dei. Iudiciū dei futurū dicentes: oēm aīam incorruptā eſſe: ſolas bonorꝫ aīas in alia corpora tranſire vſqꝫ ad reſurrectionē & iudiciū in hoc errabant. Malorum aūt æternis trudi carceribꝰ. Saducęi dicebant in arbitrio hoīm ſitū eſſe bonū malū ve agere. Aīarū generaliter vel ſupplicia negabant vel honores & futurā reſurrectionē corporum: aīas cum corporibus mori putantes: nec angelos eſſe dicebant. Solos quinqꝫ libros Moyſi recipiebāt: nimis ſeueri erant: nec inter ſe ſociales. Ob quā ſeueritatem Saduçeos. i. iuſtos ſe nuncupabant. Eſſæi fere in oībus vitā monaſticā agebant nuptias faſtidientes: nō qa coniugia & hoīm ſucceſſionem putarent puniendā: ſed cauendam intēperantiā mulierū: nullam earū fidē ſeruare viro putantes. Oīa habebant cōia. ſqualIorē decus putabant: dūmodo in veſte cādida: ſemper eſſent. Nulla eis ciuitas: ſed in ſingulis domicilia habebant. Solē vt oriretur orātes: poſtea vſqꝫ ad quintā horā operantes. Loti corpꝰ aqs ſimul cū ſilentio edebant. Iuramentū habebant ꝓ periurio. Sectæ ſuę neminē adhibētes: niſi ſubſtantiarū ꝓbatione. Recæpti aūt ſecū poſt annū duobꝰ alijs annis mores eius ꝓbabāt. Deprehenſum in pctīs a ſe pellebant: vt herbas more pecorum decerpens vſqꝫ ad mortē pœniteret. Spuere in mediū vel ad dexterā partē ſui vitantes. Adeo ſabbatū obſeruabant vt nec ea die aluū purgabāt. Viuebāt lōgiſſimo tpe ob victꝰ ſimplicitatē: mortē ꝓ iuſtitia iudicantes meliorē: aīas omnes a pricipio creatas ꝓ tēporibꝰ incorporari. Bonas exutas corporibus vltra oceanū degere. vbi ſit poſita eis fruitio ad orientē. malis vero hiberna & ꝓcelloſa loca delegātes. Hęc ſm Vincē. in ſpe. hiſto. lib. vij. c. xcvij. Sed in nouo teſtamēto errores alios habent cōtra fidē. vñ & ad dānationem eos dęorꝫ īmittentes ęternā. Et primo quia nō credūt Chriſtum Ieſum eſſe Meſſiā ꝓmiſſum eis in lege & prophetis. ſed adhuc expectāt venturū: & pro eo recipient Antichriſtū. Ieſum Chriſtū dicūt purū hoīem natum ex Maria & Ioſeph ſemine nō de ſpūſancto concæptū. Myſterium trinitatis non credunt: ſ. tres perſonas eſſe in vna ſubſtantia & deitate. Meſſiā quē expectant: nō exiſtimāt deū fore & eis redditurum libertatem & terrā ꝓmiſſionis: purgatoriū negant. In Talmuth dicunt

*de tribꝰ ſectis Iudęorū.*

*Error Saducæorꝫ.*

*Error Eſſęorꝫ.*

*De erroribꝰ Iudęorꝫ in nouo teſtamento.*



dicūt deum quotidie flere pro ſeruitute qua diſperſi ſunt ꝑ orbē. Vſuras cū eis qui nō ſunt Iudæi licitas arbitranṫ: cū tamen hoc ſit contra legem diuinā & naturalem vt oſtenſum eſt. ŝ. in. ij. par. eo. ti. c. j. §. vj. & ſequenti.

§. I. GENS INFIDELIS SARACENOrum inducta eſt ad errores ſuos per quendam Machometum noīe: q legē eorū maledictā quā vocant Alchoranū ꝑ eū recęperunt circa annos dñi ab incarnatione ſexcētos qndecim tenēte imperiū Eraclio: q crucē dñi in Perſidē tranſlatā de Hierl'm ꝑ Coſdroe gentilē regē Perſarū eo deuicto & occiſo in Hieruſalem deduxit: & in loco priſtino cū magna gl'ia repoſuit. Hic Eraclius ex deuotiſſimo pricipe lapſus eſt in hæreſim Monoſcelitarū: ſeductus doctrina patriarchæ Conſtantinopolitani q illud ſentibat. Hi Saraceni'q & Idumęi deſcendentes ab Hiſmael filio Abraæ potius deberent dici Agareni: qa ab Agar ancilla Sara deſcenderunt: nō a Sara vñ Saracenos ſe nūcupauerunt. Ex his ḡ Idumæis natus peſſimus iſte & oī ſcelere plenus Machometus, primo paupꝫ fuit & ignobilis & idololatra colens Venerē ꝓ dea ſicut & Arabes alij illius regiōis. Vñ in ipā ſua beſtiali lege alchorā dicit deū ſibi hęc ꝟba dixiſſe. Orphanꝰ fuiſti & ſuſcæpi te. In errore idolatriæ diu manſiſti & inde eduxi te. pauper eras & locupletaui te. Et qa illa patria colebat venerem: ſtatuit in lege diē Veneris ob venerationē Veneris in magna ſolennitate haberi. Hic cū eſſet callidus: aſinarius tñ & ductor camelorꝫ cuiuſdā nobilis viduę q pręerat cuidā ꝓuinciæ Arabiæ poſt occultā fornicationē cū ea: tandē eā publice duxit vxorē. Qui potens factus eſt diues: cū attentaret regnū ſibi Arabiæ ſubiugare & per violētiā ſolū nō valeret ꝑ ſimulatā ſanctitatē hoc ꝓcurauit & obtinuit dicēs ſe ꝓphetā a deo miſſum ad corrigēdas leges: q̄ nimis dure erāt. ſ. Moyſi & chriſti. Vñ habito conſilio & adiutorio cuiuſdā Iudæi peritiſſimi in lege & cuiuſdā clerici q ex eo ꝙ in curia Ro. nō valuerat obtinere dignitatē quā ambiebat: indignatus acceſſit ad partes illas Arabię vt introduceret aliquē errorē & ſcandalum in eccleſia. Vel vt alij aſſerūt cōſilio cuiuſdā monachi Sergij noīe: qui expulſus fuerat de monaſterio ſuo: qa hæreticus erat infectus hæreſi Neſtorianā vel Iacobitarū cōdidit legē Alchoranā. quædā de lege Moſaica: q̄dā de lege euangelica eliciens: aliqbꝰ veris multa falſa immiſcens. Fatetur em̄ in alchorana lege ſua Moyſen ꝓphetā magnū dñm ſed Chriſtū maximū ꝓphetarū cōcæptū non virili ſemine: ſed virtute dei natū de ꝟgine Maria: miracula multa feciſſe: ſed nō fuiſſe paſſum: immo aliū hoīem ſimilē ſibi. Vñ mortē & ſepulturā chriſti negant Circūciſionē more Iudęorꝫ mandat & frequentes lotiones corporis p̄cipue cū ad orōnes accedūt. Vnū deū oīpotentē adorant aſſerētes anteqꝫ deꝰ cœlum & terrā crearet nomē Machometi in cōſpectu dei aſtare: & niſi Machometus futurꝰ eſſet nec cœlū nec terrā factam fuiſſe nec paradiſum eſſe. Vinū lex eis prohibet bibere & carnes porcinas edere: & ieiuniū ꝑ menſem mādat ſeruare nil per totā diem comedendo & ꝑ totā noctē comedendo bibēdo & luxuriando. Quatuor vxores vt legitimas cuilibet ꝑmittit accipere: & eas ad placitum repudiare: & loco repudiatę aliā ſumere. Empticias ꝟo fœminas & captiuas q̄t volunt accipiāt ad carnalr̄ cognoſcendū. Adulter ſm eā legē lapidatur. Fur aūt nō ſuſpendiṫ: ſed verberaṫ grauiter. Sibi tñ Machometus in ea lege aſſerit a deo ꝑmiſſum vt ad aliorū vxores accederet vt gñaret ex eis ꝓphetas & hoīes virtutis. Et breuiter tot in ea lege ſunt abuſiones vſqꝫ etiā ad vitiū ſodomiticū: tot immunditiæ & beſtialitates vt oīs rō bene diſpoſita & a carnali cōſuetudine nō abſorpta habeat deteſtari. Promittit aūt obſeruantibꝰ eam nō niſi ſenſualia paradiſum. ſ. deliciarꝫ in quo nō habebunt calorem vel frigꝰ vel alias pœnalitates: veſtes pulcherrimas. Fluuios lactis & mellis & vini aromatici ad edendū & bibendū. Iuuenculas ſpecioſiſſimas in coniugiū & angelos eis ſeruientes in vaſis aureis & argenteis. Non credentibus vero his & non obſeruātibꝰ legē promittit pœnā infernalē ſine fine. Et in fine vitæ credentibus deo & Machometū eſſe dei prophetā & Meſſiam a deo miſſum dicit pctōrꝫ veniā dari. Cūqꝫ Machometus in morbū caducū incidens ad terrā aliqn̄ horribiliter caderet ꝓpter qđ & vxor illa dña & aſtātes abominatū eū haberent pro ſui excuſatione aſſerebat ſe tūc ei Gabrielē archangelū loqui ad informandū de lege & agendis cuius maieſtatē & gloriā nō poſſet ſufferre: & ideo ſic caderet. Et cū quæreret ab eo de miraculis aliquibꝰ faciendis ſicut factū eſt a Moyſe & Chriſto: excuſabat ſe nō eſſe miſſū ad miracula faciendū: ſed ad corrigendas leges. Et cū diceret ſe mortuū tertia die reſurrecturū & in cœlū aſcenſurum: vna dierū poſt nimiā inebriationē ignominioſe mortuus eſt: & a porcis enormiter tractatus. Cū ſui per aliquot dies corpus ſeruantes vt reſurgeret: nō valentes ſufferre eius ſetorē ipm̄ occultauerūt. Sicqꝫ lex illa peſſima cōtra oēm legē diuinā & humanā & philoſophiā moralē a diabolo inuenta tradita eſt pctīs hoim exigentibus. Nec mirū ſi ita dilatata eſt & a mltis ppl'is ſuſcæpta. vt dicit b. Tho. in pri. libri cōtra gētiles: qa tota eſt ſm delectatiōes carnis: ad q̄s ſe quēdas ppl'i ſunt proni. Tū etiā qa & ꝓmiſſiones carnales cōtinet. Tū etiā qa violentia & armis quo ad multos introducta eſt & cōſeruata. Nā ſtatuit ille maledictus hō ꝙ ſi qs vellet p̄dicare vel diſputare cōtra illā legē: ſubito ſine audientia occidereṫ. ꝓpter qđ nō pōt tute ad eos accedi ad p̄dicandū contra errorē eorꝫ. Sed cū nec miraculis nec ꝓphetijs: nec ſaltem mediocri ſapientia doctorꝫ ſit lex illa formata: quinimo honeſtati morum & rationi naturali cōtraria de ſe patet eius falſitas ac fatuitas.

*Machometi ortus vñ.*

*De fide & lege ſectæ Machometicę.*

*De morte Machometi.*

## ¶ De erroribꝰ hæreticorꝫ & lxxx. hęreſibꝰ ipſorꝫ. Cap. VII.

IN DILVVIO AQVARVM multarū. i. falſarū doctrinarū hæreticorꝫ hoīes nō approximabūt ad deū. Et ī decre. xxiiij. q. iij. habenṫ collectæ hęreſes diuerſorꝫ hæreticorꝫ & noīa & errores eorꝫ: & ſūt originalr̄ ꝟba Iſiđ. in. viij. li. Etymol'. &. c. ſic incipit. Quidā hæretici q de eccl'ia receſſerūt ex noīe auctorꝫ ſuorꝫ nūcupanṫ. Quidā ꝟo ex cauſis quas eligētes inſtituerūt. Simoniaci a Simone dicti magicæ diſciplinæ perito. Cui Petrꝰ in actibꝰ apl'orꝫ maledixit: pro eo ꝙ ab apl'is ſpūſancti gratiam emere voluiſſet. Hi dicūt creaturā non a deo eſſe: ſed a ꝟtute quadā ſuperna creatā. Menādriani a Menando mago diſcipulo Simonis nuncupari: q mundū non a deo: ſed ab angelis factum dixerunt. Baſilidiani a Baſilide appellati: q iter reliquas blaſphemias paſſum Chriſtū abnegant. Nicolaitę dicti a Nicolao diacono eccleſię Hieroſolymorū: qui cum Stephano & cæteris conſtitutus eſt a Petro q propter pulchritudinē relinquēs vxorē dixit vt qui vellet ea vteretur. Verſa eſt in ſtuprum talis conſuetudo vt inuicē coniugia cōmutarentur. quos Io. in Apoč. ij. improbat dicens. Sed hoc habes quia odiſti facta Nicolaitarū. Gnoſtici propter excellentiā ſciētię ita ſe appellari voluerunt. aīam noſtrā naturā dei eſſe dicunt. bonū & malū deū ſuis dogmatibus eſſe ſingunt. Carpocratiani a Carpocrate quodā vocanṫ: q dixit Chriſtū hoīem fuiſſe tm̄: & de vtroqꝫ ſexu ꝓgenitū. Cherynthiani a Cherynto q̄dam nuncupati. hi inter cætera circuncifionem obſeruant mille annos poſt reſurrectionē in voluptate carnis futuros prædicant. Vñ & græce Cyliaſtę: latine. Miciliaſtæ ſunt appellati. Nazaræi dicti: quia dū Chriſtū q a vico Nazaræus eſt appellatꝰ filiū dei confitenṫ: oīa tñ veteris legis cuſtodiunt. Ophitæ a colubro noīati ſunt. Coluber enim græce Ophi dr̄. Colunt em̄ ſerpentē dicētes ipm̄ in paradiſo induxiſſe ꝟtutis cognitionē. Valentiniani a Valētino quodam Platonico ſectatore vocati: q eonas. i. ſęcula q̄dam in originē dei creatoris īduxit: Chriſtū q̄qꝫ de virgine nihil corpis aſſumpſiſſe: ſed ꝑ eā q̄ſi ꝑ fiſtulā tranſiſſe aſſeruit. Apellitę quorꝫ auctor apelles princeps fuit qui creatorē angelū neſcio quē glorioſum ſupioris dei faciens deū legis Iſrael illū igneū affirmans q dixit Chriſtū nō deū in ꝟitate ſed hoīem in phantaſia apparuiſſe. Archociani a pricipibꝰ appellanṫ: qa vniuerſitatē quā deꝰ cōdidit opera eſſe archangelorꝫ defendunt. Adamiani vocati ꝙ Adę imitenṫ nuditatē. vñ & nudi orāt: & nudi inter ſe mares & fœminæ cōueniūt. Caiani ꝓinde ſic appellati: qm̄ Cain adorant. Sethiani nomen accęperunt a filio Adę q vocatꝰ eſt Seth. dicētes eū eſſe chriſtū. Melchiſedechiani vocati ꝓ eo ꝙ Melchiſedech ſacerdotem dei non hoīem fuiſſe: ſed virtutē dei eſſe arbitrātur. Angelici vocati qa angelos colūt. Apl'ici hoc ſibi nomē iō aſſumpſerunt ꝙ nihil poſſidētes ꝓpriū neq̄qꝫ recipiunt eos q aliq̄ in hoc mundo vtunṫ. Cerdoniani a Cerdone q̄dam noīati: q duo pricipia ꝯ̄ria aſſeruit. Martioniſtæ a Martione ſtoico pħo appellati q Cerdonis dogma ſecutus. alterū bonum: alterū iuſtū deū aſſeruit tanqꝫ duo principia crea-

*Hæreticorū nomina.*

*De his hæreticis vide late ī. c. qdā autē hęreſ ci. xxiiij q. iij.*

tionis & bonitatis. Artaceritæ ab oblatione vocati. panem
eñ & caſeū offerūt: dicētes a primis hoībꝰ oblationē a fru-
ctibꝰ terrę: & a fructibꝰ ouiū fuiſſe celebratā. Aquarij appel
lati eo ꝙ aquā ſolā offerūt in calice ſacri. Seueriani a Seue-
ro exorti vinū nō bibūt. vetus teſtamentū & reſurrectionē
nō recipiūt. Taciani a Taciano vocati. q & Eucratici dicti
qa carnes abominant̃. Alogij vocant̃ tanꝗ̄ ſine v̾bo logos
eñ gręce: latine verbū dicit̃. Deū eñ verbum nō credūt. re
ſpuentes Ioannis euangeliū & Apocalypſim. Cataphrigijs
nomē ꝓuinciæ Phrigia dedit: qa extiterunt auctores eorū
Mōtanus Priſca & Maximilla. Cathorij ꝓpter mūdiciā ita
ſe noïauerūt: gloriātes eñ de ſuis meritis negāt pœnitenti-
bus veniā pctōꝝ. Viduas ſi nupſerint tanꝗ̄ adulteras dam
nant. Mūdiores ſe cæteris p̄dicant q nomē ſuū ſi cognoſce-
re vellent mūdanos potius ſe ꝗ̄ mūdos vocarent. Pauliani
a Paulo Samotano exorti ſunt. qui dixit non ſemper fuiſſe
Chriſtū: ſed a Maria ſumpſiſſe initium. Hermogeniani ab
Hermogene quodā vocati. q materiā nō naturā introducēs
deo non nato eā cōparauit: matrēꝗ̄ elementoꝝ ideā aſſe-
ruit: quos apl's improbat elementis ſeruientes. Manichæi a
quodā Perſa extiterūt: qui vocatus eſt Manes. Hic duas na
turas & duas ſubās introduxit. i. bonā & malā & animas ex
deo quaſi ex aliquo fonte manare aſſeruit: teſtm̄ vetus re-
ſpuūt nouū ex p̄te recipiūt. Antropomorphitę dicti ꝓ eo ꝙ
ſimplicitate ruſtica deū hr̄e humana mēbra q in diuinis li-
bris ſcripta ſunt arbitrātur. Antropos gręce. latine hō inter
pretat̃: ignorātes vocē dn̄i q ait. Spūs eſt deus. Incorporeus
eſt eñ. nec eñ mēbris diſtinguit̃: nec corpis more cenſet̃.
Eraclitę ab Eraclio auctore exorti monachos tm̄ recipiunt:
cōiugia reſpuūt: regna cœloꝝ paruulos habere nō credunt.
Nouatiani a Nouato vrbis Romæ p̄ſbytero exorti: qui ad
uerſus Corneliū cathedrā pōtificalē conatus inuadere hęre
ſim inſtituit. Noluit apoſtatas ſuſcipe & rebaptizās bapti
zatos. Mōtani hæretici dicti ꝙ in tp̄e pſecutiōis in monti-
bus latuerūt: qua occaſione ſe a catholicę eccl'iæ corp̄e diui
ſerunt. Ebionitæ ab Ebione dicti ſiue a pauptate. Chriſtū
eñ p ꝓuectū ſolū virū iuſtū putāt effectū. Vñ competēter
Ebionitæ ꝓ pauptate intelligentiæ appellati ſunt. Hi eñ
Iudęi ſunt & ita tenēt euangeliū vt legem carnal'r ſeruēt. ad
uerſus quos ad Galathas apl's ſcribens inuehit̃. Fotiniani a
Fotiano gallogręciæ Syrniæ ep̄o nūcupati: q Ebionitaꝝ
hęreſim ſuſcitans aſſeruit Chriſtū a Maria p Ioſeph nuptia
li coitu fuiſſe concēptū. Aeriani ab aerio quodā nūcupati
ſunt. Hi offerre ſacrificiū ꝓ defunctis ſpernunt. Aeciani ab
Aecio ſunt vocati. Iidemꝗ̄ Eunomiani ab Eunomio quo-
dam dialectico Aecij diſcipulo. ex cuius noïe magis inno-
tuerūt diſſimilē patri aſſerētes filium & filio ſpm̄ſanctū di-
cunt etiā nullū imputari pctm̄ in fide manentiū. Origenia
ni ab Origene auctore exorti ſunt dicentes. ꝙ non poſſit fi
lius videre patrē. nec ſpūſſanctus filiū. aïas quoꝗ̄ in mūdi
principio dicunt peccaſſe ꝓ diuerſitate pctōꝝ e cœlis vſꝗ̄
ad terrā diuerſa corpa quaſi vincula meruiſſe eaꝗ̄ cā mūdū
factū eſſe. Noetiani a quodā Noeto vocati q dicebāt Chri-
ſtū eūdē eſſe & patrē & ſpm̄ſctm̄. Ipſamꝗ̄ trinitatem in offi
cioꝝ noïbꝰ nō in pſonis accipiūt. vñ & Patripaſſiani vocā
tur qa patrē paſſum dicūt. Sabelliani ab eodē Noeto pul-
lulaſſe dicunt̃: cuiꝰ diſcipulū perhibēt fuiſſe Sabelliū: ex cu
ius noïe innotuerūt. vñ & Sabelliani vocati. Hi vnā perſo
nā p̄ris & filij & ſpūſſcti aſtruunt. Arriani ab arriō Alexan
drino p̄ſbytero orti ſunt: q coæternū p̄ri filiū nō agnoſcēs
diuerſas in trinitate ſubſtantias aſſeruit. cōtra illud qd' ait
dn̄s. Ego & pat̃ vnū ſumꝰ. Macedoniani a Macedonio ep̄o
ſunt dicti: negātes deū eſſe ſpm̄ſctm̄. Apollinariſtę ab Apol
linari vocati dicētes Chriſtū corpus tantūmodo ſine aïa aſ
ſumpſiſſe. Antidicomaritæ appellati ſunt. eo ꝙ Mariæ vir
ginitati cōtradicūt aſſerētes eā poſt Chriſtū natū viro ſuo
fuiſſe cōmixtā. Metāgi noïati. ideo tale nomen accępere: qa
Angios græce vas dicit̃. Aſſerunt eñ ſic eſſe in patre filiū
tanꝗ̄ vas minꝰ intra maius vas. Patriciani a quodā Patri-
ciano nuncupati ſunt qui ſubſtātiā humanę carnis a diabo
lo conditā dicūt. Coliciani a quodā Colicio noïati. q dicūt
deū nō facere mala cōtra illud qd' ſcriptū eſt. Ego dn̄s creās
malū. Floriani a Floriano qui ecōtrario dicūt deum creaſſe
mala cōtra hoc qd' ſcriptū eſt. Fecit deus bona. Donatiſtę a
Donato quodam Aphro nūcupati ſunt: q de Numidia ve
niēs totā pene Aphricā ſua pſuaſione decēpit aſſerēs mino
rē patre filiū: filio ſpm̄ſctm̄: rebaptizās catholicos. Bono-
ſiani a Bonoſo q̊dā ep̄o exorti: q Chriſtū filiū dei adopti-
uū nō propriū aſſerunt. Circūcelliones dicti eo ꝙ agreſtes
ſunt q̄s ſtotopicas vocāt ſupradictę hęreſis habētes doctri-
nā. Hi amore martyrij ſemetipſos perimūt vt violenter de
hac vita decedētes martyres noïent̃. Priſcillianiſtę a Pri-
ſcilliano vocati q in Hiſpania ex errore Gnoſcitorū & Ma
nichęoꝝ pmixtū dogma cōpoſuit. Luciferiani a Lucifero
Firmiæ ep̄o orti. q ep̄os catholicos: qui inſtāte pſecutione
pfidiæ Arrianorū cōſentientes erāt: & poſtea correcti redi
re in cathedrā elegerūt: dānātes ſiue qd' crediderūt: ſiue qd'
crediſſe diſſimulauerunt. quos eccl'ia catholica materno
recæpit ſinu tāꝗ̄ Petrū poſt fletū negationis. licet poſtea
ab eccl'iæ cōione receſſerint & cū ip̄o Lucifero auctore ſuo
q mane oriebat̃. eadē meruerūt. Iouinianiſtæ a Iouiniano
quodā monacho dicti aſſerentes nullā nuptiarū & virginū
eſſe diſtātiā: nullūꝗ̄ inter abſtinentes & ſimpl'r copulatos
eſſe diſcrimē. Eluidiani ab Eluidio noïati. qui dicunt poſt
Chriſtū natū alios Mariā filios de viro Ioſeph peperiſſe.
Paterniani a p̄rno quodā exorti. q inferiores vires corpis
a diabolo factas opinant̃. Arabici nūcupati eo ꝙ in Ara-
bia exorti ſunt. dicētes aïam cū corpore mori: atꝗ̄ ī nouiſſi
mo vtrūꝗ̄ reſurgere. Tertulianiſtæ dicti a Tertuliano p̄ſ-
bytero Aphricanæ ꝓuinciæ ciuitatis Carthagiñ. dicentes
aïam īmortalē eſſe ſed corporeā p̄dicātes. & aïas pctōꝝ ho
minū poſt mortē ī dęmōes verti putātes. Teſſeredecadeiō
dicti ꝙ q̄rtadecima luna paſcha cū Iudæis obſeruādo con
tēdūt. Nā teſſera q̄tuor deca decē ſignificat. Victages a ſō-
no nūcupati. eo ꝙ vigilias noctis reſpuāt ſupſtitionē eſſe
dicentes iura temerari diuina: q̄ noctē ad requiē tribuunt.
Pelagiani a Pelagio monacho exorti. Hi liberū arbitrium
diuinæ gr̄æ anteponūt dicētes ſufficere voluntatē ad īplē
da diuina iuſſa. Neſtoriani a Neſtorio Conſtantinopolita
no ep̄o nūcupati. q beatā v̾ginē Mariā nō dei: ſed hoïs tā
tūmodo aſſeruit matrē vt aliā pſonā carnis aliā faceret di-
uinitatis nec vnū Chriſtū in v̾bo & carne credidit: ſed ſepa
ratim atꝗ̄ ſeiunctim alterū filium dei aliū hoïs predicauit
Eutitiani dicti ab Eutitio Cōſtātinopolitano abbate qui
Chriſtū poſt hūanā aſſumptionē negauit exiſtere de dua-
bus naturis: ſed ſolā in eo diuinā aſſeruit eſſe naturā. Ace-
phaliſtæ dicti. i. ſine capite. Nullus eñ hoꝝ reperit̃ auctor
a q̊ exorti ſunt. Hi triū Chalcedoñ. capl'oꝝ impugnatores
duarū in chriſto ſubſtātiarū ꝓprietatē negāt & vnā in eiꝰ
pſona naturā p̄dicant. Theodoſiani & Gaionitæ appella
ti a Theodoſio & Gaiono. q tp̄ibus Iuſtiniani principis in
Alexādria: ppl'i pūerſi electione vna die ordinati ſunt ep̄i.
Hi errores Euticis & Diaſcorij ſectantes Calcedoñ. concil'.
reſpuūt & ex duabꝰ vnam in chriſto naturā aſſerunt quā
Theodoſiani corruptam Gaionitę incorruptā contēnunt.
Gnoitæ & Tritoitæ a Theodoſianis exorti ſunt ex quibꝰ
Gnoitæ ab ignorātia dicti: qa ꝓpter pūerſitatē ex qua orti
ſunt id adijciūt: ꝙ Chriſti diuinitas ignoret q̄ ſunt ſcripta
futura de die & hora nouiſſima. Tritoitæ v̾o vocati eo ꝙ
ſicut tres pſonas in trinitate: ita q̄ꝗ̄ tres aſſerūt deos eſſe. ꝯ
illud qd' ſcriptū eſt. Audi Iſrael dn̄s deus tuus vnus eſt.

## §. I. SVNT ET ALIE HERESES SINE

auctore & ſine noïbꝰ: ex qbꝰ aliqui putāt trinū eſſe deum. (De hęreſibꝰ ſine noïe.)
alię Chriſti diuinitatē paſſibilē eē dicūt. aliæ chriſti de p̄re
natiuitati in tp̄e initiū tp̄is dāt. alię liberationē hoïm apd'
inferos factā Chriſti deſcenſiōe nō credūt. alię aïam imagi
nē dei negāt. aliæ aïas cōuerti in dęmones & in q̄cūꝗ̄ aïa-
lia exiſtimāt. aliæ de mūdi ſtatu diſſentiūt. alię īnumerabi
les mūdos opinant̃. aliæ aquā deo coeternā faciūt. aliæ nu
dis pedibꝰ ambulāt. aliæ cū hoïbꝰ nō mādūcāt. Hæc ſunt
hęreſes aduerſus catholicā fidē exortæ: ab apl'is & ſctīs pa-
tribꝰ vel concilijs dānatę: q̄ dū in ſe multis erroribꝰ diuiſę
īuicē ſibi diſſentiūt: cōi tñ noïe aduerſus eccleſiā dei cōſpi
rāt: ſed & qcūꝗ̄ aliter ſanctā ſcripturā ītelligit ꝗ̄ ſēſus ſpūſ
ſcti flagitat a q̊ ſcripta eſt: licet de eccl'ia nō receſſerit: tñ hæ
reticus appellari pōt. Has oēs hæreſes Archidiaconꝰ in ro
ſa. ſup. d. c. qdā. reprobat breuiter p canones ī diuerſis. c. an
notatos. Sed & . b. Tho. ī lib. ꝯ gētiles plures ex dictis hære
ſibꝰ efficaciſſimis rōnibꝰ ꝯfutat ī diuerſis libris & c. Dicit (Cur deꝰ pmittit hæreticos eſſe.)
aūt. b. Aug. lō diuina ꝓuidētia multos diuerſi erroris hęre
ticos eſſe pmittit: vt cū īterrogāt nos ea q̄ neſcimꝰ ſic diſcu
tiamus pigritiā & diuinas ſcripturas cupiamus. Propterea
apl's ait. j. Coꝝ. xj. vt ꝓbati manifeſti fiāt. Hi aut a deo ꝓ-
bati ſunt



bati ſunt q bñ p̄nt docere. Hęc ille. q. e. c. vi. Itē de cōſe. di. ij.
ego berēgariꝰ. Reprobat̃ ibi error ipſius berēgarij q aſſere-
bat ī ſacrō altaris nō eſſe real'r & v̾aciter corpꝰ & ſanguinē
xp̄i: ſed tm̄ vt in ſigno. ſic dr̄. petra erat xp̄s. nō re: ſed ſigni-
ficatiōe & figura. Quē errorē vt hęreſim abiurauit & ana-
thematizauit corā Nicolao pa. ī ſynodo. cxviij. ep̄oꝝ romę
& cōfeſſus eſt tenere qd' cōfitet̃ eccl'ia veꝝ. ſ. xp̄i corpꝰ eſſe
in altari poſt cōſecrationē. ſ. ſub illis ſpecibꝰ panis & vini.

## §. II. IN DECRETALIBVS REPRO

(Errores abbatis ioachī dānant̃)
bant̃ hi errores ſeu hæreſes. Primo abbatis Ioachim. e. ꝭ de
ſum. tri. & fi. ca. dānamus. Hic Ioachim fecit libellū ꝯ Petrū
Lōbardū ꝓ eo qd' dicit: in. j. ſen. Quędā ſumma res eſt p̄r: fi
lius & ſpūſſctūs. & illa nō eſt generans nec genita: nec ꝓce
dens: appellās ex dictis v̾bis ip̄m Petrū hæreticū & inſanū
eo ꝙ nō tā trinitatē ꝗ̄ q̄ternitatē aſtruebat in deo videlicet
tres pſonas & illā cōem eſſentiā q̄ſi quartā manifeſte ꝓte-
ſtās: ꝙ nulla res eſt q̄ ſit p̄r & filiꝰ & ſpūſſctūs. ꝗ̄uis cōcedat
ꝙ p̄r & filiꝰ & ſpūſſctūs ſint vna eſſētia: vna ſubſtātia. vna
natura. Vnitatē huiꝰ nec verā & ꝓpriā: ſed q̄ſi collectiuā &
ſilitudinariā eſſe fatetur: quēadmodū dicunt̃ multi hoïes
vnus ppl's: & multi fideles vna eccleſia & . j. Nos aūt inqt
Inno. iij. ſacro approbāte cōcilio credimꝰ & cōfitemur vna
cū Petro. ſ. p̄fato ꝙ vna q̄dā ſumma res eſt incōprehenſibi
lis qdē & ineffabilis p̄r & filiꝰ & ſpūſſctūs. tres ſilꝰ pſonę ac
ſigillatim q̄libet earūdē: & ideo in deo ſolūmō trinitas eſt
nō quaternitas: qa q̄libet triū pſonaꝝ eſt illa res. ſ. ſubā eſſē
tia ſeu natura diuina: q̄ ſola eſt vniuerſoꝝ pricipiū: p̄ter qd'
aliud inueniri nō pōt. & illa res nec eſt generās nec genita
nec ꝓcedēs: ſed eſt p̄r q gn̄at filiꝰ q gignit̃ ſpūſſctūs q ꝓce-
dit vt diſtictiōes ſint in pſonis: vnitas ī natura. Nec eſt hęc
vnitas in diuinis ſicut in hūanis: vt dicebat Ioachim. nā cū
xp̄s ait de fidelibꝰ. vt ſint vnū ſicut & nos vnū ſumꝰ. P̄ria
eſt vnitas charitatis in gr̄a: hæc eſt fideliū. Scd'a q̄ eſt ī pſo
nis diuinis eſt vnitas idētitatis ī natura quēadmodū & ali
bi ipſa veritas ait. Eſtote vos pfecti ſicut & p̄r ve. cœle. pfe.
eſt. i. eſtote pfecti pfectiōe gr̄ę ſicut p̄r vr̄ eſt pfectꝰ pfectiōe
(Errores cuiuſdā Amalrici dānātur.)
naturæ. Vt hęretica ꝯ dānat̃ ſn̄ia Ioachim: nō tñ ipſe hære-
ticus iudicat̃: qa oïa ſcripta ſua ſuppoſuit iudicio eccl'ię cor
rigenda. Reprobat̃ etiā doctrina impij Amalrici vt hæreti
ca & inſana. e. ꝭ de ſum. tri. & fi. ca. dānamus. Huius errores
ibi nō ponunt̃: ſed reperi in aliq̄ libello fuiſſe tales. videli-
cet ꝙ ideæ in mēte diuina creant & creant̃. Scd's ꝙ dr̄ deꝰ fi
nis oïm ꝓ eo ꝙ oïa ſunt reuerſura ad ip̄m in vnum indiui
duū immutabile & firmū. Tertiꝰ ꝙ deꝰ non videtur in ſe:
ſed in creaturis: ſicut lumē niſi in aere. Quartꝰ ꝙ ſi Adā nō
peccaſſet nō fuiſſet diſtinctio ſexus: ſed fuiſſet multiplica-
tio hoïm: ſicut angeloꝝ. Quintus ꝙ conſtitutꝰ in charitate
nullū pctm̄ cōmittit. Itē extra de hære. c. excōicamꝰ. deſcri-
bunt̃ q̄dā ſectę hęreticoꝝ & reprobant̃. Dicit eñ ibi Greg.
ix. Excōicamꝰ & anathematizamꝰ vniuerſos hęreticos: ca-
(Error pauperum de Lugduno.)
tharos: patharenos: pauperes de Lugduno. paſſaginos ioſe
phitos: arnaldiſtas: ſpheroniſtas: & alios qbuſcūꝗ̄ nomini
bus cenſeant̃: facies qdē hn̄tes diuerſas caudas tñ adinuicē
colligatas: quia de vanitate ꝓcedūt in idip̄m. Pauperes de
Lugduno habebāt plures errores. Et inter cæteros ꝙ in nul
lo caſu licet iurare etiā dicēdo veritatē. Itē ꝙ nō licet etiā iu
dici occidere malefactorē. Itē ꝙ non pōt bonus ſaluari te-
nendo fidē Romanæ eccleſiæ. Item ꝙ malus ſacerdos non
pōt conſecrare. Itē ꝙ eccleſia defecit tp̄e Sylueſtri: & plures
alij errores. Et in. c. ad abolēdā: dicit Lucius. iij. Vniuerſos q
de ſacramēto corporis & ſanguinis xp̄i: vel de baptiſmo:
vel pctōꝝ cōfeſſione: aut de matrimonio: aut alijs eccleſia-
ſticis ſacramētis aliter ſentire aut docere nō metuunt: ꝗ̄ ſa-
croſctā Romana eccl'ia p̄dicat & obſeruat vinculo ppetui
anathematis īnodamꝰ. Vbi nota ſm̄. b. Tho. in. iiij. ꝙ licet
Gratia. in decre. de pœ. diſt. j. in fi. Et magr̄ ſen. in. iiij. mouē
tes q̄ſtionē. Vtrū cōfeſſio vocalis pctōꝝ q̄ ſit ſacerdoti in
ſacrō pnīę ſit neceſſaria ad ſalutē vel ſufficiat ſola cōtritio:
ponāt opi. ꝓ & ꝯ inducētes rōnes: demū dimittentes inſo-
lutā & in arbitrio legētis: tñ poſtꝗ̄ eſt decretū p eccleſiam
eccl'ia poſſet iudicari & deponi papa. Allegat ꝓ rõne hoc qa cõtumacia & inobedientia expreſſa dr̃ hęreſis & infidelitas. vt di. lxxxj. ſi q ſunt preſbyteri. Sed ꝓ hæreſi papa iudicat̃. vt in dicto. c. ſi papa. ſed hoc cõiter non tenet. Et Pe. de palu. in. iiij. reprobat illam gloſ. & bene. qa cũ dr̃ papã ꝓpter hæreſim & infidelitatem poſſe iudicari. intelligitur de hęreſi proprie & ſtricte ſumpta. prout. ſ. habet fixum errorem circa ea quæ ſunt fidei in mẽte: ſed cũ cõtumacia & inobediẽtia dr̃ hæreſis vel infidelitas: ibi ſumitur hæreſis large & improprie. & de tali non loquit̃. c. illud. ſi papa. Itẽ xxij. q. ij. ſup. c. ne quis arbitret̃. dicit gloſ. ꝙ mendaciũ officioſum vt ꝓ ſalute alicuius ꝓcuranda qđ tamen nulli noceat eſt pctm̃ mortale in viris ꝑfectis. veniale in impꝑfectis & appellat ꝑfectos q abrenũtiant ꝑfecte omnibus tẽporalibus. Sed gloſ. illa eſt falſa. Nã be. Tho. ij. ij. in. q. de mendacio dicit ꝙ nullum pctm̃ qđ eſt laicis vel impꝑfectis veniale eſt de ſe mortale ꝑfectis vel religioſis: qa ꝑfectio ꝑſonalis ſeu ſtatus ꝑfectionis non facit veniale in ſe mortale in eis eſſe: niſi rõne ſcandali inde ſequentis. quia poſſet inde tantum ſcandalum ſequi ꝙ eſſet non ratione mendacij ſed ſcãdali mortale. Solent aũt magis ſcãdalizari hoĩes de mẽdacio ꝑfectoꝝ q̃ impꝑfectoꝝ. Nec tamen quodcũꝗ ſcandalum ex hoc ortum eſſet mortale. ſed rarum quod determinare difficile eſt. Et tunc non ratione mendacij erit ibi mortale ſeu in mendacio ipſo: ſed in ſcãdalo. Item. ij. q. j. ſup. c. ſi peccauerit in te. gloſ. mouet tres quęſtiões circa materiã fraternę correctionis. & reſpõſionis ſm varias opiniones. Sed be. Tho. ꝑfectius & clarius. ij. ij. cuius ſñias firmat & allegat Archi. in Roſario ſup dicto ca. Et prima quæſtio eſt Vtrum fraterna correctio intelligatur de occultis vel manifeſtis? Et reſpondet ꝙ ſecundum aliquos intelligitur de occultis. ſecundũ alios de manifeſtis. Sed Ioã. intelligit de occultis quæ tamen ſciuntur a pauciſſimis. beatus Tho. dicit ſimpl'r de occultis: mortalibus tamen. Secunda quęſtio eſt. Vtrum ad fraternam correctionem teneant̃ oẽs ex p̃cæpto? Ad qđ rñdent aliqui & dicunt ꝙ tenent̃ ex pręcępto ad hoc ſolum ſuꝑiores eccleſiaſtici vel laici. Alij ꝟo vt ſubditi ex cõſilio. & hoc quo ad pctm̃ comiſſum: ſecus quo ad perpetrãdum: qa ad hoc oẽs tenent̃ ad admonẽdũ. ſ. xxiiij. q. iij. Tam ſacerdos. Alij vt Hugo dicũt ſimpl'r ad hoc oẽs teneri. Beatus Tho. tenet ſimpl'r oẽs teneri. Sed qa p̃cæptũ eſt affirmatiuum obligat ſemꝑ: ſed nõ ad ſemꝑ: immo pro loco & tpe: & alijs circunſtantijs debitis. Et hoc cum ſperatur ꝑ hoc ſequi emendatio peccantis: cum iſte ſit finis hui⁹ p̃cæpti. Ipſe etiam ordo datus ſeu proceſſus in ea ſecũdum euãgelium eſt in p̃cæpto: cum. ſ. ꝑ illum modum ſperatur correctio. Qui autem ſunt in magiſtratu reſpectu ſubditorũ diligentius ſe hr̃e debent rõne curæ. Et vltra fraternam correctionẽ tenet̃ ad aliã q̃ eſt actus iuſtitiæ. correctionẽ. ſ. paternã ſeu iudiciariã in puniendo. ſ. crimina cõmiſſa ſm formam iuris. Et qa huius finis eſt principaliter bonũ reipub. quod conſeruatur & ꝓmouet̃ ex punitiõe criminũ. iõ etiã ſi ex hmõi correctiõe quæ ſit multipl'r ſecũdũ exceſſus varietatem verbis duris & factis: vt pœna pecuniaria vel ꝑſonali vel exilio & hmõi. nõ ſperetur emendatio eius: ſed ſcãdalum & deſperatio: non tñ propter hoc debet p̃termitti. vt. xxiij. q. iiij. quo. & diſ. lxxxvj. inferiorũ. & diſ. xlv. ſed illud. & xxiij. q. iiij. eſt iniuſta. De hac non habent ſe intromittere niſi pręſidentes & erga ſibi ſubditos. Vnde Beat⁹ Aug. dicit. Et qui emẽdat verbere in quẽ ptãs datur & coercet aliqua diſciplina mĩam præſtat. Multa enim bona etiã inuitis p̃ſtãda ſunt. diſt. xlv. & q emendat. Si g̃ non datur ptãs ſuꝑ delinquentem non debet punire. Tertia quæſtio vtrum admittantur omnes vt criminoſi & infames ad denuntiationem. Et reſpondetur ꝙ ſic ſi bono zelo denũtiẽt. Sed non criminoſi qui. ſ. perſeuerant in malis eo ipſo ꝙ ta crimioſi non videtur bono zelo moueri: cum ſe non corrigant. Ad euãgelicam denuntiationem omnes poſſunt admitti: cum non intendatur niſi emendatio fratris non punitio: niſi pręſumatur ꝙ hoc non intenditur: ſed diffamatio aut vindicatio. Ad denũtiationem iudicialem vbi etiam intẽditur punitio ſeruãdum eſt quod habetur ex̃ de accu. qual'r & quando. &. c. inquiſitionis.

Nocibilitas mẽdacij.

Vtrũ admittat̃ crimioſi ad denuntiationem

## TITVSVS. XII. DE DONO CONSILII.

¶ Conſilium bonum exigit rectitudinẽ ſui; celſitudinem principij: & aptitudinem auxilij. Cap. I

Circa.



CIRCA DONVM CONSILII tria poſſum⁹ conſiderare. ſ. rectitudinẽ conſilij: celſitudinem principij: aptitudinem auxilij. Et quãtũ ad primũ ſciendũ ꝙ tũc recte conſiliatur quis cum facit tria q̃ tangit pȟs. iij. Ethi. Primo ſi debitum finẽ ſibi p̃ſtituat. Scđo ſi media accõmoda ad finem inueniat. Tertio ſi tẽpus conueniens conſilio aſſumat. Primo igit̃ ad hoc ꝙ aliqs recte cõſiliet̃ oportet ꝙ ſibi finẽ debitũ p̃ſtituat. De pricipio em̃ nõ eſt ꝯſiliũ: qa ꝯſiliũ eſt inqſitio rõnis de aliquo operabili a nobis. Sed principia in oĩ ſcĩa oportet ſupponere tanꝗ certa. In oĩ igit̃ inqſitiõe p̃ncipiũ ſub quæſtiõe vel ſub inqſitione rõnis nõ cadit. ſimil'r cõſiliũ nõ eſt de fine. Cui⁹ rõ eſt: qa illud de q̃ eſt cõſiliũ eſt dubiũ vel incertũ: q̃lia ſunt futura ꝯtingẽtia. qđ patet: qa in talib⁹ rõ ꝓfert iudiciũ an eligẽda ſint vel vitanda abſꝗ inquiſitiõe rõnis. Sed finis & id qđ habet̃ vt finis eſt iam determinatũ & certũ: vt in q̃libet ſciẽtia p̃ncipiũ illius ſcĩæ. Scđo qs recte ꝯſiliat̃ ſi media accõmoda vel cõueniẽtia ad finem inueniat. Qđ em̃ de aliquib⁹ non ſit conſilium ꝓcedit ex eo: vel qa ſunt determinata: vel qa ſunt minima. ſed q̃ ſunt determinata. i. q̃ hñt determinatas vias ꝓcedendi ad determinatos fines: nõ oportet ibi cõſiliari: ſicut ſcriptor non ꝯſiliat̃ quõ debeat literas trahere: qa hoc eſt iam determinatũ ꝑ artem & nõ dubiũ. Si aũt ſunt minima vel inutilia q̃ parũ adiuuãt vl' ipediũt. ad ꝯſequẽdum finem: qa nõ multũ refert vtrũ ſic vel ſic fiant. qđ aũt paꝝ eſt rõ accipit vt nihil. vñ de hmõi nõ eſt ꝯſiliũ: ſed de eo qđ eſt cõueniẽti⁹ vtili⁹ & facilius ad ꝯſequendum finem q̃le ꝯſiliũ eſt qđ datur de paupertate. Mat. xix. Si vis ꝑfectus eẽ vade & vende oĩa q̃ habes & da pauperib⁹. qđ vtile cõſiliũ eſt non p̃cęptum. Et de virginitate vel viduitate. j. Coꝝ. vij. De virginibus aũt p̃cęptum dñi non habeo: ꝯſiliũ aũt do: qđ eſt de meliori: Et merito: qa vt dr̃ Eccl'i. xxvj. Nõ eſt digna põderatio aĩę ꝯtinẽtis. b. Amb. Virginitas ſuaderi põt: imperari nõ põt. Res eſt magis voti q̃ p̃cæpti. xxxij. q. j. integritas. De obedientia ait Stephan⁹ papa cuidẽ vxoricidę. Placeat tibi cõſilium noſtrũ qđ tibi melius & vtilius videri põt. Relinque hoc malignũ ſæculũ: ingredere monaſteriũ: humiliare ſub manu abbatis: cũcta facito ſimplici animo quę tibi fuerint imperata. xxxiij. q. ij. admonere. Tertio ad hoc ꝙ aliquis recte ꝯſiliet̃ oportet ꝙ aſſumat tp̃s cõueniẽs ne ſit nimis moroſus & tardus: vt trãſeat debitũ tp̃s: nec ẽt nimis velox. Vñ Calixtus papa. Nos em̃ tpe indigem⁹ vt aliqd maturi⁹ agamus. Non p̃cipitemus conſilia & opera noſtra neꝗ ordinẽ eoꝝ corrũpamus. di. l. ponderet. Ad hęc tria quæ faciũt ꝯſilium rerum opat̃ q̃dã virtus moralis ꝑs prudentiæ q̃ dr̃ eubolya q̃ eſt recte ꝯſiliatiua. vt dicit pȟs vj. Ethi. vbi aũt deficit aliqđ hoꝝ: vt p̃ſtituat ſibi malũ finem. puta intẽdẽs ſuã exequi voluptatẽ vel vtilitatem nõ honorẽ dei ſalutem ſui vel ꝓximi: vl' etſi bonũ finẽ eligat tñ vias qbus ad illud ꝯſequẽdum ꝑueniat: & media indebita accipiat: puta vt vincat iuſtã cãm mendacio vtitur. vt vincat inimicũ ꝓditionẽ facit: vel aliud indecens: vel tp̃s debitũ nõ aſſumit: vel modũ: qa nõ firmus ꝑmanet nõ eſt bonũ & rectum ꝯſiliũ. Propter h̃ ſequit̃ ꝙ pctõr. ſ. ĩ mortali ꝑmanens: nõ eſt bñ ꝯſiliatiuu⁹: qa non obſeruat debitas circunſtãtias vel debitum finem non attendit cum peccat. Et ꝑ oppoſitum virtuoſus q̃libet eſt bene cõſiliatiuus etſi ſit idiota in his. ſ. q̃ ꝑtinent ad bonũ virtutis. licet in alijs vt in negotiationibus vel rebus bellicis vel hmõi non ſit bene conſiliatiuus. Hæc ſm. b. Tho. in. iij. diſ. xxxv. ar. iiij. exceptis autoritatibus decretorum.

Tria facit q recte cõſiliatur.

## §. I. QVANTVM AD SECVNDVM

ſ. de certitudine vel celſitudine iudicij q̃ habet̃ per donum ꝯſilij. Sciẽdũ ꝙ propriũ eſt creaturæ rõnali vt ꝑ inqſitionẽ rõnis moueat̃ ad aliqd agendũ. Quæ qdem inqſitio rõnis ꝯſiliũ dr̃. Sed qa ratio humana non põt ꝯprehẽdere ſingularia & cõtingẽtia quæ pñt occurrere: & etiã deficere ne ad finẽ intentũ ꝑducat ea de quib⁹ cõſiliatur. Ideo certitudinẽ conſilij attingere non eſt humanũ ſed diuinũ: cui⁹ eſt ꝑ certitudinem cõtingẽtiũ euẽtus p̃uidere. Et ideo oportet ꝙ ad hãc certitudinẽ habẽdã: mẽs humana inſtinctu ſpũſſcti eleuetur ſupra humanum modũ ad quã certitudinẽ nõ põt rõne dictaminis eleuari. Et iõ indiget hõ inquiſitione cõſilij dirigi & eleuari a deo q omnia comprehẽdit. Et hoc ſit per donũ cõſilij. Quod ſic diffinit̃ ſm. be. Tho. in. iij. di. xxxiiij. ar. ij. Donũ cõſilij eſt quo hõ accipit hoc qđ agẽdũ eſt: quaſi ꝑ certitudinẽ a ſpũſctõ edoctus ſupra humanũ modum. Vel aliter. Donum cõſilij eſt q̃ hõ dirigit̃ in agẽdis & cauẽdis: non ꝑ inquiſitionem rõnis: ſed quaſi cõſilio accepto a ſpũſctõ. Nam ſcire ꝓ certo oĩa agibilia & cauerere oĩa impedientia a cõſecutiõe vitæ æternæ: nõ eſt ex dictamine rõnis: ſed ex virtute ſpũſſcti quo filij dei agũtur. Ro. viij. Vel aliter conſilium qđ eſt donũ eſt quo ſpũſſanct⁹ dirigit nos in oĩbus quę ordinant̃ in finẽ vitę ęternę: ſiue ſint de neceſſitate ſalutis ſiue non. Hæc beatus Tho. ij. ij. q. lij. ar. iij. Qđ autem mens humana ꝑ donum conſilij inſtruat̃ dirigat̃ & perficiatur in agendis oſtenditur tripl'r. Primo ex interp̃tatione. Secundo ex ſimilitudine. Tertio ex rõne. Ex interp̃tatione patet. Nam conſilium dr̃ quaſi conſidiũ eo ꝙ multi cõſident ad conferẽdum ſimul. quos oportet cõſiderare plures cõditiones ſeu circunſtantias. quas dum vnus in cõſiderando deficit: alius melius percipit. vt dicit bea. Tho. j. ij. q. xiiij. ar. ij. Sic a ſimili: qa humana ratio non poteſt habere aliquã certitudinẽ de euentibus cõtingentiũ ad pręuidendũ de eis ꝑ donum conſilij ſpũſſctũs rationem humanam inſtruit de agendis ſupra humanum modum. Vñ Vrbanus papa. Cum ſpũſſanctus infunditur cor fidele ꝑ prudentiam & cõſtantiam dilatat̃. de cõſe. di. iiij. oẽs. Ad prudentiam aũt ꝑtinet conſilium. Scđo hoc ꝓbat̃ ſimilitudine. videm⁹ em̃ in reb⁹ humanis ꝙ illi qui non ſufficiũt ſibijpſis in inqſitione conſilij a ſapiẽtiorib⁹ cõſilia exqrũt. ſm documẽtum illud Tob. iiij. Conſilium ſemꝑ a ſapiẽte inquire. & di. xxij. de qbus dr̃. Facili⁹ inuenit̃ qđ a plurib⁹ ſenioribus q̃rit̃. Sed ad ꝓpoſitum: qa rõ hũana nõ põt cõprehendere ſingularia & contingẽtia q̃ pñt occurrere. ideo magis ĩdiget hõ ĩqſitiõe cõſilij: quaſi ꝯſilio accepto a deo. q oĩa cõprehendit ſm. b. Tho. ij. ij. q. lij. ar. ij. Tertio hoc declarat̃ ex ratione. Nã rõ humana ꝑficit̃ ꝑ hoc ꝙ mouet̃ a ſuperiori pricipio motiuo: ſicut corpus qđ mouet̃ a ſpũ. Manifeſtum eſt autem ꝙ rectitudo rõnis hũanę cõpat̃ ad rõnẽ diuinam. ſicut principium motiuũ iferi⁹ ad ſupius. Rõ em̃ ęterna eſt ſup̃ma reg'la oĩs hũanę rectitudinis. & ideo regula humana maxime ꝑficit̃ & adiuuat̃ ſm ꝙ mouet̃ & regulat̃ a ſpũſctõ ꝑ donũ conſilij. circa ea q̃ ſunt agenda ꝓpter finẽ. b. Tho. ij. ij. q. lij. ar. ij. Et pȟs dicit in lib. de bona fortuna: ꝙ his qui mouent̃ ꝑ inſtinctũ diuinũ nõ expedit conſiliarj ſm rationem humanam: ſed ſequãtur inſtictũ diuinũ qa mouentur a meliori principio. Ad qđ optime facit qđ habet̃. xix. q. ij. duæ. Duæ ſunt inqt leges. publica. ſ. hũana ſcripta: & priuata. ſ. ſpũſſcti. Et qui hac ſcđa ducunt̃ nõ ſubijciuntur perſonæ. ibi vide bene.

Donũ ꝯſilij ne ceſſariũ quare.

Donũ ꝯſilij qđ ſit.

Cõſiliũ vñ dr̃.

## §. II. QVANTVM AD TERTIVM SCI

licet aptitudinẽ conſilij. nota ꝙ quinta btĩtudo q̃ eſt. Beati miſericordes. adaptat̃ huic dono ſicut dirigẽti. Quãuis em̃ ꝑ conſiliũ in oĩb⁹ ꝟtutũ actib⁹ dirigamur: ſpãl'r tñ in opibus mĩæ. Nã cũ cõſiliũ ſit de his q̃ ſunt ad finẽ vtilia: ſeqt̃ ꝙ de his q̃ ſunt maxime vtilia ad finẽ. maxime conſilium erit vtile & neceſſarium. Sed mĩa maxĩe eſt vtilis ad finẽ. ſecũdũ illud. j. ad Timo. iiij. Pietas ad oĩa vtilis eſt. q̃ exhibetur ꝑ ſeptẽ opa mĩę corporalis. & multo magis ꝑ opera mĩę ſpũalis. vt docere: p̃dicare: regere & hmõi. btũs Tho. ij. ij. q. lij. ar. iiij. Idem oſtẽdit Aug. in ſermone dñi in mõte dicens. Cõſiliũ cõuenit miſericordib⁹: qa vnicũ remediũ eſt de tãtis malis exui & liberari dimittere alijs & dare. Ad idẽ glo. ſuꝑ illud Beati miſericordes. Mĩa ait eget ſpũ conſilij: ſine quo nemo circũſcripte miſeret̃. Initiũ eſt ſui miſereri: finis eſt ꝓ alio mori. Dañ. iiij. Placeat tibi rex cõſiliũ meũ: peccata tua eleemoſynis redime de pœni. di. j. quãobrem. Quando aũt eleemoſyna cadat ſub p̃cępto & quando ſub conſilio: habes plene declaratum in. ij. parte. ti. j. c. xxiiij. de inhumanitate.

Dono conſilij adaptat̃ quinta beatitudo q̃re.

¶ De cõſilijs euãgelicis: & prĩo de cõſilio obediẽtię. Ca. II.

QVIA OPTIMVM HOMINIS eſt vt mente deo adhęreat & reb⁹ diuinis. Impoſſibile eſt aũt ꝙ hõ intenſe circa diuerſa occupet̃ ad hoc ꝙ liberius mens hoĩs feratur in deum inquit beatus Tho. in. iij. ꝯ gentiles: dant̃ in diuina lege conſilia quibus hoĩes ab occupationibus vitę p̃ñtis retrahant̃: quantum poſſibile eſt vitam agenti terrenam. Non eſt autẽ hoc ita hoĩ neceſſariũ ad iuſtitiã: vt ſine eo iuſtitia eẽ nõ

poſſit in ipſo. Non enim virtus & iuſtitia tollitur ſi hõ ſꝫm ordinẽ rõnis corporalibus & terrenis rebus vtatur. Et ideo huius diuinæ legis admonitiones dicunt̃ conſilia non pręcæpta inquãtũ ſuadet̃ hoĩ vt ꝓpter meliora minus bona ꝑtermittat. Occupatur eñ humana ſolicitudo ſꝫm cõem modum humanæ vitæ erga tria.

*Solicitudo hominis circa tria.*

¶ Primo quidem circa propriam perſonam quid agat aut vbi conuerſetur.

¶ Secundo circa perſonas ſibi coniunctas: præcipue vxorem & filios.

¶ Tertio circa res exteriores ꝓcurandas: quibus homo ĩdiget ad ſuſtentationẽ vitæ.

Ad amputãdã igit̃ ſolicitudinẽ circa res exteriores datur ĩ lege diuina conſilium pauꝑtatis. vt. ſ. res huius mũdi abijciat quibus animus eius ꝑ ſolicitudinem aliquã implicari poſſet. Hinc eſt ꝙ dñs dicit Mat. xix. Si vis ꝑfectus eẽ vade & vende oĩa q̃ habes & da pauperibus & ſeq̃re me. Ad amputandã aũt ſolicitudinem vxoris & filiorꝫ. dat̃ hoĩ ꝯſiliũ de ỽginitate vel caſte ſeruanda. Hinc eſt qđ dr̃. j. Corꝫ. vij. De ỽginibꝰ aũt p̃ceptũ dñi nõ habeo: cõſiliũ aũt do. Et huius cõſilij rõnẽ aſſignãs ſubdit. Qui ſine vxore eſt ſolicitus eſt q̃ ſunt dñi: quõ placeat deo. Qui aũt cũ vxore eſt: ſolicitus eſt quæ ſunt mũdi quõ placeat vxori: & diuiſus eſt. Ad amputãdã aũt ſolicitudinẽ hoĩs circa ſeip̃m datur conſiliũ obedientiæ: ꝑ quã hõ diſpoſitionem ſuorũ actuũ ſuꝑiori cõmittit. ꝓpter qđ dr̃ Heb̃. vlti. Obedite p̃poſitis veſtris & ſubiacete eis: ipſi eñ puigilant q̃ſi rõnẽ reddituri ꝓ aĩabus vr̃is. Qđ ſumma hoĩs ꝑfectio in hoc conſiſtat ꝙ mens hoĩs deo vacet.

*Hoĩs ꝑfectio in q̃ ꝯſiſtit et ꝑ q̃ diſponit̃ ad hãc.*

Ad hanc aũt mentis vacationem prædicta tria maxĩe vidẽtur diſponere. cõueniẽter ad ꝑfectionis: ſta tñ ipſa ꝑtinere vident̃: nõ qa ipſę ſunt ꝑfectiões: ſed quia ſunt diſpoſitiões quædam ad ꝑfectionem quę in hoc cõſiſtit ꝙ mens hoĩs deo vacet. Et hoc exp̃ſſe oñdunt ỽba dñi pauꝑtatem ſuadẽtis, Si vis ꝑfectus eſſe &c. ſubdens. Seq̃re me. quaſi in ſua ſequela ꝑfectionis conſtituens vitam. Pñt etiam prædicta tria dici perfectionis ſigna & effectus. Cum enim mens amore & deſiderio alicuius rei vehementer afficit̃ cõſequẽs eſt vt alia poſtponat. Ex hoc ergo ꝙ mẽs hoĩs feruenter amore & deſiderio in diuina fertur. in quo perfectionẽ conſtare manifeſtũ eſt. ſeq̃t̃ ꝙ oĩa quę poſſunt ip̃m retardare quo minus feratur in deum abijciat: nõ ſolũ charã vxorẽ: & prolis affectũ: ac rerũ exteriorum: ſed etiã ſuip̃ſius. Et hoc ſignificãt verba ſcripturæ. Dicit̃ eñ Cãti. viij. Si dederit homo oẽm ſubſtãtiã ꝓ dilectiõe quaſi nihil deſpicit eam. Et Matt. xiij. c. Simile eſt regnũ cœlorꝫ homini negotiatori q̃rẽti bonas margaritas ĩuẽta aũt &c. Et Phil̃. iij. Quę mihi aliq̃ñ fuerũt lucra arbitratus ſum vt ſtercora vt xp̃m lucrificarem. Adde qa ſignũ maximę & perſectæ amicitiæ vnius ad alterũ eſt: cum ſe & ſua amico dat. Sic cũ ꝑ paupertatem offerat quis bona exteriora deo: per caſtitatem corpus. qa maximas delectationes eius. ſ. venereas ſibi aufert & voluntatẽ ꝓpriam quo nil maius dat prælato cuius volũtati ſe ſubijcit loco dei: & ideo ꝑ iſta ſignificat̃ ꝑfecta amicitia eiꝰ ad deũ. Quia igit̃ p̃dicta tria diſpoſitiones effectus & ſigna ſunt ad perfectionem conuenienter qui p̃dicta deuouent deo dicuntur eſſe in ſtatu ꝑfectionis. perfectio aũt ad quã prædicta diſponunt: in vacatione mẽtis ad deum conſiſtit. Vñ p̃dictorum profeſſores religioſi dicunt̃ quaſi ſe & ſua ꝑ modũ ſacrificij deo dedicãtes. Religio eñ in cultu diuio cõſiſtit: vt ĩ oblatiõibꝰ & ſacrificijs & hmõi Hęc. b. Tho. in. iij. contra gẽtiles. c. cxxv. Et. xiiij. q. j. qſquis dr̃. Vbi conſilium dat̃ offerẽtis eſt arbitrium. vbi vero pręceptum neceſſitas ſeruientis.

## §. I. DE OBEDIENTIE VOTO ET

alijs votis. Sciendũ ꝙ ſtultum viſum eſt aliquibus obligare ſe voto ad obediẽdũ alicui. aut quodcũq; ſeruãdũ inducentibus hanc rõnem.

*Arguit̃ contra.*

Vnumquodq; bonum quanto liberius agit̃ tanto virtuoſiꝰ eſſe videt̃. Quanto enim ex maiori neceſſitate quis ad aliquid obſeruandum aſtringit̃ tanto minus libere id agere videt̃. Videt̃ igitur derogari laudabilitati virtuoſorum actuum per hoc ꝙ ex neceſſitate obedientię vel voti fit. Sed hoc reprobat. b. Tho. iij. contra gẽtiles. c. cxxxiij. tripl̃r. Primo dicit ꝙ qui hoc dicunt vident̃ ignorare diuerſitatem neceſſitatum. Eſt enim triplex neceſſitas.

*Sol'o argumẽti. Q; triplex eſt neceſſitas.*

Quædam ex coactione: quædam ex interiori inclinatione: quædam ex fine. Et prima quidem neceſſitas laudem virtuoſorꝫ actuum diminuit: qa ꝯriatur voluntario. Coactũ eſt eñ qđ eſt volũtati ꝯriũ. Scđa neceſſitas quę. ſ. eſt ex interiori inclinatione ꝓcedẽs: laudẽ ỽtuoſi actus nõ minuit: ſed auget: facit eñ voluntatem magis intendere in actũ virtutis. Patet eñ ꝙ habitꝰ ỽtutis quãto fuerit perfectior, tanto vehemẽtiꝰ volũtatẽ tẽdere facit in actum ỽtutis bonum & minus ab eo deficere. ꝙ ſi ad finẽ perfectiõis peruenerit. quandam neceſſitatem infert ad intenſe agẽdũ & minus deficiendum; ſicut eſt in beatis q peccare nõ pñt: nec tñ ꝓpter hoc aut libertati voluntatis aliq̃d deperit aut actus bonitati. Tertia neceſſitas eſt ex fine: ſicut dicit̃ alicui eſſe neceſſariã nauẽ vt tranſeat mare. Patet aũt ꝙ hmõi neceſſitas libertatẽ voluntatis non minuit nec actuũ bonitatem: quin potius quo ad aliq̃d auget quaſi neceſſariũ ad finẽ: ex hoc ipſo laudabile eſt & tãto laudabiliꝰ quanto finis fuerit melior. Neceſſitas aũt obſeruãdi q̃ qs vouit: aut obediendi ei cui ſe ſuppoſuit non eſt neceſſitas coactionis: nec etiam ex interiori inclinatione ꝓueniens: ſed ex ordine ad finẽ. Eſt eñ neceſſariũ vouenti hoc vel illud agere ſi debet votũ impleri: aut obedientia ſeruari. Cum igit̃ hi fines laudabiles ſint: vtpote quibꝰ hõ deo ſe ſubijcit: neceſſitas prædicta nihil diminuit de laude virtutis. Secundo ꝙ talis obligatio quã qs ſibi ſumit nõ diminuit de laude ỽtutis: probat̃ ſic. Conſiderãdũ eſt eñ ꝙ dũ implent̃ aliqua quæ quis vouit vel q̃ ſibi p̃cipiunt̃ ab eo cui ſe qs ſubdidit propter deũ: maiori laude & remuneratione ſunt digna. Sicut eñ contingit vnũ actũ eſſe duorꝫ vitiorꝫ dũ actꝰ vniꝰ vitij ad finem alteriꝰ vitij ordinat̃: vt cum qs furat̃ vt fornicet̃. Actus q̃dẽ ſꝫm ſpeciẽ eſt auaritiæ: ſꝫm intẽtionẽ eſt luxurię: ſic eodẽ mõ ꝯtingit in actibus ỽtutũ. Actus eñ vniꝰ ỽtutis ad actũ alterius ỽtutis põt ordinari. Sicut cũ qs dat ſua vt cum eo habeat amicitiam charitatis. Actus quidem talis ex ſpecie ſua eſt actꝰ liberalitatis. ex fine eſt actꝰ charitatis. Huius aũt actus maiorẽ laudẽ habet ỽtutis ex charitate q̃ ex liberalitate. Vñ etſi remittat̃ ex eo ꝙ liberalitatis eſt ex eo ꝙ ad charitatẽ ordinat̃ maiori laude & mercede dignus eſt q̃ ſi liberalius ageret̃ nõ in ordine ad charitatẽ. Ponamus ergo aliquẽ aliqđ opus virtutis agẽtẽ: puta ieiunãtẽ vel ſe a venereis cõtinentẽ. Eq̃dem ſi hoc agat abſq; voto: erit actꝰ abſtinentię vel caſtitatis. Si ex voto: refert̃ vlterius ad aliã virtutem cuius eſt deo vouere aliquid. ſ. ad religionem q̃ potior eſt caſtitate vel abſtinentia: vtpote faciẽs nos recte habere ad deum. Erit ergo actus abſtinẽtiæ vel continẽtiæ laudabilior in eo qui ex voto facit: etſi ita non delectet̃ in abſtinẽtia ex eo ꝙ delectat̃ in potiori virtute q̃ eſt religio. Tertio ſic voluntas præcedens actũ manet virtute in tota executione actus: & ip̃m laudabilem reddit: etiã q̃ñ de propoſito volũtatis ꝓpter quẽ actũ incipit: in executione operis non cogitabat. Nõ eñ oportet vt qui ꝓpter deũ aliq̃d iter arripit: in qualibet parte itineris actu cogitet de deo. Patet aũt ꝙ ille qui vouet ſe aliquid facturum intenſius illđ vult q̃ ſi ſimpliciter illud facere diſpoſuit: qa nõ ſolũ illđ facere voluit: ſed voluit ſe firmare vt non deficeret ab eo faciendo. Ex hac voluntatis intentione redditur executio voti cum intentione quadam laudabilis etiam q̃ñ voluntas vel non ex actu fertur in opus vel fertur remiſſe. Sic ergo laudabilius fit quod ex voto fit: q̃ quod fit ſine voto: cæteris tamen paribus.

## §. II. CONTINENTIA SEV CASTITAS

ponit̃ inter cõſilia quãtũ videlicet ad virginitatẽ ſeruãdã vel viduitatẽ. Cũ eñ ſit triplex gradus caſtitatis. ſ. virginalis: vidualis & cõiugalis.

*triplex gradꝰ caſtitatis.*

Ad cõtinẽtiã q̃dẽ cõiugalẽ tenet̃ quilibet ex p̃cępto: nõ q̃dẽ ꝙ aliquis teneat̃ ad ꝯhẽdũ cõiugiũ: ſed ſi ꝯxerit oportet ꝙ abſtineat ab oĩ actu venereo ext̃ ſuã vxorẽ: iuxta illđ Exo. xx. Nõ mœchaberis. & Tob̃. iiij. Attende tibi ab oĩ fornicatione & p̃ter vxorem tuã nõ patiaris crimen ſcire. Q; ſi ext̃ coniugiũ ſit poſitus vir vel mulier: de neceſſitate tenet̃ abſtinere ab oĩ actu carnali extra cõiugiũ: ſicut clericus & religioſus. Sed in hoc eſt differentia: qa laicus vir vel mulier q ſe voto nõ abſtrixit ad caſtitatẽ vidualẽ vel virginalẽ: põt ꝯhere matrimoniũ ſi vult. Sed ordinatꝰ in ſacris vel religioſus nõ põt qa ex voto facto tacito vel expreſſo ſe obligauit ad caſtitatẽ vidualẽ ſi virginitatẽ iã amiſit licite vl̃ illicite: vel etiã ad ỽginalẽ ſi virginitatem ſeruauit. Et ad horꝫ alterꝫ tenet̃ de neceſſitate ſalutis. Erat ſiquidẽ primo ante votũ caſtitatis virginalis vel vidualis



vel vidualis in cõſilio qđ datur de meliori bono. Melior eñ ſtatus eſt vidualis caſtitas q̃ cõiugalis. & melior ỽginalis vtroq;: tñ facto voto cõſiliũ tranſit in p̃cęptũ. Vñ glo. ſuꝑ illud. Vouete & reddite dño deo veſtro. dicit. Vouere eſt voluntatis & in conſilij libertate reddere neceſſitatis. Circa hanc igit̃ caſtitatem extitit multiplex error.

*De multiplici errore circa caſtitatẽ.*

¶ Primus eorum qui dixerunt malũ eſſe & illicitũ ſeruare caſtitatem virginalem vel vidualem.

¶ Scđs eſt eorũ qui dixerunt actum venereũ ſoluti cum ſoluta licitum vt naturalem actum.

¶ Tertius eſt eorꝫ qui dixerunt actũ cõiugalem de ſe illicitum nec in tali ſtatu poſſe ſaluari.

¶ Quartus eſt eorꝫ q dixerũt ſtatũ cõiugalẽ non ſolũ licitũ ſed ęqualis meriti eſſe cũ ſtatu virginali vel viduali.

Qui ſequunt̃ primũ errorẽ tribꝰ rõnibus hoc probãt. Primo ſic. Diuinius eſt bonũ ſpeciei q̃ bonũ indiuidui. Viri aũt & mulieris cõiunctio ordinat̃ ad bonũ ſpẽi. Sumptio cibi & potꝰ ad bonũ indiuidui. ſ. ꝯſeruãdum ip̃m. Sed peccaret qui oĩno abſtineret a cibo & potu: ergo multo magis abſtinens in actu generationis. Scđo ſic. Ex diuina ordinatione dant̃ hoĩbꝰ mẽbra ad gñationẽ apta: & etiam vis cõcupiſcibilis ad hoc incitans & alia hmõi ad hoc ordinata. videt̃ ergo cõtra diuinam ordinationẽ agere qui omnino ab actu gñatiõis abſtinet. Tertio ſic. Non eſt poſſibile q̃n cõcupiſcẽtię venereorꝫ oriant̃ cũ naturales ſint. reſiſtere autẽ cõcupiſcentijs ex quaſi cõtinuã pugnã habere: maiorem inquietudinẽ aĩo tribuit q̃ ſi aliqs vtat̃ moderate concupiſcentijs. Cũ igit̃ inquietudo animi maxime ꝑfectiõi virtutis repugnet: videt̃ ꝑfectioni ỽtutis aduerſari: ꝙ aliqs ꝑpetuã cõtinentiã ſeruet. Ad q̃ etiam facit qđ dñs ait Gẽ. j. Creſcite & multiplicamini &c. Sed dicit beatꝰ Tho. in. iij. ꝯ gentiles. c. cxxxj. ꝙ non eſt difficile dicta argumenta ſoluere. Conſiderandũ eſt igit̃ ꝓ eorũ declaratione ꝙ alia rõ eſt habẽda in his q̃ ad neceſſitatẽ vniuſcuiuſq; hoĩs ꝑtinẽt alia in his q̃ pertinent ad multitudinis neceſſitatem. In his eñ q̃ ꝑtinent ad neceſſitatẽ vniuſcuiuſq; oportet ꝙ vnicuiq; ꝓuideat̃ ſingulariter: hmõi autẽ ſunt cibi & potꝰ & alia hmõi q̃ ad ſuſtentationẽ indiuidui ꝑtinẽt. vñ neceſſariũ eſt ꝙ quilibet cibo & potu vtat̃. In his aũt quę ſunt neceſſaria multitudini: non oportet ꝙ cuilibet de multitudine illud attribuat̃: neq; etiã eſt poſſibile. Patet igit̃ multa eẽ neceſſaria multitudini hoĩm: vt cibi: potꝰ: p̃paratio: ĩdumẽta: do

*ſ. ti. iiij. c. vij. §. j.*

mus: & alia hmõi. q̃ impoſſibile eſt ꝙ ꝑ vnum ꝓcurent̃. Et iõ oportet diuerſorꝫ diuerſa eẽ officia: ſicut etiã in corpore diuerſa mẽbra ad diuerſos actus ordinãt̃. Quia igit̃ gñatio non eſt de neceſſitate indiuidui: ſed de neceſſitate totiꝰ ſpeciei non eſt neceſſariũ ꝙ oẽs hoĩes actibꝰ gñationis vacẽt. Sed quidam ab his abſtinentes actibus alijs officijs mancipent̃: puta militiæ & cõtẽplationi. Ex quo patet ſolutio ad ſcđm. Ex diuina eñ ꝓuidentia dant̃ homini quæ ſunt neceſſaria toti ſpeciei: nec tñ oportet ꝙ quilibet hõ quolibet eorꝫ vtat̃. Data eſt eñ homini induſtria ædificãdi: virtus ad pugnandũ: intellectus ad ſciẽtias acq̃rendũ: nec tñ oportet ꝙ oẽs ſint domificatores: milites: doctores & hmõi. Sil̃r q̃ñ ſit homini data virtus gñatiua cum alijs q̃ ordinant̃ ad actũ eiꝰ: nõ tñ oportet ꝙ quilibet actui gñationis intẽdat. Ab his enim quę ſunt neceſſaria multitudini: q̃uis quãtũ ad ſingulos melius ſit ꝙ quis abſtineat melioribus exercitijs deditus: non tñ bonũ eſſet ꝙ oẽs abſtinerẽt: ſicut etiam patet in ordine vniuerſi: q̃uis melior ſit ſubſtãtia ſpũalis q̃ corporalis: nõ tñ eſſet meliꝰ vniuerſum in quo eſſent ſolum ſubſtantiæ ſpũales: ſed im ꝑfectius: ſicut etiam oculus eſt ꝑfectius membrũ pede: non tñ eẽt perfectum aĩal ſi oculum haberet non pedem. Sic & multitudo humani generis ꝑfectior exiſtit: ꝙ aliqui in ea vacent gñationi aliqui cõtẽplationi. Ad tertiũ rñ. ꝙ ſolicitudo & occupatio inquietudinis quã habẽt illi qui cõiugio vtunt̃: de vxoribus filijs & neceſſarijs vitę acquirendis eſt continua. Inq̃etatio autẽ quam homo patit̃ ex pugna concupiſcentiarum eſt ad aliquã horam quæ etiam minorat̃ per hoc ꝙ aliquis ei non conſentit. Nam quanto magis quis delectabilibus vtitur, tanto magis creſcit in eo delectabilis appetitus. Debilitãt̃ etiã in eo cõcupiſcentiæ ꝑ abſtinẽtias & alia exercitia corporalia q̃ conueniunt his q ꝓpoſitum continentię habẽt. Vſus etiã corporaliũ delectationũ magis abducit mẽtem a ſua altitudine & ĩpedit a contẽplatione ſpũaliũ q̃ inq̃etudo quæ ꝓuenit ex reſiſtendo concupiſcẽtijs horꝫ delectabiliũ: qa ꝑ vſum delectabiliũ & maxime venereorꝫ mẽs maxime carnalibus inhęret cum delectatio quieſcere faciat appetitũ in re delectabili. Et ideo his qui ad contẽplationem diuinorꝫ & cuiuſcũq; veritatis intendunt maxime nociuũ eſt venereis deditos eſſe: & maxime vtile ab eis abſtinere. Nihil aũt ꝓhibet q̃uis vniuerſaliter dicatur vni homini melius eſſe continẽtiã ſeruare q̃ matrimonio vti: quin alicui id melius ſit. Vnde & dñs facta de continẽtia mẽtione: cũ. ſ. dixit. Alij ſeipſos caſtrauerũt ꝓpter regnũ cœlorꝫ. i. ꝓpoſitũ ꝯtinentię ſumpſerunt. Subdidit. Non oẽs capiũt verbum iſtud: ſed qui põt capere capiat. Qđ aũt dictũ eſt de p̃cæpto dñi Gẽ. j. Creſcite & multiplicamini: habuit obligationẽ & vim arctãdi illo tp̃e ꝓpter paucitatem hoĩm in principio mũdi: vl̃ poſt diluuiũ vt multiplicaret̃ genꝰ humanum. Sic & ꝓpter multiplicationẽ fidelis ppl̃i: q̃ñ oportebat ip̃m ꝑ carnalem gñationem multiplicari: vt fuit in veteri teſtamento: & ideo conſiliũ de ꝑpetua continẽtia ſeruãda reſeruatũ fuit tp̃ibus noui teſtamẽti: q̃ñ ſpũalis ppl̃s per ſpiritualẽ gñationem multiplicatur.

## §. III. SECVNDVS ERROR FVIT EO

rum qui dixerũt ſimplicem fornicationẽ non eẽ pctm̃: ſed naturalẽ.

*Vtrum ſimplex fornicatio ſit pctm̃.*

Ad qđ põt induci talis ratio. Quicq̃d eſt de iure naturali eſt licitum: qa hoc eſt a deo inſtitutum: ſed coniũctio maris & fœminę eſt de iure naturali ſꝫm Iſi. vt patet di. j. ius naturale. Talis aũt ꝯiũctio reperit̃ in ſimplici fornicatione ergo &c. Sed rñdetur ꝙ dupl̃r dr̃ ius naturale. Vno mõ qđ eſt ſꝫm inſtĩctũ ſenſualẽ: q eſt cõis nobis & brutis. Et iſto mõ non eſt verũ ꝙ ſit licitũ q̃cq̃d eſt de iure naturali. Nam in hoĩe oportet ꝙ talis inſtinctꝰ regulet̃ rõne ĩ executione eius ad hoc vt opus inde ſequens ſit licitum: qa ſic deus inſtituit. Fornicaria aũt coniũctio etſi ſit ſꝫm inſtĩctũ ſenſualẽ: non tñ regulat̃ ſꝫm rõnem: & ideo nõ licita. Alio mõ dr̃ ius naturale illud qđ ratio naturalis dictat. Et ſic nõ quæcumq; coniũctio maris & fœminę eſt de iure naturali: ſed illa q̃ fit ſꝫm legem mr̃imonij. Quod aũt fornicatio ſimplex ſit illicita: & oĩs coitus p̃ter vxorẽ: & oĩs emiſſio ſeminis ꝓcurata ex qua ꝓles ſeq̃ non põt. Patet Deut̃. xxiij. Nõ erit meretrix de filiabus Iſrael: neq; ſcortator de filijs Iſrael

*ſ. et latius. ij. ꝑte. tit. v. c. ij.*

& Leui. xviij. Cum maſculo non ꝯmiſceberis coitu fœmineo: & cum omni pecore non coibis. Et ponit̃ pœna mortis in lege ꝯ hmõi. Et. j. Corꝫ. vj. Neq; molles neq; maſculorũ cõcubitores regnum dei poſſidebũt. Et dicũt̃ molles q ĩ ſeipſis non cum alijs feminis effuſionem ꝓcurant. Q; iſta peccata ſint mortalia patet ex hoc. Nullus eñ excludit̃ a regno cœlorꝫ niſi propter mortale: ſed ꝑ quodlibet horꝫ excludit̃ qs a regno: vt notatur in autoritate inducta ibi. neq; molles &c. De ſimplici fornicatione dicit apl̃s ad Ephe. v. Omnis fornicator aut ĩmũdꝰ &c. nõ habet hęreditatem in regno Chriſti & dei. Et. xxij. q. j. prædicandum. dr̃ ꝙ ꝓ fornicatione ſicut pro periurio & homicidio eſt imponenda ſeptẽnis pnĩa. qđ non fiebat niſi pro mortalibus. Et ſic patet error eorꝫ qui dicũt in emiſſione ſeminis quacũq; non eſſe maius pctm̃ q̃ in emiſſione aliarꝫ ſuꝑfluitatum vt vrinæ fecũ & hmõi. Nã aliæ ſuꝑfluitates non ſunt neceſſariæ ad aliquid. vñ ad bonum hoĩs ꝑtinet ſolũ ꝙ emittant̃. Nõ aũt hoc ſolum quærit̃ in ſemine ſed vt emittat̃ ad generationis vtilitatem ad quã ordinat̃. Nã etſi ſemẽ ſit ſuꝑfluũ quo ad indiuidui conſeruationem: eſt tñ neceſſarium quo ad ꝓpagationem & conſeruationem ſpeciei humanæ. Probat etiam ſatis diffuſe. b. Tho. li. iij. contra gẽtiles. c. cxviij. quomodo coniunctio maris & fœminę extra matrimoniũ ſit contra legem naturalem.

## §. IIII. TERTIVS ERROR FVIT EO

rum qui dixerũt actũ ꝯiugalẽ eſſe illicitũ: nec poſſe hoĩem in ſtatu ꝯiugij ſaluari. Sed cũ matrimoniũ ſit a deo inſtitutũ in paradiſo dicente. Adã a deo edocto. Relinquet homo patrẽ & matrẽ & adhęrebit vxori ſuæ &c. Gẽ. ij. Renouatũ poſt diluuiũ: dicẽte dño Noe & filijs eiꝰ. Creſcite & multiplicamini & replete terrã. Et cõfirmatũ ab ĩpo incarnato cum ait Mat. xix. Relinquet homo patrem & matrẽ &c. ſubdens. Quos deus coniunxit. ſ. vinculo mr̃imonij: hõ non ſeparet. Dignificatũ etiã fuit ab eo cũ nuptijs factis ĩ Chana Galileę interfuit cum matre eius & diſcipulis: & miraculo primo conuertendo aquã in vinum eas nobilitauit: vt habetur Ioã. ij. Eccleſia quoq; determinandũ declarat ſtatum

*ſ. t. ix. c. vij. §. v.*

cōiugij de ſe licitū & ſaluādū.Dicit em̄ ex̄ de ſum. tri.& fi. ca.c.j. Nō ſolum ṽgines & viduę:ſed & cōiugati cū fide & bonis operibus ad regnū cœlorū ꝑueniunt.Et. xxx.di.c.hęc ſcripſimus.dr̄.Nuptiarum vinculū qd' ſm caſtitatē durat honoramus.&.xxiiij.q.iij. qdam. Inter hæreticos cōnumerant qui aſſerūt viduas ſi nupſerint peccare. Sed & habere ſimul plures vxores contra legē diuinam eſt pernicioſum: qd' obſeruant Saraceni ex lege ſua peſſima Alchorani.in hoc tn̄ fuit in veteri teſtamento cum patribus a deo diſpē ſatum:vt dicitur ex̄ de diuor.gaudemus. Nunqꝫ autē legit diſpenſatum cum mulieribus vt haberent ſimul plures viros:hęretici etiā nuncupant Nicolaitę:aſſerētes vxores debere eſſe cōes ſicut & res temporales:vt patet.xxiiij. q.iij.q dam.quem errorem prius poſuerat Plato ſm bea. Thomā in.iij.contra gentiles.c.cxx.

## §.V. QVARTVS ERROR FVIT DI

centiū ꝙ ſtatus matrimonij erat meriti & virtutis æqualis cum ſtatu ꝑpetue continentiū.Hæc fuit hæreſis Iouiniani quā multipl'r improbat beatus Hiero.in li.cōtra Iouinianū. [ſ.tit.xj. c.vlti.] Et erroris falſitas patet ex eo ꝙ ſaluator parabolice loquēs de ſemine iactato in terram bonam:aliud fecit fructum triceſimum:aliud ſexageſimum:aliud centeſimum Mat.xiij. qd̄ cōmuniter exponit de triplici ſtatu bonorum fideliū q ſignificant ꝑ terram bonam ſatam ſemine ṽtutum.ſ.cōiugatorꝫ:viduarꝫ & virginū.Sicut ergo numerus ſexageſimus excedit in duplo triceſimum:& numerus centenarius vtrūqꝫ: ita ſtatus vidualis coniugalem:& multomagis virginalis excedit in perfectione.&.j.Corꝫ.vij.Qui virginem ſuā matrimonio iungit bene facit:& qui non iungit melius facit. Patet etiam hoc per rationem.Nam ꝑ continētiam homo redditur habilior ad mentis eleuationem in ſpūalia & diuina:& quodāmodo ponit in quadam ſimilitudine angelorum ſupra ſtatū hoīs:vnde Hiero.ait.Angelis ſemꝑ cognata eſt virginitas:& virginem eſſe angelicum eſt nō humanum. Non obſtat huic ſententiæ ꝙ aliqui ꝑfectiſſimę virtutis viri matrimonio vſi ſint: vt Abraam: Iſaac & Iacob.qa quāto virtus eſt fortior tanto minus poteſt ꝑ quæcumqꝫ a ſua altitudine deijci.Nec tn̄ quia ipſi matrimonio vſi ſunt minus contemplationem veritatis & diuinorum amauerūt.Sed ſm ꝙ cōditio temporis requirebat m̄rimonio vtebant ad multiplicationem populi fidelis.Nec tn̄ ꝑfectio alicuius perſonę fidelis eſt ſufficiens argumentū ad perfectionem ſtatus: cum aliquis perfectiori mente poſſit vti minori bono q̄ alius maiori.Non ḡ per hoc ꝙ Abraā vel Moyſes perfectior fuit multis qui ſeruant continentiā propter hoc ſequit ꝙ ſtatus matrimonij ſit perfectior ſtatu continentium vl' etiam ęqualis.Et ad hoc facit quod ait.b. Hiero.contra Iouinia.Quis ignoret ſub alta dei diſpenſatione omnes retro ſanctos eiuſdem fuiſſe meriti cuius nūc ſunt Chriſtiani?Quomodo Abraam tūc deo placuit in cōiugio:ita nunc virgines in perpetua continentia. Seruiuit ille legi & tempori ſuo. Seruiamus & nos legi & tempori noſtro in quos fines ſæculorum deuenerunt.de pœni. diſt. ij.ſi enim inquit.

¶De conſilio paupertatis. Cap.III.

## CIRCA PAVPERTATEM QVE

etiā inter ꝯſilia dn̄i ponit:erratū eſt a qbuſdam. Nā aliqui ita ꝯmēdauerūt vt aſſererēt nulli etiā laico licitū eē hr̄e aliqd ꝓpriū:ſed dānabile fore.Qui hęretici declarant vocati ap̄lici: vt hr̄.xxiij.q.iij.q dā.Vn̄ &.b.Hiero.dicit laicis licitum eſſe poſſidere tꝑalia: ſed non niſi ad vſum.i.ita ꝙ non abutātur eis.xij.q.j.duo. Quinimmo etiam & clericis ſæcularibus licet hr̄e ꝓpriū:vt ponit.xij.q.j.ꝑ totum.Nec obſtat qd' dn̄s ait Luc.xiij. Niſi quis renūtiauerit oībus q̄ poſſidet:nō pōt eſſe meus diſcipulus. [Duplex diſcipulatus xp̄i] Nam diſcipulatus xp̄i pōt intelligi dupl'r. Vno modo large:put.ſ.importat obſeruantiā mādatorꝫ xp̄i.ſicut fuit Nicodemus:Ioſeph:& hm̄oi.& his oportet oībus renūtiare tꝑalibus mente:ita.ſ.ꝙ nil deo & mādatorꝫ eius obſeruationi ꝑponāt.Scd'o mō ꝓprie & ſtricte ꝓut importat ſtatum ꝑfectionis & obſeruātiā cōſiliorꝫ:qualem ſtatum tenuerunt ap̄li cum xp̄o cōuerſantes.& iſtos oportet oībus renūtiare affectu & effectu vt nil habeant ꝓpriū in particulari.ſicut eſt ſtatus religioſorꝫ:vt.xij.q.j.non dicatis.& in alijs.c.Et de his ꝓprie loq̄bat xp̄s.Quidam etiam ita commendāt paupertatem vt dicāt in ea ꝯſiſtere ꝑfectionē creaturę rōnalis.Sed.b. Tho.ij.ij.reprobat:oñdens poſt Io.Caſ.in col'.j.Moyſi: nō in ea conſiſtere ꝑfectionē: ſed eſſe inſtrumētū & inductiuū ad ꝑfectū.Et ap̄ls ad Col'.iij.ait.Suꝑ oīa charitatem habete.qd' eſt vinculum ꝑfectionis.nō dixit pauꝑtatem:ſed charitatem eſſe vinculum ꝑfectionis.Chriſtus etiā poſtqꝫ dixit. ſi vis ꝑfectus eſſe vēde oīa q̄ habes & da pauperibus ſubdidit.Et ſequere me.vt inueret nō in pauꝑtate tm̄: ſed magis in ſeq̄la xp̄i quæ eſt maxime ꝑ charitatem conſiſtere perfectionē. Alij vero ecōtra ita deteſtati ſunt pauꝑtatē: vt oēm gradum paupertatis & expropriationis tꝑaliū reprobarēt & illicitū dicerent.Sed & hos reprobat bea.Tho.in.iij.contra gentiles.c.cxxvj.&.cxxvij.dicit em̄. Quid ſentiendū ſit de pauꝑtate ex diuitijs conſideremus. Exteriores qdem diuitię neceſſariæ ſunt ad bonum ṽtutis:cum per eas ſuſtentemus corpus & alijs ſubueniamus. [Diuitię exteriores ad qd ordinant.] Oportet aūt ꝙ ea quę ſunt ad finē:ex fine bonitatem accipiāt.Neceſſe ergo eſt vt exteriores diuitię ſint aliqd' bonū hoīs:non tamen principale: ſed quaſi ſcd̄arium.Nam finis principal'r bonum eſt. Alia vero ſm ꝙ ordinant in finē.Propter hoc quibuſdā viſum eſt ꝙ virtutes ſint maxima bona hoīs. Diuitiæ aūt q̄dam minima bona.Oportet aūt ꝙ ea quæ ſunt ad finem modū accipiant ſm exigentiam finis. intantum ergo diuitię ſunt bonę inquantum ꝓficiūt ad vſum virtutis.Si vero iſte modus excedatur:vt per eas impediatur vſus virtutis.nō iam inter bona computanda ſunt:ſed inter mala.Vnde qbuſdā accidit bonum eſſe hr̄e diuitias.ſ.qui eis vtuntur ad virtutes.Quibuſdam malum eſt eas habere:quia per eas a virtute retrahuntur vel nimia ſolicitudine: vel nimia affectiōe ad eas vel mentis elatione ex eis contingente.Sed cum ſint virtutes actiuę vitę & contemplatiuę aliter & aliter:vterqꝫ diuitijs indigent.Nam virtutes contemplatiuæ indigent eis ad ſolam ſuſtentationē naturæ:virtutes actiuę indigēt eis & ad hoc & ad ſubueniendum alijs cum quibus cōuiuēdum eſt. [Vtręqꝫ vitæ.ſ. actiuæ et cōtēplatiua idigent diuitijs.] Vnde & contemplatiua vita etiam in hoc perfectior eſt ꝙ paucioribus indiget. Ad quam quidam vitā ꝑtinere videtur ꝙ total'r homo diuinis rebus vacet.Quam qdem perfectionem ſectantibus minimum de exterioribus diuitijs ſufficit.ſ.quantum eſt neceſſarium ad ſuſtētationem naturę.Vn̄ ap̄ls.j.Tim.vj.ait.Habentes alimenta & qbus tegamur:his contenti ſimus.Pauꝑtas igitur laudabilis eſt inquantum hominem liberat ab illis vitijs quibus per diuitias aliqui implicantur.Inquantum autem ſolicitudinē tollit quæ ex diuitijs cōſurgit:eſt vtilis quibuſdam. qui.ſ. ſunt ita diſpoſiti vt circa meliora occupentur. quibuſdam vero nociua qui ab hac ſolicitudine liberati in peiores occupationes cadunt.Vnde beatus Grego. in.vj.moral'. ait. Sępe qui occupati vnde humanis vſibus viuerent:gladio ſuæ quietis extincti ſunt.Inquantum vero pauꝑtas bonū ꝙ ex diuitijs ꝓuenit.ſ.ſuſtentationem propriam & ſubuentionem aliorum impedit:malum eſt ſimpl'r. Malum enim eſt inquantum ſubuentio qua in tꝑalibus ꝓximis ſubuenit ꝑ maius bonum pōt recompenſari.ſ.per hoc ꝙ homo diuitijs carens liberius pōt diuinis & ſpūalibus vacare.Bonum aūt ſuſtentationis ꝓprię adeo neceſſarium eſt:ꝙ nullo alio recompenſari pōt.Nullius em̄ boni obtentu debet homo ſuſtentationem vitę ſibi ſubtrahere. Paupertas igit talis laudabilis eſt cū homo a ſolicitudinibus terrenis liberatus:liberius diuinis & ſpūalibus vacat.ita tamen ꝙ cum ea remaneat facultas homini ꝑ licitum modū ſuſtentādi ſeipſum:ad qd' non multa requirunt.Et quanto modus viuendi in pauꝑtate minorem ſolicitudinem exigit: tanto pauꝑtas eſt laudabilior.nō aūt quanto paupertas fuerit maior. Nō em̄ pauꝑtas in ſe bona eſt:ſed inquantū liberat ab illis quibus impedit homo quo minus ſpūalibus bonis intēdat. Vnde ſm modū quo homo liberat ab impedimentis p̄dictis eſt menſura bonitatis eius.Et hoc eſt cōmune oībus exterioribus bonis quę intantum ſunt bona:inquantum ꝓficiunt ad virtutem:non autem ſm ſeipſa.

## §.I.EST AVTEM QVADRVPLEX MO

[quadruplex modus ſectādi pauꝑtatem.] dus ſectādi volūtariā pauꝑtatē ſcd̄m.b.Tho.vbi.ſ.c.cxxx. Et primus modus eſt.vt de precio poſſeſſionum venditarū aliqui in vno collegio ſeu congregatione exiſtentes cōiter viuant.Et iſte ſufficiens eſt:ſed nō ad longū tempus. Et ideo ap̄li hūc modum viuendi fidelibus in Hieruſalē ꝯſtituerunt.qa præuidebant ꝑ ſpm̄ſctm̄ ꝙ non diu in Hierl'm cōmorari



cōmorari haberēt.tum ꝓpter ꝑſecutiōes & iniurias illatas a Iudæis.tum ꝓpter inſtantem deſtructionem ciuitatis & gentis.vnde nō fuit neceſſarium niſi ad modicū tp̄s ꝓuideri.Et ꝓpter hoc tranſeuntes ad gentes in quibus firmanda & perduranda erat eccleſia.hūc modū viuendi non legunt inſtituiſſe. Et ſi dicat ꝙ ꝑ hūc modū viuendi pōt cōmitti fraus & furtum ꝑ diſpēſatores vnde non videt conueniēs modus.Rn̄detur ꝙ hoc eſt commune in omni mō viuēdi: quibus aliqui adinuicem conuiuunt.In hoc aūt tanto minus quanto difficilius contingere videt ꝙ ꝑfectionē vitæ ſectantes fraudem committant. Adhibet etiā cōtra hoc remediū per ꝓuidā diſpenſationē fideliū.Vn̄ ab ap̄lis electi ſunt Stephanus & alij qui ad hoc officium idonæi reputabantur. [Secūdus modus viuēdi in pauꝑtate volūtaria.] Eſt ſcd's modus viuendi in paupertate volūtaria. vt.ſ.habentes poſſeſſiōes in cōi de eis viuāt & ſingulis ꝓuideat prout cuiqꝫ opus fuerit ſicut obſeruat in plurimis monaſterijs & quaſi in oībus monachorꝫ.Et hic eſt etiam cōueniens modus & laudabilis.Nec per hoc aliquid deperit ꝑfectioni ad quam tendunt pauꝑtatem voluntariā aſſumētes.Pōt em̄ fieri ꝑ vnius fere vel paucorꝫ ſolicitudinem vt poſſeſſiones debito modo procurēt:& ſic alij abſqꝫ aliqua tꝑalium ſolicitudine remanentes libere poſſunt ſpūalibus vacare quod eſt fructus voluntarię pauꝑtatis:nec etiam illis aliquid deperit de ꝑfectiōe vitę qui hanc ſolicitudinem pro alijs aſſumunt.Qd' em̄ amittere videnṫ in defectu quietis:recuperant in obſequio charitatis:in quo etiam ꝑfectio vitæ conſiſtit.Nec etiam ꝑ hunc modum viuēdi cōcordia tollit occaſione poſſeſſionum communium.Tales em̄ dn̄t voluntariam pauꝑtatem aſſumere:qui tꝑalia contēnant. Et tales pro tꝑalibus cōibus diſcordare non poſſunt:præſertim cum ex tꝑalibus nihil præter neceſſaria vitę habeant expectare.Et cū diſpenſatores oporteat eſſe fideles:nec propter hoc ꝙ aliqui hoc modo viuendi abutant: hic modus viuendi pōt improbari:cum & bonis male vtant mali.vt patet in euchariſtia:& malis bene vtantur boni. [Tertius] Tertius modus viuendi voluntariam pauꝑtatem ſectantibus eſt: vt de laboribus manuum ſuarum viuāt.Quē quidē viuēdi modum Paulus apoſtolus ſequebat:& alijs obſeruādū ſuo exemplo & inſtitutione dimiſit.Dicit em̄.ij.ad Taſſal'. iij.Non gratis panem manducauimus ab aliquo:ſed in labore & fatigatione nocte & die operantes ne quem veſtrū grauaremus. Et.j.Cum eſſemus apud vos hocipſum denūtiabamus vobis:qm̄ ſi quis nō vult operari non māducet Iſte igit modus eſt etiam cōueniens & bonus. Nec eſt hoc vanum vt quidam obijciunt.ſ.terrena dimittere vt iterum acquirant ꝑ labores manuum. qa diuitiarum poſſeſſio & ſolicitudinem requirebat in ꝓcurādo vel ſaltem cuſtodiēdo.& affectū hoīs ad ſe trahit:qd' nō accidit dū obſequijs ꝑ laborem manuum quotidianū victū acqrere ſtudet.Sed & ad acquirendū ꝑ laborem manuum victum quātum ſufficit ad naturę ſuſtentationem:modicum tp̄s ſufficit & modica ſolicitudo neceſſaria eſt.Sed ad diuitias congregādas vel ſuꝑfluū victū quærendum ꝑ laborem manuum ſicut ſęculares artifices faciunt:oportet multum tꝑis ponere & multam ſolicitudinem adhibere.Nec eſt cōtra qd' dn̄s ait. Nolite ſoliciti eſſe.Matt.vj.Nō em̄ ꝓhibuit laborem manuū ſed anxiā ſolicitudinē mentis ꝓ neceſſarijs vitę laborando & alia faciendo qd' in ſe eſt.quaſi cum his etiā dubitet homo ne habeat vnde viuat.Si em̄ ex diuina ꝓuidentia ſuſtentant aues quæ non poſſunt laborare illis laboribus quibus hoīes ſibi neceſſaria acqrunt.& ſunt aues ipſe inferioris conditionis.multo magis ꝓuidebit hoībus. Nec etiā pōt iſte modus reprobari ex eo ꝙ alicui hoc nō ſufficiat.vt quia infirmus & debilis eſt. nō valens laborare quantum ſufficit ad victum ſibi neceſſarium.Non em̄ ꝓpter defectū qui in paucioribus accidit.aliqua ordinatio repudiāda eſt. Hoc em̄ & in naturalibus:& in volūtarijs ordinationibus accidit.Nec eſt aliquis modus viuendi per quem ita prouideat homini quin poſſit aliqn̄ deficere. Nā & diuitibus ēt poſſunt aliqn̄ diuitiæ furto & rapina auferri. Remanet tn̄ remediū aliqd' circa dictum modum viuendi vt.ſ. cui proprius labor non ſufficit ad victum ꝓprium ſubueniat per aliū eiuſdem ſocietatis q plus poſſit laborare q̄ ſibi ſit neceſſariū:vel per alios qui diuitias poſſident ſm legem charitatis & amicitiæ naturalis.qua vnus ſubuenit alteri.Sed nec obſtat ſi dicat ꝙ oportebit tales multum tꝑis ponere in laborando.& per conſequens parū vacare poterūt ſpūalibus.Nam ad victum neceſſarium pauca ſufficiunt & paucis tales ſunt contenti. Vnde non multum impediunt ab opibus ſpūalibus cū nō habeant exponere multum tp̄s in operando manibus:cū etiā opando p̄nt cogitare de deo:& deum laudare & alia hm̄oi facere.P̄nt etiam ab alijs beneficijs ſubleuari.Et licet opatio manuū valeat ad otium vitādum & carnē edomādā.non tn̄ ꝓpter hoc aſſumitur voluntaria pauꝑtas: qa & alijs modis pōt edomari caro & otium vitari. [Quartus modus pauꝑtatis.] Eſt & quartus modus pauꝑtatis.ſ. vt pauꝑtatē voluntariā ſectantes:oīa ſua dimittentes viuant de his q̄ dant eis ab alijs eleemoſynaliter:non habētibus tales poſſeſſiones vel redditus in cōmuni vnde valeant ſibi ꝓuideri. Et hunc modum viuendi videt dn̄s cum ſuis diſcipulis obſeruaſſe. Dicit em̄ Lu.viij.ꝙ mulieres quædam ſequebant eū miniſtrantes ei de facultatibus ſuis.Et iſte eſt optimus.Nec enim eſt inconuenientens vt quidam obijciunt,vt q ſua dimiſit ꝓpter aliqd' quod in vtilitatē aliorum cedit.de his q̄ ab alijs dantur ſuſtentetur.Niſi em̄ hoc eſſet ſocietas humana ꝑmanere non poſſet.Si em̄ quilibet circa ſua propria ſolicitudinem tantum gereret nō eſſet q vtilitati communi deſeruiret.Optimum eſt igitur hoīm ſocietati ꝙ illi qui p̄termiſſa propriorꝫ cura: vtilitati communi deſeruiunt ab his quorꝫ vtilitati deſeruiunt ſuſtentētur.Propter hoc enim & milites de ſtipendijs aliorꝫ viuūt: & rectoribus reipublicę de communi prouidet.Qui aūt volūtariam pauꝑtatē aſſumunt vt Chriſtum ſequātur ad hoc vtiqꝫ omnia dimittūt. vt communi vtilitati deſeruiant.Sapientia & eruditione & exemplo populum illuſtrantes: & orationibus & interceſſionibus ſuſtentandos.Ex quo etiam patet ꝙ non turpiter viuunt de his q̄ ab alijs dantur.ex quo ipſi maiora repēdunt ad ſuſtentationem temporalia accipientes & in ſpūalibus alijs proficientes.dum etiam exemplis ſuis alios prouocant ad virtutes: fit vt hi quibus proficiunt minus diligant temporalia exēplo eorꝫ:& ſic magis ꝓuocantur ad dādum eis.Nec etiam per hoc libertatem admonendi & repꝛehendendi populos tales amittunt:qa pauca ſunt quæ recipiunt & cum contempſerint terrena:non ita afficiuntur vt omittant ꝓpter eleemoſynas recęptas ſalutem proximorꝫ: Nec etiam eſt inconueniens ꝙ neceſſitates ſuas exponant petendo pro ſe vel pro alijs.Nam & ap̄li leguntur hoc feciſſe ꝓ pauperibus qui erant in Hierl'm.Nec etiam iſta mēdicitas reddit ip̄os hoīes cōtemptibiles ſi hocipſum moderate fiat ad neceſſitatem.nō aūt ad ſuꝑfluitatē & ſine importunitate conſiderata conditione ꝑſonarum a quibus petitur & loci & tꝑis qd' neceſſe eſt obſeruari ab his q ꝑfectionem vitę ſectant. Ex quo ſequit ꝙ talis mendicitas non habet aliquam ſpeciem turpitudinis quā haberet ſi cum importunitate & indiſcrete fieret ad voluptatē vel ſuꝑfluitatē. Et q̄uis mendicare fiat cum quadam abiectione:cum neceſſarium eſt ad ſectandā ꝑfectionem vitę pauperis mendicare: ferre talem abiectionem humilitatis eſt. Aſſumere etiā abiecta ṽtutis eſt.etſi noſtrū officiū hoc nō requirat:vt alios noſtro exemplo prouocemus quibus incumbit vt illud facilius ferāt:& qn̄qꝫ abiectis vtimur propter ṽtutem ſicut medicina quadam:puta cum animus alicuius ad immoderatam excellentiam ſit pronus vtiliter debita moderatione ſeruata abiectis vtitur ſponte vel ab alijs ſibi impoſitis ad elationem animi cōprimendam.

¶De errore Fratricellorum circa paupertatē chriſti & apoſtolorum. Cap.IIII.

## QVIA CIRCA MATERIAM DE

[Error circa xp̄i pauꝑtatem.] pauꝑtate Chriſti & ap̄lorꝫ tꝑe Ioan. xxij.anno ſ.dn̄i.M.cccxxiiij.apd̄ quoſdā orta eſt noua opinio falſa Fratricellorꝫ:quā ipſe Ioānes papa qa ꝯ̄riæ ſacræ ſcripturę euāgelicæ reprobauit & determinauit hæreticā fore:& illam ꝑtinaciter tenentes vt hæreticos ꝑſequendos.Quidam ex illis obſtinato aīo ſuā opinionē retinentes ad hanc temeritatem & maximam p̄ſumptionē deuenerūt vt & ip̄m papā Ioānē hæreticū dixerint ꝓpter talē determinationē quā dixerūt falſam & hæreticam. vn̄ ſeparantes ſe ab vnitate eccleſiæ ſynagogam Sathanę ſibi fecerūt nō eccleſiā ꝓfitentes.dū caput draconis ſeu antichriſtū antipapam Petrum de Coruaria aſſerentes non ſolū Ioannē.xxij.ſed & oēs ſuos ſucceſſores vſqꝫ in præſens & futurū hæreticos eſſe eo ꝙ non reprobauerint determinationem ipſius Ioannis:quam hæreticam aſſerūt & cōfirmauerunt: [ſ.tit. xj. c.vij.]

omneſq; ſequētes illam determinationem hæreticos tenēt: cardinales: epiſcopos: cæteroſq; populos. Et qa nōdum ex toto extincta eſt hæreſis dicta Fratricellorum. ſed adhuc in aliquibus partibus Italię viget. Nam etſi eoꝝ primus antipapa: meritis ſuis dignam recęperit vltionem Piſis: qa captus ductus Auinionem ad pręſentiam papę Ioannis: poſt abiuratam hæreſim ſuam incarceratus ibi deceſſit. Tamen non deſiſtunt hoies reprobi illius hæreſis ſectatores facere papam & epiſcopos de ſuis: qui incedunt in habitu transformato: conuenticula ſecreta facientes. Et ideo diffuſi⁹ de ea re agetᷣ ſm declarationem cuiuſdā doctiſſimi magiſtri ordinis pręd icatorum in quodam ſuo tractatu exponentis extrauagantem ipſius Ioannis. xxij. in qua condēnat illos vt hæreticos. Hæc ſic incipit.

## §. I. AD PERPETVAM REI MEMO

eodẽq; rege patrię ſuę certiꝰ oraculũ accipit. Nolite timere
eos q corpus occidũt: aĩam aũt occidere non poſſunt. Si ſe
occidendos certis ꝟbis quodãmodo conſecrantes Decij de
uorauerũt vt illis cadẽtibꝰ & irã deorum ſanguine ſuo placã
tibꝰ: Romanꝰ liberaret exercitꝰ: nullo mõ ſupbiant ſancti
martyres tãq; dignum aliqd ꝓ illius patrię participatione
fecerint: vbi ęterna eſt & vera fœlicitas ſi vſq; ad ſui ſangui
nis effuſionẽ: & non ſolũ ſuos fratres ꝓ quibus fundebatur
verũ & ipos inimicos a qbꝰ fundebat ſic eis ꝑcęptũ eſt dili
gentes charitatis fide & fidei charitate certantes. Si Marcꝰ
Puluillus dedicans edem Iouis Iunonis Minerue falſo ſibi
ab ĩuidis morte filij nũtiata: vt illo nũtio pturbatus abſce
deret: atq; ita dedicationis gľiam collega eius conſequeret
ita cõtẽpſit: vt eũ etiã ꝓijci ĩſepultũ iuberet & ſic ĩ eius cor
de orbitatis dolorẽ gľię cupiditas vicerat: qd magnũ ſe ꝓ
euãgelij ſcti ꝑdicatione q̃ ciues ſupernę pr̃ię de diuerſis li
berant & colligunt erroribꝰ feciſſe dicturꝰ eſt. cui dominꝰ
de ſepultura pr̄is ſui ſolicito ait. Seq̃re me & ſine mortuos
ſepelire mortuos ſuos. Si Marcꝰ Regulus ne crudeliſſimos
hoſtes iurãdo falleret ad eos ab ipſa Romana reuerſus eſt:
quoniã ſic Romanis eum tenere volẽtibus reſpõdiſſe fert:
poſtea q̃; Aphris ſeruierat dignitatẽ illic honeſti ciuis hr̃e
non poſſet. eũq; Carthaginẽſes: quoniã ꝯ eos in Romano
ſenatu egerat grauiſſimis ſupplicijs necauerunt: qui crucia
tus nõ ſunt ꝓ fide illiꝰ pr̃ię contẽnendi: ad cuiꝰ beatidinẽ
fides ipſa perducit. Aut quid retribuet domino ꝓ oĩbꝰ q̃
retribuit: ſi pro fide quę illi debet talia fuerit homo paſſus

*Ene. vj.*

*De torquato.*

*De furio camillo.*

*De mutio ſceuola.*

*De curtio.*

*De marco puluillo.*

*De marco regulo.*

qualia p fide quã p̃nicioſiſſimis inimicis debebat paſſus eſt regulus.Quo autem ſe audebit extollere de voluntaria paupertate Chriſtian⁹:vt in huius vitæ peregrinatiõe expeditior ãbulet viã quę p̃ducit ad patriã: vbi v̄e diuitię de⁹ ipſe eſt:cũ audiat vel legat Luciu Valeriũ:qui in ſuo defũctus eſt conſolatu vſq; adeo fuiſſe pauperem:vt numis a pp'o collatis ei⁹ ſepultura curareẗ.Audiat vel legat quitũ cincinatũ cũ quatuor iugera poſſideret: & ea ſuis manib⁹ coleret:eſſe ab aratro abductum vt dictator fieret: maior vtiq; honore q̃ conſul victiſq; hoſtibus ingentem gl'iã cõſecutũ in eadẽ paup̃tate mãſiſſe.Aut qd magnum ſe feciſſe p̃dicabit q nullo p̱mio mũdi hui⁹ fuerit ab ęternę illi⁹ patrię ſocietate ſeductus::cũ Fabritiũ didicerit tãtis muneribus Pyrrhi regis Epyrotarũ.p̱miſſa etiam quarta parte regni a Romana ciuitate nõ potuiſſe diuelli:ibiq; ĩ ſua paupertate priuatũ manere maluiſſe.Nã ipſi licet rempublicã haberent opulẽtiſſimam atq; ditiſſimã:ſic ipſi tñ ĩ ſuis domib⁹ paup̃es erant;vt quidã eorũ qui iam cõſul bis fuiſſet ex illo ſenatu paupũ hoim pelleret notatiõe cenſoria q de cem pondo argẽti in vaſis hr̃e comp̱t⁹ eſt.Ita ijdẽ ip̃i pauperes erãt quorũ tamẽ triumphis publicũ ditabaẗ ęrarium. Hic oẽs chriſtiani q excellẽtiori propoſito diuitias ſuas cõmunes faciũt:ẜm id qđ ſcriptũ eſt in actibus ap'orũ:vt diſtribuaẗ ſicut cuiq; opus eſt:vt nemo dicat aliquid p̱priũ: ſed ſint illis oia cõia:intelligant ſe nulla ob hoc ventilari oportere iactãtia id faciendo pro obtinẽda ſocietate angelorũ:cũ pene tale qd illi fecerint pro cõſeruãda gl'ia Romanorũ.Hęc & alia ſi qua hmõi reperiuntur in literis eorũ qñ ſic innoteſcerent,qn tãta fama p̃dicantur niſi Romanũ imperiũ longe lateq; porrectũ magnificis ſucceſſib⁹ augereẗ. Proinde p illud imperiũ tã magnũ tamq; diuturnũ tantorũq; virorum v̄tutibus p̃clarũ atq; gl'ioſum: & eorũ illorũ intẽtiõi merces quã q̃rebãt eſt reddita:& nobis p̱poſita neceſſariæ cõmonitionis exẽpla: vt ſi virtutes quarũ iſtę vtcũq; ſunt ſiles q̃s iſti p̱ciuitatis terrenæ gloria tenuerunt p dei gl'ioſiſſima ciuitate nõ tenuerimus pudore pũgamur.Et ſi tenuerimus ſup̱bia nõ extollamur.Qm̃ ſicut dicit ap'ls.Indignę ſunt paſſiões huius ſęculi ad futurã gloriã q̃ reuelabit in nobis.hæc Aug.Maxime aũt debemus eſſe fortes in fide & nullatenus dubitare.ẜm illud Pe.in cañ.Aduerſari⁹ veſter diabolus tãq̃ leo rugiens circũit quęrens quẽ deuoret:cui reſiſtite fortes in fide.Maximus in ſermone ait.Nouerim⁹ q nõ ſine magno diſcrimine de religionis veritate diſputamus:quã tãtorũ ſanguine confirmatã videmus.Magni p̱iculi res ſi poſt p̱phetarũ oracula.poſt ap'orũ teſtimonia:poſt martyrũ vulnera:veterẽ fidẽ q̃ſi nouellã diſcutere p̃ſumas:& poſt tã manifeſtos duces in errore p̱maneas & poſt ſudores moriẽtiũ otiẽſa diſputatione contendas.Et pauloante idem ait.Quanta circa nos dei noſtri eſt ſolicitudo dũ nobis fidẽ verã duro agone martyrũ commendat afflictionũ p̃cedentiũ inſtructionẽ efficit poſterorũ. Illos examinat vt nos erudiat.Illos conterit vt nos acquirat: eorũ cruciatus noſtros vult eſſe profectus.Hæc ille.

[Maxiẽ in fide fortes eẽ debemus rõ poniẗ.]

## §.V. TERTIA FORTITVDO SEV

tertio modo accipiẗ fortitudo p virtute gñali.i.quodã vigore mentis ad reſiſtendũ impugnationi cuiuſlibet vitij & aggrediendũ laborẽ actuũ virtuoſorũ. Et ſic canit eccleſia.Eſtote fortes in bello & pugna.cum anti.fer.& accipietis reg.ęter.Nõ em̃ coronabit(ait ap'lus)niſi qui legitime certauerit:ita.ſ.q victoriam habeat de oibus vitijs.Et Pſ. xxvj.Expecta dñm viriliter age:& cõfortetur cor tuũ & ſuſtine dñm.Vbi nota quatuor regulas.

[Quatuor reglę ſpũalis bellãti neceſſarię.]

¶Prima eſt p̱ſumptionis excluſiua.expecta dñm.
¶Scd'a eſt fatigationis agreſſiua.viriliter age.
¶Tertia eſt debilitationis remotiua.cõforteẗ cor tuũ.
¶Quarta eſt profectionis cõtinuatiua.ſuſtine dñm.

Quia militia eſt vita hois ſup terrã.In h̃ bello vt qs viriliter dimicet:oportet prio q excludat a ſe p̃ſumptionẽ nõ cõfidẽdo de ſenſu ſuo vl' virib⁹ ſuis vel opib⁹ bonis.Leo papa in ſermo.Nemo de cordis ſui puritate ɔfidat:qa p̱uigil ille hoſtis acrioribus pulſat inſidijs:q̃s maxiẽ nouit abſtinere a pctĩs.Et btũs Antonius.Nõ ɔfidas de tua iuſtitia:& hoc eſt qđ dr̃: Expecta dñm.ſ.vt te iuuet.ẜm illud Pſ.cxx. Auxiliũ meũ a dño nõ a mea v̄tute.Itẽ.Nõ egrediaris viã cõem viuẽdi traditã a ſctĩs.Trita gradiemur via dixerunt antiqui Iſraelitæ.In opibus em̃ ſingularibus extra cõem legẽ nõ ſunt ſctĩ imitãdi ẜm illam regl'am.Quę a iure cõi exorbitant in cõſequentiã nõ ſut trahẽda.de re.iu.lib vj.niſi qs eſſet cert⁹ de diuina inſpiratiõe ad illa ſevocatũ.Nõ em̃ qa qdã ſctũs pr̃ acceſſit ad domũ meretricis:vt eã ɔuerteret qđ et fecit: debet qlibet idẽ agere;nec quia vn⁹ audiens ſociũ ſuũ in fornicationẽ lapſum vt reduceret eũ ad pnĩam quaſi deſperatũ mẽtit⁹ eſt dicẽs ſe etiã in illud pctm̃ incidiſſe:exhortãs vt ſimul irẽt ad p̃res p pnia recipiẽda:licet mẽtiri et ſeip̃m infamare.Nec quia arſeni⁹ vna tm̃ hora dormiebat in die naturali:aut quia Ioannes Baptiſta cõedebat locuſtas.i.radices herbarũ:a vino abſtinẽs:debet quis talem auſteritatem aſſumere:Sed expecta dñm vt pri⁹ te vocet ad hmõi ſingularia agenda.Itẽ ſi petis aliqd a dño vel liberari vel adiuuari in aliqua trribulatione vel tentatiõe:et nõ ita cito exaudiris vt velles expecta dñm. Abac.ij.Si morã fecerit expecta eũ:quia veniẽs veniet ad adiuuadũ.Secunda regula vt fortiter agat laborioſa opera.Virt⁹ em̃ ſcientia circa difficilia inquit p̃hs.et Chriſt⁹ Mat.vij.Arcta eſt via.ſ.bonorũ opũ q̃ ducit ad vitã.Et iõ viril'r age.vir dr̃ a virtute et virt⁹ eſt fortitudo q̃ ĩquãtũ gñalis virt⁹ eſt:habet pugnare ɔ̃ oia vitia.Quęlibet em̃ virt⁹ habet ſuũ ĩimicũ.ſ.vitiũ ſibi oppoſitũ:imo duos ĩimicos vnũ a dextris p exceſſũ:aliũ a ſiniſtris p defectũ.Et iõ ap'ls ait.ij.Cor.vj. Per arma iuſtitiæ v̄tutis dei a dextris et ſiniſtris exhibeamus noſmetip̃os vt dei miniſtros.Qualis autem dñs:talis et miniſter ei⁹.inq̃t ſapiẽs.Et q mihi miniſtrat me ſequaẗ ait ipſe dñs Io.xij.Dominus aũt fortis et potẽs.ait Pſ.xxiij. dñs potẽs in p̃lio.Cũ em̃ diabol⁹ fortis virtute naturæ armat⁹ malitię multiplicitate teneret atriũ ſuũ.ſ.mundũ pacifice:qa null⁹ hmõi tẽtatori reſiſtebat.Sup̱ueniẽs fortior eo dñs Ieſus vicit eũ.vt dr̃ Luc.xj.Ex quo expectatus venit dñs et bellãs fortiter vicit:ergo viril'r age.a dextris ɔ̃ ĩfidelitatẽ.a ſiniſtris ɔ̃ ſup̱ſtitionẽ p arma v̄tutis dei fortis fidei.j.Pe.v.Cui.ſ.diabolo reſiſtite fortes ĩ fide.Cõtraria em̃ adinuicem bellant et mutuo ſe expellũt.viriliter age a dextris p̃ſumptiõis contra diabolũ eã ſuggerẽtẽ: et a ſiniſtris deſ̱pationis. p arma virtutis dei.ſ.ſpei.Eſa.iij.In ſpe erit fortitudo v̄ra.ſ.ad vincẽdũ diabolũ ɔ̃ deſ̱patiõem vl' p̃ſumptionẽ.viriliter age a dextris inordinatę dilectionis ſiniſtris inuidię et rancoris. viriliter age per arma virtutis charitatis.Geñ.xxxij.figuratiue dr̃.Si cõtra deũ fortis fuiſti.ſ.tu charitas:quanto magis ɔ̃ hoĩes p̱ualebis.Charitas em̃ fortis dr̃ cõtra deũ:quia eũ traxit ad t̃rã:& ad mortẽ induxit virilr̃ age a dextris gulę & luxurię cõtra eas dimicãdo.Et a ſiniſtris inſẽſibilitatis a neceſſarijs abſtinẽdo:p arma v̄tutis dei tẽperãtię.Pro.xxxj.c.Accinxit fortitudĩe lũbos ſuos.Viril'r age a dextris iniuſtitię & ſiniſtris nimij rigoris & ſeueritatis p arma virtutis dei.ſ.fortis iuſtitię.Prouerbi.xv.Domus iuſti plurima fortitudo.viriliter age a dextris prudentię nimiæ.ſ.ſuo ſenſui innitẽdo.Contra illud.Ne innitaris prudentiæ tuæ. Prouer.iij. Et a ſiniſtris imprudentiæ & ſtoliditatis.vir ſapiens.i.prudens.fortis. Prouer.xxiiij.viriliter age a dextris nimiæ audaciæ:& a ſiniſtris indebitæ timiditatis.Prouerbio.xxxj.Fortitudo & decor indumẽtũ eius.ſ.aĩæ v̄tuoſæ.Tunc decora eſt fortitudo ſeu aĩam decorat cũ nec p̃cipitãter ſe qs ingerit ad pericula nec timiditate ab eis cũ oportet retrahiẗ. Et quia in bellãdo hõ laborat:ne ex ip̃a fatigtiõe deficiat.poniẗ tertia regula q̃ reparat debilitationẽ cũ ſubdiẗ.Cõforteẗ cor tuũ.ap'ls ad Eph̃.iij. Cõfortamini ĩ dño & in potẽtia v̄tutis eius. Cõfortari in dño eſt ex his q̃ ſunt dñi: vt in verbis ei⁹.Sicut em̃ cib⁹ corporalis cõfortat corp⁹ & corroborat: ita & panis doctrinæ ſpũalis.Actuũ.ix.de Saulo conuerſo dr̃ accipiens cibum confortatus eſt.Sacramẽtorũ frequentatio cõfortat & roborat pręcipue euchariſtiæ.vnde eccleſia in collecta dicit de euchariſtia.Sit fortitudo fragilium:ſit contra oia mũdi pericula firmamẽtũ.Confortatur cor vino ſpũalis lętitię:quia vt dr̃.ij.Eſdrę.viij. Omnẽ mentem facit ſecurã vinũ:nec aliqd timet.Ita inq̃t beat⁹ Antoni⁹ in Vitiſpatrum.Nil ita facit mẽtem fortem ad oia aduerſa intentamẽta:ſicut lętitia ſpũalis.Manus Chriſti confortat infirmum cor:vnde & dr̃ cordiale.hæc aũt eſt meditatio paſſiõis Chriſti.In cuius figurã Helias ambulauit in fortitudĩe ſubcineritij panis:& ſi ſignãtis Chriſti paſſionẽ:vſq; ad mõtẽ dei ſup̱nę patrię.iij.Reg.xix.Sed nõ ſufficit bene inchoaſſe & bene ad tp̃s proſequi:niſi ad finẽ vitę ɔuerſatio ſancta teneatur.Et ideo poniẗ quarta regula ad vidẽdũ

[Adde text.i.l. qđ ɔ̃.ff. de reg. iu.& in l.j.ff.de ɔſti.pri. in fi.& ĩ.c.hicẽ etiam. xvj.q.j.]



videndũ bona dñi in terra viuentiũ.p quo cõſequẽdo hęc regula datur.ſ.Suſtine dñm non ſolũ ſuſcipe per grãm:ſed ſuſtine:vt ſi te grauet vel grauis videatur in cõtinuãdo labores & aduerſa:non deponas eũ gratiã perdendo.Nunq̃ ab hoie recedit dñs cũ grã ſua:niſi qs repellat eũ a ſe.Vnde diciẗ.Qui aũt ſuſtinuerit vſq; in finẽ hic ſaluus erit.Ve his qui p diderunt ſuſtinentiã dr̃ Eccl'i.ij.id eſt perſeuerantiã. Hinc &.b.Aug.de pœ.di.iij.inanis.Inanis eſt pnĩa quã ſequens vita cõmaculat.i.carẽs fructu vitæ ęternæ:ſi non reuertatur ad deũ.Et ſequiẗ.Eſto in patientia fortiter confirmatus:vitam bonã quã cœpiſti tenere non deſeras: bonũ propoſitũ conſerua iugiter.Hæc beatus Aug.

¶Tentationes inſurgũt hoibus a diuerſis. Cap̃.III.

## VIA AD FORTITVDINEM

[Q]uantũ p̱ut eſt virt⁹ gñalis p̱tinet bellare ɔ̃ vitia & tẽtationes quaſlibet vincere:omittẽdo de fortitudine p̱ut eſt v̄t⁹ ſpãlis:qa multa dicta ſunt de ea & partib⁹ ei⁹ ĩ materia de v̄tutib⁹.ĩ iſta eadẽ parte ti.iij. ſolũ agem⁹ hic de tẽtatiõib⁹ q̃ vincunẗ donis & grã ſpũſ ſctĩ.Et licet ĩ p̱ria p̱te ĩ ti.de cauſis pctõrũ multa dicta ſunt de tentationibus:hic tñ p aliũ modũ:Et ad hoc põt induci illud Pſ.xvij.Precinxiſti me virtute ad bellũ:& ſupplãtaſti inſurgentes in me ſubt⁹ me p̃cinxiſti.i.p̃paraſti adaptaſti reſtringẽdo lũbos cordis abſtinẽtia & caſtitate: & veſtimenta taliũ rerũ ad neceſſitatẽ ſtringendo:nõ ad latitudinẽ & ſup̱fluitatẽ.p̃cinxiſti.ſ.tu dñe a q̃ oẽ datũ optimũ & oẽ donũ p̱fectũ v̄tute.i.fortitudine interiori inducente me ad talẽ reſtrictionẽ.Ad bellũ ſpũale tentationũ.Oĩs enim q in agone contendit inquit ap'ls.j.ad Corĩ.ix.ab oibus ſe abſtinet.ſ.impedientib⁹ virtutẽ ei⁹ cõtra hoſtes.Et ſupplãtaſti inſurgẽtes in me ſubtus me:eos ſuperãdo.Iſti aũt ĩſurgentes contra nos in bello tentationum ſunt.

[Tentationes ſũt ſex.]

¶Homo malus.
¶Mundus vanus.
¶Exterior ſenſus.
¶Carnalis appetitus.
¶Diabolus varius.
¶Peſſimus Antichriſtus.

Sumimus aũt hic tentationẽ p̱ut cõius ſumiẗ pro quadam ſ.inſtigatione ſeu impulſione alicui⁹ ad pctm̃ vel ad nocẽdum vt dimittamus de tẽtatione qua tentat de⁹ hoiem vel magr̃ diſcipulũ vel hõ deũ:ſicut chriſtus Philippũ.Io.vj. vel hõ deũ vt illi Iſraelitæ q tẽtauerũt deũ in cordib⁹ ſuis in Pſ.Contra qđ dr̃ Deu.vj.& Mat.iiij.Non tentabis dominũ deũ tuũ.& de hac de qua loq̃mur tẽtatione incitationis ad malũ loquiẗ ſaluator cum docuit nos dicere in orõne dñica.Et ne nos inducas in tentationem.Matt.vj. Vbi non petiẗ vt nõ tẽtemur:qa meritũ p̱derem⁹ & coronã:ſed vt nõ ſuccũbam⁹ & vincamur a tẽtatiõe.Ad qđ maxiẽ iuuat.ſ.ad victoriã tentationum oratio.Vnde ipſe dñs Ieſus ait diſcipulis Mat.xxvj.Vigilate.ſ.reſiſtendo:& orate ne ĩtretis in tentationem.i.vincamini ab ea. Tentat igitur hõ malus cũ quis ſuo verbo vel facto q̃rit aliũ decipere inducendo ad pctm̃ vel nocumentũ.Et ſic diſcipuli Phariſęorũ cũ Herodianis tentauerunt Chriſtũ: vt caperẽt eũ in ſermone vt poſſent calũnioſe accuſare eũ ex aliquo verbo incaute dicto:vñ & Chriſt⁹ eis interrogãtib⁹ tẽtatiue de cenſu dando vel negãdo Cæſari.Rñdit.Quid me tentatis hypocritæ.Mat.xxij.Sicq; in ſua tentatione p̃ualere non potuerunt.Sil'r fecerũt cũ adduxerunt adulterã ante eũ.Ioan. viij.& in plurib⁹ alijs vitijs:ſed ſemp cõfuſi remãſerunt & ſupplantauit de⁹ inſurgẽtes in eũ.Fili accedens ad ſeruitutẽ dei.Eccl'i.ij.ſta in iuſtitia & timore & præpara aĩam tuã ad tentationẽ.Cũ em̃ quis te reperit in aliqua ſocietate in ſeruitio dei vel in ſęculo diſponit v̄tuoſe viuere.vñ & deo ſeruire:multi etiã aliqñ ſub ſpecie boni reperiunẗ tentatores.ij.Corĩ.xj.periculũ in falſis fratribus.& Ezech̃.ij.dr̃.increduli & ſubuerſores ſunt tecũ & cum ſcorpionibus habitas.ſcorpio palpat & cauda pũgit:venenũ infundit. Aug. Si fratri tuo male p̱ſuades hunc occidis.de pœ.diſt.j. noli. Tentat nos mundus vanus inſurgens contra nos ſuis vanitatib⁹ vt bonis nos amabilib⁹ alliciẽs: vt ei inhęream⁹. Sap̃.xiiij.creaturæ factæ ſunt in odiũ & tẽtationẽ & muſcipulam pedibus inſipiẽtium. Sicut em̃ in muſcipula poniẗ lardũ circa qđ eſt laque⁹ capiens:& dum mus tractus appetitu lardi dũ capit capiẗ vñ occidiẗ.Sil'r piſcis hamo adeſcato trahiẗ:& auis laqueo:ita inſipientes.i.pctõres q non habẽt guſtũ nec verã notitiã de vltimo fine attẽdentes dulcedinẽ in cibis:pulchritudinẽ in fœminis:vtilitatẽ ĩ pecunijs:non aduertũt qũo illa quęranẗ.Sed inordinate affecti dũ ea aſſumũt:indebite incurrũt laqueũ pctĩ & dãnatiõis ęternæ.Vnde & beat⁹ Antoni⁹ vidit totũ mundũ plenũ laqueis ſibijnuicem annexis:& cũ clamaſſet qs iſtos euadet. Audiuit humilitas.b.Aug.in ſermone.Duplicẽ cõtra nos mũdus aciẽ mittit.ſ.ad bellãdũ cõtra nos & tẽtãdũ demulcet p̱ſperis:deterret aduerſis.Non te terreat aliena crudelitas:nõ te vĩcat p̱pria voluptas & vict⁹ ẽ mũd⁹.Eccl'i.xxvij.Vaſa figuli p̱bat fornax:& viros iuſtos tẽtatio tribulatiõis.Et iterũ nõ laudes virũ.Hęc em̃ tẽtatio hoĩm.ſ.incitãs eos ad elationẽ.Tẽtat tertio exterior ſenſus.ſ.inſurgẽs cõtra nos.Canẽ.j.Filij m̃ris meæ pugnauerũt ɔtra me.Mater prima hoĩm eſt ſenſualitas q̃ qlibet prĩo regiẗ & nutritur ante vſum rationis.Iſti ſenſus exteriores multipl'r pugnãt ɔtra nos ſua curioſitate.Nã vt dr̃ Eccl's.j.Nõ ſatiatur ocl's viſu:nec auris auditu.& ſic alij ſenſus curioſi ſunt circa ſua ſubiecta & ĩſatiabiles:ſed niſi quis pugnet viriliter refrænãdo cito interficiũt aĩam.Hiere.ix.mors.ſ.pctĩ itroiuit per feneſtras noſtras.ſ.ſenſuũ ingreſſa eſt domos noſtras.ſ.conſcientiarũ:ſed fidelis de⁹ qui nõ p̱mittet vos tẽtari ſupra id qđ poteſtis:ſed faciet cũ tẽtatione prouentũ. Nam ſi oporteat quẽlibet vti ſenſibus:inordinate delectationes ſuas quærẽtib⁹:tñ iuuat præcipue cũ quis intendit mortificationi eorũ.in cui⁹ figurã Ioſue quinq; reges qui bellũ inierunt cõtra Iſraelitas.i. fideles eos,deuicit:& crucibus affixit.Qui ẜm Origenẽ ſignificãt ſenſus quinq; exteriores quos bellantes cõtra nos veri fideles Ieſu mandato cruci mortificationis affigunt.ẜm illud apoſtoli Gala. v.Qui ſunt chriſti,carnẽ ſuã cũ vitijs & cõcupiſcẽtijs crucifixerũt vt terrã p̱miſſionis obtineant.Tentat quarto carnalis ɔcupiſcentia interioribus paſſionibus cõcupiſcibilis iraſcibilis:amore:deſiderio:delectatione:odio:abominatione:triſtitia:audacia:ſpe:timore:deſperatiõe:ira.Vnde Iacobus.Vnuſquiſq; tentatur a cõcupiſcẽtia ſua abſtract⁹ & illectus.Vnde Gre.de pœ.di.ij.inter hæc ſciendũ.Aliud eſt quod de tentatione carnis animus patitur aliud cũ per cõſenſum delectationis obligatur:plerũq; enim cogitatione praua animus pulſatur:ſed renititur.plerũq; peruerſum qđ concipit intra ſemetipſum etiã p deſideriũ voluit.Hic & p̃dicator egregius ait. Tentatio vos nõ apprehẽdat niſi humana.Humana quippe eſt tentatio qua plerũq; turpi cogitatione tangimur:etiã nolentes.qa vt nõnũq; illicita ad animũ veniũt:hoc vtiq; in nobiſmetipſis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus.Iam vero dæmoniaca eſt & nõ humana tẽtatio cũ ad hoc q carnis corruptibilitas ſuggerit per conſenſum ſe animus aſtringit.Hęc ille. Hæc caro ſeu ſenſualitas ſiue cõcupiſcẽtia carnis quæ concupiſcit aduerſus ſpm̃:eſt illa Eua figuratiue q̃ viro Adæ i.ſpũi ſeu rõni ſuadet edere lignũ vetitũ:vt cũ ea delecteẗ ĩ malo.Sed audienda nõ eſt:quia ad mortẽ inducere quęrit & a paradiſo excludere:Sed arguẽda dicẽdo diſſenſu:quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es.Iob.ij.Hæc eſt illa Egyptiaca mulier quæ pulchrum aĩa & corpore ac prudẽtem adoloſcentem Ioſeph frequenter ſtimulat ad oblectãdum ſecum:ſed relicto pallio ſæcularis conuerſationis nõ attendenda ſed fugienda eſt.Gen̄.xxxix.Hęc eſt Thamar q̃ depoſita veſte lugubri.ſ.pniæ & cõpunctionis induta teriſtro apparentis boni ſedet in biuio quieſcẽs in vanitate & voluptate:vt mulier ornata in habitu meretricio ad capiẽdas animas.Iudam qui interpretaẗ cõfitẽs.i.virũ ſeu ſpm̃ deo confitentẽ fide.pnię pręconijs inducit ad illegitimum actum.Gen̄.xxxviij.Sicut & Berſabee Dauid deo deuotũ. Hæc eſt Iahel q̃ Siſarã.i.ſpm̃ fugientẽ de p̃lio tẽtationum inuitat ad quieſcendũ in tabernaculo.i.ad curã carnis habendã in concupiſcẽtia & oblato vtre lactis.i.delectatiõis carnalis dormiẽtẽ ab actu rõnis occidit.Iudi.iiij.Hęc eſt illa Dalila q̃ interp̃taẗ ſitula:q̃ Samſonem fortiſſimum: q eius importunis inueſtigationib⁹ acqeuit reuelãdo ſecreta & in gremio eius dormiuit.i.nimis curã eius habens crine virtutũ ſpoliauit:& Philiſtęis.i.dæmonib⁹ excęcãdũ illudendũ tradidit:& ideo aſpere increpanda.Iudicũ.xvj.Nec etiã ſatiat:qa ſitula ẽ: ſed duas filias habet ſanguiſugas q̃ ſemp dicũt affer affer.Prouer.xxx.id eſt auaritiã & luxuriã In ſicco aũt dietæ ſeu abſtinẽtiæ tenẽda eſt vt moriaẗ.Hęc

[Orõ valet ad vicẽdũ tentationes.]

[Qual'r tentamur a mũdo.]

[Qual'r nos tentat carnalis cõcupiſcẽtia.]

[Quib⁹ aſſil'aẗ ſenſualitas ſiue cõcupiſcẽtia]

eſt Herodias copulata Herodi.i.diabolo inceſtuoſo: q̃ ꝑ ſaltatione filiæ ſuę.ſ.imaginationis vel delectatiõis carnalis grata mundanis facit amputare caput Ioannis baptiſtæ: q interpretatur grã quã facit amittere. Mar.vj. Hæc eſt deniq; ancilla oſtiaria: q ſi cuſtodiam habeat ſenſuum facit Petrũ.i.ſpm̃ chriſtũ negare factis.Io.xviij.Eſt ergo caro nõ delicijs fouenda ne vigore ſuę tentationis accreſcat: ſed caſtiganda exẽplo apl̄i.Caſtigo corp⁹ meũ & in ſeruitutẽ redigo.j.Cor.ix. Sic Sara dña Agar ancillã ſibi rebellantẽ verberibus ſubijciebat & fugienti ab ea ab angelo dictũ ẽ ei vt reuerteret̃ & dñæ ſuæ ſubijceret̃.Geñ.xvj.Qui delicate pauerit ſeruũ.i.corpus in fine ſentiet eũ cõtumacẽ.Prouer.xxix.Sicut Siba ſeruus Miphiboſeth cõtẽpſit dominũ ſuũ & impediuit ne ſequeret̃ Dauid.ij.Regũ.xix.qa nimiũ dominiũ ſibi pmiſerit in reb⁹ ſuis.Fabuloſe narrat Eſop⁹ ſed moralitate notabili: ꝙ cũ qdã ruſtic⁹ ꝑ deſertũ trãſiret inuenit ſerpentẽ frigore afflictũ iacentẽ in terra quaſi mortuum.Cui compatiens collegit & in ſinũ ſuũ poſuit:& calefecit: q reſumptis viribus intoxicauit eũ. Cũq; ille argueret eum de ingratitudine: qa quaſi mortuũ fouerat reſpondit. Tu ſcis ꝙ natura mea eſt ꝙ non noceam niſi calefact⁹ & cum incaluero venenũ neceſſe eſt effundere.Nõ ergo inculpes me ſi ꝓprietatẽ naturæ meæ ſeruaui: ſed tibi iputa qui me calefeciſti & fouiſti.Sic & caro cum delicate fouet̃ venenũ ꝯcupiſcẽtiæ qđ in ſe habet effundit. Et iõ ait apl̄s ad Ro.xij.Exhibeatis corpa veſtra hoſtiã viuentẽ ſanctam deo placentẽ.hoſtiã dicit in qua aial mactat̃: qa corp⁹ ſenſualitati aiali mactanda eſt: viua tñ remanet: vt.ſ.ita mortificetur caro ꝙ exercere valeat q̃ ſibi incumbunt agenda. Ego dñs(inqt)odio habens rapinã in holocauſtũ: qđ fit dũ indiſcrete corpus macerat̃ vigilijs: abſtinẽtijs & hmõi. vt dicit Hiero.de conſe.diſt.v.nõ mediocriter. Quintũ tẽtans eſt diabolus.& iſte ſup oẽs tentat & decipere quęrit & hoc eſt eius officiũ.vnde & antonomatice dr̃ tẽtator.Mat. iiij. Accedens tentator dixit.Loquit̃ autẽ vel ſenſibiliter ĩ forma humana quã aliqñ aſſumit: vt cõiter dr̃ qñ Chriſtũ tentauit:& inſenſibiliter diuerſis modis mala mẽti ſuggerendo. Vnde.Io.papa.xvj.q.ij.viſis.ait.Verſut⁹ hoſtis mille nocendi habet modos: nec ignoramus aſtutiã eius. Conatur eñ a principio ruinæ ſuæ vnitatẽ eccleſię reſcindere.ſ.per errores.charitatẽ vulnerare: qđ fit per quodlibet mortale.ſanctorũ operũ dulcedinẽ inuidiæ felle ĩficere: & omnibus modis quibus põt genus humanum reuertere & perturbare. Dolet eñ ſatis & erubeſcit charitatẽ quã in cœlo nequiuit habere hoĩes conſtantes ex lutea materia & terra tenere. Vnde oportet quantũ fragilitati noſtræ cõcedit̃ vt oẽs aditus nocendi verſutiæ ei⁹ muniamus: ne mors.ſ. pcti ingrediat̃ per feneſtras noſtras.i. potentias. Hæc oĩa ibi. Narratur in lib. de ſeptẽ donis: ꝙ magiſter Iordan⁹ ordinis Prędicatorũ ſanctus homo cũ quẽdã obſeſſum a dæmone ſibi p̃ſentatũ adiuraret vt demum diceret ei nomen ſuũ. Rñdit ꝙ mille artifex vocaret̃: quia mille modos & artes habebat ad decipiendũ hoĩes. Et vt ſcias ꝙ veritatem dico. Ego ſum q decipio magnos theologos & decretiſtas & legiſtas: phyſicos: barones: milites: prępoſitos: mercatores: & alios.& cœpit ſingulorum verba geſt⁹ & modos & officia pręſentarę vſq; ad domicellas dñarum quæ ſeruiũt eis in cameris earũ blandiendo eis adulãdo: & molliter loquendo puta vt diceret. Theologos tẽto & decipio: vt ſciẽtifice & ſubtilia prædicẽt vt videant̃ acuti nõ vt ppl̄orũ ſalutẽ quęrãt. Quærũt eſſe magiſtri cũ nõ adhuc ſunt diſcipuli: p̃dicationes ſibi ꝓcurãt: vnde plus pecuniæ vel gl̄ię hauriant. Celebrare frequẽter erubeſcere facio: retineo eos a confeſſione vt magis boni habeantur occultatis eorum nequitijs. Refectiones pingues ſibi ꝓcurare ſuadeo: vt ſint fortes ad prædicandum: ad acquirendas & augendas pecunias inſtigo. ſub prætextu librorum emendorũ pro ſtudio & neceſſarijs ꝓuidẽdis pãnos ſeu cappas ſumptuoſas eos habere ſuggero vt ſint in reuerentia apud magnates & populos. Viſitare moniales vel viduas ſub prętextu pietatis admoneo frequẽter vt demũ nõ ſolũ ad amorẽ: ſed ad cõmixtionẽ adducã. In audiẽtia cõfeſſionũ principũ & diuitũ admitto: vt bonũ forũ eis faciãt ne diſpliceãt: & ſic vterq; in foueã cadãt. Quæſtiões & opiniões nouas inutiles & ppl̄i ſcandalizatiuas inter ipſos magr̃os inuenire laboro vt ſibijnuicẽ mordeant & inuideãt: & vt ſcripturas ſacras & ſimplices l̄ras dimittant: & phyſica & poetica vt magis audita in mediũ adducãt allicio.& ſic diſcurrere ꝑ alia exercitia. Sed ſupplãtaſti ait ꝓpheta ĩſurgẽtes ĩ me.i. dæmones ſubtus me dãdo mihi fortitudinẽ ad vincẽdũ. Hic diabolus tentator eſt ille obſtinatiſſim⁹ Pharao: q Iſraelitas i.fideles egredi affectantes de ſeruitute eius tyrannica: magis grauat ĩ operib⁹ luti lateris & palearum: tentationib⁹ ſ.concupiſcentiæ: auaritiæ: & leuis ſuperbię. Sed dei ꝟtute egreſſos in manu forti adhuc pſequẽs in mari pœnitẽtiæ ſubmerſus eſt. Exod'.xiiij. Hic tentator eſt Nabuchonoſor potentiſſimus: qui fornacẽ malitię incẽdere fecit ꝑ ſuos miniſtros dæmones ſeptẽpliciter.i.ꝑ ſeptẽ vitia capitalia: & ad incendẽdũ ponẽs naptã malarũ cogitationũ: ſtupã prauarũ locutionũ aliorũ: picẽ fetentẽ malorũ exẽplorũ ĩ operũ aliorũ: malleolos excuſationũ vel tribulationũ. Sed ĩ hãc miſſi tres pueri.i.oẽs in tribus virtutibus puros rore cœleſtis grãæ ignis non lęſit. Dañ.iij. Hic eſt ille callidiſſim⁹ Herodes qui non patiens Chriſtũ regnaturũ: multos pueros in Bethleẽ occidit: q̃ interpretat̃ dom⁹ panis.i.in eccleſia vt Chriſtum occidat ne ſibi auferat regnum. Sed licet corpora ſctõrũ multipl'r afflixerit vſq; ad mortẽ: chriſtũ tñ.i. grãm ei⁹ extinguere non valuit. Mat.ij. Sed grauiſſime dei iudicio punitus eſt. De calliditate ei⁹ ſeu malitia dr̃ Gene. iij. Serpens callidior erat cunctis animantibus terræ. Et tamen ſubditur. Ipſa mulier.i.ratio conteret caput tuum. Caput draconis eſt initiũ tentationis: qđ cũ conteritur reſiſtẽdo & ipſe diabolus fugatur. Iac.iiij. Reſiſtite diabolo & fugiet a vobis. Beatus Amb. in lib. de paradiſo. Nemo noſtrũ tenetur ad culpam: niſi propria voluntate deflexerit: voluntariũ ſibi militẽ elegit Chriſtus: volũtariũ ſeruum ſibi diabolus auctionatur.xv.q.j.nõ eſt. De poteſtate eius dicitur Iob.xlj. Non eſt ptãs ſimilis ei ſup terram. Et de obſtinatione ei⁹ dicitur. Cor ei⁹ indurabitur quaſi lapis. Ad bellandũ & eum vincẽdũ Chriſtus hortatur ſuo exemplo. Vnde apl̄us ad Heb. v. Non eñ habemus pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris tentatum ꝑ oĩa pro ſimilitudine abſq; peccato. In quo eñ paſſus eſt ipſe & tentatus: potens eſt & his qui tẽtantur auxiliari. Docuit & modum reſiſtendi.

Fabula ſed moralitate notabilis.

De dæmone magiſtrũ Iordanũ alloquẽte

Diabolus tẽtator: qb⁹ aſſilat.

## §. I. SECVNDVM AVTEM QVA

tuor ſtat⁹ hoĩm ſic quadrupl'r tẽtat. de qb⁹ in Pſ̃.xc. Super aſpidẽ & baſiliſcũ ãbulabis: & ꝯculcabis leonẽ & draconẽ

¶Aſpis eſt quo ad peccantes.
¶Baſiliſcus quo ad proficientes.
¶Leo quo ad permanentes.
¶Draco quo ad præſidentes.

Diabolus his cõparatur

Sed qui habitat.i.cõtinue manet in cõfidẽtia diuini adiutorij ambulat & cõculcat ꝯterens ſathan ſub pedibus ſuis. Eſt ergo aſpis diabolus quo ad peccantes. poſtq; enim ad pctm̃ induxit malignus: ipſe conatur & inſtigat hoĩem ad pmanendũ in eo & nõ audiẽdũ vocẽ incantantis.ſ. remordẽtis cõſciæ vel ſcripturæ diuinæ talia arguẽtis vel p̃dicatoris. Sed diuerſas excuſationes ſuggerit vel lõgitudinem vitæ. vñ adhuc habeat tp̃s pœnitẽdi & bñfaciẽdi. In cuius figurã dr̃ Gene.xxxiiij. ꝙ Sichẽ poſtq; violauit Dinã filiã Iacob triſtẽ effectã: blanditijs deliniuit vt ſecũ pmaneret. Sic diabolus aĩam virginẽ & innocentẽ vitijs varijs: eius integritatem auferẽs cũ cõſciẽtia remordẽs eã cõtriſtat: qa oĩs malus impletur pœnitudine. inquit ph̃s in lib. Ethi. diabolus ei blãdit̃ vt nõ recedat ab eo: vel qa multi alij faciũt ſilia. ſm illud Eccl'i.xxxij. Pctõr vitabit correptionẽ: & iuxta voluntatẽ ſuã inueniet cõparationẽ.i.ſimilẽ ei in malis. Sed vt dicit Aug. nõ ꝓpterea min⁹ ardebũt: qa cũ multis ardebũt.ſ.mali hoĩes.ij.q.j.multi. Vel qa dei mĩa ẽ magna ad parcendum pctis. Sed dr̃ Eccl'i.v. Ne dicas mĩa dei magna eſt: pctõrũ meoꝝ miſerebit̃. Adijcit eñ exẽpla ſctõrũ magnorũ q & ipſi lapſi ſunt: ſed aliq etiã nõ redierunt ad grãm. Vel qa pœnitebit in futurũ: ſicut multi fecerunt: & ſic ꝓmittit ſibi vitã lõgã. Cũ tñ dicat̃ Eccl'i.v. Ne tardes ꝯuerti ad dñm: neq; differas de die in diẽ. Subito enim tibi veniet ira eius: & in nouiſſimo diſperdet te. Per iſtas igitur ſuggeſtiones & ſil'es quibus conatur peccantẽ detinere in malo dr̃ diabolus aſpis: qa facit peccator ſil'em aſpidi: quę dicitur ſurda: qa dũ incantat̃ in vnã aurẽ ponit caudã ne audiat incãtantẽ ſuadẽs.ſ.lõgã vitã: aliã figit in terram.i. ad occupatiões terrenas ita immerſus: vt nil cogitet de ſalute: vel ſe terrenis excuſationib⁹ palpãdo vt dictũ ẽ. Sed nõ declines

Peccantes tentat ſic.



nõ declines cor meũ(ait Pſ̃.)in verba malitię.i.nõ pmittas me declinare ad excuſandas excuſationes in pctis: qa auget̃ inde peccatũ: vel etiã ſic ſuggerit excuſationẽ ſub occaſione neceſſitatis vitæ quaſi nõ poſſit aliter viuer̃: ſi reſtitueret vel dimitteret artẽ illicitã. Et ſic videt̃ ſibi ꝙ deus habeat eũ excuſatũ cũ velit vt viuat. Vnde & diabol⁹ vt aſpis ſe habuit in tentatione chriſti cũ ait. Si filius dei es dic vt lapides iſti panes fiant. Matt.iiij. pſuadens ei vitiũ gulæ ſub p̃textu neceſſitatis. Et ſic ſuadet pctõri: vt qa fili⁹ dei eſt per creationẽ & adoptionẽ grę baptiſmalis. lapides.i. duras ſẽtentias ſcripturarũ q̃ mãdat reſtitutiones faciendas vſq; ad mẽdicitatẽ & pctã oĩa dimittẽda: conuertat in panes molles mente opinãdo ſcripturas mitius interpretãdas. Scd'o diabolus eſt vt baſiliſcus tentando quo ad proficiẽtes ĩ bono. Dicit beatus Ber. ſup. Pſ̃. Qui habitat. & ſup dictũ ver. ꝙ baſiliſcus ſignificat vanã gloriã & ĩuidẽtiã. Et ſcd'm cõiter ꝓcedit a primo. Nã ex hoc ꝙ aliquis eſt auidus gl'iæ tpalis cum videt aliquẽ quẽ ex aliqua ſua virtute ęſtimat magis ſe laudari inuidet ei. Circa iſta tẽtat diabol⁹ ꝓficientes in ꝟtutibus vt quęrant.ſ.ab hoĩbus laudari vnde Sene. Nulla eſt tã excelſa virt⁹ q̃ dulcedine gl'ię nõ tãgat̃. Vñ.b.Ber.vbi.ſ̃. Baſiliſcus vana gloria eſt. Videte(ait Chriſt⁹)ne iuſtitiam veſtrã faciatis corã hoĩbus vt videamini ab eis: ac ſi dicat. Cauete oculos baſiliſci. Nocet eñ baſiliſc⁹ ei q pri⁹ videt̃ a baſiliſco q̃ ipſe videat baſiliſcũ: & tũc ſolo aſpectu ſuo baſiliſcus veneno inficit & occidit. Sed ſi hõ prius videt: eum ipſe baſiliſcus moritur. Videt̃ ergo quis pri⁹ a baſiliſco: cũ oculus intentionis ſuæ mouetur in bonis operibus ob vanã gloriã: vt.ſ.laudet̃ ab hoĩbus ex eis: & tũc ſpũaliter occiditur: qa mortuũ eſt opus illud. Sed tũc primo videt ipſe baſiliſcũ cũ ſibi cauet ab intentiõe gl'ię tpalis. & ſic occidit̃ baſiliſcus.i.tale vitiũ. Qđ tali vitio tẽtet diabolus ꝓficientes: habes figurã in Loth Gene.xix. cui⁹ filiæ ſignificãt: vt exponit Origenes. ſupbiã & vanã gloriã: inebriauerunt in monte.ſ.virtutum: & cognitæ ſunt ab eo. Exempla habes plura in Dauid faciẽte ppl'm dinũerare.ij.Re.vlti. vbi etiã ponit̃ ſathã eũ cõmouiſſe ad hoc. Dicit etiã bea. Ber. vbi.ſ̃. ꝙ baſiliſcus ſignificat inuidiã. Sic eñ ait Baſiliſcus venenũ gerit in ocul . Noſſe cupis oculũ venenatũ nequã oculũ faſcinantẽ inuidiã cogitato. Quid eñ eſt inuidere: niſi malũ in alio videre: hoc enim cupit inuidus. Si nõ fuiſſet ille baſiliſcus.ſ.ſerpẽs antiquus: inuidia ei⁹ mors nõ introiſſet in orbẽ terrarũ. Sed ve miſero hoĩ q baſiliſcũ inuidũ prio non vidit: ſed viſus ab eo occiſus eſt. Qđ ſpũales tẽtent̃. de hoc habes exẽplũ in Maria ſorore Aarõ. Nũe.xij. & alia exẽpla in collatiõe & in Vitis patrũ. Tẽtauit baſiliſc⁹ iſte xp̃m de vana gl'ia: cũ ait Matt.iiij. Mitte te deorſũ: vt.ſ.gloriaret̃ ex laude hoĩm inde ſibi ſecuta non lęſo. Leo dr̃ diabolus quo ad pmanẽtes in bono diuerſis afflictionib⁹.j.Pe.v. Aduerſari⁹ veſter diabolus tãq; leo rugiẽs circuit q̃rens quẽ deuoret. Rugitu clamat ꝑ terrores & cõminationes Vnguib⁹ dilaniat ꝑ diuerſa flagella: dentib⁹ dilacerat ꝑ mortis tormẽta. Sic apl'os in bono pmanẽtes & p̃dicãtes. Ieſum cõminati ſunt principes ſacerdotũ: ne ampli⁹ in noĩe ei⁹ loq̃rent̃. Sed ꝓpter minas nõ deſtiterũt qn p̃dicarẽt. Act.iiij. Quaſi vnguib⁹ leo iſte dilacerauit Iob: dũ egreſſ⁹ ſathã a facie dñi ope ſuo diuitias ei abſtulit: ignẽ de cœlo ſup oues mittẽdo: & Sabęos & Chaldęos ad auferẽdũ boues & aſinas & camelos inducendo. vẽtũ cõcitãdo in aere. q̃ dirutũ ędificiũ domus filios & filias opprimeret. Demũ ꝑcutiẽdo corpus vlcere peſſimo vt eũ ad impatiẽtiã induceret & ad blaſphemiã cõcitaret. Sed ĩ oĩb⁹ illis nõ peccauit Iob.c.j. Sicut & apl'sPau. ait de ſeipſo.ij.Coꝝ.xij. Datus eſt mihi ſtimulus carnis meę angelus ſathanæ q me collaphizet. quẽ ſtimulũ.b. Augu. & Remigi⁹ dicũt fuiſſe infirmitatẽ corpis: capitis vl' iliorũ ſm aliq̃s. Scd'm aũt Greg in Moral'. & Bedã. tẽtationẽ carnalem. Sed quodcũq; etiã diabolus ꝑ hoc tẽtabat ĩſtigãdo ad malũ vel retrahere curãdo a bono ꝑ tædiũ. Vñ & ipſe dicit alibi. Grauati ſumus ſupra modũ: ita vt nos tæderet viuere. Sic et beatũ Antoniũ ꝓficientẽ in magno feruore verberibus ſenſibiliter affecerũt. Quaſi dẽtibus leo iſte deuorauit cũ inſtigauit tyrãnos ad occidẽdũ ſctõs vt exẽplo eoꝝ alios terreret & a fide auerteret ꝑ mortẽ crudeliſſimã eoꝝ q̃ de ſe eſt vt vltimũ terribiliũ ſm ph̃m. Sed cõculcãt ſcti leonẽ iſtũ contẽnendo vitã iſtã: et mortẽ libenter ſuſtinendo in dei adiutorio: ſcuto fidei protecti. Ita ait ipſe Petrus v.c. Leoni reſiſtite fortes in fide. Similiter Paul⁹ ad Heb. xj. Sancti forte facti ſũt in bello ꝑ fidẽ: obturauerũt ora leonũ: extinxerunt impetũ ignis: effugauerũt aciẽ gladij. Alij diſtenti ſunt non recipientes redẽptionẽ.i.euaſionẽ mortis Alij ludibria & verbera experti. inſup. & vincula & carceres lapidati ſunt. ſecti ſunt. tentati ſunt. Dicit Berñ. ſup Qui habitat in dicto verſi. ꝙ non defuit Chriſto iſta tẽtatio. Vñ & Lucas dicit.c.iiij. ꝙ cõſummata oĩ tentatione.ſ.trina in deſerto: diabolus receſſit ab eo vſq; ad tp̃s.ſ.paſſionis. Nã tũc iterũ acceſſit vt leo rugiẽs vocib⁹ dicẽtiũ. Crucifige: & rapiens manibus gentilium crucifigẽtium. Vnde dicitur in Pſ̃.xxj. Salua me ex ore leonis. Sed vicit leo de tribu Iuda. Nã & ipſe ait Io.xiiij. Venit princeps mũdi hui⁹: & ĩ me nõ habet quicq;: qa patiẽter & cõſtãter oĩa aduerſa. ꝯtumelias: flagella: irriſiões: & ignominiã crucis tulit. Demũ quarto diabolus vt draco accedit ad p̃ſidẽtes. Draco dr̃ ꝑ aera volitare & ĩ arena abſcõſus ſuo ſibilo ſeu flatu venenoſo aues deſup volãtes inficit & occidit. Dicit.b. Berñ. draconẽ eſſe cupiditatẽ vel iracũdiã. Hæc vtiq; latitans ĩ terrenis inficit etiã cœleſtia.i.ſacramẽta & ſpũalia ꝑ ſimonias vl' ꝑ mũera. His.ſ.auaritia & iracũdia draco infernalis p̃ſidẽtes vexat & ml'tos occidit. Et de auaritia clarũ eſt: qa a ſacerdote vſq; ad leuitã: a maiori.ſ.rectore vſq; ad minorẽ oẽs auaritiæ ſtudent. ait Hiere nõ curãtes de ſalute ouiũ ſed lana & lacte: & qa multa referũt̃ mala rectorib⁹: & nõ ab oĩbus obeditur: hinc exurgũt motus irę. ſed vt dicit Gre.xj.q.iij.c.illa. Illa reſtringẽda eſt ſub rõne ptãs: nec qd agẽdũ priuſq; concitata mẽs ad trãquillitatẽ redeat. Nã ꝯmotionis ſuę tpe iuſtũ putat oẽ qđ fecerit. Tẽtauit draco Chriſtũ de auaritia cum ait. Matt.iiij. Hęc oĩa tibi dabo ſi cadẽs in terrã adoraueris me. Eſt eñ auaritia idolorũ ſeruitus ſm apl'm. His quatuor beſtijs correſpõdent ſm beatum Ber. vbi.ſ̃. quatuor aĩæ paſſiones q̃ ſunt principia vitiorũ. Triſtitia aſpidi obſtinationis cũ triſtet̃ deſerere vitia. Baſiliſcus ſpei. Sperat eñ cõſeq laudẽ vanæ gl'ioſus. Leo rugiẽs ꝑ tribulatiões timori q de eis habet̃. Draco cupiditati ſeu amori. Sed ſm Berñ. vbi.ſ̃. ambulat & conculcat oĩa iſta iuſtus ꝑ quatuor ꝟtutes. Triſtitiã & obſtinationẽ ꝑ tẽperãtiã: baſiliſcũ inuidiæ & vanę gloriæ ꝑ iuſtitiã q̃ reddit deo q̃ dei ſunt. leonẽ timoris & tribulatiõis ꝑ fortitudinẽ: draconẽ irę & auaritiæ ꝑ prudẽtiã.

proficiẽtes tẽtat ſic.

diabol⁹ ĩ bono permanẽtibus eſt leo & quare.

Pręſidẽtes tẽtat ſic.

Tẽtauit dęmõ ieſum de auaritia

## §. II. DE DECEM MODIS TENTA

tionis diaboli. Pſ̃.ciij. Draco iſte quẽ tu formaſti ad illudẽdũ ei ſup. eſt ĩ iſto mari magno. de quo.ſ̃. dixerat.i. in ſcl'o Iſte diabolus inqt Iob dr̃ Leuiathan.i.cete maximũ piſciũ ſuper alios. & Behemoth.i.elephas maximum animalium terra: draco maximum per aera diſcurrentium. Formauit ſiquidem deus hũc maximum dignitate ſuper omnes puros hoĩes & angelos. vnde dr̃ Iob penul. Pricipiũ viaꝝ dñi i.maximũ creaturarũ q̃ dicũt̃ vię dñi.i.operũ ſuoꝝ. Et Eze. xxiiij. Tu ſignaculũ ſilitudĩs dei. Formauit ſiquidẽ eũ: qa nil de materia eius natura poſuit ſicut ĩ hoĩe & alijs: ſed purã formã.i.ſpm̃ formauit qa plenũ formis.i.ſpecieb⁹ ſeu ſimilitudinib⁹ rerũ creatarum edidit: quas intellectui ei⁹ impreſſit. Vnde dr̃. Eze.xxviij. Cherub plenus ſapiẽtia & perfectus decore in delicijs paradiſi dei fuiſti. Iſtã aũt ſciẽtiã ꝑ pctm̃ nõ amiſit ſed ex longa experiẽtia malitię adauxit notitiã modorũ ad decipiẽdũ ſuis tentationib⁹. Quod aũt tẽtet & de quib⁹ tentet diabolus: & qbus modis tentet: notat̃ Apo.xij. vbi dr̃ de iſtius draconis forma & actione. Signum aliđ apparuit ĩ cœlo draco magn⁹ & ruf⁹ habẽs capita ſeptẽ & cornua decẽ & ſup ip̃a decẽ diademata: & poſuit ſe draco iſte añ mulierẽ quã pri⁹ viderat Io. amictã ſole & luna ſub pedib⁹ habẽtẽ & in capite coronã ſtellarũ.xij. Hęc eſt eccl'ia amicta ſole iuſtitiæ & mũdi cõtẽptũ ſignificat ꝑ lunã ſub pedib⁹ habentẽ affectũ cũ corona.xij. ſtellarũ.i.xij. articulorum fidei. Peperit hæc mulier maſculũ: quia de ea nat⁹ eſt Chriſt⁹ tot⁹ virilis: q recturus erat oẽs gẽtes in virga ferrea.i.rectitudine inflexibili. ip̃m eñ Ieſum dedit: ait apl'us caput eccl'iæ.ſ.ad regẽdũ eã. Quæſiuit aũt draco iſte deuorare eũ ꝑ mortẽ corpalẽ: ꝑ Herodẽ in infantia: & ꝑ Iudæos in virili ætate ei⁹ intẽdẽs etiã deuorare aĩam ei⁹.i.in inferno detinere ꝑ pctm̃: ſed nõ potuit quinimo raptus eſt poſt mortẽ corporalẽ ante thronũ dei in aſcẽſione. Mulier autẽ ipſa eccleſia eo priuata quantũ ad p̃ſentiã corporalẽ ſurgit vitãs.ſ.in electis dei malitias draconis tentantis: & hoc in ſolitudine.i.in pnĩa & auſteritate vitæ & ſecreto conſciẽtię & ibi paſcit̃ cibo grę: ſacrĩq; exinde ſubdit̃ prælũ magn⁹

diabolus decẽ modis nos tentat.

in cœlo militãtis eccl'iæ. Et Michael princeps eccl'iꝫ & angeli eius præliabanꝶ cū dracone: & draco cū eis: & angeli eiꝰ mali adiutores eiꝰ. In prꝫlio em̄ isto eccl'iꝫ plures sunt pro nobis in adiutoriū angeli boni ꝙ sint angeli mali cū dracone ad nos decipiendū. vt in figura ostēsum fuit. Giezi ꝑ orationē Helisæi: vt habeꝶ. iiij. Regū. vj. Et draco quidē pugnat cū Michaele & socijs: & ecõuerso qñ videlicet dꝫmones suggerētes diuersa vitia in tētationibus persuadent ad assensum. Sed angeli boni pugnant pro nobis cum instigant & illustrant mentē tentati ad resistendū diuersis modis. Demū diciꝶ ꝙ draco superatꝰ ab angelis bonis: quo. s. ad electos ꝓiectus est in terrã & deuictus &c. Draco igitur serpens antiquus qui & sathanas: est vtiqꝫ magnus potentia naturali. Nam oĩs materia elementaris est naturaliter sibi subdita ad motum localem, vnde magnas & mirabiles mutationes facere põt in elemētis & elementatis etiã circa corpora hominū. Rufus diciꝶ malitia & auiditate nocendi: vt sanguinolentus quꝫrit mortē hoĩm corporalē & spūalē. Septē capita sunt septē vitia quibꝰ mordendo in tentando mortē animꝫ inducit. Vnde & dr̄ Lu. xj. ꝙ immundus spūs assumit secū septem spūs nequiores se: & intrant in hoĩe. s. vacante a bonis. Decē aūt cornua quibus ferit: seu percutit sunt decē modi tentandi quibus vtitur: quinqꝫ quidē quo ad sensus exteriores: & quinqꝫ quo ad sensus interiores: videlicet in imaginatiua: in memoria: in intellectu: in ratione: in appetitu sensuali.

Tētat ꝑ visum,

Quantum igitur ad visum exteriorem diabolus tentat: rem videlicet quæ visui obijcitur faciendo apparere pulchriorem: vel instigando ad inspiciendum rem pulchram & delectabilem vt eam inordinate concupiscat. Sicut instigauit Dauid ad aspiciendum pulchrã Bersabee: ex quo aspectu eum ad adulterium induxit. ij. Regum. xj. Sil'r vt legitur de beato Antonio ꝙ ad eremū tendenti diabolus discum argenteū in terra posuit: vt eo viso acciperet & ad ciuitatē rediret: saltem pauperibus dispēsandum. Sed dicens bea. Antonius figmentū tuū hoc diabole est: sed animū meum nunqꝫ poteris reuocare. Quo dicto discus vt fumus euanuit.

Exēplū,

Habes etiam exemplum in legenda beati Andreæ de illo sancto ep̄o deuotissimo bea. Andreæ ad quē diabolus in specie pulcherrimæ puellæ aduenit: dicens se a patre magno dño fugisse: qa cõtra voluntatē suam voluit eã nuptui tradere: cū ꝟginitatē suã dño dedicasset: vnde ad eū vt sanctū virū dei seruū cõfugerat: vt ab eo ꝓtegereꝶ & instrueretꝶ. Et Post multa sedētibꝰ ad mensam in prandio ip̄a posita ei ex opposito ad sedendum diabolus instigans ad aspiciendū faciē eius cõtinue magis ac magis pulchriorem apparere faciebat: vt iam ep̄us captus esset ad concupiscentiam eius. Sed beatꝰ Andreas in forma peregrini apparens & ad ostium pulsans eū de periculo liberauit post tres quꝫstiones solutas declarans eū fore diabolū &c. Vnde & glo. suꝑ illud. Aduersarius vester diabolus tamqꝫ leo rugiēs circūit quꝫrēs quē deuoret. ait. Circūit hostis antiquus quē deuoret. Nã offert oculis formas illicitas & facile incitat ad voluptatē: vt visu destruat castitatē.

Per auditum,

Quantum ad auditū tentat instigando ad audiendum auide & delectabil'r fabulas poetarū & ornatū verborū in sermonibꝰ magis ꝙ vtilitatē. Contra quos ap̄ls. ij. ad Tim. iiij. Erit tēpus cū sanã doctrinã nõ sustinebunt prurientes quidē auribus a veritate auditū auertent: ad fabulas aūt cõuertentur. Vnde legiꝶ in Vitis patrū ꝙ cū quidã pater sanctꝰ aliquos qui ad se venerant grã ædificationis aĩarū suarū: de spūalibus admoneret in ꝓcessu sermonis dormitare cœperunt. Qđ ille ꝑpendēs intermissa locutione diuinorum: dixit aliquid fabulosum: ad quod subito excitati ridere cœperūt: ex quo facto ostendit ille vir sanctus quõ illud erat tentatio & opus diaboli vt ad spūalia dormitare faceret: & ad fabulosa auide attendere. Per sonoras etiam voces cãticorum seu cãtionū & instrumētorū musicorū tentat nimiã in his delectationē procurans. Vñ glo. Aduersarius vester diabolus. Aures ꝑ canora tentat vt emolliat christianū vigorē. & hoc etiam in canticis ecclesiæ & organis. Vnde & bea. Augu. in lib. confes. ait. Cum accidit mihi vt me plus cantus ꝙ res q̄ cãtatur delectat: id est sensus verborum: tunc me pœnaliter peccare confiteor: & tunc nollem audire cantantē.

Odoratum.

Quã tum ad odoratum tentat: vt in huiusmodi nimis homo delectetur: vel quod subtilior tentatio est: vt ex hoc ad sui sanctitatis reputationē inclinetur. Sicut legitur in Vitis fratrum de beato Iordano sancto viro: ꝙ quodam tempore sentiebat maximum odorem de manibus suis prodire et cū ipse mirareꝶ vñ hoc procederet ad altare celebrãdo cū diceret. Lauabo inter innocentes manꝰ meas: recessit om̄is ille odor: cognouitqꝫ ꝙ tētatio fuerat diaboli: vt illū odorem ascriberet sctītati suæ eximiꝫ & inde superbiret.

Gustū.

Quãtū ad gustū: vt cū homo ponit se ad comedēdū & bibēdū propter sustentationē: in ipsa comestione nõ tã ꝓpter subuentionē corporis: sed ꝓpter ipsam cõplacētiã cibi & potus in gustu contenteꝶ. Vel ꝓpter famē aliquid inordinatū agat: vt ieiunia debita soluēdo & hmõi. Sic diabolus Christū tētauit de gula: cū ait. Si filius dei es dic vt lapides isti panes fiant. Mat. iiij. Et. b. Aug. dicit in lib. cõfes. Sic me docuisti dñe vt tamqꝫ ad medicamēta: sic ad alimenta accedam. Sed dum ad quietem satietatis ex indigētiæ molestia transeo in ipso transitu insidiaꝶ mihi laqueꝰ cõcupiscētiꝫ. Ip̄e em̄ trãsitus voluptas est: et nõ est aliud quo trãseaꝶ ex quo transire cogit necessitas. Et cū salus sit cã ēdēdi & bibēdi: adiungit se tamqꝫ pedissequa periculosa iocunditas: & plꝫrumqꝫ præire conaꝶ vt eius cã fiat: qđ salutis cã me facere vl' dico vel volo. Hæc ille. Ad qđ facit qđ dicit Iob. vij. ſm aliam literã. Tentatio est vita hoĩs suꝑ terrã. i. illud vnde viuit & sustentaꝶ. s. esus & potus.

Spūales et quõ tentat.

Aliqñ spūales viros tentat de cõtrario: vt ob mortificãdã talē delectationē gustus vel tentationē carnis: inducit diabolus ad vitiū insensibilitatis & indiscretionis: necessaria subtrahēdo. Vnde & bea. Bernar. se accusabat de indiscretione ꝓpter quã incurrit frequētes infirmitates. Et in vitis patrū legiꝶ ꝙ abbati Ioãni cū propter nimiam abstinētiam foret debilitatus: apparuit ei diabolus dicens. Indulge mihi abbas: qa te nimis fatigare feci.

Tētat ad tactū

Quantū ad tactū vt inordinate delectetur in eo. Eccl'i. xiij. Qui tetigerit picē. i. aliquod incitans ad ferorē luxuriꝫ inquinabiꝶ. i. maculabiꝶ ab ea. Et ideo ait ap̄ls. j. Cor. vij. Bonum est homini mulierem non tangere. s. extra matrimoniū. Malum est ergo tangere quod verum est cum sit causa delectationis. Et cum semel quidã frater accusasset socium suum ꝙ tetigisset manum mulieris: & ille se excusaret: quia mulier sancta esset. Rñdit beatus Iordanus coram quo fuerat ille inculpatus reprehēdendo eum. Terra bona est: & aq̄ bona: & tamē vtraqꝫ cõiūcta sit lutū quod turpe est. Sanctꝰ Leo papa cū ei manꝰ osculata fuisset a quadã vidua ob deuotionē: incidit in maximã tentationē carnis qui zelo castitatis accensus manū scandalizantē abscidit. Sed miraculose ei beata virgo Maria cui deuote se cõmēdauerat restituit. Et subtiliter diabolus aliquando decipit personas spūales præcipue iuuenes. Nã aliquãdo ob quãdam familiaritatē & amicitiam spiritualē osculatur vel amplexatur alter alterum: vir mulierem: vel iuuenis iuuenem: & amplectitur vel solaciando. Aliqñ peruenitur ad contactum pudendorum quod raro est absqꝫ mortali: etiam si non sequatur nefaria cõmixtio. Cauenda igiꝶ sunt ista: & in seipso absqꝫ necessitate: et cū alio extra mr̄imoniū.

Exēplū.

Legiꝶ in li. de miraculis beati Hiero. qui intitulaꝶ Cyrillo: ꝙ cū quidã iuuenis sæculo abrenūtiãs deo se deuouisset: audita infirmitate patris eū visitauit. Et cū vna dierum crura patris fricaret cum germana sua. Nam & qualitas infirmitatis tales fricaiões exigebat de cõsilio medicinꝫ: casu contigit manum fratris cõtingere manum sororis suꝫ. Indeqꝫ illi tanta tētatio carnis secuta est: ꝙ illi nõ repugnans non multo post vsqꝫ ad incæstum cum germana deuenerit.

## §. III. TENTAT QVOQVE ET VENtilat animã cornibus quinqꝫ interiorꝫ sensuū seu potētiarꝫ.

Et primo imaginatiuã: imprimēdo imagines & sil'itudinē diuersorū q̄ ad vitia tendūt, vnde & bea. Aug. in lib. de diuinatione dꝫmonū ait. Dꝫmones terrenorū amatoribꝰ malefacta suadēt miris & inuisibilibꝰ modis per subtilitatem corporū suorꝫ corpa hoĩm nõ sentiētia penetrãdo a se cogitationibns eorū per quædã imaginaria visa se immiscēdo siue vigilantiū siue dormiētiū. Hæc ille. Vnde & de beata Catharina de Senis legiꝶ ꝙ cū postulasset sibi a dño dari donum fortitudinis reuelatum ei fuit ꝙ perfectissime sibi cõferretur: sed per experientiã grauiū certaminum cum vicisset: post quæ cū virgo purissima foret ꝑ plures dies magnas tentationes luxuriæ passa est magis ꝑ imagines seu reprꝫsentationes sibi factas a dæmõe ꝙ ꝑ carnis stimulos. Nã repñtabaꝶ imaginatiõi oĩs actꝰ immūditiæ: ac si videret virum & mulierem pariter cõmisceri: etiã cū in or̄one persisteret adeo ĩportune vt q̄si æstimaret dñm a se recessisse: nec posse habitare in mentē tã turpibꝰ cogitationbus occupatã. Sed viril'r resistēti dñs apparēs cõsolatꝰ est eã declarans sibi mentē nõ cogitationibꝰ inqnari quãtūcūqꝫ turpibꝰ: cū nõ assētit nec eorū cã existit.

Tētat & aggreditur imaginationem.

Aliter etiã diabolꝰ tētat ĩ imaginatione: cū videlicet ꝑ ludificationē seu p̄stigia maleficiorū facit apparere: ꝙ in veritate ñ est. Sicut magi Pharaonis ꝑ suas incãtationes fecerūt apparere serpētes q nõ erãt veri ſpētes ſm vnã expositionē: sed apparētes Pharaoni & seruis suis: vt ꝑ hoc diabolus induceret ad obstinatiõem. Et in li. de septē donis refert ille se audisse: ꝙ qdã ĩcãtator adiurabat sic dæmones ꝙ ip̄e ĩprimebat in phãtasia hoĩm ꝙ videbaꝶ eis ꝙ vnus gallus q filo trahebat festucã: traheret maximã trabē cū maximis funibꝰ. Etꝙ incãtator modicã ligaturam fœni diuideret ꝑ plures ꝑticulas videreꝶ aspicientibus ꝙ diuideret equū suū ꝑ frusta cū mitteret eis frusta dicta ꝑ hospitia eis recæptis: postea recedente illusione nihil ĩueniebãt nisi modicas ligaturas fœni. Et sic possent induci multa alia exempla. vt de illa iuuencula quæ arte malefica visa est cõuersa in equã. Sed beatus Machariꝰ destructa virtute maleficij or̄one sua apparuit oĩbꝰ mulier vt prius. Ad hoc etiã facit qđ habeꝶ. xxvj. q. v. ep̄i. & c. nec mirū. ibi vide. Scđo inuadit sensum seu potentiam memoriꝫ dum ad mētē facit reducere mala q̄ egit vel vidit aut audiuit. præcipue turpia vt in eis delecteꝶ. Sic diabolus ad memoriam reducebat multis ex Egypto egressis de carnibus & piscibus: & alleis: & peponibꝰ: qbꝰ gulosi vescebanꝶ in Egypto: & tunc eis carebãt. Vñ & dicebant Exo. xvj. Vtinã essemus mortui in Egypto qñ sedebamus suꝑ ollas carniū &c. Et nume. xj. Recordamur pisciū &c. Sic & btõ Bñdicto ĩ solitudine apparens in specie merulꝫ diabolus ip̄a disparente ad mentē ei reduxit quãdã iuuenculam forte sic vocatam quã amauerat: ex qua recordatione secuta est magna tentatio carnis: sed ad se reuersus nudū se in spinis iaciens dolore punctionū vicit stimulos carnis. Sil'r & cõfessoribꝰ ad mentē reducit (cū sunt otiosi) turpia audita: vt ex curiositate recogitent & delectenꝶ. vt & bea. Grego. dicit ꝙ plærūqꝫ fit vt rector audita tentatione alterius & ip̄se tentetur. Sed vt subdit: citius liberaꝶ a sua dū fatigaꝶ aliena: si tamē cautus & timoratus sit. Sed & pctõribꝰ volentibꝰ recogitare & memorare pctã sua vt doleant & confiteanꝶ: diabolus instigat vt in ipsa recordatione delectenꝶ: qđ figuratū fuit in ꝑcussione & morte Asaelis qui insequebaꝶ Abner ducē exercitus Saulis. Nam hasta auersa retrorsum in inguine ꝑcussus & occisus ē. Sic pctõr persequēs diabolum seu pctm̄ intendēs extinguere eū: aliqñ auersa hasta ꝑcutiꝶ dū. s. pcti delectatione qđ destruere nitebaꝶ occidiꝶ. Et ideo caute ꝓcedendum nec multū immorandū: qđ locū habet in pctis carnalibus.

Intellectum.

ſedẽ regni tenebat in babylone vbi interfect⁹ fuit vt patet Dañ. v. Quod auulſæ ſunt ei alę & poſtea datũ eſt ei cor: refertẽ ad Nabuchodonoſor magnũ auũ vel proauũ balthaſaris: cui ad tẽpus ſublatũ eſt imperiũ: cum. ſ. propter ſuperbiã cõuerſus eſt i beſtiã: ſed poſtea reſtitutus: vt patet dañ. iiij. Scd'a beſtia egreſſa de mari ſimilis dr̃ vrſo habenti tres ordines dẽtiũ in ore: eiq; dicebatur. Surge comede carnes plurimas: hæc deſignat monarchiã perſarũ & mœdorũ q̃ ſimilaẽ vrſo ꝓpter patientiã laborũ & victus parcitatẽ. Nã pro pulmẽto ſale vtunẽ & cardamomo. Cœpit hęc monarchia in Dario & Cyro nepote ei⁹ poſtq̃ occiderunt balthaſar capta babylone. & durauit vſq; ad dariũ vrſani hui⁹ nominis quartũ deuictũ ab alexãdro magno p ſucceſſionem xiiij. regũ mœdorũ & perſarũ. Diciẽ aũt parte & nõ in toto ſimilis vrſo hæc beſtia: qa ita parca fuit in victu hæc monarchia ꝙ nihil tñ crudele fecit in opere erga populũ dei. ſ. iudæorũ ſibi ſubditũ. Tres ordines dentiũ ſunt tria genera principũ ſibi aſtãtiũ. ſ. iudæorũ: pſarũ. & chaldæorũ. Et qd' ei dicebatur. Comede carnes plurimas: refertur ad regem Aſuerũ: cui pſuaſum fuit ab Aman amiciſſimo: & iã literę deſtinatę erãt vt certa die occiderenẽ oẽs iudęi vbicũq; inuenirenẽ: ſed reuocatũ totũ fuit: vt patet i hiſtoria heſter p totũ. Tertia beſtia dr̃ ſimilis pardo habẽti alas auis: & quatuor capita: & ptãs ei data eſt. Hæc ſignificat monarchiam grecorũ q̃ aſſimilaẽ pardo q̃ eſt varij coloris: ſiue ꝓpter varietatẽ regnorũ: ſiue ꝓpter varietatem doctrinarũ. Nam ſub iſta monarchia multũ claruerẽ philoſophi. Ariſtoteles em̃ diciẽ fuiſſe magr̃ Alexãdri. Alas dr̃ habuiſſe auis ꝓpter velocitatẽ adeptionis dñij. Nil em̃ veloci⁹ victoria Alexãdri vt nõ videaẽ bellaſſe: ſed volaſſe ad acq̃ſitionẽ dñij. In. xij. em̃ ãnis ſubiugauit ſibi regna orientis. Et cũ morereẽ allatę ſunt epl'æ de regnis occidentis. Poteſtas ei diciẽ data qa non a ſe: ſed a deo habuit tantũ dñium ad punitionem malorũ. Quatuor capita fuerunt quatuor reges qui ei ſucceſſerunt i dñio macedonię. Nã in oriẽte regnauit Seleuchus in Babylonia & Syria ab occaſu. Philipp⁹ i gręcia. Ptoleme⁹ i ægypto verſus meridiem. Antigonus in aſia & ponto verſus aquilonem: paulatim autẽ defecerũt. Quarta beſtia diẽ ſimilis cæteris: licet nõ ponaẽ ſimilitudo ei⁹: tñ hebræi dicunt eam ſimilẽ apro ẽm illud pſ. lxxxix. Exterminauit eã aper de ſylua. Hæc beſtia terribilis habẽs dentes ferreos comedens & cuncta cõminuens & reliqua pedib⁹ conculcãs eſt monarchia romanorũ: q̃ oĩa ſibi ſubiecit regna ferro armorũ. Habebat autẽ hæc beſtia cornua. x. qd' reſpicit ad finẽ mũdi. Nã incæpit hęc monarchia a iulio cæſare qui primus ſibi vſurpauit imperiũ. ſed pfecta eſt in Octauiano auguſto ſub quo natus eſt chriſt⁹. Etiam durauit ab ipſa dñi natiuitate per annos. M. cccel. Sed circa finem mundi diuidetur in decẽ partes. Nouẽ em̃ regna recedent a chriſtiano imperio: & maior pars horũ etiam ab obedientia eccl'ię: vt regnũ iudæorũ: regnũ turcarũ: regnũ ſaracenorũ: regnum tartarorũ: regnũ armeniorũ: regnum georgianorũ: regnũ grecorũ. Licet em̃ impator eorũ cũ patriarcha ſuo redierint ad fidẽ Romanę eccleſię: tñ non recognoſcit imperatorem Romanorũ ſibi ſuperiorẽ. Regnũ Bohemorũ q iam. xxv. annis elapſis receſſerunt a ſynceritate fidei: necdum reducti ad vnitatem eccleſię. Regnũ Francorum & ſi fideliſſimũ ſit nõ tñ recognoſcit ſuperiorẽ Imperatorẽ Romanorum. Decimũ regnũ ſeu decima pars imperij diuiſi eſt Romanum imperiũ: qd' figuratũ eſt p decẽ ſoles ẽm vaticiniũ Sibyllæ. Inter iſta decẽ cornua vidit Daniel oriri cornu paruulũ & tria euulſa ſunt de prioribus cornibus a facie eius. Hoc cornu eſt Antichriſtus de tribu Dã ignobilis: cũ Dã nat⁹ ſit de ancilla tria cornua euulſa de priorib⁹ (vt dr̃ in hiſtoria ſcholaſtica) ſunt tres reges. ſ. Aphricę: Egypti: & Ethiopiæ: quos iterficiet. Alij ſeptẽ colla ei ſubijcient vt victori. Oculi quaſi hoĩs quos vidit Daniel in cornu iſto puulo: eſt ſubtilis & alta eius ſciẽtia & malitia. Os autem ingentia loqueẽ: qa deum ſe dicet & Meſſiã in lege ꝓmiſſum. Quod Iudæi credentes cõfluẽt ad eum. Qui reædificare faciet templũ dei. Et in eo ponet ſolium ſuum vt de⁹. Et ad ſe trahet hoĩes terrore tormentorũ: ꝓmiſſione terrenorũ: & donatione opatione falſorũ miraculorũ: vt diceẽ plenius. j. & interficiet Enoch & Heliam. Et ſubdit Daniel. Aſpiciebã donec poſiti ſũt throni. ſ. aſſeſſorũ & antiquus dierum ſedit. ſ. de⁹ maieſtate ſua iudiciũ faciet. Et ponitur diſpoſitio eius ibi: vide. Et libri apti ſ. cõſciẽtię ſingulorũ tunc patebũt. Et vidit ꝙ beſtia

Secũda.

Tertia.

Quarta.

Qualr rex Frãcię non rcognoſcit ſuperiorẽ in tpalib⁹.



dit ꝙ beſtia illa quarta p̃ijſſet: & corpus eius traditũ eſſet igni & ptãs aliarũ beſtiarũ etiã ablata quia omnis principatus mũdi ceſſabit. Et ecce in nubibus cœli filius hoĩs veniebat: & obtulerunt eum vſq; ad antiquũ dierũ: & data eſt ei ptãs honor & regnũ: & oĩs ppl's tribus & lingua ſeruiet ei &c. Et ſubdit de cornu illo puulo. ſ. Antixp̃o. ꝙ faciebat bellũ aduerſus ſctõs & p̃ualebat donec venit antiquus dierum & putabat. ſ. Antichriſtus ꝙ poſſit mutare tpa & leges & iudiciũ ſedebit vt auferatur potentia eius & conteratur.

## §. II. IN SEQVENTI CAPITVLO

Dañ. viij. poniẽ alia viſio Danielis quã habuit anno tertio Balthaſar q regnabat in Babylone monarcha vltimo Aſſyriorũ. Aliã quã expoſuimus in. §. p̃cedenti habuerat anno primo regni eius. Et tãgit de duabus monarchijs. ſ. Perſarũ & Mœdorũ: & de monarchia Grecorũ. Et monarchia Mœdorum oſtẽſa eſt ſibi in ariete habẽte duo cornua: quibus vẽtilabat contra oẽs partes mundi: vt null⁹ poterat reſiſtere. Monarchiam vero Græcorũ vidit in hirco caprarũ: q habebat cornu magnũ in fronte: quo efferat⁹ in arietem occidit eũ. Iſtud cornu fuit alexãder magn⁹ qui percuſſit arietem illum cornua habẽtẽ duo: qa deuicit & occidit Dariũ vltimi monarchã Mœdorũ & Perſarũ. Illo cornu fracto. i. Alexandro mortuo orta ſunt quatuor cornua in capite hirci quia diuiſum eſt imperium Alexandri in quatuor regna. In Egypto regnabat Ptolemęus filius Lagi. In Macedonia Philippus frater Alexandri: quę eſt ad occidentem Syrię & Babyloniæ & ſuperioribus locis ad orientem Seleuc⁹. Nicanor imperauit Aſiæ & Põto & ꝓuincijs illius regionis. Antigonus ad ſeptẽtrionẽ. & hoc ẽm orbis toti⁹ plagas. Cornu aũt modicum qd' egreſſum eſt ex vno de his quatuor cornib⁹ & factũ eſt grãde: hic eſt Antiochus Epyphanas deſcẽdẽs a Seleuco: q dũ eſſet Romę obſes fugiẽs inualuit in regnum & magnificat⁹ eſt cõtra meridiẽ. i. ꝯ Egyptios: & ꝯ Oriẽtẽ i. eos q i Perſide moliebanẽ nouas res: & ꝯ fortitudinẽ cœli i. filios Iſrael & deiecit de ſtellis in terrã. i. de Iudęis: & vſq; ad p̃ncipẽ fortitudĩs magnificat⁹ ẽ. i. ꝯ deũ. qa ab eo abſtulit iuge ſacrificiũ: & deiecit locũ ſctificatõis: qa poſuit in tẽplo ſtatuã Iouis. Vbi ſciẽdũ ꝙ iſte peſſim⁹ Antioch⁹ q martyrizari fecit matrẽ cũ ſeptẽ filijs: & multos alios ꝓpter obſeruãtiã legis dei: figura fuit Antixp̃i ꝟi. Vñ q̃ dicũẽ de ip̃o ſignato p illd' cornu puũ: exponunẽ pene oĩa et aptiſſime de Antixp̃o & magis ꝓprie. Vñ & Gabriel dixit Danieli declarãs ſibi viſionẽ de cornu puo. Ego oſtẽdã tibi q̃ futura ſunt i nouiſſimo maledictiõis qm̃ habet tp̃s finẽ ſuũ. h̃ aũt nõ erit niſi i fine mũdi. Et poſt explanationẽ arietis et hirci et q̃tuor cornuũ ei⁹: exponẽs de alio cornu puo ex horto inter illa ait. Cũ creuerint iniq̃tates, ꝯſurget rex ipudẽs facie: Antichriſtus et intelligẽs ꝓpoſitiones. i. magnã ſcientiã: et roborabiẽ fortitudo eius ſed nõ in virib⁹ ſuis. ſ. qa in malitia diaboli & arte magica qua vtetur. Et ſupra q̃ credi poteſt vniuerſa vaſtabit vt. ſ. ſubijciat ſibi oẽs. Et ꝓſperabiẽ & faciet. Et interficiet robuſtos. ſ. Enoch & Heliam: & populũ ſctõrũ ẽm volũtatẽ ſuã. i. veros fideles. Et dirigeẽ dolus in manu ei⁹. i. fraus et fallacia in miraculis faciendis. Et cor ſuum magnificabit: vt ſcilicet faciat ſe ab oĩb⁹ venerari. Et in copia rerũ oĩm occidet plurimos ſcilicet ꝓmittẽdo & donando diuitias credẽtib⁹ ſibi. Et ꝯ pricipẽ p̃ncipũ ꝯſurget. i. ꝯ chriſtũ dicẽdo nõ illũ: ſed ſe eſſe xp̃m in lege ꝓmiſſũ. Et ſine manu cõtereẽ: qa ſcilicet dũ dicet ſe cœlũ aſcẽſurũ: fulminabiẽ. Et paulo ante dicit ꝙ auferet a deo iuge ſacrificiũ. ſ. celebrationẽ chriſtiani cultus & ſacramẽtorum eccl'ię. Et proſterneẽ ꝟitas in terra: qa nõ erit q audeat p̃dicare veritatẽ. Qd' vero ſubditur: hanc tribulationẽ duraturam dieb⁹ duob⁹ milib⁹ trecẽtis: & poſtea mundandũ ſanctuariũ. refereẽ ad ip̃m Antiochũ: qñ Hieruſalẽ cœpit & violauit tẽplũ dei multis immũdicijs. Quæ ꝓfanatio durauit tanto tẽpore. i. circa ſeptẽ annos. & poſtea mundatũ eſt tẽplum a Iuda Machabæo cum ſuis. In. c. etiam. xi. Danielis plura dicuntur de iſto Antiocho peſſimo: & Antichriſto q̃dam q̃ conueniunt. Antiocho: & quędã Antichriſto. cuius figura extitit vt dicit magr̃ in hiſtoria ſcolaſtica. Et in. c. xij. poniẽ de Michaele pugnante pro eccl'ia. Et de tp̃e quantũ durabit talis tribulatio. Et de tẽpore poſtmodũ dando.

Crudelitas Antiochi erga matrem & filios.

## §. III. DE ANTICHRISTO LOQVI

tur Pſalmiſta cũ ait Pſ. ix. Conſtitue dñe legiſlatorẽ ſuper eos: vt ſciãt gẽtes qm̃ hoĩes ſunt. Vt qd dñe receſſiſti longe deſpicis in oportunitatibus in tribulatiõe. dũ ſuperbit impi⁹: incẽdiẽ paup. glo. exponit hoc de Antichriſto. Iſte Antichriſt⁹ ventur⁹ eſt ẽm docto. & ſcripturas in fine mũdi. Qui (vt dicit Vincẽ. in Speculo hiſtoriali) circa finem naſceẽ i Babylone de tribu Dan ex viro & muliere: ſed cõcępto & aĩato (vt dicit magr̃ in hiſtoria ſcholaſtica) deſcẽdet diabol⁹ in vterũ matris: ad implendũ eũ oĩ malicia vt vaſe ſuo. Et q̃uis angelus bon⁹ non ei ſubtrahaẽ ad cuſtodiã: ſicut & daẽ alijs ex vtero mr̃is natis. vt dicit. b. Tho. i j. pte. tñ poſtq̃ incipiet malitia vti: nullũ effectũ cuſtodię in eũ exercebit eo obſtinato. Hic Antichriſt⁹ (vt dicit Methodius martyr: q multa p̃dixit de futuris nouiſſimis) apparebit Corozaym: q̃ eſt ciuitas vicina Iudęæ nutrietur in Nazareth: regnare icipiet i Capharnaũ. demũ (vt di. Vincẽ. vbi. ſ.) veniet i Hierl'm: & ibi faciet ſe circũcidi: vt oñdat ſe ꝯformẽ p̃rib⁹ Iudęorũ & dicet ſe Meſſiã i lege eis promiſſũ. Et Iudęi i eũ credẽt: & vt Meſſiã ſuũ ſuſcipiẽt & venerabunẽ. Et Hoc eſt qd' Chriſt⁹ dixit eis Io. v. Ego veni in noĩe p̃ris mei & nõ me recępiſtis: ali⁹ veniet i noĩe ſuo. ſ. antichriſtus: q̃rẽs gl'iã ꝓpriã & illũ accipietis ſcilicet vt verũ xp̃m. Ip̃e igiẽ antixp̃s fortis i malitia & potẽtia tpali: bellabit cõtra fortes ꝟtualiter ſcilicet fideles. Et ide ſeq̃ẽ maxĩa tentatio. Et in dictis verbis Pſ. põt notari quadruplex modus tentãdi quo vteẽ Antichriſtus ad decęptionem hoĩm.

Antixp̃s quo tp̃e venturus ſit & vbi naſcetur.

¶ Primo per prolationem fallacium doctrinarum Pſ. Cõſtitue domine &c.

¶ Scd'o p oblationem pluriũ diuitiarũ. Vt ſciãt gẽtes &c.

¶ Tertio per illationem multiplicium p̃ſſurarum. Vt qd domine receſſiſti &c.

¶ Quarto p patrationẽ rerũ ꝓdigioſarũ. Dũ ſupbit ĩpi⁹ &c.

Antixp̃s quadruplici mõ hoĩes tẽtabit.

Quãtũ ad primũ ponitur ibi p̃ſens impatiui ꝓ futuro indicatiui. quod frequenter faciũt ꝓphetæ. iuxta illud Hiere. xvij. Duplici cõtritione contere eos dñe deus nr̃. i. cõteres. Non em̃ propheta optat vel impetrat malũ ppl'o ſuo: ſed prẽnũtiat. Cõſtitue ergo dicit. i. cõſtitues legiſlatorẽ ſuper eos pctõres videlicet: q legiſlator erit ãtichriſt⁹ vt dicit gl. Diciẽ aũt deus illũ cõſtituere nõ faciẽdo: ſed pmittẽdo. Vt em̃ ait. b. Aug. in Enchiridion. Nihil in mundo fit niſi op̃s fieri velit. Vel præmittẽdo fieri ſcilicet quo ad mala q̃ nõ impedit vel ipſe faciẽdo quo ſcilicet ad bona quorũ eſt auctor Antichriſt⁹ igiẽ dicens ſe eſſe Meſſiã ꝓmiſſum Iudęis in lege ſua Moſaica: dicet ad ſe ſpectare cõdere nouam legẽ ſcd'm ꝙ p̃dixit p Hieremiã dñs. Dabo leges meas in cordib⁹ eorũ ſcilicet &c. & Dañ. vij. dr̃ de Antichriſto ꝙ putat ꝙ poſſit mutare tpa & leges. Et legẽ qdẽ Moſaicã nõ reprobabit: ſed quæ in ea habenẽ de Meſſia. vt illud. Prophetã ſuſcitabit de⁹ de fratrib⁹ tuis: ip̃m tãq; me audietis. Deuẽ. xviij. &c. dicet de ſe pronuntiata: & in ſe impleta. Vnde & multa occulta alijs vel futura diabolo reuelante prenunciabit: vt oſtẽdat ſe magnũ ꝓphetã. Chriſtũ aũt quem adorant chriſtiani dicet p ſe & ſuos p̃dicatores fuiſſe decęptorem: & ideo ꝓpter ſcelera ſua ſeu ſuperbiã fuiſſe crucifixũ & a deo derelictũ. Quę aũt in veteri teſtamento habentur de paſſione eius: exponet falſo: diuerſis apparentibus veritatibus. vt etiã nũc exponunt Iudæi. Moralia legis male interpretabiẽ. vt de vſuris: libello repudij: pſecutione inimicorũ & hmõi. quę omnia concedet. Legales cęrimonias vt datas a deo dicẽt obſeruandas. Et vt dr̃ a Grego. vij. de cõſe. diſt. iij. puenit. Ip̃e faciet celebrari a ſuis diẽ ſabbati vt placeat Iudęis. cũ hoc ſit in lege eorũ. & diẽ dñicã in venerationẽ ſuæ nõ Chriſti reſurrectiõis. Dicet em̃ ſe moriturũ & tertia die reſurrecturũ. Vnde ibi dr̃ ꝙ feſtiuãtes ſabbatũ & dñicã ſunt p̃dicatores ãtichriſti q vtrũq; faciet celebrari. Locus reſidentiæ antichriſti dr̃ fore Hieroſolyma. Sed p̃dicatores ſuos mittet per orbẽ: ſicut Chriſtus miſit apl'os ad eũ prædicandũ & manifeſtãdũ eſſe Chriſtũ. Vnde & ait chriſtus Mat. xxiiij. Multi pſeudo ꝓphetæ ſurgent & multos ſeducent. Et paulopoſt. Si dixerint vobis. ſcilicet pſeudo prophetæ id eſt p̃dicatores. Ecce in deſerto eſt chriſtus. nolite exire. ſ. ad videndũ eum. Ecce in penetralibus. nolite credere. Exponent aũt eius p̃dicatores ſcripturas fallaciter: & cũ magna eloquẽtia & verſutia verborũ. Prædicatores autem eccleſiæ tacebũt: vel timore paſſionis: vel amore terrenorũ: vel ignorãtia ſcripturæ ſacræ ꝓpter quã neſciẽt cõfutare expoſitiones extortas illorũ. Et ſic implebitur illud ſignũ ꝓpinqui iudicij datũ a Chriſto Mat. xxiiij.

Hiere. xxxj.

Loc⁹ reſidentię antichriſti.

Stellæ cadent de cœlo.i.doctores decidẽt ab intellectu & ſtu
dio ſcripturæ.Dicit̃ em̃ Dañ.xij.Qui ad iuſtitiam erudiũt
plurimos quaſi ſtellæ.Scriptura dr̃ cœlum.Vñ Zepherinus
papa.diſt.xxxviij.ſicut ſtellas.ſic ait.Mentes fideliũ inhæ-
rẽtes ſacræ ſcripturæ firmamento.i.cœlo.non obſcurabit
mundana iniquitas:Nõ tñ ex toto ceſſabũt p̃dicatores ve
ritatis:& pmaxime de paradiſo terreſtri mittentur in mun
dum Enoch & Helias quo fuerũt trãſlati vt habetur de pri
mo Geñ.v.De ſcd'o.iiij.Reg.ij.Hi p̃dicabunt ꝯ antichriſtũ
detegẽtes ei⁹ fallaciã.De qbus exponit̃ cõiter illud Apoc.
xj.Dabo duobus teſtibus meis & ꝓpheṫabũt i.prædicabũt
diebus mille ducẽtis ſexaginta.i.annis tribus cũ dimidio.
quanto etiã tẽpore durabit p̃dicatio Antichriſti & perſecu
tio.Amicti erunt ſaccis.vt dicit̃ ad inducẽdũ exẽplo ad pœ
nitẽtiã.Hi ſũt duæ oliuæ ſcilicet pleni miſericordia:& duo
cãdelabra lucẽtia ſcilicet doctrina in cõſpectu dei.Hi habẽt
poteſtatẽ claudẽdi cœlũ ne pluat:& poteſtatem ſup aquas
conuertendi in ſanguinem:& pcutere terram omni plaga.
Opinio ẽt eſt aliquoꝝ vt Ioãnis dñici & Theophili.ꝙ Ioã
nes euãgeliſta nõ ſit adhuc mortu⁹.ſm illud Io.vlti.Sic eũ
volo manere donec veniã ſcilicet ad iudicium chriſtus ait.

Vtrum Ioannes euãg.ſit mortu⁹.

In padiſum ergo terreſtrem & ipſe trãſlat⁹ veniet.& ipe p̃-
dicaturus cõtra legẽ Antichriſti & ſuã doctrinam.Satis em̃
videt̃ iſtis congruũ:ꝙ ſi de tpe legis naturę mittetur vnus
teſtis ꝓ Chriſto cõtra Antichriſti fallacẽ doctrinã ſcilicet
Enoch:& vnus de tpe legis Moſaicę:ſcilicet Helias:etiã &
lex euãgelica q̃ eſt dignior cæteris habeat ſuum teſtem qui
erit Ioãnes euãgeliſta:vt ſit numerus plenus teſtiũ ſcilicet
ternarius.Et tũc cũ eis bibet calicẽ paſſionis ab Antichriſto
occidẽdis.Ei em̃ dictum fuit Mat.xx.ſicut & Iacobo fratri
ſuo Calicẽ meũ bibetis.Qd' nondũ videt̃ plene impletum
in Ioãne cũ martyrio non legatur migraſſe.Secundo bella
bit Antichriſtus contra fideles per diuitiarum donationẽ.
vñ dicit.Vt ſciãt gentes qm̃ hoĩes ſunt.illi ſcilicet qui ſuſci
pient hunc legiſlatorem ſeu legem eius.hoĩes em̃ tales dicũ
tur prout homo deriuatur ab humo.i.dediti terrenis diui-
tijs.Et ly vt ponitur cõſecutiue nõ cauſatiue.Ex hoc em̃ ꝙ
permittet deus illũ Antichriſtũ dare legem:& multi eã re-
cipiẽt:quia terrena cũ ea percipiẽt:ſcient gẽtes ꝙ tales ſunt
hoĩes:nõ viri ratione vtentes & ꝟtute:ſed terrenis deſeruiẽ
tes & ea quęrẽtes.vnde & Dañ.viij.dicit̃ ꝙ in copia rerum
oĩm occidet plurimos.vt dictum eſt.ſ.Et Dañ.xj.dicitur

§.p̃cedẽ

ꝙ diuidet terrã gratuito:& theſauri copioſi ſibi manifeſta
buntur.Et deſcendendo ad practicã.beatus Vincentius ma
ximus prędicator dicit in ſermonibus ſcilicet ꝙ prędicato-
res ſui diſcurrentes per orbem.faciẽt populos congregari.
vt zelantes ſalutem eorũ dicẽtes.Vt clare percipiatis quia
non quærimus veſtra bona:vt fecerũt prędicatores chriſti
ſeductores mũdi:qui vt ſcitis non vacabãt ad aliud niſi vt
acciperẽt bona veſtra petẽtes decimas & primitias & obla
tiones & eleemoſynas auaritiæ dediti.Nõ hoc quęrimus a
vobis:ſed vt mãdauit nobis magiſter noſter verus Chriſt⁹
ſalutẽ q̃rim⁹ veſtrã:& ex charitate volumus vobis ſubue-
nire q indigetis:veniãt pauperes in tali loco & eis prouide
bitur.Certe attẽta cupiditate hoĩm q nõ quęrunt niſi terre
na:iſta via eſt ſufficiens ad ſeducendum innumerabiles po
pulos.Si em̃ quotidie vt videtur clare hoĩes pro vno flore
no:immo & argẽteo negãt Chriſtum opere:quia mẽdacia
multa dicunt:& periuria addunt:quanto magis cũ eis ma-
gna quãtitas pecuniæ offeret̃.vñ be.Greg.i penul.moral'.
trãctãs illud Iob.xlj.Sub ipſo Leuiathan erunt radij ſolis:
& ſternet ſibi aurum quaſi lutum.dicit ꝙ diabolus tunc p
callidas ſuggeſtiones:tunc ſcilicet in fine mundi per dam-
natum illum hoĩem ſcilicet Antichriſtum quẽ replebit ſci
licet malitia:ſolis radios ſibi.i.doctos quoſq; et ſapientes
ſubijciet.vel aurum.i.viros ſctitate vitæ fulgẽtes q̃ſi lutũ
vitijs.ſibi ſubſternet:ſcilicet ad terrena quærẽda inducẽs.

De figuratione antichriſti i Apocalypſi.

Et habet̃ hoc de pœni.di.ij.c.multi.in Apo.etiã.c.xiij.dicit̃
ꝙ beſtię aſcendẽti de mari habẽti ſeptẽ capita & decem cor
nua ſimili leopardo:ſed pedes ſimiles vrſo:os aũt ſimile
leoni:dedit poteſtatẽ magnã draco.i.Sathanas q faciet oẽs
puſillos & magnos habere characterẽ in dextera manu aut
in fronte:& ꝙ nemo poſſit emere vel vẽdere niſi qui ha-
buerit characterem.Beſtia iſta Antichriſtus eſt beſtialis de
mari mundi exiens:ſeptẽ capitalibus vitijs plenus:& cor-
nibus decẽ ſcilicet trãſgreſſiõibus p̃ceptoꝝ:ad q̃ cũctos in
ducere conat̃:& cũ eis vulnerare aĩam leopardo variato ĩ
coloribus ſimilis eſt ꝓpter maximã ei⁹ hypocriſim q̃ ſan
ctitatẽ ſimulabit.vrſo & leoni propter crudelitatẽ.Hic fa-
ciet vt characterẽ.i.imaginẽ ſuã & cultũ ei⁹ qlibet habeat
in manu dextera.i.i operib⁹ ſpũalibus:vt ieiunijs eleemoſy
nis:orõnib⁹ & hmõi.p hoc intendens eius venerationem:
aut in fronte.i.ſaltẽ in apparẽtia:vt ſaltem ab extra confor
met ſe cum alijs in cultu & veneratione ſui:quia cor hoĩm
non poteſt videre.alias non poſſet cum alijs negotiari.vn
de nec lucrari tamq; excõicati infideles vitandi propter qd'
terrena amãtes ei obedient et peribunt.Et ex hoc ſcient gẽ
tes:quia hoĩes.i.humo inhærẽtes et terrã quærentes erunt
qui recipient hunc Antichriſtum & legem eius.Neq; enim
Iudæi qui ipſum vt Meſſiã expectãt aliud ſperãt ab eo habe
re propter qd' ei adhæreant:niſi terrenã patriã Hieroſoly-
mę.Libertatem a ſeruitute & diuitias & gloriã.Tertio p̃lia
bit̃ cõtra Chriſticolas p preſſurarum id eſt tormẽtorũ illa
tionem & tribulationũ vñ Pſ.ix.Vt qd dñe receſſiſti &c.
in tribulatione p exceſſum.Erit em̃ tunc inquit talis tribu
latio magna qualis non fuit ab initio mũdi vſq; nunc:vt
dr̃ a chriſto Mat.xxiiij.Daniel etiã.c.xij.dicit ꝙ veniet tẽp⁹
quale nõ fuit ab eo quo gentes eſſe cœperunt vſq; ad tem-
pus illud:et Apo.xiij.dicitur.ꝙ datum eſt beſtię de qua ſu-
pra dictum eſt:bellũ facere cum ſanctis et vincere illos.Et
data eſt ei poteſtas in oẽm tribum:populum:linguã & gẽ-
tem.Quod in bello vincat ſctõs viros:intelligitur quo ad
corpus:quia pręualebit et occidet eos etiã Enoch & Heliã
faciet occidere ĩ platea Hierlm̃.vt dicitur Apo.xj.Et ad ter
rorẽ aliorũ faciet corpa eoꝝ iacere.ibi inſepulta.Et quia
tũc fideles veri nõ habebũt quaſi aliqd' exteri⁹ adiutorium
nec p̃dicationũ:nec miraculoꝝ:nec cõfortãtiũ ſacramẽtoꝝ
dr̃ deũ receſſiſſe lõge & deſpicere ſuos ĩ tãta neceſſitate ſm
apparẽtiã.Sed nõ vſquequaq; deſerẽs eos ſpe p̃mij ꝯfortans.
Exercebit igit̃ antichriſt⁹ oĩa gñа tormẽtoꝝ in chriſtianos
ad flectẽdum eos etiã inaudita.Hanc aũt p̃ſſurã inſinuauit
Iacob p̃riarcha cũ ait Geñ.penul.Fiat Dan coluber in via
ceraſtes in ſemita mordens equi vngulas vt cadat aſcenſor
eius retro.Salutare tuũ expectabo dñe.b.Grego.exponit in
Moral'.iſta de antichriſto prænũtiata.De tribu Dan dr̃ An

Antixp̃s naſcet̃ de tribu dan.

chriſtus naſciturus:& interpretatur cauſa vel iudicium:qa
vt caput cauſa erit innumerabilium malorum:& iudiciũ
ſequitur eum.Natus eſt Dan de ancilla in ſeruitutẽ generã
ti:quia omnes ſequaces eius ſerui ſunt diaboli.Et in nume
ro ſignatorum.cxliiij.milium ex omni tribu Iſrael.ſ.in li-
bro vitæ non ponitur tribus Dan.quia eius ſequaces
reprobi ſunt.Dicit ergo fiat id eſt fiet Dan.ideſt Anti-
chriſtus deſcendens vel ſignatus in Dan.coluber in via.i.
incedẽs per viam mandatorum:vel per viam latam vitio
rum vt coluber colens vmbram per affectum:& veneno
perfidię occidens.Sed in ſemita.i.incedentibus per obſeruã
tiam conſiliorum & arctam virtutum fiet ceraſtes:qui vt
dicit.b.Greg.eſt ſerpens cornutus:quia hos pſequetur cor-
nu potẽtiæ:torquẽs eos & occidens.mordens equi vngu-
las vt cadat aſcẽſor eius retro.Equus ſm.b.Greg hic ſignat
mundum currentem ad occaſum:fumans per ſuperbiam:
hinnitum faciens in luxurię manifeſtationem.fodiens vn
gula terram et fodiens per auaritiam.Vngula quę eſt vlti
ma pars corporis huius equi eſt finis mũdi.Aſcenſor ipi⁹
equi eſt qui mundo inhæret.et a mundi defertur hincinde
amore.Mordet ergo Dan.vt ceraſtes cornutus vngulã eq
ſ.ãtichriſt⁹ vexat ĩ fine mũdi exiſtẽtes.Ad qd:Vt cadat aſcẽ
ſor eius amator mundi retro:vbi nõ videt & ſenſum amit
tat:vt ſcilicet non videant perditionem ſuam in quam ca-
dunt ſancti tñ fortes reſiſtũt expectãtes ſalutare dñi in gl'ia.
Quarto certamẽ aſſumet cõtra fideles per miracula(ſed fal
ſa:Et iſtud erit periculoſius cæteris ꝓpter quod dicit Chri
ſtus Mat.xxiiij.Et dabũt pſeudo ꝓphetę.i.p̃dicatores anti

Quartũ bellũ antichriſti contra chriſtianos.

chriſti ſigna magna & ꝓdigia:ita vt ſi fieri poteſt in errorẽ
inducantur etiam electi.Et hoc innuit̃ cũ ait Pſ.ix.Dum ſu
perbit impius Antichriſtus antonomatice.qa extra & ꝯtra
oẽm pietatẽ veri cult⁹ diuini.Supbit ẽt intm̃ vt dicit apl's.
ij.Theſ.ij.ꝙ extollit̃ ſup oẽ qd' dr̃ aut colit̃ de⁹:ita vt ĩ tem
plo ſedeat oſtẽdens ſe tãq; ſit deus.Et ad oſtẽdẽdũ ſuã diui
nitatẽ vt adoret̃.Dicit ibidẽ idẽ apl's.Cui⁹ aduentus eſt ſm
opationẽ Sathanę in oĩbus.ſ.virtute et ſignis et prodigijs
mendacibus in oĩ ſeductione.Et Apo.xiij.dr̃ ꝙ data eſt ei
poteſtas facere ſigna et prodigia ita vt ignẽ faciat deſcẽde
re in terram in ꝯſpectu hoĩm vt ſeduceret gẽtes.Eliget em̃
aliquos



aliquos præ cæteris fautores ſuę maliciæ:q̃s vt apl'os ſuos
mittet p orbẽ ad p̃dicãdũ:ſup quos ope diaboli faciet de-
ſcẽdere ignẽ de cœlo vt quaſi ſpm̃ ſctm̃ accæperint.Qui &
ipſi ope diaboli ꝓdigia faciẽt.Et deſcendendo ad practicã
btĩ vincẽtij.Poſtq; ſui p̃dicatores p̃nũciauerint doctrinam
Antichriſti vt veri filij dei dicẽt.Vt nõ dubitetis de verita
te doctrinę nr̃ę:ecce miraculis cõfirmabim⁹.Accedãt infir-
mi aliqui.ſ.in quos diabolus immittet infirmitates:quarũ
ſcit curationẽ:& eos publice ſanabũt.Et ſi quos ſanare nõ
potuerint:dicẽt ex defectu fidei eoꝝ procedere.vel qa male
vterentur ſanitate.Et qd' plus eſt:accedẽt ad tumulos & fa
cient eos aperiri:& oſtẽdẽt ſe aliquos ſuſcitare de notis po-
pulo.nõ ꝙ vere reſuſcitentur:qa hoc diabolus nõ põt face
re:ſed aſſumet diabolus ipſe corpus aereũ illi⁹ talis noti:&
loquet̃ vt ille:dicens ſe eſſe illũ & ꝟtute Meſſię:falſi tamẽ:
ſuſcitatũ.Et de alia vita multa dicet diabol⁹ in ſpecie illius
& Chriſtũ quẽ coluerũt chriſtiani vt ſeductorẽ dãnatũ:&
Antichriſtũ verũ deũ.Dũ ergo ita ſuperbit impi⁹ antichri
ſtus incẽdit̃ paup:fidelis illuminatur interi⁹ a chriſto incẽ
ditur zelo ꝟitatis:dolẽs & lacrhymãs ꝓ pditiõe & ſeductio
ne tantorum.Hæc tentatio vtiq; maxima erit:qa vt dicit
Grego.in Moral'.Videbit martyr pro veritate ſe extorque
ri ſine operatione alicuius miraculi ad probandũ veritatẽ
ſuę fidei.Et ecõtra tortorẽ ſuũ ad oſtenſionem ſuę falſitatis
miracula facere.O qualis tentatio.Certe vt dicit xp̃s Mat.
xxiiij.Niſi breuiati fuiſſent dies illi non fieret ſalua omnis
caro.Nõ em̃ durabit niſi p tres annos cũ dimidio:quanto
etiã tpe p̃dicauit chriſtus vt habet̃ Dañ.xij.& Apoc.xij.&
xiij.Poſtq; aũt antichriſt⁹ aſcẽderit in tãtã ſuperbiã vt poſt
ſimulationẽ ſuæ mortis & reſurrectiõis dicat ſe publice in
cœlũ aſcẽſurũ ſup montẽ Oliueti ſtãs fulminabit̃ vt dicit
magr̃ in hiſto.ſcholaſtica.& Vincen.Et ſi non de mõ mor
tis ei⁹.tñ de morte ei⁹ expreſſe habet̃ Dañ.viij.&.xj.c.in fi-
ne plenius.Et.ij.Theſſa.ij.& Apo.xvij.Añ mortẽ Antichri
ſti reſurgẽt Enoch & Helias tertia die poſt occiſionem eoꝝ
& publice vocati in cœlũ aſcendẽt.Mortuo aũt antichriſto
quantũ mũdus ſit duratur⁹ incertũ eſt nobis.Videt̃ tñ ꝙ ad
minus.xlv.dies dent̃ hoĩbus ſeductis vt reuerti poſſint ad
pœnitentiã.ex eo qd' dr̃ Dañ.xij.Btũs q expectat & puenit
ad dies.M.cccxxxv.Et ante iſta ponit̃ tempus perſecutiõis
Antichriſti:quo auferet̃ iuge ſacrificium Chriſti.numerus
videlicet dierum mille ducenti nonaginta.i.tres anni cum
dimidio quibus addendo.xlv.ſiunt.M.cccxxxv.

# TITVLVS. XIIII. DE DONO TIMORIS.

¶Quõ ad timorem multa inducunt.Cap.I.

TIMOR DOMINI EST DO
nũ ſpiritus ſancti:qd' Eſaias enumerando ĩpa do
na ponit in ſeptimo loco.Sed hic ponitur in qn
to loco.Et licet multa dicta ſint de timore in-

Ad timẽdũ deũ m'lta inducunt.

quantum eſt paſſio.in.i.parte in titu.de paſſionibus diffu-
ſius tamen hic agetur:& per alium modum:& de multipli
ci timore.Sciendum autem ꝙ ad timorem domini multi-
pliciter inducimur ex ſeptem.

¶Primo ex ſcriptura theologicali.
¶Secundo ex ratione internali.
¶Tertio ex figura ſpirituali.
¶Quarto ex creatura vniuerſali.
¶Quinto ex actione ſupernaturali.
¶Sexto ex punitione diuinali.
¶Septimo ex vtilitate plurimali.

Pro prio dr̃ Deut̃.x.Quid petit dñs a te niſi ꝙ timeas dñm
deũ tuũ & ambules in vijs eius:& diligas eũ:ac ſeruias ei in
toto corde tuo & ĩ tota aĩa tua:& ſerues mandata eius.Pſ.
xxxiij.Venite filij audite me timorẽ dñi docebo vos.quis
eſt hõ qui vult vitam.ſ.grãæ & gl'iæ diligit dies videre bo
nos.ſ.in gl'ia.q.d.timor dñi eſt initium eius.Et ſigna eius
ſunt.declina a malo:quia timor dñi expellit peccatum.Ec-
cl'i.j.& fac bonum:quia qui timet deũ faciet bona.Inquire
pacẽ:qa timor dñi quaſi paradiſus.Eccl'i.xxvij.qui eſt lo-
cus quietis & pacis.Chriſtus in euãgelio.Timete eum qui
põt aĩam & corpus pdere in gehẽnã.Mat.x.Princeps apo-

i.Pet.ij.

ſtolorũ ait.Deũ timete.Ber.ſup Cãti.In veritate comperi
nihil eſſe ita efficax ad grãm ꝓmerẽdã.retinendã:recuperã
dã:q̃ſi oĩ tẽpore corã deo inueniaris nõ alta ſapere:ſed ti-
mere.Btũs Hiero.in epl'a.Timor cuſtos eſt virtutũ.Scd'o
ratio interna nobis ſuadet deũ ſumme eſſe timendum mul
tipliciter.Dictat em̃ ratio vt timeat̃ q ſuperior eſt:q nocere
ſeu flagellare põt:nec valet ei reſiſti.Deus igitur cũ ſit ſum
mus dñs dñoꝝ:nec poſſit aliquis reſiſtere poteſtati vel vo
lũtati eius:ideo merito timendus eſt ſup oẽs.Hanc rationẽ
tangit Moyſes Deute.x.Qui cũ admonuiſſet populũ dñm
deũ timere.ſubdit quaſi ꝓ ratione.Ipſe eſt deus deorum &
dñs dñantiũ deus magn⁹ potẽs & terribilis.vñ & Malach.
j.dr̃.Si ego dñs veſter ſum vbi eſt timor meus:& Hiere.x.
Quis non timebit te o rex gentiũ:Si dęmones cõtremiſcũt
vt aſſerit Iacobus in canonica ſua ad poteſtatem eius:cui
non eſt poteſtas ſimilis ſuper terram:quantum debet time
re plenus fragilitate.Alia ratio eſt:quia pater naturali-
ter timetur a filio:cum ratio doceat ꝙ habeat poſt deum
eſſe ab eo.Sed nunquid ipſe deus non eſt pater tuus:qui
poſſedit fecit & creauit te.a quo oĩs paternitas in cœlo &
in terra noĩatur.Neq; em̃ ego ſpm̃ & animã donaui vobis
& vitam & ſingulorum mẽbra non ego ipſa compegi:ſed
creator oĩm q formauit hoĩs natiuitatẽ.inqt illa ſctã mulier
filios hortata ad martyriũ.ij.Macha.vij.Multo ergo magis
deus debet timeri.Docet etiã rõ timere multũ:cũ oportet
eũ reddere rõnẽ corã p̃ſidẽte q oĩa nouit:& nil inultum p-
mittit:& p̃cipue cũ cõſciẽtia remordeat multa mala feciſſe:
& multa debita cõtraxiſſe ex iniqtate pfecta.vñ.b.Greg.in
Moral'.Iuſti oẽ qd' agũt metuũt dũ caute conſiderant ante

Leges decalogi inducũt timorem domini.

quẽ iudicẽ ſtabũt.Tertio ex figura ſpũali.volens deus in-
ducere pplm ſuũ ad timorẽ dñi anteq; daret legem decalo-
gi.ſ.p angelũ ſuũ terruit eos:quia mõs Synai videbatur ar
dere coruſcatiõibus:& audiebat̃ ſonitus buccinę.propter
quod cum populus eſſet exterritus dixit Moyſes.Vt proba
ret vos dñs venit cũ terrore:vt terror eius eſſet in vobis &
non peccaretis.Exod'.xx.Vbi innuit̃ ꝙ p metũ inducũtur
hoĩes ad ſeruãdũ leges.vñ Iſid'.in lib.Etym̃.Factæ ſunt le-
ges vt eaꝝ metu hũana coerceat̃ audacia:tutaq; ſit inter im
probos innocẽtia.diſt.iij.factæ.Et quia permaxime opor-
tet ſeruare legem decalogi ad quod inducit timor dñi:ideo
p ea q̃ a deo procedunt timorẽ incuſſit.ſ.coruſcationes:vo-
ces:buccinę:& alia terribilia.Itẽ mãdauit dñs Deute.xxiiij.
Nõ accipietis loco pignoris molã ſuperiorẽ & inferiorem
in quo figurabat̃ ꝙ ſicut ſemp qs ſecũ hr̃e debet ſpẽ ita & ti
morem.nam mola ſuperior figurat timorẽ:quia ſicut mo-
la ſuperior deprimit materiam molendã ne eleuet̃.ita mo-
la inferior retinet ne in imũ deſcẽdat & peat:vñ figurat ſpẽ
Timor ergo dñi deprimit mẽtẽ ne ĩ bonis opib⁹ q̃ facit ele
uet̃ & de ſe p̃ſumat.Et ſpes ſulbeuat:ne deſperatione in in-
fernũ cadat.Nõ ergo iſta duo ſunt alteri locanda:ſed ſemp
ſecũ poſſidẽda.vñ btũs Greg.dicit ꝙ pœnitẽs mouetur in
ter timorẽ & ſpem.Nec eſt ꝯtra qd' ait Boet.de Phi.cõſo.ſ.
Pelle timorem:ſpemq; fugato.loquit̃ em̃ de ſpe vana.& ti
more inordiato.Itẽ in hui⁹ figurã habet̃ Geñ.xij.ꝙ Abrã
tetẽdit tabernaculũ ſuũ & habitauit.habens ab oriente Be
thel:& ab occidẽte Hay.Et figurat ꝙ hõ iuſtus debet timo
rem habere in proſperis & ſpem in aduerſis.Bethel enim
interp̃tat̃ domus vel habitaculum dei.& ſignificat patriã
ſupnã:quã qs debet cõtẽplari in aduerſis ad ſpẽ habẽdã vt
roboret̃.Hay interpretat̃ vita valliũ vel abyſſus & ſignifi
cat vitã pctõꝝ.& abyſſ⁹ ſignificat ĩfernũ q̃ qs debet recogi
tare ĩ ꝓſperis ne eleuet̃ in ſupbiã:ſed timeat futuꝝ iudiciũ
& infernũ.Quarto inducimur ad timorem dñi ex creatura
vniuerſali.Sicut oĩa inuitant nos ad amandũ deum:quia
oĩa ſunt facta in obſequium nr̃m.ſicut beneficiũ iuitat be-
neficiatũ ad diligẽdũ bñfactorẽ:ita & oĩa creata inducunt
nos ad timendum deum.Cœlum et terra(inqt bea.Aug.in
lib.cõfeſ.)& oĩa q̃ in eis ſunt mihi vndiq; clamãt & clama
re nõ ceſſãt vt amẽ te dñe:qa cũ bonũ ſit qd' oĩa appetũt &
amãt ſm Phm.& oĩs creatura bõa eſt.nec aliũde habet ſuã
bonitatẽ niſi a deo prima cã oĩm.Oĩs aũt virtus & boni-
tas cuiuſcũq; effectus ſit in ſua cauſa eſt pfectiori modo:qa
nemo dat ꝙ nõ habet:& potior eſt cauſa effectu iõ oĩs bo-
nitas & pfectio eſt in deo.& hinc creaturę indicando nobis
ſummã dei bonitatẽ ad amandũ eũ ſup oĩa inuitãt.& per
ꝯñs ad timẽdũ.Nã oĩs amãs eſt timẽs.& quanto quis plus
amat aliqd:tãto plus timet illud amittere vt patet de ſub-
ſtãtia tpali & filijs & alijs rebus.Sicut ergo inuitant creatu
ræ ad amãdũ ꝓpter ſuã immẽſam bonitatẽ:ita & timendũ
ne eũ offendamus & amittam⁹ tam infinitũ bonũ.Inuitãt
etiam per alium modũ ad timẽdũ deũ creaturę:quia oĩa ele

mētā & q̄ in eis ſunt punita ſunt in pctō primi hoīs.ꝑpter qd' dixit deus ei. Maledicta terra in ope tuo ſpinas & tribu los germinabit tibi.Gen̄.iij.Et multa aīalia bruta facta ſūt nociua hoī:vel rebellia ꝑpter pctm̄: & fruct⁹ terrę minus boni.Nec etiā tātā lucē & ꝑfectū ex corpibus cœleſtib⁹ ha bemus.Si ergo propter offenſam dei etiam punita ſunt quę nō peccauerūt:quāto magis qs debet deū timere ne offen dat tam ſeuerum mali vltorem.Inducūt etiā ad timendum quia ipſe deus,vt dr̄ Sap.v.armabit creaturā ad vltionē ini micoꝝ eius.Et cū oīa paueant & obediāt ad nutū eius mul tomagis hō ꝓ agere debet:q plus recepit & rōne fulcit. Vn̄ angelus clamabat oībus gētibus dicēs. Timete dn̄m & ado rate eū q fecit cœlū & terrā & oīa q̄ in eis ſunt. Apoc. xiiij. Quinto ex opatione ſupnaturali ſcilicet miraculorum. Pſ̄. lxiiij. Turbabunt gētes.ſ.ad pn̄iam.& timebūt qui habitāt terminos a ſignis tuis ſcilicet miraculorum qui habitant terminos.ſ.vſq; ad habitātes:vſq; in extremis terræ. Cum em̄ viderēt hoīes fieri opa q̄ nullus hoīm facere pōt:nec dij gētiū dęmonia:nec tota virt⁹ naturę createę ſcilicet cęcos il lūinari: dæmones effugari:mortuos ſuſcitari:et corpa cœ leſtia a ſolito curſu imitari ad petitionem Ioſue & Ezechię varias infirmitates ſubito curari.Ipſi etiā reges terræ vidē tes ſic admirati ſunt:cōturbati ſunt ad pn̄iam:cōmoti ſunt ab infidelitate ad fidē:tremor apprehēdit eos ad veneran dum et colendum & ad timēdū tātā maieſtatemq̄ prędicaba tur a ſctīs:inuocabat,in cuius ꝟtute totū agebat.Cū em̄ il li q nauigabāt cū Iona tēpeſtate in mari orta:ſolū circa na ui eoꝝ poſt miſſionē ei⁹ ī mare vt iuſſerat:mare ſedatū: flu ctus miteſceret:timuerūt deū veꝝ vt ſcribit Ionæ.j.c. Cum vidiſſet rex Darius Danielem prophetam miſſum in lacū leonum:quia verum deum cœli adorabat illæſum permā ſiſſe,nec ab eis in minimo læſum,timuit ipſum deū ac pu blice mandauit:paueāt oēs deum Danielis & cōtremiſcāt: quia ipſe eſt verus deus qui liberauit Danielē &c.Dan̄.vj. c.Chriſto Ieſu dn̄o noſtro cui⁹ miracula ſunt vt ait Chryſ. pelagus immenſum,reſuſcitāte adoleſcētē filiū viduę acce pit oēs pn̄tes ibi timor:& magnificabāt deū, Lu.vij.Vidē tes turbæ paralyticum ſanatum timentes glorificauerunt. deū.Mat.ix.ſed & cēturio & q cū eo erāt Gētiles in paſſiōe chriſti;viſo terremotu & his q̄ fiebāt:timuerunt valde di centes.Vere filius dei erat iſte.Mat.xxvij.qs enarret mira cula omnia? Sexto inducit ad timorem dn̄i multiplex puni tio eius.Hiere.ij.Arguet te malitia tua:& paulopoſt.Scito & vide qa malū eſt tibi & amarum te dereliquiſſe deū tuū & timorem eius non eſſe apud te.Deut.v.Deū tuū timebis &.j.neqn̄ iraſcat furor eius ꝯ te et auferat te de terra.Eccl'i.j. Vnus em̄ eſt altiſſim⁹ ops rex potēs & metuendus nimis, qs em̄ nō timeat ꝯſiderādo q; terribil'r flagellauit peccato res. Angelos ſupbiētes de cœlo præcipitauit in infernum & in dæmones cōmutauit.Primos parētes de paradiſo ter reſtri ꝑpter inobediētiā expulit.gen⁹ hūanū ꝑpter luxu riam diluuio pdidit.Sodomitas ꝯbuſtos igne & ſulphure ſubuertit.Iſraelitas peccātes incredulitate & murmure in eremo proſtrauit.Dauid propter inanē gl'iam & populum ſuū ꝑpter cōiurationē cū Abſalone ꝯ eū peſte pcuſſit.lx.mi lia in triduo infectiōe illa perēptis.Ezechiā ꝑpter ingrati tudinem vſq; ad mortem infirmum reddidit:& ſic de alijs. Et iō merito ſctī clamāt Apoc.xv.Mirabilia ſunt opa tua dn̄e qs te nō timebit? Et.b.Greg.Si placere deo ꝟaciter cu pimus poſtq; ſubegim⁹ pueſa:ēt in nobis bn̄ geſta timea mus.Septimo & vltimo ad timorem īducit vtilitas copio ſa ex ipō timore ꝓueniēs Deut.v.c.Quis det eis talē habere mētē vt timeāt te dn̄e:& bene ſit eis in ſempiternum? Ob ſtetrices.Egyptię Hebræoꝝ:qa timuerūt deū ob reuerentiā ei⁹ nō occidētes mares: vt mādauerat Pharao.dicit Moyſes q; ædificauit eis domos.Exodi.i.c.ſiue ſpūales ſm̄.b. Hie ro.in fundēdo ꝟtutes & grām.Siue tpaliter ſm̄.b. Grego. dādo diuitias.vt.xxij.q.ij.ſi qlibet Et Eccl'i.xxxiij. Timēti deū nō occurrēt mala.ſ.pctōꝝ & in tentatione deus libera bit illum.Pſ̄.Timētes dn̄m non minuent omni bono.

¶De timore mundano. Caplm.II.

Quid ſit timor mundanus.

TIMOR MVNDANVS EST quo qs timet tpalia amittere.vt diuitias digni tates et hmōi.ꝑpter qd' vitādū deū offēdit ꝯ ei⁹ mādata faciēdo:qd' eſt mortale peccatū. vel cū eſt ad hoc mēte diſpoſitus cū cogitat ſibi poſſe accidere. In de procedūt multa mala.vn̄ bea. Aug.ſup illud Pſ̄. lxxix. Incēſa igni & ſuffoſſa ab increpatione vult⁹ tui peribunt, ingt.Oīa pctā ꝓcedūt aut ab amore male īflāmāte.i. inordi nato: aut a timore male humiliante.i.deijciēte.Per amorē inordinatū dr̄ aīa ſeu opa eius incēſa.p timorem mūdanū dicit ſuffoſſa. Timorem deijcit & ad ima ſubmittit.Sed iſta cum criminalia ſunt:vtiq; peribūt ab increpatione vultus dei.i.in futuro iudicio. Ad pditionem em̄ ducūt q; teſtatur Ioan. Apoca.xxj. Timidis autem & incredulis homicidis & veneficis:fornicarijs:mēdacibus:pars eorū in ſtagnum ignis & ſulphuris.Qd' ad multa & grauia ſcelera īducat ta lis timor mūdanus patet per exempla.Nā Pharao rex Egy pti,quia ex multiplicatiōe filioꝝ Iſrael in Egypto:timebat regnum ſibi auferri,mādauit occidi & ſubmergi mares He bręorum cū naſcerent.Exo.j.Herodes rex timens ne puer natus nūtiat⁹ a Magis rex Iudęoꝝ:auferret ſibi regnū tur bat⁹ eſt:& necē innocentum ꝓcurauit.Mat.ij.Hieroboam rex Iſrael timens de acceſſu ppl'i Iſrael ad hieroſolymam vt adorarēt & hoſtias offerrēt in tēplo iuxta legē dn̄i.ppl's ipſe Iſrael amicitia iūgeret cū tribu Iuda:vn̄ ſe ſubderet regi Iu da & ipſe regnū amitteret fecit fieri vitulos aureos in Dan & Berſabee terminis regni Iſrael præcipiens populo vt il los colerent & immolarent.iij.Reg.xij.Pontifices Iudęorū timētes ne forte venirent Romani et tollerent eorum locū & gētē.Io.xj.conſilio decreuerunt chriſtum occidi.Sed timē tes amittere tpalia & ꝑpter hoc iniuſtitiam committentes: amiſerūt tpalia & ſpūalia:aīam & corpus.De his ergo qui ꝑpter timorem amittendi tēporalia vt diuitias :honorem: famam : & hmōi.offendunt deū poteſt apte dici illud Pſ̄. xiij.Illic trepidauerunt timore vbi nō erat timor.ideſt vbi non erat ratio timendi.ita videlicet q; ꝑpter hoc peccarent

Ex timore mūdano multa mala ꝓcedūt.

Et propter ſeptem rationes ſeu conditiones terrenorum.

Septem ratiōes q̄re non debem' timere amittere bona tpalia.

¶Quia vilia ob conditionem.
¶Quia deceptibilia ad fœlicitatem.
¶Quia defectibilia ad permanſionem.
¶Quia inquinabilia ad tranſgreſſionem.
¶Quia impedibilia ad perfectionem.
¶Quia obligabilia ad rationem.
¶Quia nocibilia ad conſeruationem.

§.I.PRIMO IGITVR NON EST timēdū tpalia amittere: vt ꝑpter hoc ꝯmittat pctm̄: qa ipa ſunt vilia,nullus em̄ curat vel timet amittere vilia:& p̄ci pue cū ex hmōi amiſſione cōſeruet p̄cioſa.ſicut patet in na uigātib⁹ q nō timēt vel curāt proijcere merces precioſas in mare:vt cōſeruēt vitā q̄ p̄cioſior eſt. Tpalia bona vocant ſtercora in diuino eloquio ꝑpter ſui vilitatē.Dicit em̄ Ec cl'i.xxij.De ſtercore boū lapidar⁹ ē piger. Piger ē q ob timo rem alicuius laboris omittit facere bonum qd' debet.Talis lapidatur ſpūal'r & occidit.Sed vn̄ de ſtercore boum.i. ob iſta tpalia q̄ timet amittere vel nō habere.quę ſtercus dicū tur boum qa ſcilicet ſctī doctores q agros mētiū ſcindunt vomere verbi dei ſtercus ea reputāt.i.viliſſima.Audi Pau lum egregium prędicatorem qd dicat de hmōi ad Phil'.iij. Oīa arbitror vt ſtercora: vt chriſtū lucrifaciā & inueniar in illo.Cōſideremus cōditionē eoꝝ et videbimus vilitatē p̄ cipue attēta p̄cioſitate ſpūaliū bonoꝝ.Quid eſt aurū & ar gentum et alia metalla? Certe ſpuma terrę.in viſcerib⁹ terrę naſcit:nullā vitam habet nō rationalē vt hō.nō ſenſibilē vt aīalia bruta.etiā viliſſima vt formica:muſca:& vermes: non vegetabilem vt arbores.& q̄cumq; herbæ viliſſimæ. Quid ſericū.Nōne ſtercus vermiū viliſſimoꝝ? Quid ve ſtes lanee.Nonne vellus pecoꝝ? Quid palatia. Nonne la pides inſenſibiles? Quid agri.Nōne terra? Quid gloria tpa lis.Nōne ventus? vn̄ Boet.de phi.ꝯſo.O gloria gl'ia qd es aliud q; in milib⁹ hoīm inflatio q̄dā auriū.Sed et in cōpa ratiōe p̄cioſitatis ſpūaliū bonoꝝ adhuc magis vilia appa rēt.Propter qd' dicit Sapiēs de ſapiētia ſeu gr̄a loquēs. Prę poſui illā regnis & ſedibus:& diuitias nihil eſſe dixi in cō paratione illius:nec cōparaui illi lapidē precioſum:qa oē aurū in cōparatione illius arena eſt exigua:et tanq; lutum æſtimabit argētū in cōſpectu illius.Sap.vij.Cū g̊ ſpūalia bona vt virtutes ſint precioſiſſima:& tpalia reſpectu eorū viliſſima,cōtra oēm rationem eſt vt non curet qs amittere bona ſpūalia ꝑpter timorē mūdanū ne amittantur tpalia. Hoc timore mūdano ducti Ananias & Saphyra: timendo videlicet ne totū pretiū ſuę poſſeſſionis vēditæ ab eis Pe tro apl'o

Q; tpalia tollant mētis q̄etē.



tro apl'o aſſignātes vt debebant: non poſſent ſibi ꝓuidere de aliquo cū ſupuenirēt neceſſitates.& non ꝓuideretur eis de cōitate ꝑpter paupͣtatē vel aliā cauſam:qa retinuerunt ſibi fraudulēter faciētes ꝯ p̄cæptū apl'orum ad imp̄cationē vel increpationem Petri ſubito mortui ceciderunt. Act.v. Qd' accidit quotidie q̄ ad religioſos q retinēt ꝓpriū:timen tes ne eis prouideat in neceſſitate.iō incurrunt mortē ſpūa lem.xij.q.j.ſcimus.Hoc timore mūdano ducta nobilis illa matrona Romana Lucretia:timens.ſ.ne fili⁹ Targni vlti mi regis Romanorū īfamaret eā de adulterio:ꝑut ille com minabat ei.aſſenſit in adulteriū peſſime faciens.Nā vt di. b.Aug.de ea loquēs in primo de ciui.dei.Ita ne aliquē pol luat aliena libido metuit. Sed nō polluit.ſ.quo ad aīam ſi aliena erit.Si polluet aliena non erit. Virtus oīa mala to lerare potius q; pctō cōſentire decreuit. hæc bea. Au.xxxij. q.v.ita ne.Illi g̊ trepidauerūt timore vbi nō erat timor.

§.II.SECVNDO NON EST TIMEN dū amittere tpalia:qa decæptibilia ſunt ad fœlicitatē. Nā videntur ꝓmittere fœlicitatē vt quietē:& quaſi oīa:qa vt dr̄ Eccl's.x.Pecuniæ obediunt oīa.Sed decipiunt hoīem p̄ſtan tes miſeriā & anxietatem.Vn̄ Chriſtus appellat diuitias fal laces cū ait Lucæ.viij.Sollicitudo hui⁹ ſæculi & fallacia di uitiarum ſuffocant verbū.Ecce fallacia:qa dicunt hoīes in ſe.Si haberē diuitias ego eſſem quiet⁹ in mente:nō haberē tantā ſolicitudinē laborādi:ſoluendi creditorib⁹:& hmōi. Sed ſi contingat q; habeat maiorē curā & anxietatem habet q; prius in cogitando quō non amittat:quō ipſas adaugeat in qbus expendat &c.Et ſic pungit & inquietat mens eius continuis ſtimulis ſolicitudinū & ideo ibi aſſimilat eas ſpi nis:qa pūgunt mētē & tollūt quietē: cū adaugeant ſemper deſideriū ad plura. Et ideo dr̄ Eccl's.v. Auarus nunq; im pletur pecunia.ſicut nec potibus hydropic⁹. nec ariditate i.lignis focus.Hinc &.b.Amb.nec finis nec ſatietas vnq; aderit cupiditati.diſti.xlvij.ſicut hi.Ibi vide pulcha.Fal ſiſſimū autē eſt q; pecunię obediant oīa.qd' tn̄ dicūt & vide tur mūdanis.in quoꝝ pſona ibi loquit Salomō. Nam nec ſapīa:nec ſcīa:nec ꝟt⁹ moralis:nec ſanitas:nec pulchritudo nec fortitudo corporis:pecunia hr̄i pn̄t. Sed etiā & multa tpalia ea conſeq non pn̄t.Simō magus nō potuit ab apl'is pecunia magna oblata obtinere ptātem dandi ſpm̄ſanctū. Achab rex Iſrael non potuit pecunia obtinere a Naboth ſubdito ſuo vineā ſuā.Iſraelitæ nō potuerūt pecunia ſua a Seon rege Amorręorum obtinere eis neceſſaria ad victum. Balach rex Moabitarū nō potuit cōſequi a Balaā hariolo magna pecunia vt malediceret ppl'o dei. Quod tollant tē poralia qetem mētis nota exēplū ī lib.de ſeptē donis. Erat quidē artifex ſatis paup ſuſtentans ſe & familiā ſuā de labo re manuū ſuarū ꝑpter qd' die noctuq; eū opari oportebat. Inter labores aūt ſuos frequēter cantabat ob ſolatiū:quia modicā anxietatē habebat & quaſi nullā de tpalib⁹ rebus: qa eis carebat.iuxta domū ei⁹ habitabat diues multum:qui ita curis & ſolicitudinibus vexabat vt nedū canere:ſed vix ridere vel lętā faciē oſtēdere cuiq; valeret. Vn̄ quaſi inui dens qeti & lętitię paupis imaginat⁹ eſt & execut⁹ quomō poſſet ei⁹ lętitiā interrūpere & inqetare. Accępit g̊ quendā ſacculum plenum aureis:& mane quodā eadē hora qua ſo litus erat egredi domū pauper:pauloāte inde trāſiens pmi ſit ante domū paupis cadere ſacculum illū:& certo loco ſe firmans vt videret,qs illum recolligeret.Itaq; paup cū do mū egrederet inuento ſacculo ſurſum leuat ſibi retinens. Cœpitq; cogitare quid agere de tanta pecunia deberet: & ti mens ne illud ſciretur.vel ſi emeret aliq̄ magni pretij cōtra eum ſuſpitio de furto oriretur.vel ne ſibi auferrent vel qd vtilius emeret.Sicq; mentē eius anxietas timor & varia co gitatio deuaſtabant:vt amiſſa omni quiete & lætitia mētis non vltra cantaret vel iocunditatē oſtēderet.Qd' cum pcæ piſſet diues intentū.ſ.ſuum cōſecutū:noluit ꝑpterea amit tere pecuniā ſuā.Sed poſt aliquot dies dicit ei diues.His die bus p viā incedens:habēs mecū ſacculū aureorum ſeu bur ſam:neſcio quō cecidit circa domū tuam & meā inauerten ter.Si ſcires vel audiſſes aliquid qs inueniſſet, vterer bona diſcretione:al's nō inueniendo intēdo fieri facere nō ſolum excōicationē:ſed etiā inquiſitionē p poteſtatē ciuitatis. Re ſpōdit ille.Nō oportet aliqd facere:ego inueni tali die vnū ſacculū aureorū.Ex quo dicis tuū eſſe & ſigna ſufficientia huius tradidiſti:accipe qd' tuū eſt.Deus autem parcat tibi: qa oībus his diebus quibus ipſam pecuniam tenui : priua tus fui quiete & gaudio meo ſolito : deditq; mihi multos malos dies & malas noctes:nec quieſcere potui præ tumul tu cogitationum.Reddita igit pecunia:cū ſua paupertate reuerſus eſt ad quietem ſuam & cantus ſuos.Cum ergo tem poralia ſint fallacia:qa ꝓmittūt quietem & nō pręſtāt : ſed anxietatem & appetitū eorum augent ſm̄ illud Chryſ.Ipa appoſitio diuitiarum auget flammam & maior fit cupido. Ideo q timent trepidauerunt timore vbi non erat timor.

Q; bona tpalia ſunt deceptibilia ad fœlicitatem.

§.III.TERTIO NON EST TIMEN dū tpalia amittere.ita q; ꝑpter hoc deus offendatur:qa ipa ſunt defectibilia ad pmanſionē.ꝑpter qd' dicit magr̄ veri tatis.Mat.vj.Nolite vobis theſaurizare theſauros ſuper ter ram vbi erugo & tinea demolitur:& fures effodiunt & fu rantur .quaſi di.Ideo non debetis reſeruare:& multiplica re tpalia iſta bōa & ſolicitari circa ipſa timēdo ne deficiāt vobis:qa defectibilia ſunt in ſe.Nā ſi ſunt metalla : erugo et rubigo cōſumit.Si panis vel victualia:tinea rodit & de ſtruit.Si pecunia numerata vel gemmæ: fures pn̄t occul te rapere.Si poſſeſſiones & agri & domus : dn̄i temporales (qui vt dr̄.Eſa.j.ſunt ſocij furū)effodiunt.i.diuerſas occaſio nes inueniunt vnde ea auferant.ſed qa homīes non curant quō tpalia multiplicēt per fas & nefas:nec faciunt eleemo ſynas ſubueniēdo indigentibus vt deberēt timēdo ne ſibi deficiāt:de⁹ ſuſcitat bella:imittit pœnurias : infirmitatib⁹ vexat qbus hoīes tpalia cōſumāt.vn̄ be.Aug.xvj.q.j. deci mę.Quod nō accipit Chriſtus:accipit fiſcus.Dabis impio militi qd' nō vis dare chriſto.Verū & ſi certus ſit qs vt tpa lia ei invita nō deficiant:nunqd in morte q̄ non tardat ali quid de his ſecū deferet? certe non.Et ideo inqt Pſ̄. xlviij. Ne timueris cū diues factus fuerit hō:& cum multiplicata fuerit gl'ia domus eius ne timueris.ſ.amittere tpalia : quia & diues q habet ea tandē amittit.& idē firmat Iob. xxvij.c. qd' tn̄ experiētia docet.Diues ait.cū dormierit nihil ſecum affert. aperit oculos ſuos & nihil inuenit.Diues hic dor mit mēte alien⁹ a ꝯſideratione dei & periculi ſui.Et ꝓprie accidit ei ſicut dormiēti:q cū ſomniet ſe habere ml'tas pe cunias & in cōuiuijs lætari & æpulari:ſubito expergefact⁹ nihil ſe hr̄e eoꝝ cernēs:triſtat ſe illuſum.Ita q in hęrēt tem poralib⁹ quaſi ſomniāt.cū em̄ ęſtimāt ſe permanere in eis: ex īprouiſo ſubito ſupuenit mors:q̄ dormitio dr̄: qa reſur rectur⁹ eſt in fine mūdi.Moriēs autē aperit oculos mentis quos hic culpa clauſit:& nihil inuenit de tpalibus hic poſ ſeſſis:ſed īuenit nihil qd' cōmiſit.i.pctm̄.Nā & ſi actus pctī aliqd ſit inquantū act⁹:tn̄ inquātū pctm̄ nihil:nulla natu ra eſt:ſed defectus rationis.ſicut tenebra defectus luminis. Exēplū notabile ponit ſaluator nr̄ in euangelio ꝟt refert Lc̄.xij.c.de quodam diuite:qui cū ager ſuus vberes fructus attuliſſet:cœpit mente ęſtuare & timere ne ſibi deficerent loca ad reponēdū tātos fruct⁹.Sed ſubito cogitatio malitię ſibijpſi reſpondit dicens. Scio quid faciam. deſtruā horrea mea & maiora faciā:& illuc cōgregabo oēs fructus meos:& dicam aīæ meæ. Aīa mea habes multa bona repoſita in an nos plurimos:comede.æpulare & quieſce.Cumq; iſta dice ret:dixit illi deus.Stulte aīam tuā hac nocte repetent a te ſ.dæmones quę autē paraſti cuius erunt? q.d.non tua non tecum portabis:ſed oīa tibi deficient.Ponit Io.Damaſ. ſi militudinē ī Hiſtoria Ioſaphat:videlicet q; in q̄dā ciuitate erat iſta cōſuetudo.Ciues illius eligebant quēdā ex ea recto rē & dn̄m ipſi⁹ ciuitatis cū oī libertate & ptāte: vt poſſet fa cere qd' ſibi liberet & vti oīb⁹ bonis ad placitū:ſed tranſa cto anno regni ſui mittebat ad quandā inſulā ſolus & ſine aliquo ſubſidio bonorū:vbi nil erat ad eū ſuſtentandū.vn̄ oportebat eū deficere & cito.Cū autem qdā ſagax ad tale re gimē fuiſſet aſſumpt⁹:cōſiderās qd ſibi futurū erat: qa mit tēd⁹ ad illā inſulā:prudēter ſibi ꝓuidit.nā infra illum an num pluries miſit ad iſulam multa & varia bona & victua lia:& qui ea cuſtodiret.quo facto poſt annū illic direct⁹ ex bonis quæ illuc deſtinauerat bene & copioſe vixit:nō præ inopia defecit vt alij qui nō ſibi ꝓuiderūt.Ciuitas iſta eſt mundus iſte in quo etſi quis valeat oībus bonis eius vti ad placitū:tn̄ poſt vitā eius q̄ breuis eſt ad aliam vitā tranſire oportet.nec de his aliqd portare pōt tunc niſi ea q̄ dū hic vi uit illuc tranſmittit.ſ.p eleemoſynas & bona opa. Opera em̄ illoꝝ ſequunt illos.vt dr̄ Apo.xiiij.Vn̄ & be.Amb.ſu per Lucā.Nō ſunt hoīs bona.ſ.iſta tpalia.vera bona non

Q; bōa tēporalia ſunt defectibilia ad permanſionem.

ſunt q̄ ſecū afferre nō pōt. Sed vt ait bea. Laurē. Decio. Facultates quas requiris: man⁹ pauperū in cœleſtes theſauros deportauerunt ſcilicet per eleemoſynas datas ab eo. Illic ergo trepidauerunt timore vbi non erat timor.

§.IIII. QVARTO NON EST TImēdū tpalia amittere: qa ingnabilia ſunt ad trāſgreſſionē. Maculāt em̄ aīam plurib⁹ gn̄ibus trāſgreſſionū ꝓpter abuſum eoꝝ. ꝓpterea dn̄s appellat diuitias iniqtatis cum dicit Luc. xv. Facite vobis amicos de mamona iniqtatis. Mamona nomē eſt Syriacū. vt ait Hiero. latine diuitię interp̄tat̄. Diuitiæ aūt iniquæ dicunt̄. nō ꝙ in ſe ſint malę: ſed qa frequēter male acquirunt̄ vel male retinent̄: vl̄ eis male hoīes vtuntur. vn̄ be. Hiero. Omnis diues aut iniquus aut hæres iniqui. Et. b. Aug. Vermis diuitū ſupbia. inde em̄ ſe maiores alijs æſtimāt & alios deſpiciūt: qa præ alijs abundāt. Sed & inordinate hō afficit̄ ad diuitias et auare ſeruat. vnde be. Augu. ad Macedonium. Iam prudenter intueamur qd̄ ſcriptum: eſt fideli homini tot⁹ mūdus diuitiæ ſunt: infideli autem nec obolus. Nōne oēs q ſibi videntur gaudere conquiſitis eiſq; vti neſciūt: alienū poſſidere cōuincimus. Hoc certe alienū nō eſt qd̄ iure poſſidet̄: hoc autē iure qd̄ iuſte: & hoc iuſte qd̄ bene. Omne igit̄ qd̄ male poſſidetur: alienum eſt. Male poſſidet q male vtit̄. hęc. b. Aug. xiiij. q. iiij. quid dicam. vbi gl. exponit principiū huius auctoritatis ſic. infideli. i. auaro: quia auaritia dr̄ idoloꝝ ſeruitus per ſimilitudinem tali infideli totus mūdus nec eſt obolus. qa q̄ſi nil reputat ſed alia adhuc plura affectat fideli aūt totus mūdus. i. qlibet ps etiā minima eoꝝ q̄ ſunt in mūdo diuitiaꝝ eſt pro diuitijs cōputata. Propterea apl̄s. vj. c. ad Tim. diſcipulū inſtruit quō diuites debeat docere & cautos facere dicēs. Diuitib⁹ hui⁹ ſæculi p̄cipe non ſublime ſapere: nec ſperare in icerto diuitiaꝝ ſuaꝝ: ſed facile tribuere: cōicare ſcilicet alijs res ſuas &c. Nā q volūt diuites fieri incidūt in laqueū magnum diaboli & tentationem: & in deſideria multa & inutilia q̄ mergūt hoīem in interitū. Et in figurā hui⁹ dn̄s anatematizauit theſauros Hiericho: ꝓhibēs vt null⁹ ex ppl̄o Iſrael de eis acciperet: ſed igni cōburerent̄. Ioſue. vj. Ad inſinuādū ꝙ theſauri hui⁹ mūdi nō debēt trāſire in ſortē bonoꝝ fideliū: vt exponit Gran⁹. j. q. iiij. §. ſed obijcitur. Hiericho em̄ interp̄tat̄ luna & ſignificat mūdū mutabilem. Iſrael videns deū: & ſignificat fideles vidētes deū nūc p fidē poſtea p ſpem. Iſti ergo theſauri mūdi. ſ. tpalia inquātū mūdi ſūt. i. nō licite habita nō debēt haberi a fidelib⁹. ſed igni charitatis exponere. i. affectu deſpicere ne coinquinetur ab eis. Nec obſtat ꝙ diues fuit valde Abraā in poſſeſſione auri & argenti & animaliū: vt patet in Geneſ. Et Iob magnus dn̄s & diues: qa et ſi diuites effecti in reb⁹: tn̄ pauperes affectu & patres pauperum: vt oſtēditur: in eorum geſtis. quod manifeſtum fuit per tentationes eorum. Iob in nullo turbatus ex amiſſione oīm. Abraā in relinquendo patriam: in peregrinando & habitādo in papilionibus: in oblatione filij & hmōi. de talibus eis cōceduntur oēs diuitię & non coinquinabūtur. Sed qs eſt iſte qui inuentus eſt ſine macula in diuitijs: qui poſt aurum nō abijt. ipſum ſequendo non deū. nec ſperauit in pecunię theſauris. quis eſt hic & laudabim⁹ eum. Econtra illic homines mundi trepi. timo. vbi nō erat timor. i. ratio timendi iſta amittere.

Diuitię ꝗredicūtur mamona iniqtatis.

§.V. QVINTO NON EST TIMENdū tpalia amittere: qa ſunt impeditiua ad pfectionē. Sicut bonū eſt qd̄ oīa appetūt. ſm Philoſophū in p̄nci. Ethi. ita & vnūquodq; appetit ſuā pfectionē: pfect⁹ aūt oīs erit ſi ſit ſicut magr̄ eius. ait Chriſt⁹ Luc. vj. qui & Matth. xxiij. dicit. Vnus eſt magr̄ veſter Chriſt⁹. Sed vt ait btūs Augu. Oīa terrena cōtēpſit hō chriſt⁹ vt cōtēnēda eſſe mōſtraret. Vbi notandū ꝙ nō ea ratione ɔtempſit pauperrimus factus: ita vt nō haberet vbi caput ſuū reclinaret. ne videlicet ex poſſeſſione ipſarū rerum & diuitiarū traheret̄ inordinato affectu ad ipſa vel nimia ſolicitudīe occuparet̄: aut a diuina cōtēplatione retardaret̄. Nihil hoꝝ poterat in eo eſſe. Impeccabilis em̄ erat dn̄s Ieſus. dicit Io. Damaſ. & cōtinue anima eius diuinitate fruebat̄. Sed iō hoc fecit vt daret nobis exēplum & ꝓuocaret ad iſta faciendū vt eū pfecte imitaremur ſciens ꝙ iſta tpalia & ſi nō ip̄m: tn̄ nos infirmos multū retrahunt a pfectione q̄ cōſiſtit pręcipue in cōtemplatione & amore diuinorum. Sunt etiam iſta tēporalia vt viſcus propter amorē & ſolicitudinē eoꝝ: qui viſcus cū tangit p̄enas ſeu alas auiū volare nō pn̄t: ſed ad ima deſcendētes de facili capiunt̄. Sic tpalia alas intellectus & affectus inficiūt & impediūt ne ad ſupna libere valeant auolare. Vn̄ ſaluator noſter iuueni q mādata impleuiſſe ſe dixerat: & de maiori perfectione quęrebat inquit ipſe. Si vis perfectus eſſe vade & vende oīa q̄ habes & da pauperibus & ſequere me. Mat. xix. Nō ꝙ ipſa pfectio conſiſtat in ipſa paupertate & abrenūtiatiōe oīm: ſed qa hoc eſt inſtrumētum valde accōmodum veniendi ad pfectionē: vt determinat. b. Tho. ij. ij. Qd̄ etiam firmat venerabilis Io. Caſſi. in. coll̄. j. abbatis Moyſi. Hoc etiā intellexerūt gētiles ph̄i: qui vt magis liberi eſſent ad ſpeculationem ỽitatis tpalia iſta contempſerunt. Et de Socrate dicit. b. Hiero. xij. q. ij. gl̄ia. Socrates ille Thebanus hō quondam ditiſſimus cū ad philoſophandū Athenas pergeret: magnum auri pōdus abiecit nec putauit ſe poſſe virtutes ſimul et diuitias poſſidere. Nos ſuffarcinati auro chriſtum pauperē ſequimur. & ſub pretextu eleemoſynę priſtinis opibus incubātes: quō poſſumus aliena fideliter diſtribuere q nr̄a timide reſeruam⁹. Hæc ille alius ph̄s (ni fallor) Anaxagoras ad ſtudiū ſapientię pergens in mare proiecit pecunias ꝗs habebat dicēs. Abite malæ cupiditates: demergo vos ne demergar a vobis. Hoc de pluribus in genere refert Lactantius in prin. inſtitu. Multo tn̄ pfectius chriſticolæ iſta tpalia & delicias & diuitias & gloriā contēpſerunt timētes iſta habere nō illa pdere. Nam & de btō Antonio in vitis patrū legimus ꝙ cū iret p deſertum & in via repeiſſet maſſam veri auri quā potuiſſet licite accipere cum in theſauris nulli⁹ de ꝓpinquo fuiſſet ſed pro derelicto eſſet: fugit ab ea ſicut a facie ſerpentis: timens ne a cupiditate ei⁹ raheretur affectus. ad montem pergens. ſolitudinem quærens vt honores vitaret: & nō delicias ſed auſteritatem augeret. Ita qui vult ad montem contemplatiōis & perfectionis aſcendere vt aptius & facilius agat. oportet ꝙ onera tēporaliū dimittat & ſurſum tendat. Nec ita timeat amittere tpalia vt pdat vel minuat æterna: ſicut plurimi faciūt q illic trepidauerūt timore vbi non erat timor. i. ratio timēdi.

Diuitię quareat ſimilantur viſco.

§.VI. SEXTO NON EST TIMENdū tpalia amitteere: qa obligatoria. Cuilibet em̄ noſtrū dicturus eſt chriſt⁹ in fine vitę. Redde rationē villicatiōis tuę. i. diſpenſationis circa tpalia. Quod expreſſe teſtat̄ beatus Augu. in lib. de paruulis ad Petrū dicens. Hoīes quia rationabiles facti ſunt: de ſe & de oībus rebus q̄s in vſum accępe runt vitæ pn̄tis: rōnē reddituri ſunt deo: & ꝓ ſuorū actuū qualitate recipient pœnā aut gloriā. xv. q. j. §. ex eo autem. Non ergo habet qs timere tēporalibus carere. cū per hoc de obliget̄ a reddenda rōne: in quo qlibet merito timere debet cū ſubtilis ſit illa examinatio: nec qcq; iudicē ſupnū poſſit latere: & pro quolibet defectu pœna parata ſit. In parabola de talentis varijs cōmiſſis a dn̄o ſeruis ſuis: vt cum eis negotiando ſuperlucrarentur narrat̄ Mat. xxv. Seruus ille q vnicū talētū accęperat: quia nō illud ad lucrū expoſuit. & hoc ex timore ne illud amitteret: redargutus a dn̄o eo priuatus condēnatus fuit. Iſta tpalia bona & diuitiæ & ptās ſeu prælatio & honores talentū a dn̄o datū ſunt. operante ſi licito modo habent̄: vel pmittēte ſi indebite. Obligatus eſt q iſta habet ad reddēdā rationē: quō his vſus fuerit. Et ſi nō multiplicauerit videlicet virtuoſe ea diſponēdo: & ſic inde merita augēdo: ſed ſi otioſa tenuerit nō dando pauperibus non corrigendo & inſtruendo ſubditos ſi poteſtatē habet: nō dirigēdo ad deū intentionē in gl̄ia & honoribus. Vtiq; his bonis priuatus: demū cōdemnabit̄ ex neglectu ſuo etiā ſi al̄s bonus videat̄ nō rapiēdo aliena: nō vſurpādo officia nō ambitioſe ea q̄rendo. Et ꝓpterea notabiliter dicit Greg. in Homil̄. dictę euāgelicæ parabolæ de talentis. Hec lectio euangelij cōſiderare nos ſolicite admonet: ne nos qui plus cæteris in hoc mundo accæpiſſe alqd̄ cernimur ab auctore mūdi inde grauius iudicemur. Cum em̄ augētur dona rationes etiam creſcunt donorum. i. obligationes ad reddēdum rationem de vſu eoꝝ. propter qd̄ dicit Grego. Quiſquis ſacerdotiū (idē intellige de p̄latura & dignitate) adipiſci deſiderat: prius vires ſuas cum eo quod ſubiturus eſt onere metiatur: & ſi impar eſt abſtineat: & ad id cum metu etiam cui ſe ſufficere exiſtimat accedat. i. q. j. non eſt putanda. Non ergo debet timeri amittere: ſed ad ipſa accedere. Nam vt dicitur Sap̄. vj. Exiguo concedit̄ miſericordia: ſed fortiorib⁹ fortior

Bona tēporalia ſūt obligatoria.



fortior inſtat cruciatio: & iudiciū duriſſimū fiet his q præſunt. Et dr̄ exiguus q modicū habet de tpalib⁹ bonis. & qa parū recæpit de paucis habet reddere rationē: et ſi deliquit miſericorditer punitur. Sed fortes ſunt qui mundo abundāt temporalib⁹ vt diuitijs: dignitatib⁹: & honorib⁹: & iſti cōmittūt fortia. i. grauia peccata: timore nō amittendi potētiā: dignitatē: diuitias: & honores. & iō fortior i eis ſequitur cruciatio. Vn̄ ab Abraā dictum fuit diuiti epuloni. Recordare qa recæpiſti bona in vita tua & Lazarus ſimiliter mala. nunc autē hic ɔſolat̄: tu vero cruciaris. Lucę. xvj. q. d. qa fuiſti potēs in diuitijs & dignitate: & ſi qua bona feciſti recæpiſti bona in vita tua vt p̄mia eoꝝ: & ideo nūc cruciaris ꝓpter fortia pctā tua. Lazarus vt exiguus & mēdic⁹ ſi q̄ pctā ɔmiſit mala pœnaꝝ recæpit: pauptatis & infirmitatis per q̄ ſibi cōceſſa eſt mīa veniæ. Nunc aūt cōſolat̄ i requie. Sicut ergo nō timet ipſe hō deobligari a reddenda ratione de debitis factis ſed timet obligari, cum ratio eſt intricata. vn̄ habet timere cōfuſionē & punitionē: ita nō debet timere tēpalia amittere ſed habere. cū de ſingulis hoꝝ ſit debitor & habeat reddere rationē deo. Verebar oīa opa mea (inquit Iob) ſciēs ꝙ non parceres delinquenti. Qui tn̄ (vt patet ex geſtis ei⁹) oībus temporalibus optime vtebatur. Sed mundani illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.

§. VII. SEPTIMO NON EST TImēdū amittere tēporalia: qa nociua. Quis em̄ eſt ille qui timeat amittere q̄ ſibi nocēt? Certe nullus. immo optat talia ab eo remoueri. Sed tpalia plurimum nocumenti inferunt aīę & corpori. Nā vt dr̄ Eccl̄s. v. Diuitiæ cōgregatę in malū dn̄i ſui. De multis quotidie audimus ꝙ occidunt̄ violenter a ſeruis ſuis vel ſubditis ſuis: vt haberent diuitias eorū vel dn̄ium. Tales ſemp manent in timore q nō parū cruciat eos ne talia amittant. vn̄ Diony. tyrannus Siciliæ cū quidā amic⁹ ſu⁹ laudaret eum de diuitijs & potentia beatum dicendo. Ille voluit per exemplū oſtendere ei infœlicitatem ſuam ex continuo timore ſuo. Inuitauit em̄ illum ad prandendū ſecum: & ordinauit ꝙ ſupra caput eius vbi reſidere habebat in cōuiuio amicus ille: gladi⁹ acutiſſim⁹ pēderet filo æneo ſubtiliſſimo. qui nō videret̄ ligat⁹ ex ſolario affixo. Cūq; ille loco prædicto in cōuiuio locat⁹ fuiſſet ex iuſſione tyranni & gladiū aſpexiſſet pendentē ſupra eum. æpulis varijs & exquiſitis appoſitis: vix ille cibū ſumebat cū maxima anxietate: timēs ne momento ad momētū gladius caput eius impeteret. Videbātur q; ei mille anni vt cōuiuium ita ſolēne finiret̄ vt piculū euaderet: inde recedēs. Finito itaq; conuiuio ſurgentibus illis e menſa: tyrann⁹ interrogauit quare ita triſtis & anxius & non lętus fuerat in æpulatione tam ſolenni. Aſſignauit ille cauſam. ſ. timorem caſus gladij & ſuę inde mortis. Qui dixit. Tu ita timuiſti vnius gladij periculū: quantum ergo ego timere debeo: qui habeo nō vnū: ſed multos gladios ſupra me: quomō ergo me dicis btm̄: qui dego in tanta anxietate timoris? Et cū multa iſte tyrannus egiſſet ad vitandum pericula amiſſionis tpaliū: vt de nullo conſideret: tādē ea amiſit & ad inopiam deuenit. Vltra mala & afflictionē hui⁹ vitæ in tpalibus tandē deducunt ad pœnas ęternas ꝓpter abuſum eorū vnde Iaco. v. Agite nunc diuites: vlulate i miſerijs quæ aduenerūt vobis, diuitiæ vr̄æ putrefactæ ſūt. & cętera q̄ ibi habes. Et Lu. vj. Ve vobis diuitibus q hic habetis conſolationem veſtram. Ve importat damnationem ęternā ſm beatū Hiero. Illic g̈ trepidauerunt timore mūdano vbi nō erat timor. Et ꝙ tpalia iſta noceant aīæ & corpi oſtēdit. b. Amb. di. Oēs cupidi: oēs auari: Giezi leprā cum diuitijs ſuis poſſident: & male q̄ſita mercede: nō tā p̄rimonij facultatem q; theſaurū criminū congregauerūt æterno cruciatu & breui fructu. hæc ille. j. q. j. cum ordinaret̄. Nocuerūt bona tpalia diuiti æpuloni quo ad aīam poſt mortē. Nā qa dimiſit fratribus ſuis q eis abutebant̄ augebat̄ ex hoc ei pœna in inferno tamq; occaſionē prębenti vitijs illorum. & propterea petebat ſaltem ad fratres ſuos mitti Lazarum vt eos admoneret abſtinere a vitijs & malo vſu tpaliū. Non quia compateretur perditioni eoꝝ: ſed ſibijpſi ne augeret̄ pœna. illic ergo trepidauerunt mūdani timore vbi nō erat timor. i. iuſta cauſa timoris: ſed ſeruandū eſt qd̄ Tobias admonuit filiū ſuū dicēs. Noli timere fili mi. ſ. timore iſto mundano. Pauperē quidē vitam gerim⁹: ſed multa bona habebimus ſi timuerimus deū. ſ. timore qui eſt donū ſpūſſancti & abſtinuerimus ab omni peccato & fecerim⁹ bene. Tob. iiij.

De dionyſio tyrāno.

¶ De timore carnali. Capitulum. III.

SECVNDVS TIMOR DICItur hūanus ſeu carnalis quo ſcilicet qs ita timet incōmoda carnis vel etiā mortē ip̄am: ꝙ deū offendit mortalr̄ cōtra aliqd̄ p̄ceptiū faciēdo vl̄ venialiter p̄ter p̄cepta agēdo. Cōtra quē ait ſaluator Mat. x. Nolite timere eos q occidūt corp⁹: & poſt hæc nō hn̄t amplius qd faciant? q. d. aīam lædere non pn̄t. Et rationē aſſignat. b. Aug. quare eſt repellēdus iſte timor dicēs. Timendo mortem carnis tuæ dabis mortē aīæ tuæ. Quāta eſt vita cōfiteri chriſtū tanta mors eſt negare xp̄m. xj. q. iij. nō ſolū. Negat̄ aūt chriſt⁹ nō ſolū verbis negādo fidē Chriſti vl̄ ſe eſſe chriſtianū. ſicut fecit Petrus cū timore mortis negauit ſe eſſe Chriſti diſcipulū. Mat. xxvj. ſed etiā factis. ſm illud apl̄i ad Titū. j. c. Cōfitent̄ ſe noſſe deū factis aūt negāt. ſ. male operādo. Sicut fecit Aaron q populo Iſrael poſtulāti vt faceret ei deos q præcederēt eos & quos adorarēt. timens ne denegādo occiderēt eū ſicut Hur collegā ſuū ſputis occiderant: qa eos arguebat de tāta ſtultitia (vt dicūt Hebræi.) acquieuit eis: anulos aurīū q̄s ei ad hoc obtulerant in ignem proijciens liquefaciendos: vn̄ ope diaboli ſubito format⁹ eſt vitulus: aureus quē adorauerūt. Exo. xxxij. Certe timor iſte hūan⁹ mortale in eo fuit vt oñdit Grā. de pœ. diſt. ij. §. opponit̄. De iſto timore carnali pōt intelligi illd̄ Pſ̄. liiij. Formido mortis cecidit ſuper me. timor et tremor venerūt ſuper me. & contexerūt me tenebrę. Formido mortis eſt p̄cipuis: qa vt dicit philoſophus. Mors eſt vltimum terribiliū timor ab intra q̄ ad alias pœnas & īfirmitates corpales tremor ab extra in mēbris q manifeſtat interiorem. Et iſta ſunt pctm̄ qn̄ veniūt ſup hoīem. vn̄ dicit ſup me. hō autem eſt hō p rationē. Qn̄ igit̄ tantus eſt vt ſit ſup hoīem. i. dn̄et̄ rōni: tunc eſt mortale: & inde tenebrę. pctōꝝ ɔtegūt hoīem & obſcurant. Sed ſeptē rationibus abijciēdus eſt iſte timor carnalis quo vt pœna carnis euitetur male agitur.

Timere carni ſuę quid ſit.

§.I. PRIMO PROPTER DEI VOluntatem cui nos debem⁹ cōformare: nec ei poſſum⁹ reſiſtere. Viuo ego (ait dn̄s p Eſa.) qa cōſiliū meū ſtabit: & oīs voluntas mea fiet. Fit volūtas dei ſp: vel de nobis ſine merito noſtro & vtilitate. cū. ſ. nō cōcordam⁹ cū bn̄placito ſuo. A nobis. & cū merito noſtro qn̄ cōformamus nos cum ea. Sed mors & vita a dn̄o deo. inqt. Sapiēs Eccſi. xj. c. id eſt de volūtate & operatiōe ei⁹. Ego occidā (ait ipſe Deute. xxxij.) & ego viuere faciā: pcutiā. ſ. infirmitate: & ego ſanabo & non eſt q de manu mea poſſit eruere. Et ſicut terminus eſt p̄fixus a dei volūtate de vita & morte hoīs. ſm illud beati Iob. xiiij. Cōſtituiſti terminos ei⁹ q p̄te. non pote. ita & de ſanitate & infirmitate. Nec diabolus qui habet maximā ptātem ſupra corpa inferiora: potuit graui vlcere ip̄m pcutere Iob niſi licētiat⁹ a dn̄o: quinimo nec in gregē porcorū intrare & vexare: niſi de volūtate dn̄i: vt habet̄ Mat. viij. Timere ergo mortē vel alia affligētia corp⁹ vt p hoc qs deum offendat eſt agere cōtra volūtatē dei q̄ſctiſſima & iuſtiſſima eſt. vn̄ Cypria. Quā p̄poſterū q; q; ꝑuerſum eſt: vt cum dei volūtatē fieri poſtulemus. ſ. in orōne dn̄ica. cū euocat nos de hoc ſęculo & accerſit. nō ſtatim volūtatis ei⁹ imperio pareamus. obnitimur & reluctamur & puicaciū more ſuorū an̄ ɔſpectū dn̄i cū triſtitia & mœrore pducimur exeuntes hinc neceſſitatis vinculo nō volūtatis obſeqo. & volum⁹ ab eo præmijs cœleſtib⁹ honorari ad quē venimus inuiti. xiij. q. ij. q; p̄poſterū. Propter iſtū ergo timorē tenebrę cōtexerūt nos: qa multa mala fiūt ad iſta euadēda. Sed vt ait Petrus in. j. cano. c. iij. Si qd patimini ꝓpter iuſtitiā beati. Timorem autem eorum. ſ. qui inferunt vobis moleſtias ne timueritis: ſed ſanctificate deum in cordibus veſtris.

Septē rōnes q̄re timor carnalis eſt abijciendus

§.II. SECVNDO TIMOR HVMAnus & carnalis eſt abijciēd⁹ ꝓpter dei fidelē largitatē. ꝓmittit em̄ largā remunerationē ſuſtinētibus cōſtāter afflictiones carnis: & mortem ipſam propter eū. Qui em̄ odit aīam ſuā in hoc mūdo (ait ipſe) in vitā æternā cuſtodit eam. Io. xij. Odit aūt qs aīam ſuā in hoc mūdo. i. ſm vitā mundialē & criminalē q carnē affligit nec cruciatus abhoret: & mortem non timet. vt propterea vitanda a virtute recedat: & iſte puenit ad vitā æternā & glorioſam. Expectamus (ait

apl̃s ad Phil.iij.c.)ſaluatorẽ dñm noſtrum Ieſum chriſtum qui reformabit corpus hũilitatis noſtræ.i.deiectũ afflictũ & hũiliatũ: corpi claritatis ſuæ.i.corpi ſuo glorioſo. Nec deficere põt a ꝓmiſſiõe.qa vt ait Pſ̃.cxliiij.Fidelis deus.i. verax in oĩbus verbis ſuis:ſoluẽs & implens ꝓculdubio q̃ ꝓmiſit & multo largius et abũdantius q̃ꝫ meruimꝰ.Non ẽm ſunt condignę paſſiones huiꝰ tpis ad futurã gloriam q̃ reuelabit in nobis.ad Ro.viij.Sup quo verbo ait Aug. in ſermone.Fremat mũdus:ſęuiat mũdus:coruſcet armis:increpet linguis:quid faciet ad hoc qđ accæpturi ſumus:q.d.nihil eſt oĩs cruciatus corporis reſpectu futurę gloriæ.Hac cõſideratiõe ꝓmotus vnus ex ſeptem fratribus cũ matre ſub Antiocho paſſis:ne legẽ dei etiam in minimis cærimonijs trãſgrederent̃ linguã poſtulatus vt ei abſcinderet̃ aiebat. E cœlo iſta poſſideo.& nunc hæc ipſa.ſ.membra propter dei leges deſpicio:qa ab eo ipſa me recæpturum ſpero. Sed et mater eorum iam ſex filijs coram ea membra intruncatis: timens de ſeptimo adhuc ſuperſtite et adoleſcentiori: non de morte corporis ſed animæ:ad tolerãtiam mortis animauit dicens.Peto nate vt aſpicias ad cœlũ & ad terram & ad omnia q̃ in eis ſunt:& intelligas:qa ex nihilo fecit ea deꝰ & hoĩm genꝰ:& ita fiet vt nõ timeas carnificẽ iſtũ:ſed dignꝰ tuis fratribꝰ effectꝰ te in illa miſeratiõe recipiãt.ij.Machab. vij. Sic & inuictꝰ martyr Chriſti Vincentius cũ torq̃ret̃ & grauiora adhuc ei comminarẽtur tormenta:ad Datianum tyrãnum aiebat.O venenoſa diaboli lingua:tormẽta tua non timeo.ſed hoc ſolũ valde metuam:quo te fingis mihi velle miſereri.ſ.parcendo & a tormentis ceſſando ſi ſacrificauero dijs tuis.Nolo gloriam meam minuas minuendo aliquid de ſupplicijs.Ita & Moyſes.inquit apl̃s ad Heb.xi. magis elegit affligi cum populo dei:q̃ꝫ temporalis peccati habere iocũditatẽ.aſpiciebat ẽm in remunerationem.Fide reliquit Egyptum non veritus animoſitatem regis.in uiſibilem enim tanq̃ꝫ videns ſuſtinuit.Non ergo timendum.

Q꞉ pœ-nę tem-porales nõ ſunt timen-dæ.

## §.III. TERTIO EST TIMOR CARnalis abijciẽdus ob euitandã dei ſeueritatẽ.

Ex dictamine rõnis naturalis eſt illud Eſopi.Ferre minora volo ne grauiora ferã.Potius qs eligit vna die in carcere affligi q̃ꝫ per annũ.potius amiſſionẽ rerũ q̃ꝫ vitę.magis abſciſſionẽ manus q̃ꝫ capitis.vñ & manum parat ad vitandum percuſſionem capitis.Cũ aũt diuina iuſtitia nullũ malũ ꝑmittat impunitũ:& ſine cõparatiõe in futuro etiã in purgatorio nedũ in inferno qs acerbiꝰ affligat̃ etiã ꝓ venialibꝰ q̃ꝫ quacũq̃ꝫ in p̃ſenti vita pœna corpali.Eſt ẽm(inqt btũs Aug.)ille ignis purgatorij miro mõ grauis.excellit enim oẽm pœnã quã hic aliqs paſſus eſt.de pœ.di.vij.nullus expectet. Ideo nõ eſt timẽdũ:ſed eligendũ & optandum corpus hic affligi ꝑ ieiunia:vigilias:peregrinatiões:infirmitates & cruciatꝰ q̃ꝫ illic reſeruare: vel deũ ꝓpter timorẽ hmõi offẽdere.Qui timet pruinã:veniet ſup eũ nix.vt dr̃ Iob.vj.id eſt q timet pœnas tpales:& ꝓpter hoc abſtinet a bonis operibꝰ pœnalibus:incidet in futuras q̃ grauiores ſunt.Et vt dicit Apoca.xviij.Quantum ſe glorificauit & in delicijs.ſ. corporis fuit:tãtũ date ei tormẽtũ & luctũ.Ecõtra nõ iudicabit deus bis in idipſum in tribulatione.Naũ.j.ẜm aliam tranſlationem.ꝓ quo nr̃a(q̃ eſt Hiero.)dicit.Non conſurget duplex tribulatio.i.q hic affligetur patienter ferẽdo:& ſe ad deum in paſſionibus cõuertẽdo:non affliget̃ in alia vita hic ſufficiẽter punitus.Vñ.b.Hiero.ſup dicta auctoritate.Si vobis deus rigidus:crudelis & cruẽtus videt̃:qa genus humanũ diluuio deleuit.Sodomitas igne & ſulphure.Egyptios mari ſubmerſerit:filios Iſrael ꝓſtrauerit in deſerto ſcitote igitur ad preſens reddidiſſe ſupplicia ne in æternum perirent xxiij.q.v.qđ ergo.Qđ intelligit̃ de illis q inter flagella ipa cõpũcti ſunt & ad pniam reuerſi.Nõ ergo timẽdæ ſunt pœnæ corpis tpales q̃ breues & tenues ſunt reſpectiue:ſed ęternales.Et hoc eſt qđ dñs noſter iubebat attẽdere dicẽs.Mat. x.Timete eũ q põt aĩam & corpus in gehẽnã ꝑdere.

Exem-plum.

Narratur in li.de.vij.donis.q̃ꝫ cũ paterfamilias iaceret mortuꝰ dũ ei pararent̃ exeqæ circa mediã noctẽ ſurgẽs terruit oẽs qui aderãt:& vadẽs ad eccleſiã gratias deo egit de ſui reſuſcitatione:reuerſuſq̃ꝫ domũ omnia bona ſua in tres partes diuiſit:vnam vxori:aliam filijs:tertiam pauperibus diſtribuit. Et ad eremum pergens cellam iuxta fluuium aquæ gelidæ conſtruxit.Et cum frigus erat:veſtitus in illum fluuium ſe iactabat:& vſq̃ꝫ quaſi ad vitæ extrema moram ibi trahẽs egreſſus in aquã calidiſſimã introibat:ſic frequẽtiſſime ꝑ hunc & alios modos ſe crucians.Et cũ ab alijs ſuper his argueretur de indiſcretiõe & ſuipſius occiſione:reſpõdebat. Si aſpexiſſetis q̃ ego vidi:maiora hoꝝ faceretis.Dixit enim q̃ꝫ egreſſus de corpore ſpũs ductus fuit a quodã viro lucido:ſcilicet ãgelo in vallẽ maxię lõgitudinis & latitudinis Cuius vnũ latus erat plenũ flãmis feruẽtibus:aliud plenũ gelu & grandine furẽtibus.Eratq̃ꝫ vtrumq̃ꝫ latus plenum aĩabus trãſeuntibus de flãma ignis ad frigus intenſum.Ad qđ facit illud Iob.xxiiij.Tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimiũ.Poſtea duxit eũ per tenebras dẽſiſſimas:viditq̃ꝫ globos ignium de baratro aſcendẽtium animaſq̃ꝫ in de aſcẽdentes & reincidentes in modum fauillarum:& fetorẽ ſenſit inde exhalãtẽ intolerabilẽ:fletum audiuit & eiulatũ incõparabilem:& teterrimos dęmones forcipes & fuſcinulas igneas habẽtes & eũ capere voluerũt & in ignẽ illũ proijcere.Sed ille lucidus qui eũ duxerat dęmonibus imperauit ne eum contingerent:qa dñs mãdauerat eum ad corpus reduci.vt ſi vellet pœnitẽtiã ageret de peccatis. ſin aũt ẽ ad illa loca deueniret.Reuerſus ergo ad corpus quia recolo que vidi.nõ timeo iſtas pœnas corporeas vt euadam æternas.Simile factum narrat venerabilis Beda in geſtis Anglorum.li.v.c.xiij.Et illũ virũ vocat Drũgellinũ:& refert hoc accidiſſe. Anno dñi ſexingenteſimo primo.

## §. IIII. QVARTO TIMOR HVmanus eſt euitandus ꝓpter carnis hoſtilem contra pietatẽ debilitandã.

Non timet quis illud vnde hoſtis debilitatur eius:ſed vnde fortificat̃.Caro autẽ eſt hoſtis aĩæ. ẜm illud Gal.v.Caro cõcupiſcit aduerſus ſpm̃.adeo vt eũ ad mortem æternam inducat:ꝓpter qđ idẽ apl̃s ait ad Ro.vij. Video aliã legem in membris meis repugnantem legi mẽtis meę et captiuũ me ducentẽ &c.Infœlix ego homo qs me liberabit de corpore mortis huiꝰ.i.de corpore cuius cõcupiſcẽtia q̃ eſt lex mẽbrorũ ſenſualitas inclinans ad delectabilia & horrens grauia:& per hoc debellãs cõtra rationem q̃ eſt lex mẽtis querit eã ſuffocare.Et ad idem dicebat propheta Michæas.vij.capi.Inimici hominis domeſtici eius. Hi ſunt domeſtici noſtri quinq̃ꝫ ſenſus ſignati ẜm Chryſ. per quinq̃ꝫ fratres diuitis epulonis ſecum cruciandos in inferno.Quãto autẽ ſunt magis domeſtici:tanto ſunt periculoſiores.Nulla ẽm peior peſtis ad nocẽdum q̃ꝫ familiaris inimicus.inqt Boe.de cõſo.ph̃ię.Hinc & btũs Amb.in li.de pnia.tractãs illud Pſ̃.cxxxvj.Quõ cantabimus cãticũ dñi in terra aliena:dicit.Si caro menti impugnat:nec ſubdita eſt animi gubernaculo & mentis imperio:aliena terra eſt: q̃ niſi domat̃ cultoris exercitio:fructus non poteſt charitatis pniæ & pacis afferre.Hæc ille.Et ſic impedit caro aliena.i.repugnãs mẽti:q̃ꝫ nõ apte et læte cantetur canticũ dñi. i.fiãt bona opera.de pœ.di.iij.in ſalicibus.Obſeruandũ aũt qđ ibi ſubdit btũs Amb. videlicet.ſane cũ caro repugnat mẽs ad deũ ſemꝑ debet eſſe intẽta:vt ſcilicet timore eiꝰ abijciatur timor carnalis.Cũ igit̃ caro affligit̃ et torquetur inimicus noſter debilitat̃.ꝓpterea dicebat apl̃s.ij.Coꝝ.ij. Cũ ẽm infirmor tũc fortior ſum & potẽs.ſ.ſpũ.Qđ etiã cõfirmat btũs Amb.dicẽs.Qđ nocet corpori iuuat ſpm̃.de pœ. di.i.põt fieri.

Hæc intelligẽs qdã ſanctus abbas vt legitur in lib.de.vij.donis.Cũ lumẽ oculoꝝ amiſiſſet.ait.Grãs ago deo meo q me vindicauit de aduerſario meo.ſcilicet de corpore q ſolebat mihi tot mala inferre ꝑ iſtos duos ꝓditores & raptores oculos meos.Dicit̃ ẽm Threñ.iij.Oculus meus deprædatus eſt animã meã.De beato etiã Frãciſco legitur. q̃ꝫ cũ in oratione maneret vidit cateruas dæmonum ſuper domum diſcurrentes cum ſtrepitu tanq̃ꝫ ei nocere volẽtes. Qui concitus exiẽs & crucis ſignum ſibi imprimens dixit. Ex parte omnipotẽtis dei vobis dico dęmones:vt qcquid vobis permiſſum eſt faciatis in meo corpore:oĩa ẽm libẽter ſuſtinebo:qa dũ maiorem inimicũ non habeam corpore: vindicabitis me de aduerſario meo dũ in ipſo vice mea exercebitis vltionẽ.qui cõfuſi diſparuerũt.Ex quo igit̃ per infirmitates & afflictiones corporis debilitatur ipſum qđ eſt inimicus noſter & per mortem occiditur:non eſt timendum carnaliter vt per hoc deuietur a bono.

Exẽplũ.

## §.V. QVINTO TIMOR CARNAlis eſt refrænãdus ꝓpter ỽitatem clariꝰ intuendã.

Sũma hoĩs fœlicitas ꝯſiſtit ĩ actu ſupremæ potẽtiæ

Ph̃s in li. Ethi.poſuit ſummã hoĩs fœlicitatẽ cõſiſtere in actu ſupremæ potẽtiæ quæ eſt intellectꝰ erga nobiliſſimũ obiectũ qđ eſt deꝰ.i.in ſpeculãdo ſummã ỽitatẽ.Sed corpus ad hoc impedit.Nã oĩs nr̃a cognitio ortum habet a ſenſu ẜm philoſophum.& ideo intelligi nõ põt deꝰ ab aĩa in corpore mortali exñte in ſua pura & nuda eẽntia:dũ vtit̃ ſenſibus corporeis:qa quicqd intelligit per modũ rei corporalis ĩtelligit. Sed ſpũs eſt deus:vt dicitur Ioãnis.iiij. non corpus vel res materialis.Et ideo impedit corpus aĩam a ꝑfecta cognitiõe Et hoc eſt qđ dr̃ Sap̃.ix.Corpꝰ qđ corrũpit̃ aggrauat aĩam. & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitãtem. & difficile æſtimamus quæ in terra ſunt & q̃ in proſpectu ſunt cum labore inuenimꝰ.q̃ aũt in cœlis ſunt:qs inueſtigabit.Et hic Plotinꝰ ph̃s vt refert Augu.de ciui. dei. dicebat fugiendũ eſſe ad clariſſimã patriã ibiq̃ꝫ patere omnia.

Mors nõ ẽ ti-menda.

Et Cicero lib.de ſenectute.Mors non eſt lugenda quam immortalitas aĩæ ſequitur.Meditatũ debet eſſe ab adoleſcentia: vt mortem negligamus ſine qua meditatione tranquillo animo nemo eſſe põt:cũ certiſſimũ ſit moriendũ & quo tẽpore incertũ dũ in his corporis cõpaginibus incluſi ſumus munere quodã neceſſitatis & graui opere perfungimur. Eſt ẽm animꝰ cœleſtis & altiſſimo domicilio depreſſus:& quaſi demerſus in terram.locũ diuinæ naturæ æternitatiq̃ꝫ ꝯtrariũ. Hæc ille.Apl̃s etiã notitiã q̃ habet̃ hic de diuinis aſſimilat cognitioni paruuli q̃ eſt impꝑfectiſſima. Dicit ẽm.i.Corint. xiij.Cũ eſſem paruulus cogitabã vt paruulus: loquebar vt paruulus:& ſapiebam vt paruulus.cũ autẽ factus ſum vir: euacuaui q̃ erant paruuli.Nõ ergo timenda eſt mors vt per hoc deſeratur virtus quæ ducit ad ꝑfectiſſimã cognitionem & fœlicitatẽ.Sed & in vita præſenti afflictiões corporis reſtringũt animũ vt acutior ſit ad intelligendũ veritatẽ. Eſa. xxviij.Vexatio dabit intellectũ.&.b.Gregor.Oculos quos culpa claudit pœna aperit.In cuiꝰ etiã figurã habetur Tob. xj.q̃ꝫ fel piſcis poſitum ſuper oculos eius aperti ſunt ei oculi:quia ſcilicet amaritudo afflictionis corporalis reducit hominem ad cognitionem & illuminationẽ.Et de Platone legit̃ q̃ꝫ ſcholas tenebat in locis peſtilẽtibus & aſperis. vt ex hoc ſcholares eſſent magis in ſeipſis recollecti ad percipiendum veritatem doctrinæ.& non diſtraherentur in ima ex loco amœno.Manaſſes rex Iuda impijſſimꝰ nõ ſe recognouit & ſua ſcelera niſi flagellatus & corpore captiuatus. iiij. Reg.vl.Remouendus eſt ergo timor iſte.

Timere carni non de-bemus exẽplo chriſti.

## §.VI. SEXTO TIMOR HVMANVS eſt cõtẽnendus ꝓpter Chriſti cõformitatem aſſequendam.

Magna eſt gl̃ia ſequi regẽ factorẽ ſuũ.i.imitari. Rex autẽ & creator noſter eſt dei filius.Ipe autẽ nõ ita timuit afflictiões corporis.q̃ꝫ ꝓpter hoc ſe abſtraheret a duriſſima paſſione & morte ignominioſa vt nos a morte liberaret.Quinimmo a planta pedis vſq̃ꝫ ad verticẽ non fuit in eo ſanitas.Non fuit in eo aliquod membrũ qđ in paſſione ſua pœna caret. Qđ autẽ Ioſeph nutritius eius reuerſus de Egypto cum paruulo Ieſu & matre eius timuit ire in Iudæam vbi regnabat Archelaus filius Herodis vt dr̃ Mat.ij.ne.ſ. occiderẽt pueꝝ ſicut quæſiuerat pater eius.Et q̃ꝫ etiam non volebat ipſe homo factus & prædicator in Iudæam ambulare:quia q̃rebãt eũ Iudæi interficere:nõ hoc ideo fecit quaſi nollet mortem ſubire:ſed qa nõdũ venerat hora paſſionis eiꝰ prudenter euitans occaſiones augmenti malignitatis eorum. Quia ergo non decet ſub capite ſpinoſo mẽbrũ fieri delicatũ:nõ timẽdæ ſunt & fugiendæ:ſed appetendæ afflictiões corporis vt cõformemur capiti noſtro.Dicit ẽm apoſtolꝰ ad Rom. viij. Quos deus præſciuit hos & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui.Hoc igit̃ exẽplo vt ſcuto circũdabit te veritas eius non timebis a timore nocturno. ait Pſ̃.xc.Timor nocturnus eſt timor afflictionis corporalis. Nox enim ſignificat aduerſitatem.ſicut dies ꝓſperitatem. Sed ỽitas dei ſ.dei filius exẽplo ſuo vt ſcuto protegit nos.vt nulla ex parte virtutẽ deſeramus propter timorem afflictionis.

Timor carnal' tollit li-bertatẽ.

## §.VII. SEPTIMO TIMOR HVMAnus eſt cõtẽnẽdus:quia tollit mẽtis libertatẽ.

Non bene pro toto libertas venditur auro.Sed vt dicit Iulius Celſus. Terror hoĩbus cõſilium mẽteq̃ꝫ eripit & mẽbra debilitat. Nec eſt ꝯtra qđ ph̃s dicit in lib.Ethi.q̃ꝫ timor facit hoĩes conſiliatiuos:qa hoc intelligit̃ qñ eſt ratione regulatꝰ:qa timendo mala q̃ poſſunt occurrere:ĩducit timor & ſolicitat ad cogitandũ quõ poſſit obuiari rõnabil̃r.Sic & Moyſes audiẽs q̃ꝫ nota facta erat occiſio facta Egyptij per eũ:timens Pharaonẽ ſeceſſit in Madiã:q tamen nõ timuit quando oportuit Pharaonẽ increpare:ſed timor humanꝰ quo.ſ.timetur ꝑſecutio cruciatus corporis mors ipa & hmõi tollit libertatem mẽtis cũ qs agit cõtra id qđ dictat vel dictare debet ratio vt mala illa euitet.Hic timor inducit ad incãtationes:& ſuperſtitiones multas vt ſanet̃ corpus cũ dãnatione aĩæ.xxvj.q. vij.non obſeruetis.Hic timor peruertit iudicia. Dicit enim btũs Greg.xj.q.iij.quatuor.Quatuor modis humanum ꝑuertitur iudiciũ.ſ.amore:timore:cupiditate:& odio. Hic timor tollit libertatem increpationis prælatoꝝ quoad tyrãnos ꝯtra quos dr̃ Io.x.Mercennarius & qui nõ eſt paſtor vidit lupũ venientẽ & fugit:& lupꝰ rapit & diſꝑgit oues.Mercennarius dicit̃ prælatus qui non habet curã de ſalute ouiũ. ſed de lana & lacte.Lupꝰ veniẽs.i.tyrannꝰ vel hæreticꝰ vl' rapiens iura eccl'iæ fuit mercẽnariꝰ dũ tacet p̃latus nec talibus reſiſtit:vt fecit Thomas Cantuariẽ.non timens mortem ſi comminatam & tandem illatam.Et beatus Ambr.non acquieſcens imperatori in dãdo ei vnã eccleſiã pro Arrianis hæreticis:vt patet.xxiij.q.viij.conuenior:ꝓhibẽs Theodoſiũ ab ingreſſu eccleſiæ ꝓpter homicidia ꝓcurata.vt.ij. q̃ſt. iij.cũ apud Theſſalonicã.Et ex hmõi timore carnali p̃latoꝝ multa mala ſequuntur in eis & ouibus.Hinc btũs Gregoriꝰ in paſto.Sæpe rectores improuidi humanam gratiam amittere formidantes:loqui libere recta pertimeſcũt:& iuxta veritatis vocem non iam gregis cuſtodiæ paſtorũ ſtudio: ſed mercennariorum vice deſeruiunt &c.diſtin.xliij. ſit rector. Hinc & Nicolaus papa ait diſt.ea.diſpenſatio.Diſpenſatio cœleſtis ſeminis nobis cõmiſſa eſt:ve ſi tacuerimus.ve ſi nõ ſparſerimus.Quod cũ vas electionis formidet & clamet:q̃to magis cuilibet exiguo metuendum eſt.Non ergo timendum ne dicatur. Illic trepidauerunt timore &c.

¶De timore naturali. Caplm.IIII.

# TERTIVS EST TIMOR NAtural'.

Cõuenictiꝰ primo debet poni.tũ qa cõior eſt.nõ ſolũ oĩbus hoĩbus ineſt:ſed etiã in brutis Nã paſſiões ſunt ſubiti motꝰ excitati ĩ pte ſenſitiua:quã habemꝰ cõem cũ irrationabilibus:ſed ꝑfectior eſt qđ etiã patet ad ſenſum.Nã fit eis cõminatio verbeꝝ & huiuſmodi vt timẽtes fugiant.

qd ſint paſſio-nes.

Tũ etiã qa in alijs motꝰ ſpeccie bus reperit̃ virtus vel vitiũ in actuali:ſed non in tali motu naturali cũ nõ excedit limites ſuos.Paſſionibus ẽm nec laudabiles nec vituperabiles ſumus ẜm phm̃ in li. Ethi. Et ratio eſt:qa nõ ſunt in nr̃a ptãte:ſed præueniũt iudiciũ rationis ſubito.Et ideo nec eis meremur vl' demeremur. De hoc timore poteſt intelligi illud Ps.ij.Seruite domino in timore & exultate ei cũ tremore.quẽ timorem naturalem habeatis vt alias paſſiones nec vitare poteſtis vt tales motus non ſuſtineatis quæ mala menti occurrunt vt parata. ita tamen timeatis vt dño ſeruiatis:nec ꝓpter vitanda illa mala a dño & eiꝰ obediẽtia recedatis:& ita trematis in aduerſis q̃ꝫ rõne exultetis in dño.Vel ſic ita ſeruiatis dño timendo eius punitionẽ ne ſit ſeruilis talis timor:vt ꝓpter euitãdã ſolũ punitionẽ ſeruiatis ei:ſed exultate.i.amore & cũ gaudio bona ꝓpter eum faciatis cum tremore reuerẽtiæ.Et qa ſaluator noſter ſumpſit naturã noſtrã humanã cũ oĩbus ꝓprietatibus eius naturalibꝰ q̃ defectũ nõ ĩportãt:ideo & ipe timorẽ habuit naturalẽ.ẜm illđ Mat.xxvj. Cœpit Ieſus tædere & pauere & mœſtus eſſe.

Timor in xp̃o fuit & ĩ nobis alr̃ & aliter

In hoc tñ differentia fuit inter ipſum & nos:qa cũ paſſio timoris vel alia exurgit in nobis fortiter obumbrat aliquantulũ lumẽ rationis & obſcurat. quod in Chriſto nõ fuit:ſed ſemꝑ ratio ſereniſſima.In aĩabꝰ ſepatis dr̃ eſſe timor.ẜm illud Virgilij.Hinc metuũt cupiunt gaudentq̃ꝫ dolentq̃ꝫ.cũ tñ ſenſitiuam nõ habeãt:qa affixa eſt organis corporeis quibꝰ carẽt.non q̃ꝫ proprie ſint in eis ipſæ paſſiones cum alteratione vt hic:ſed ſunt motus volũtatis in eis ſimiles paſſiõibus modo ſuo.Diuerſæ autem & auerſæ opiniones fuerũt inter ſtoicos & peripateticos quorum princeps Ariſtoteles fuit.Nam ſtoici dicebant timorem & alias paſſiones non cadere in aĩo ſapientis: ſapientem vocantes virtuoſum.Peripatetici autẽ aſſerebãt eas vtiq̃ꝫ cadere in ſapientem ſed ab eis non deduci.i. non vinci neq̃ a vir

rute diſcedere.b.Aug.aũt li.ix.de ci.dei.c.iiij.dicit ꝙ iſta cõtrarietas erat magis verbalis q̃ realis.Nã ꝙ Stoici dicebant nõ cadere timorẽ & alias paſſiones in aĩo virtuoſi.nõ intelligebant de primis motibus paſſionũ:ſed de dñio earũ ſup rationẽ.i.ꝙ vincuntur a paſſionibus.Et ꝙ Peripatetici dicerent cadere eas in mentẽ virtuoſi:non intelligebãt de dñio earũ in mente:ſed de primis motibus earꝫ:proprius tamen loquebant̃ peripatetici.Et ꝙ ſic intelligerẽt ſtoici ponit.b.

Exẽplũ

Aug.exẽplũ cuiuſdã philoſophi ſtoici. Qui cũ aliis plib⁹ p mare nauigaret tẽpeſtate valida exorta & piculoſa.phũs ille totus expalluit ex timore periculũ cernens. Cũq; ceſſaſſet tempeſtas mox vt ſecuritas pbuit colloquẽdi vel garriendi locũ:quidam ex illis quos nauis illa portabat diues & luxurioſus cœpit illudere phm̃ illum ſtoicũ eo ꝙ extimuiſſet & palluiſſet in ea tempeſtate cum ipſe diues manſiſſet intrepidus.At ille Ariſtippi Socratici riſum retulit.Qui cũ in re ſimili eadẽ verba ab hoĩe ſimili audiſſet.rñdit illũ merito p anima nequiſſimi nebulonis nõ fuiſſe ſollicitũ:ſe autem p Ariſtippi aĩa timere debuiſſe:illoq; depulſo.A. gelli⁹ q nauigabat cũ eis:quæſiuit ab ipo phõ de cauſa palloris cũ ſtoici aſſerãt timorẽ & alias paſſiones non cadere in aĩo ſapientis.Tũc phũs pdidit de ſarcinula ſua librum Epicteti Stoici in quo erant decreta zenonis & Chriſippi.qui fuerũt principes Stoicorum in quo habebatur non eſſe in poteſtate hominis phantaſias vtrũ & qñ veniant in animo:& ex terribilibus phantaſiis neceſſe eſt animũ moueri.ita vt pauliſper expaueſcat metu vel triſtitia ɔtrahat̃ tãq̃ his paſſiõibus puenientib⁹ rõnis officiũ:ſed non aſſentiri eis:hoc em̃ voluẽt eſſe in poteſtate noſtra ſcilicet aſſentire vel diſſentire ratiõi.Idq; eſſe differentiæ inter ſapientem & inſipientem.ꝙ ſapiẽs nõ cedit & aſſentit paſſionibus:ſed inſipiens.i. malus aſſentit: recedẽs ſcilicet a virtute per paſſionem timoris vel alˀs.Hæc beatus Auguſt.ix.lib.de ci.dei.c.iiij.

ꝙ phantaſiæ nõ ſunt in ptãte hoĩs.

**§.I. PONIT AVTEM DAMASCE**nus ſex ſpecies timoris.ſ.ſegnitiã:erubeſcẽtiã:verecundiam admirationẽ:ſtuporẽ:& agoniã.adde ſeptimã quæ eſt effectus exterior timoris & dr̃ tremor.Sufficientiã illarũ ſex ſpecierũ.i.quare tot ſunt aſſignat ſic.b.Tho.ſ.ij.q.xliij.Cum timor ſit de malo futuro qđ excedit poteſtatẽ timẽtis.vt ſcilicet reſiſtere nõ poſſit.Sicut bonũ hoĩs ita & malũ poteſt conſiderari:vel in operatione eius vel in rebus exterioribus.In operatione hoĩs põt malũ dupliciter timeri.Prĩo labor grauans naturam:& ſic cauſatur ſegnities:cũ.ſ.quis refugit operari ppter timorẽ excedẽtis laboris.Scđo turpitudo lædens opinionẽ:& ſic ſi turpitudo cauſat̃ in actu committendo ſic eſt erubeſcẽtia.ſi ſit de turpi iã facto:ſic eſt verecundia . Malum vero quod in exterioribus rebus conſiſtit triplici ratione põt excedere hoĩs facultatẽ ad reſiſtendũ ei pro ratiõe ſuæ magnitudinis cũ.ſ.aliquis ɔſiderat aliquod magnũ malum cui⁹ exitũ ɔſiderare nõ ſufficit:& ſic eſt admiratio.Secundo ratione turpis cõſuetudinis:qa.ſ.aliquod malum incõſuetũ noſtræ conſiderationi offertur:& ſic eſt magnum noſtra reputatione & hoc modo eſt ſtupor qui cauſat̃ ex inſolita imaginatiõe.Tertio rõne improuiſionis:qa.ſ.puideri non põt: & ſic futura infortunia timentur:& dicitur agonia.Tremor aũt eſt effectus timoris & ab eo cauſatur.Hui⁹ ratio eſt ſm.b. Tho.ſ.ij.q.xlij.qa in timore calor ab exterioribus ad interiora cõtrahitur.Remoto aũt ab exterioribus calore qui membra cõtinebat remanent mẽbra frigida.& propter hoc accidit in eis tremor.Tremor em̃ ex frigiditate cauſatur propter quod tremũt mẽbra ipſorꝫ timentiũ.Et primo tremit cor eo ꝙ in timore calor deſerit cor.Scđo tremit vox propter vicinitatem arteriæ vocalis ad cor. Tertio tremuit mandibula inferior propter continuitatẽ.Quarto ſequitur ſtrepitus dentiũ propter eandem rationẽ.Quinto brachia & man⁹ ppter connexionẽ ad pectus:vbi eſt cor.tum quia hæc mẽbra ſunt magis mobilia.ppter quod in timentibus genua tremunt. ſm illud Eſa.xxxv.Confortate manus diſſolutas: & genua debilia roborate.dicite puſillanimes confortamini & nolite timere.Ecce de⁹ veſter ipſe veniet & ſaluabit vos.Eſt etiã effectus timoris cõtractio virtutis naturalis ad interiora & inde coloris mutatio:vel in pallorem vel in ruborem: cum verecundatur quis.Sed declaratio horum vel multa alia de timore inquantum paſſio naturalis.habes plene.ſ.in.j.parte ti.vj.c.x.

Sufficiẽtia ſex ſpecierꝫ timoris

**§.II.DE ISTIS SEPTEM MODIS** timoris qui in ſe non ſunt pctm̃ quo ad primos motus: qa naturales:ſed quo ad ſecundos ſunt peccata vel merita ſm ꝙ in eis ratione negotiat̃ dirigẽdo eos in malũ vitij: vel in bonũ virtutis habet̃ in ſacra ſcriptura.Nã ab vltimo inchoando q eſt tremor dicit Eſa.xxxiij.Poſſedit tremor hypocritas & in pñti cũ deteguntur corꝫ fallaciæ:& in morte cõſciẽtia remordẽte:& in dãnatione inferni vbi dr̃ eſſe flet⁹ & ſtridor dentiũ.Mat.xiij.qui eſt effectus tremoris.In bonum dicitur de tremore per Eſaiam.Super quem requieſcit ſpiritus meus niſi ſuper humilẽ & quietũ trementẽ ſermones meos Et de Ioanne baptiſta canit̃ cum Chriſtum baptizauit. Baptiſta cõtremuit nec audet tãgere ſanctum dei verticem:ſed clamat cũ tremore.Sãctifica me ſaluator.De agonia dicitur Lu.xxij.de Chriſto.Factus in agonia.plixius orabat in qua ita ſenſitiua ei⁹ exterrita eſt timore mortis ſibi præſentatæ ꝙ factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.Sed rationi timorẽ illum ſubſtrauit dicens. Nõ qđ ego volo. ſ. ſm inſtinctũ naturalẽ & ſenſualem qui horrẽt mortẽ:ſed ſicut tu.Vñ & ſurgens ab oratione non fugit:ſed obuiã pceſſit pditori.Ad hanc agoniam veniens Suſanna vxor Ioachim.cũ duo illi ſenes inueterati dierum malorũ ſolicitabãt eã ad adulteriũ cũ eis perpetrãdũ: cõminando ei ſi non aſſentiret diffamationem & mortem.ait. Anguſtiæ mihi ſunt vndiq; & quid eligam ignoro. Si em̃ hoc egero mors.ſ.aĩæ mihi eſt.Si nõ egero nõ effugiã manus veſtras ſcilicet qa me accuſabitis.Et ſubito ĩ hac agonia poſita ſubſtrauit timorem infamiæ & mortis rationi dicens.Veruntamen melius mihi eſt abſq; opere.ſ. peccati incidere in manus veſtras q̃ꝫ delinquere in cõſpectu dei mei.Dañ.xiij. cap. Sicq; exclamauit ſuccurſum . Et licet illi ſenes incuſaſſent. de⁹ mirabilr̃ liberauit eã a morte vt ibi patet.In illa agonia poſitę aliæ mulieres quas prædicti ſenes incitabant ad malũ ſubmiſerũt rationẽ timori.ſ.aſſentiendo illis ne diffamarent & accuſarent eas timendo.Vñ eis dixit Daniel quando examinauit.Sic faciebatis filiabus Iſrael:& illæ timentes loquebantur vobiſcũ. ſ. aſſentientes concupiſcentiis veſtris. De ſtupore dr̃ de Iudæorꝫ pplõ vel aĩa peccatrice. Hiere. v. Stupor & mirabilia facta ſunt in te.i.ea quæ ſunt cauſa ſtuporis.ſ.in tua duritia ex accæptis bñficiis & impunitiõe de tuis maleficiis.Et prout in malum accipit̃.Eccl'es.vij.dr̃.Nõ ſapias plus q̃ꝫ neceſſe eſt:ne obſtupeſcas.i.non ita curioſe te habeas inueſtigando vt ex imaginatione inſolitorum deficias a veritate.& Iob.xij. Adducit dominus cõſiliarios in ſtultũ finem & iudices in ſtuporẽ vt neſciant prouidere. In bonum autẽ ſumitur Lucæ.v.vbi dicit̃ de Petro poſtq̃ꝫ cœpit vno iactu retiũ mltitudinẽ copioſam piſcium ita vt implerent̃ ambæ nauiculæ.Stupor circũdederat eũ ĩ captura piſcium.Et Chriſtus ei dixit.Noli timere &c.De admiratione dicitur.j.Ioã.iij.Nolite mirari ſi odit vos mundus.ita ſcilicet vt timore mundialiũ perſecutionum deficiatis a fide & Apoc.xvij.Ipſe Ioannes dicit ſe miratũ fuiſſe magna admiratione cum vidit illã mulierẽ ſedentem ſuper beſtiam coccineam habentem capita ſeptẽ & cornua decem Babylonẽ dictam quæ aſcenſura erat de abyſſo:& ibit in interitum & mirabantur omnes inhabitantes terram videntes beſtiam quæ erat & non eſt &c.Et de Pilato cum chriſtus ei non reſponderet ad ea quæ ſibi falſo obiiciebãtur a Iudæis.dicitur Matthæi.xxvij.ca.ꝙ mirabatur præſes de eius taciturnitate quaſi depræhendens innocentiam & patientiam eius & decernens dimittendum.Sed cum audiuit Iudæos dicentes. Si hunc dimittis non es amicus Cæſaris.Tunc magis timuit. Io.xix.Timuit em̃ diſplicere impatori terreno & propterea dedit iniquã ſñiam.De verecundia & erubeſcentia q̃ freqñter ſumuntur alterum pro altero:licet differant vt dictũ eſt. b.Amb.ait.Verecũdia ingenuos pdit natales. diſt. lxxxvj. conſideranda.Pſ.xliij.Tota die verecundia mea coram me eſt.ſ.de commiſſis peccatis.& Iob.Si erubui peccara mea in ɔſpectu populi ɔfiteri.qđ intelligẽdum eſt de his q̃ publica ſunt & ĩ iudicio dicẽda.Erubeſcẽtia quidẽ eſt timor de turpi cõmittẽdo.Verecundia de cõmiſſo vt dictum eſt . Cum igit̃ quis ita erubeſcit de aliquo bono opere faciendo timens irrideri vel minus reputari bon⁹ vel ſapiẽs vt ppter hoc bonũ ipſum

De agonia.

De ſtupore.

De admiratione.

De verecundia & erubeſcentia.



nũ ipſum dimittat vtiq; peccat.Sicut multi erubeſcunt videri facere ɔfeſſionẽ.Vel interrogare q̃ ignorãt & addiſcere vel prædicare vel rephendere cum debent vel dicere in cõfeſſione integre peccata turpia & hmõi.Cõtra quos dicitur Lu.ix.Qui me erubuerit & ſermones meos.hunc filius hominis erubeſcet corã angelis dei.Et.b.Aug.de pœ.di.v.c.j. Caueat peccator ne verecũdia ductus diuidat ɔfeſſionẽ . hoc em̃ eſt ad hypocriſim tẽdere & ſemp venia carere.Ecõtra de his qui non erubeſcunt peccare:dr̃ Hiere.iij.c.Frõs meretricis facta eſt tibi erubeſcere neſciſti.Et iterũ.Confeſſione nõ ſunt confuſi & erubeſcere neſcierũt.Hinc.b.Berñ.in ſermo. O nimia inſania hoĩm:pudet ſordes abſtergere : non pudet contrahere.pudet ablui.ſ.per confeſſionẽ & non pudet inquinare.Abſtergitur caliga:cõtẽnitur aĩa.Multũ autẽ valet verecũdia in ɔfeſſione ſi tñ habeat̃ principaliter reſpectus ad dei offenſam.& nõ tm̃ ad reſpectum perſonæ audientis. Vñ & quanto perſonæ ad cuius aſpectũ magis erubeſcit cõfitet̃:tãto maiorẽ ĩde fructũ cõſequit̃ ſeipm̃ vicẽdo ad totũ exprimendum.vnde.b.Aug.de pœni.di.v.c.j. ait. Quoniã erubeſcẽtia magna eſt pœna:fit dignus venia qui p chriſto erubeſcit.ſ.ɔfitẽdo peccata.De ſegnitie q̃ idẽ eſt quod pigritia ppter quã qs tardat vel ſe ſubtrahit ab opere bono:timẽdo laborẽ nimiũ:vel deficientiã in eo.& cõmuniter in defectũ vitij ſumitur.vñ & Mat.xxv.dr̃ de ſeruo malo & pigro qui talẽtũ ſibi cõmiſſum ad negotiandũ nõ expoſuit exercitio:timẽs ne illud perderet cõdemnatus fuit.nec accæpta ta eſt excuſatio eius cũ dixit.Ecce talentũ quod habui in ſudario repoſitũ.Timui em̃ te.qa hõ auſter⁹ es.ſ.ne illud amitterẽ illud exponẽdo.& tu exigere velles amiſſum . Contra hmõi ſegnitiẽ ſeu pigritiã multũ inuehit̃.Salo.in Prouerb. vt eſt illud Prouerb.vj.Vſq; quo piger dormis quando cõſurges a ſomno tuo?Et iterum dicit piger.leo eſt in via occidedus ſum & hmõi.Sancti tamẽ viri vtuntur in bonum iſta ſegnitie videlicet ſubtrahẽtes ſe ab aliquibus operibus etſi in ſe bonis:tamen periculoſis & diſtractiuis & honorẽ & laudẽ ɔtinẽtibus.timentes deficere in eis & deum offendere.Sicut.b.Greg.papa.Amb.Aug.Martin⁹.cum fuerunt vocati ad prælaturã & præſulatũ demum videntes ſe a dño vocari acquieuerunt.Exemplũ etiã a Moyſe cum dominus voluit eũ ad Pharaonem mittere & ſe excuſauit. Exodi .ij. Et in Hieremia cũ dñs miſit eũ ad prædicandũ ſe excuſauit. Hiere.j.timẽs ſm Greg.amittere ex hoc lucra contemplationis tandẽ vterq; obediuit.In malum autem vtuntur tali ſegnitie plati qñ ex timore ſe ſubtrahunt vel tardant debitã reprehenſionẽ.vnde beatus Aug.Cum eis per quos ecclĩa regitur adeſt pace ſalua poteſtas diſciplinæ aduerſus improbos & nefarios exercẽdę.tũc neq; ſecordia neq; ſegnitia dormiam⁹: ſed aculeis præcæptorꝫ q̃ ad ſeueritatem coertionis ptinẽt excitãdi ſumus.Nec patientiæ nomĩe torpeſcamus. nec obtẽtu diligentiæ ſæuiam⁹.Hæc ille.xxxiij.q.iiij.qdã.

de ſegnitie q̃ accipitur ĩ bonũ & in malũ

**§.III. NOTANDVM AVTEM QVOD** quis dicat̃ de iuſto Prouer.xxviij.Iuſtus quaſi leo confidit. Et de leone cui aſſimilatur iuſtus dicat̃ Prouer.xxx.Leo fortiſſimus beſtiarũ:ad nullius pauebit occurſum.Tamen ſm naturales & Iſido.ſeptem ſunt quæ leo naturaliter timet.ſ. Strepitũ rotarũ.Ignem.Quoddã aĩal qđ dicit̃ lazaim:a cuius ferocitate nulla beſtia põt eſſe tuta. Item quoddã aliud aĩal quod dicitur leõtophonus:de cuius carnibus comedẽs leo toxicat̃ a venatoribus & occidit̃ leo.vñ illud aĩal maxime odiunt leones:& ſi poſſunt ipm̃ inuenire occidunt:quia paruũ eſt:nec tñ inde guſtant. Quinto timet leo ingenia & artificia venatorũ:vt pedicas:chordas:& hmõi:& ideo cauda delet veſtigia ſua ne inueniant̃ viæ eius vbi ei parentur laquei.Sexto timet leo cuſtodis ſui flagella:cũ.ſ.eſt paruus. Ducit em̃ cuſtos ei⁹ ſecũ catulũ quẽ verberat etiã innoxium in præſentia leonis : vt diſcat timere.Septimũ quod timet leo eſt ſtrata publica . Ita & electi dei licet non timeant timore mundano:humano vel etiã ſeruili quæcũq; grauia vt a veritate recedant:timẽt tñ & timorẽ naturalem quæ eſt de malo futuro quo vt leo vtunt̃ & ɔuertunt in bonũ in ſeptẽ rebus.Primo timent ſtrepitũ rotarũ.Rota q̃ voluitur continue ex qua reuolutione id qđ eſt ſupra deſcendit ad ima & ecõuerſo:ſignificat dignitates:honores:& pſperitatem tpalẽ:q̃ appellãtur bona fortunæ q̃ ſunt in magna mutatione frequẽter.Nã de carcere & catenis interdũ qs egredit̃ ad regnũ:& alius in regno nat⁹ cõſumit̃ inopia:vt dicitur Eccl'ſ iiij.Vñ fortuna pingitur in forma rotæ:in qua vn⁹ eſt ſupra: alius infra.iuxta illud.Dat varias fortuna vices.& Boetius de phĩca cõſolatione.Hunc ludum continue ludimus ſumma imis:infima ſummis mutare gaudemus.Strepitus rotarum eſt tumultus & occultatio dignitatum . Electi igitur etſi leones fortitudine:tñ timent poni vel ſe reperiri in dignitatibus.tũ ppter periculũ incuriæ.vñ.b. Auguſt.de pſidẽte inqt.Timore corã deo ſubſtrat⁹ ſit pedib⁹ veſtris diſciplinã libẽs habeat:metuendus imponat . Et q̃uis vtrumq; ſit neceſſariũ.ſ.amari & timeri prælatũ a ſubditis:tñ amari magis a vobis appetat q̃ꝫ timeri:ſemp cogitans deo ſe pro vobis redditurũ eſſe rationẽ.Et quanto in loco ſuperiori:tãto in periculo maiori verſatur.hæc ille.Ecce vnde habet timere.Vñ & Saul cũ nõ eſſet melior in Iſrael:& ſciret ſe eligendũ in regẽ:ex dei reuelatiõe nõ cõparuit:ſed ſe in domo abſcondit.j.Reg.x.Timẽt etiã ſancti dignitates & proſperitatem habere:ne forte deus velit eos hic de bonis operibus remunerare.Secũdo timent ignem purgatorij & inferni:licet nõ timore ſeruili:vt.ſ.propter hoc principaliter caueãt a malis.In multis em̃ cognoſcũt ſe offendiſſe vel mortaliter vel ſaltem venialiter.De leuibus autem culpis dicit beatus Gre.ante diẽ iudicij purgationis credẽdus eſt ignis. diſt. xxv.qualis.De quo apl'ſ.j.Corꝫ.iij.Si quis ſuperædificauerit ſuper hoc fundamentũ.ſ.fidei viuæ:lignum:fœnum:ſtipulã:ipſe ſaluus erit.ſic quaſi per ignẽ.ſ.tranſiens purgatorij hic nõ purgatus.De mortalibus dicit beatus Augu.Si qs aliqđ horũ in ſe dñari cognouerit.ſi ſe hic nõ emẽdauerit: æterna illũ flamma cruciabit.diſt.ea.§.al'ſ.Et q̃uis electi dei multũ doleant & pœnitentiam egerint de ɔmiſſis : ignorãt tñ ſi vnq̃ dolor cõtritionis fuit in eis.ppter qđ dr̃ Eccl'i. v. De ppitiatu peccatorꝫ noli eſſe ſine metu. Et in vitis patrũ legitur ꝙ interrogatus Macharius quare erat ita ſicc⁹ & macilentus qñ comedebat ſicut qñ ieiunabãt.Reſpondit p exẽplũ dicens.Sicut ligna q̃ verſant̃ & reuerſant̃ in igne paulatim conſumunt̃:ita qui mentẽ ſæpe retinet in timore dñi recogitando.ſ.ignẽ futurũ.ɔſumit̃.Tertiũ qđ timet leo eſt lazaim aĩal ferociſſimũ:ante quod nulla via eſt tuta. qđ ſignificat chriſtum:quem etiam iuſtiſſim⁹ timet:quia Iudex venturus in particulari iudicare animã:& demũ in vniuerſali iudicio oẽs.ad Heb.x.c.Horrendũ eſt incidere in man⁹ dei viuentis.ppter quod timens Dauid quẽ dñs ſm cor ſuũ elegerat :orabat dicens.Nõ intres in iudiciũ cum ſeruo tuo dñe:quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuẽs. Ego(ait Hiero.)quoties diem illũ conſidero:totus contremiſco.Et in ſequentia canit eccleſia.Quantus tremor eſt futurus.ſ.omnibus.qñ iudex eſt venturus cũcta ſtricte diſcuſſurus.Et beatus Greg. Neſcimus quis in terribili dei iudicio qualis futurus ſit.Nan multa ſunt quæ de illius iudicio homines ignorant:quia fortaſſis quos vos laudatis ille reprehendet:& quos vos reprehenditis ille laudabit.xi.q̃ſt. j. ſacerdotib⁹.Quartũ qđ timẽt iuſti eſt peccatũ & ſignificat̃ p aĩal qđ intoxicat.Aĩal irrõnale eſt:qa ſine rõne fit pctm̃ . & vt dr̃ in li.Sap.xvj.Per malitiã homo occidit aĩam ſuã. Veniale autẽ ad mortale diſponit.vñ & Eccl'i.xxj. Quaſi a facie colubri fuge pctm̃.qa em̃ timet homo ne coluber intoxicet eũ & occidat:ideo fugit ante eũ.Ita & iuſtus homo timet & vitat ea vbi poteſt eẽ pctm̃.Propter quod dicit Gre. ꝙ bonarꝫ mẽtiũ eſt ibi culpã agnoſcere.i.timere vbi culpa nõ eſt.di.vj.ad eius.Et beat⁹ vir qui ſemper eſt pauidus , q vero mentis eſt duræ.i.nõ timẽs pericula peccatorum corruet in malũ.inquit Salomon Prouerb.xxviij.Ego(ait Hieron.)oĩa tuta timeo.Et pcipue cũ cernũt electi dei viros famoſos in ſanctitate ruere:magis timent ſibiipſis.vt Dauid: Salomonẽ:Ezechiam:Moyſen:& Aarõ:Iudã:Saulem:Origenem:Heraclium imperatorem & hmõi.Horum caſus(vt ait btũs Greg.in moral'.)vtilitate non modica electorum puectib⁹ ſeruit:qa illorũ lapſum dũ cõſpiciũt de ſuo ſtatu cõtremiſcũt.diſcũt em̃ in ſupni adiutorij ptectione confidere:dũ plæroſq; cõſpiciunt de ſuis virib⁹ cecidiſſe.de pœni. diſt.ij.qui ſeduci.Quinto timet leo inſidias venatorum: vt laq̃os & hmõi.Sic iuſti laq̃os tentationũ ne ſub ſpecie boni decipiãt eos.vñ dr̃ Eccl'i.ij.Fili accedẽs ad ſeruitutem dei ſta in iuſtitia & timore:& præpara animam tuam ad tenta-

Iuſt⁹ cõparatur leoni p pter ſeptẽ quæ timet.

infra. c. vj.§.j.

tionē.Hiero.contra Iouinianū.Edificemus aurum & argentum & lapides precioſos.i.opera perfectionis varia:& tētare nō audebit quēq̄ & in hoc certe nō ſit ſecura poſſeſſio.Sedet quippe leo.i.diabolus in inſidijs & in occultis vt interficiat innocentē.de pœ.di.ij.ſi em̄.Nec eſt cōtra quod ait. Pš.xxvj.Dn̄s illuminatio mea & ſalus mea quē timebo. quaſi di.nullū.Dn̄s ꝓtector &c.Si conſiſtant aduerſum me caſtra &c.hoc em̄ intelligit̃ cōiūctim.dū.ſ.quis illuminat̃ & ꝓtegit̃ a grā dn̄i.Sed qa liberū arbitriū eſt vertibile ad malum & poteſt ſe a deo auertere.ideo ait apl's ad Rom̄.xj.ca. Noli altū ſapere:ſed time: Timent inſuper ſancti viri:præcipue rectores & doctores eccleſiarum infirmitati ſpirituali:ꝓximorū vel ſubditorū:ne deficiant in tentationibus vl' tribulationibus a via veritatis.vn̄ apl's ad Gal'.iiij.Dies obſeruatis & mēſes & annos:timeo ne forte fruſtra laborauerim in vobis.Sexto timet iuſtus cōminationes quas facit in ſcripturis deus cōtra malos:vl' etiam cum videt & innocentes grauiter affligi ex leuibꝰ cauſis.ſicut Thobiā & Iob & martyres ſanctos.Ioān̄e baptiſtā ad ſaltum puellæ decapitari. Petrum & Paulum principes apoſtolorum Neroniano gladio occidi & hmōi. Septimum eſt ſtrata publica.ſ.mortis. Oēs em̄ morimur & ſicut aqua dilabimur q̄ non reuertitur ij.Reg.xiiij.Vn̄ cum quis moritur dr̃ viam vniuerſæ carnis ingreſſus.Et ſic eſt ſtrata publica.Eſt autem mors ſm̄ phm̄ vltimū terribiliū.quam etiam naturaliter ſancti timēt.Vn̄ & Paulus qui deſiderabat diſſolui & eſſe cum chriſto:ne nimis timeret: petijt a Plautilla diſcipula cum duceretur ad locum decapitationis velum capitis:quo oculos tegeret:cū ictū ferientis exciperet & accepit.Et per talem pœnā timoris ſancti viri ſi quid reſtat purgandum emundātur. Vnde in vitis fratrum.Cum quidam deuotus frater fama ſanctitatis celebris in morte multum timorē & horrorē oſtendiſſet:propter qd' aliqui dubitabant de pœnæ vel gloriæ retributione ipſius.Poſt mortē apparens cuidā ſuo familiari in habitu ſplendido inſinuās ſe in gloria eſſe:interrogauit eū quare tantū terrorem oſtendit in fine.Qui reſpōdit. Neſcis ſcriptū eſſe.ſ.Iob penul.Territi purgabuntur. Aliquando etiā ad roborandū animū & conſolandū.contra hunc timorē deus cōſolationē immittit per angelorū apparitionē vel

Exēplū

aliū modū.Legitur in vitis patrū ꝙ cum quidā ſanctꝰ vir deſideraret videre quō anima iuſti egrederetur de corpore fuit ſibi per hunc modū oſtenſum.Cū ſemel trāſiret ꝑ quādā plateā vidit quendā peregrinū iacentē infirmū ad extrema deductū:& ab oībus derelictū.Sed angelos de cœlo deſcendentes ad eū conſolandū.ſicut & de paupere Lazaro legitur in euangelio.Michael autem a dextris eius erat & Gabriel a ſiniſtris qui rogabāt aīam vt ex dei præcæpto de corpore egrederet̃.Quæ timebat corpus relinquere & rogauit angelos vt pro ſe dominum interpellarēt adhuc manere in corpore vt melius deo ſeruiret.Michael autē dicebat ad Gabrielem.Accipe huius aīam vt egrediamur hinc.Qui reſpōdit.Iuſſi ſumus vt ſine dolore & violentia eam educamus. Quærebant ergo a dn̄o quid agendū eis pro ſuaui egreſſione ipſius.Tunc miſit dn̄s Dauid cū cythara ſua ſeu pſalterio & cantoribus patriæ cœleſtis.Ad cuius pulſum & cātū ſuauiſſimum anima ſubito exiliuit a corpore:& cū gaudio in cœlum eſt recæpta.

## §.IIII. NOTANDVM QVOD IN DIA

Timiditas vn̄ oritur.

bolo & mēbris eius eſt intimiditas erga deū procedēs ex ſuperbia.ſicut in Chriſto & mēbris eius.ſ.electis eſt timor dn̄i ex humilitate procedens & ad ipſam tendēs.Et hoc pulchre & diffuſe oſtendit Greg.in.xxxiiij.moral'.tractās illud Iob penul.Factus eſt vt nullum timeret. Omne ſublime videt. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.De Chriſto autem dr̃ Eſa.xi.Replebit eū ſpiritus timoris domini.qui ait Mat. xi.Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde. & Mat.x. Ita vobis dico hunc timere.ſ.deū non mundū. Dicit ergo beatꝰ Gre.vbi.š.ſic.Per naturā factus eſt Leuiathan vt conditorem ſuū caſte timere debuiſſet.timore.ſ.ſobrio & ſecuro:nō timore quem foras charitas mittit:ſed timore qui in æternū permanet:quē charitas generat.Aliter em̄ timet cōiugē vxor amans.Aliter timet dn̄m ancilla peccans. Sic ergo iſte fuerat cōditus vt timeret auctorē ſuū & amans timeret & timens amaret.Sed ſua prauitate talis factus eſt vt nullum timeret.Ei em̄ a quo conditus erat ſubeſſe deſpexit.Ita em̄ deus ſuper oīa eſt:vt ipſe ſub nullo ſit. Leuiathan ergo iſte eius celſitudinē videns prauam libertatem appetijt vt præeſſet cæteris & nulli ſubeſſet dicens.Aſcēdam ſuper altitudinē nubiū & ſimilis ero altiſſimo.cuius eoipſo ſimilitudinē perdidit quo ei eſſe ſimilē ſuperbiæ in culmīe optauit.Celſus itaq; vere eſſet ſi participatiōe veræ celſitudinis contētus fuiſſet.ſed dū priuatā celſitudinē ſuperbe appetijt iure perdidit participatā.Relicto em̄ eo cui debuit inhærere principio:ſuum ſibi appetijt quodammodo eſſe principiū. relicto eo qui vere ſibi ſufficere poterat ſi ſibi ſufficere poſſe iudicaret.Nam quē exaltabat libera ſeruitus deiecit captiua libertas:qua libertate nunc vt nullū timeat effrænatur. Sed ipā grauiter effrænatione reſtringitur.Superno em̄ iudice omnia præordināte vinxit illum libertas quam appetijt quia nunc oīno non timens oībus pœnis ſubiacet.q̄ elemētis quoq; ſupereſſe poterat.ſi vnū quē debuit timere voluiſſet.vnū vtiq; timēs oīa poſſideret.q̄ nūc vnū nō timēs oīa ꝑdidit.Factꝰ eſt ergo vt nullū timeret.nullū.ſ.qa nec deū. Sed hoc qd' paſſurꝰ eſt metuit.cui vtiq; fœliciꝰ eſſet timēdo vitare ſupplicia q̄ non timēdo pati. Et qa iuſ q̄ſitæ ꝓtātis nō obtinuit:quaſi quoddā ſupbiæ ſuæ remediū inſaniā inſenſibilitatis inuenit.Cuiꝰ adhuc ſupbia ſtudioſe deſcribit̃ cum ſubdit̃.Omne ſublime videt.i.oīnes quaſi infra ſe poſitos de ſublimi reſpicit:qa dū ꝑ intentionē contra auctorē nititur æſtimare ſibi quemlibet ſimilē dedignat̃. Qd' apte etiā mēbris eius congruit:qa oēs iniqui per timorem cordis elati.oēs quos cernūt ſuperbiæ faſtu deſpiciunt.Et ſi qn̄ foris venerant̃:intus tn̄ in ſecreto cordis vbi apud ſe ſua putatione magni ſunt:oīm ſibi vitam meritumq; poſtponunt. Cōtra quos ꝑ ꝓphetā dr̃.Ve qui ſapientes eſtis in oculis veſtris:& coram vobiſmetipſis prudētes.& īfra.Hoc autem ꝓpriū electorū eſt ꝙ ſe ſemper ſentiunt infra q̄ ſunt.Vn̄ Salomon ad ſapientiam paruulos vocat dicēs. Si quis paruulus eſt veniat ad me.Et chriſtus Mat.xi.Confitebor tibi dn̄e pater cœli & terræ:qa abſcondiſti hæc a ſapientibꝰ & prudentibus & reuelaſti ea paruulis:& apl's ad Phil'.ij. Superiores ſibijnuicem arbitrantes.Sed hanc humilitatis formā reprobi:quia Leuiathan huiuſmodi membra ſunt vel agnoſcere vel tenere contemnunt. Quibus ſæpe accidit vt ſi quando vnum quodlibet bonū vel minimū agant a malis omnibꝰ ſuis reſpectū mentis mox auertant:atq; hoc vltimum bonū quod fecerint ſemper bona intentione inſpiciāt.& ex eo q̄ſi ſe aſpiciūt obliti malorꝫ oīm q̄ commiſerūt.ſicut euenire ecōtrario electis ſolet.vt cū multarū virtutū grā polleant. vnū eos vel tenue vitiū nimis fatigans pulſet quatenꝰ dū ex quadam parte ſeſe confirmari cōſiderant.de his viribus in quibus p̄ualet ſe nō extollant:dūq; de infirmitate timēt hoc quoq; vbi fortes ſunt humilius ſeruant.Oē igitur ſublime Leuiathā videt:qa nō ſolū ꝑ ſe:ſed ꝑ corda quæ cœperit q̄ſi de ſublimi oēs inferiꝰ deſpicit.Dr̃ aūt dæmō ꝑ beſtiam ſignatus ſublime videre:qa cordis ſupbia dū foris quæ ad corpus oñditur priꝰ ꝑ oculos indicat̃.Vt aūt Leuiathā in oībus q̄ dicta ſunt caderet ſola ſe ſupbia prætulit.Et ideo ſubdit̃.Ipſe eſt rex ſuper oēs filios ſuperbiæ. Neq; em̄ ꝑ tot ramos illo vitio areſceret niſi ꝑ hāc ī radice putruiſſet.Scriptū eſt em̄.Initiū oīs pc̄ti ſupbia.alia qppe vitia eas ſolūmodo

De effectu ſupbiæ.

virtutes impetūt qbus ipā deſtruunt̃.vt ira patientiam:gaſtrimargia abſtinentiā:libido ꝯtinentiā expugnat. Supbia autē quā vitiorū radicē diximꝰ:nō vniꝰ virtutis extinctiōe cōtēta ꝯtra oīa mēbra aīæ ſe erigit.& quaſi generalis & peſtifer morbꝰ corrūpit oē corpus:vt qcqd illa inuidente agitur etiā ſi eēt virtꝰ oſtēditur.nō ꝑ hoc deo ſed vanæ gloriæ ſeruiat̃.Quiſqs in ſe eiꝰ tyrannidam captiua mēte ſuſcæperit hoc primū dānū patit̃.quo clauſo mētis oculo iudicij æquitatem perdit.Nā oīa quæ ab alijs vel bene geruntur diſplicēt & ſola ei quæ vel praue egerit placēt.Semper aliena opera deſpicit.Semper miratur quod agit.& quicqd egerit egiſſe ſe ſingulariter credit.Et ad tantā elationē mēs ducitur aliqn̄ vt in eo qd' tumet interius ꝑ locutionis oſtenſionem effrænat̃.Exēplū ponit Nabuchodonoſor cū ait.Nonne hæc eſt Babylō magna quā ego ædificaui &c.Dan̄.iiij.Sed ſciendū ꝙ ipſa ſupbia quā timor dn̄i humilians mentem ꝓſternit aliter rebꝰ infimis & terrenis tentat:aliter ſummis & cœleſtibus virtutibus.Et aliter p̄poſitos:aliter tentat ſubditos

prælato



prælato em̄ in cogitatione ſuggerit:quia ſolo vitæ merito ſuper cæteros excreuerit;& ſi qn̄ ab eo aliqn̄ bene acta ſunt aliqua.hæc importune eius aio obijcit.Et cū hæc deo ſingulariter placuiſſe inſinuat.quo facile ſuggeſta perſuadeat.ipā ad teſtimoniū poteſtatis traditæ retributionē vocat dicens. Quia niſi omnipotens deus te meliorem his omnibus cerneret:oēs hos ſub tuo regimine nō dediſſet:eiuſq; mentē mox erigit:& viles inutiles eoſq; q ſibi ſunt ſubiecti oſtendit. At cōtra cū ſubiectorū corda ſuperbia inſtigat hoc ſummopere agere nititur vt ſua acta conſiderare ſunditꝰ negligant:& ſemp tacitis cogitatiōibꝰ rectoris ſui iudices fiāt.Et dū in eo quod reprehendere importune reſpiciunt:in ſe quod corrigant atrocius nunq; vident.Vn̄ & tanto atrocius pereunt: quanto a ſe oculos auertunt.Equidem peccatores ſe aſſerūt nec tn̄ tm̄ vt tam noxiæ in regimine perſonæ traderent̃.Et dum eius actus deſpiciunt & ipā p̄cæpta cōtemnunt ad tātam inſaniam deuoluūtur:vt deū res humanas curare non æſtiment.quia ei q̄ quaſi iure rephendit̃:eſſe ſe commiſſos dolent.Sicq; cū cōtra rectorē ſuperbiunt.etiam contra domini iudicia tument..Et dū paſtoris vitā dijudicāt:ipſiꝰ q̄q; ſapientiā oīa diſponētis impugnāt. Sæpe autē rectoris ſui dictis proterue obuiant:& tandē vocis ſuperbiā libertatem vocant.Nā ſicut quidā reticēt ex metu:& tamen ſe tacere ex humilitate putant.ita & quidam loquuntur per impatientiam elationis.ſed loqui tamē credunt per libertatē rectitudinis. Et infra de conditionibus malis & effectibus ſuperbiæ ait.Soli ruinæ creſcit quod ædificant qui ante molā fabricæ humilitatis fundamenta non procurāt.ad quā.ſ.incitat timor.Quod oſtēdimus ab intimis ſi paucis in exterioribus prodamus.Omnibus em̄ apud ſe ſuperba cogitatione tumentibus ineſt clamor in locutione:amaritudo in ſilentio:diſſolutio in lætitia:furor in mœrore:ihoneſtas in actu: honeſtas in imagine:erectio in inceſſu:rancor in reſpōſiōe. Horum mens ſemper eſt ad irrogandas cōtumelias valida: ad patiendū infirma. Ad obediēdum pigra:ad laceſſendos alios importuna.Ad ea quæ agere debet & præualet torpida:ad ea quæ agere nō debet nec præualet parata. Nec in eo quod ſponte non cupit:nullis admonitionibꝰ flectitur.Ad hoc autē qd' clā cupit quærit vt cogatur:quia dū timet ex voto ſuo vileſcere optat vim ſua voluntate pati.Et īfra de

ſ.p.ij.t. iij.c.ij.

remedijs ſuperbiæ.Qui de rebus tēporalibꝰ ſuperbiūt audiant illud Eſa.xl.Oīs caro fœnū & oīs gloria eius quaſi flos agri.Audiant qui ſuperbiunt de ſpūalibꝰ qd' dicit̃ de faciētibus miracula.Mat.vij.Neſcio vos.Diſcedite a me operarij iniquitatis.Audiāt q ſupbiūt de p̄latione.Rectorē te poſuerunt nolli extolli:ſed eſto ſicut vnꝰ ex illis:& illud Luc. xvj.Recordare qa recæpiſti bona in vita tua.Audiāt ſubditi ſuperbiētes cōtra ſuos p̄latos.Obedite p̄poſitis veſtris & ſubiacete eis &c.& illud.Non eſt contra nos murmur iſtud ſed contra dn̄m.Et illud apl̄i Ro.xiij. Qui poteſtati reſiſtit: dei ordinationi reſiſtit.Audiant ſimul oēs.Deꝰ ſuperbis reſiſtit:humilibus autē dat gratiā ſuam.Et alibi dicitur Eccl̄i. x.Quid ſuperbis terra & cinis.Contra hmōi languoris peſtē audiamus oēs qd' dn̄s dicit.Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde.Ad hoc em̄ inuiſibilis dei filiꝰ nō ſolū viſibilis:ſed etiā deſpectus apparuit.ad hoc ꝯtumelias irriſiōes & paſſionū cruciatus tolerauit:vt ſuperbū non eſſe hoīem

De hūilitate.

doceret humilis deus.Quāta ergo humilitatis virtus eſt ꝓpter quā ſolā veraciter edocendā is qui ſine exterminatone magnꝰ eſt vſq; ad paſſionē factus eſt paruus:quia em̄ ortum noſtræ ꝑditionis ſē p̄buit diabolus inſtrumentū redēptiōis noſtræ inuenta eſt humilitas dei.Hoſtis em̄ noſter inter oīa conditus: videri ſe ſup oīa voluit elatus:redemptor noſter magnus manēs ſup oīa:fieri inter oīa dignatus eſt paruus. Sed magis elatiōis rē detegimus & fundamēta humilitatis aperimꝰ ſi breuiter dicamꝰ quid mortis auctor:qd vitæ ꝯditor dicat.Ille ait.In cœlū cōſcendā.Iſte ꝑ ꝓphetā inquit.Repleta eſt malis aīa mea:& vita mea in inferno appropinquauit.Ille dicit.Sup aſtra dei exaltabo ſolium meū.Iſte ait humano generi a paradiſo expulſo.Ecce venio & habitabo in medio tui.Ille dicit.Sedebo in monte teſtamenti in lateribus aquilonis.Iſte ait.Ego ſum vermis & non hō.Ille dicit Aſcendā ſup altitudinē nubiū:ſilis ero altiſſimo. Iſte cū in forma dei eſſet nō rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo ſed ſemetipm̄ exinaniuit formā ſerui accipiēs.Ille ꝑ mēbra ſua dicit.Neſcio dn̄m & Iſrl' non dimittā.Iſte ꝑ ſe ait.Si dixero qa nō noui eū:ero ſilis vobis mēdax:ſed ſcio eū & ſermonē eius ſeruo.Ille dicit.Mea ſunt flumina & ego feci ea. Iſte ꝟo.Nō poſſum ego a me facere qcq̄. Ille omnia regna oſtēdit dicens.Tibi dabo hęc oīa:& qa mihi tradita ſunt & cui voluero do illa.Iſte dicit.Sedere ad dexterā vel ſiniſtrā non eſt meum dare vobis &c.Ille.Eritis ſicut dij. Iſte dicit. Non eſt veſtrum noſſe tēpora vel momenta &c.Ille ꝑ mēbra ſua dicit.Nullū pratū ſit qd' nō ꝑtrāſeat luxuria noſtra &c.Iſte aūt mēbris ſuis p̄nūtiat dicēs. Plorabitis & flebitis vos &c.Ille nil aliud mētes ſibi ſubditas docet q̄ celſitudinis culmen appetere:oīa æqualia mentis tumore tranſcendere.Iſte ad ſputa palmas:colaphos:ſpineam coronam:lanceam ad crucem & mortē veniēs membra ſua monet dicēs: Si quis mihi miniſtrat me ſequatur.Quia igitur mētes dn̄s regit humiliū:& Leuiathan rex dr̃ ſupborū:apte ſcimus qa aptū ſignū reproborꝫ ſupbia eſt:ecōtrario humilitas electorū.Cū ergo quā qſq; hr̃e cognoſcit̃.ſ.ſuperbiā vel humilitatē ſub quo rege militet inuenit̃. Qui igit̃ ſub rege hūilatis militāt ſp̄ pauidi & vndiq; circūſpecti ꝯtra iacula elationis pugnāt.Hæc oīa Greg.in fine.xxxiiij.moral'.Ex qbus patet quō iuſti timore vtant̃ in bonum,reprobi in malum.

¶De timore ſeruili. Caplm̄.V.

Timor ſeruilis quare dicitur.

QVARTVM TIMORIS GEnus dr̃ ſeruilis: ex eo ꝙ habēs talē timorē eſt ſimilis ſeruo.Seruus em̄ cōmuniter facit quod ſibi præcipit dn̄s:& cauet ſibi facere qd' ei diſpliceat:qa timet ne rephendat̃:ne verberet̃:nō autē ex amore quo ſibi illud placeat.Eſt ergo talis timor in illis qui cauēt ſibi a peccatis vel bona aliqua faciunt:ne ſcilicet illa mala faciēdo vel bona omittendo incidant in pœnas infernales: quas audierūt aliquādo vel legerūt eē grauiſſimas. vel etiā ne talia mala faciendo quæ leges puniūt,illas pœnas a iudicibus illatas ſuſtinere cogant̃.vn̄ dicit Iſid.ī li.Etymol'.Factæ ſunt aūt leges:vt earū metu hūana coerceat̃ audacia & tuta ſit inter reprobos innocentia:& in ipſis impijs formidato ſupplicio refrænet̃ audacia:& nocendi cupiditas:al's facultas:in decre.di.iiij.factæ. Innumēra em̄ homicidia:furta:

Timor ſeruilis bonꝰ eſt

& adulteria perpetrarent̃:niſi pœna mortis pro hmōi poſita hoīes retineret.Hic itaq; timor bonus eſt; quia abſtinere a malis vtiq; bonum eſt.Omne autē bonū a deo.vn̄ a ſpiritu ſancto ꝓcedit:ſed nō eſt cū ſpū ſancto.i.cū gratia:qa non diligit bonū ꝓpter ſe ex amore dei & ipſius iuſtitiæ. Vellet em̄ ſibi licere illd' facere:qd' & faceret niſi pœnā timeret ſuſtinere:& ideo nō eſt ꝟe bonꝰ.vn̄ Aug. Qui ex timore facit̃ p̄cæptū:etſi bonū eſt qd' facit:nō tn̄ ſicut debet facit:& poeta.Oderūt peccare mali formidine pœnæ.Et de hoc timore

Horatiꝰ

ſeruili ītelligit̃ illd'.i.Io.iiij.Timor nō eſt in charitate.ſ.ſeruilis:ſed ꝑfecta charitas foras mittit timorē.Eſt tamē perutilis:qa diſponit ad charitatem.hoc aūt notat.b.Aug.xxiij.q. vj.c.vlti.circa finē.Cū ꝑ timorē gehēnæ ꝯtinet ſe hō a pc̄tō fit ꝯſuetudo iuſtitiæ:& incipit qd' durū erat amari: & īcipit timor excludi a charitate & ſuccedit timor ſanctꝰ.hæc Aug. ſup pſalteriū.Et ideo vt dicit venerabilis Gratia.q.ca.§.vlti.qa humanæ naturæ eſt ea q̄ in diſſuetudinē ducuntur abhorrere:& ꝯſueta magna cuſtodia diligere.Ideo flagellis tribulationū mali ſunt cohibēdi a malo & ꝓuocādi ad bonū: vt dū timore pœnæ malum in diſſuetudinē ducitur abhorreat̃:& bonū ex ꝯſuetudine dulceſcat.Idē etiā beatus Augu. dicit ſup eplām bt̄i Ioānis.Sicut ſeta introducit filū:ita timor charitatē.Creſcit charitas:minuit̃ timor.de pœ.diſt.ij. ſicut ſeta.nota illud exēplū.Seta:i.ſitula q̄ cōiūgitur filo cū ſuit̃ coriū calceamenti p̄cedit filū:nec intraret niſi illa educta.Sed male filū intraret coriū niſi ſeta p̄cederet.vnde dicit b.Tho.ſup.iiij.ſen.ꝙ cōiter hoīes ex pc̄tis trahuntur ad pœnitentiā & virtutes ex iſto timore magis q̄ ex amore.Quāuis em̄ amor virtutis & dei de ſe magis deberet homines trahere ad bonū q̄ timor pœnæ:tn̄ quia peccatores habent guſtū aīæ infectū amore inordinato:ideo eis nō ſapiūt bona ſpūalia prout ſunt.ſ.diuina bonitas:virtutes & hmōi. Sed mala pœnalia experiūtur q̄tidie q̄ naturalr̃ horrēt oēs:ideo audiēdo & recogitādo pœnas grauiſſimas ad quas ꝑueniūt hoīes ꝓpter pc̄tā:& ſemp duraturas:cauent ſe ab illicitis ne illas incurrāt.Sume exēplū in infirmo fortiter febricitante:

quia em̄ guſtus ei⁹ eſt humore ſuꝑfluo īfect⁹: nō habet & nō ſentit ſuauē ſaporem cōfectionū pullorū: vini optimi ꝓ u vere ſunt: ſed ea quaſi horret & faſtidit. Sapiūt aūt ſibi & ea appetit quæ vitia ſunt & nociua. vt herbæ fruct⁹ aqua & huiuſmodi. Verum niſi vrgeat̃ nimia paſſione: abſtinet ſe ab his q̄ ſibi ſapiunt: ne creſcat infirmitas & mortem incurrat: & illa aſſumit q̄ ſibi ſunt grauia. Ne aūt victus paſſiōe capiat a ſe nociua: caute ꝓuidet̃ vt illa nociua ab oculis ei⁹ remoueant̃. Sic infirmis aīa pc̄tōrib⁹: qa eis nō ſapiūt diuina ꝓpter febrē inordinati amoris ad terrena. in ſermonibus ſæpe tp̄e ſuo ꝓponēdæ ſunt pœnæ infernales: vt vel ſic taliū

Timor ſeruilis vn̄ cauſatur.

timore a malis auertant̃. Vn̄ Eſa. xxvi. A timore tuo dn̄e ꝯcepimus & peperim⁹ ſp̄m ſalutis. Et hic timor cauſat̃ ex fide: licet informi ſm̄. b. Thom. ij. ij. Ex hoc em̄ ꝙ quis credit pœnas inferni & deū iuſtū inferentē tales pœnas pc̄tōribus timet illas & cauet ſibi. Sed qa iſte timor ſeruilis (vt dictū ē) non eſt in charitate: ideo nō ſufficit ad ſalutē: & ideo pœnitētes p̄cipue in īfirmitatib⁹ grauib⁹ oportet admonere ne ad pœnitendū & ꝯfitendū ꝓpter hm̄ōi p̄cipalr̄ moueant̃. nā inutilis eſſet ſibi talis pn̄ia. hoc exp̄ſſe dicit. b. Aug. de pœ. di. vij. c. vl. Nō in ſolo timore viuit hō: quē ergo ſero pœnitet oportet nō ſolū timere deū iudicē: ſed iuſtū diligere. Nō tm̄ pœnā timeat: ſed ēt anxiet̃ ꝓ glīa. Debet ei dolere de crimie & de oī p̄dicta varietate ei⁹: qa q̄uis de ei⁹ ſalute Aug. potuit dubitare. Credo vtiq꜄ illi q̄ dixit. In quacūq꜄ hora ingemuerit peccator & ꝯuerſus fuerit vita viuet. ſ. grāæ & glīæ poſtea. Cōuerſū dixit nō tm̄ ꝟſum viuere. Verſum q̄dē viuere puto: q̄ dolet de crimine. Cōuerſū q̄ dolet de oī ei⁹ quā ex poſuim⁹ varietate. Vertit̃ a pc̄tō q̄ iā vult dimittere pc̄tm̄. Cōuertit̃ q̄ tot⁹ & oīno vertit̃: q̄ iā nō pœnas timet: ſed ad bonū dn̄m feſtinat tēdere. Quæ ꝯuerſio ſi ꝯtigerit alicui etiā in fine deſperandū nō eſt de eius remiſſiōe. Sed quoniā vix vel raro eſt ꝯuerſio tā iuſta: timendū eſt de ſero pœnitente. Hæc ille. Cōfirmat hoc quoddā exēplū qd̄ narrat̃ in libr. de

Exēplū de q̄dā ſcholaſtico pariſienſi ſophiſtico.

vij. donis. Quidā ſcholaris Pariſi⁹ infirmat⁹ ad mortem cōfeſſus eſt cū multis lachrymis deuote ſuſcipiēs om̄ia ſacramēta ſm̄ humanū iudiciū. doctor autē eius frequēter viſitās eū in infirmitate rogauit eū vt ſi contingeret de hac luce migrare dn̄o ꝯcedēte: ſibi appareret ad reuelandū ſtatum ſuum qd̄ & ꝓmiſit. Eo igitur viā vniuerſæ carnis īgreſſo: poſt dies aliquot ei apparuit in lecto q̄eſcēti in chlamyde pergamenea plena ſophiſmatibus & igne foderata. Quem recognoſcēs & īterrogās de ſtatu ſuo. R̄ndit ſe fore dānatū. Cūq꜄ ille miraretur nimis: cām q̄rens cū ipſe cū tantis lachrymis pœnituiſſet in fine: & ſacramēta deuote ſuſcæpiſſet. R̄ndit ille. Pn̄ia mea & lachrymæ illæ nō fuerūt ex amore dei: & principalr̄ ꝓpter dei offenſam. Sed ꝓpter timorē inferni ne ad illū deputarer: & ideo mihi nō valuit. Inquirēs inſuper magr̄ cām illi⁹ chlamydis. R̄ndit ꝙ ſibi hoc ſuppliciū datū erat ꝓ ſupbia & īani glīa ſuoꝝ argumētoꝝ & diſputationū q̄ ita ſibi ponderabat acſi hēret turrim ſupra ſe. Foderatura ignis ſibi erat pōpa veſtiū. Cūq꜄ ille inquireret quō poſſet noſcere aliqualr̄ acerbitatē pœnæ grauiſſimæ quā aſſerebat ſe pati. Dixit ille. Aperi manū tuā & ſuper eam imponam vnā guttā ſudoris ex fronte mea egrediētis. Quod cū ille feciſſet & guttā paruā ſudoris immiſiſſet ꝑſenſit ille pœnā intoletabilē ad mortē quaſi inducentē. Tunc ille ſic ardeo clamans diſparuit. Ex qua viſiōe expoſita ſcholaribus reliq̄t ſcholas & ſæculum: & religionē īgreſſus deo ſeruiuit.

## §. I. CVM IGITVR TIMOR SERVILIS

De grauitate pœnæ īfernal.

q̄ reſpicit p̄cipalr̄ pœnā inferni vtilis ſit: quia facit hoīem a multis malis abſtinere: quanto oſtendit̃ pœna illa eſſe grauior & horribilior: tāto magis habet timeri & caueri. Et iō de grauitate ei⁹ videndū eſt. Infernū autē eſſe ſeu pœnā īferni quæ parata eſt malis hoīb⁹ poſt ſeparationē aīæ a corpore. q̄ pc̄tō originali cū quo oēs naſcimur actualia peccata & mortalia addiderūt in ꝑpetuū aīabus q̄dē eorū immediate egreſſis de corpore: corꝑib⁹ aūt ipīs poſt vltimā reſurrectione ſimul ab aīab⁹ eoꝝ reſumptis cruciādis articulus eſt fidei implicitus & ꝯprehēſus in vltimo ſymboli cū dr̄. vitā æternā. vn̄ dn̄s Ieſus Io. v. ait. Venit hora qn̄ oēs qui in monumētis ſunt audient vocē filij dei: & ꝓcedēt q̄ bona fecerūt in reſurrectionē vitæ. Qui vero mala egerūt in reſurrectionē iudicij. i. dānatiōis: de qua idē ait Mat. xxv. ſe reprobis dicturū per ſn̄iam. Diſcedite a me maledicti in ignē æternū q̄ parat⁹ eſt diabolo & angelis ei⁹. Athanaſi⁹. Hæc eſt fides catholica: quā niſi q̄ſq꜄ fidelr̄ firmiterq꜄ crediderit ſaluus eſſe non poterit. Sicut enim diuina iuſtitia q̄ reddit vnicuiq꜄ ſm̄ opa ſua: nullū bonū patit̃ irremuneratū fore: ita & nullum malū impunitū: & ſicut aīa nō peccat niſi in corpore exiſtēs nec corpus ſine aīa: ideo ſimul in vtroq꜄ punit̃. Et quia peccatū pri⁹ ꝯcipit̃ aīa q̄ corpore ꝑpetret̃: aīa ipā pri⁹ punit̃. ſ. īmediate poſt ſeparationē. In corꝑe aūt poſt reſurrectionē generalē. Et quia q̄titas pœnæ correſpondet quantitati ſeu grauitati culpæ: ſm̄ illd̄ Deut̃. xxv. Pro mēſura pc̄ti erit & plagarū mod⁹. Grauitas autē culpæ ſeu offenſæ attēdit̃ ex q̄litate ꝑſonæ offenſæ & ex volūtatis inordinatione & fixione. Quāto em̄ ꝑſona offenſa eſt dignior: tāto grauior eſt offenſio. Et qa de⁹ q̄ offendit̃ ꝑ qd̄libet pc̄tm̄ p̄cipue mortale: qa creatura ꝑ hoc auertit̃ a deo: eſt infinitæ dignitatis & bonū infinitū: meret̃ talē pœnā infinitā. Infinita autem eē non poteſt intenſiue: quia conſumeretur creatura: ſeruat̃ īfinitas in extenſione: qa. ſ. ſemꝑ durat talis pœna cū ſit æterna. Et qa etiā cū volūtate fixa in tali pc̄tō ꝑſeuerat vſq꜄ in fine vitæ & poſtea in ꝑpetuū: ideo & dū ꝑmanet culpa ſemꝑ durat & pœna. Vnde Grego. in lib. iiij. dial. Voluiſſent iniq̄ ſi potuiſſent: ſine fine viuere: vt potuiſſent ſine fine peccare. Oſtendunt hoc: quia ſemꝑ viuere in peccato cupiunt q̄ peccare nunq̄ deſinunt dum viuunt. Ad magnā ergo iuſtitiā ꝑtinet iudicātis vt nunq̄ careāt ſupplicio q̄ in hac vita nunq̄ voluerūt carere pc̄tō. de pœ. di. i. voluiſſent. ꝑ qd̄libet autē mortale niſi pœniteat hāc pœnā infernalem hō incurrit. Et hinc eſt qd̄ ait Iacob⁹ apl̄s in cañ. in epl̄a. ij. Quicūq꜄ totā legē ſeruauerit: offendat autē in vno, factus eſt omnium reus. Hoc exponit glo. ſuꝑ. c. i. de pœ. di. v. tripl̄r. Vno mō ſic. qui offendit in vno. ſ. p̄ceptorū legis. ſ. faciēs ꝯtra ipm̄ p̄ceptū: ita ꝓ illo dānabit̃ ſicut ſi oīb⁹ pc̄tis īuolut⁹ eēt. Talis eſt expoſitio Inno. de pœ. di. v. c. vlti. Iſta tm̄ ſ[ı]litudo eſt in gn̄e: q̄ ſ. ad dānationē: nō ī ſpecie q̄ ad q̄titatē pœnæ: nā vnūqd̄q꜄ habet ſuā pœnā. Vn̄ q̄ plura ꝑpetrauerit acerbius punietur. Scd̄o exponitur ſic. Qui offendit in vno factus eſt oīm re⁹. oīm. ſ. ꝟtutū. qa oēs amittit. qm̄ oīs ꝟtus patitur detrimētū ab vno vitio. Nā ſi quis cadit in auaritiā: largitatē deſtruit & caſtitatē minorauit. Amore em̄ pecuniæ violaret caſtitatem vel ſaltem minus amaret: & ſic in alijs. Hæc eſt expoſitio Aug. de pœni. di. v. c. i. Tertio modo ſic. Qui offendit in vno. i. ī charitate q̄ vnū nos facit cū deo factus eſt oīm reus. i. oīm bn̄ficioꝝ ingrat⁹. Ingratus em̄ extitit q̄ plen⁹ virtutibus deū oīno nō timuit. In hoc fit q̄ſq꜄ culpabilior q̄ eſt deo accæptior. Et hæc eſt etiā. b. Aug. de pœ. di. v. vbi. ſ. Offendit aūt in charitate q̄ mortalr̄ peccat: qa qd̄libet mortale eſt ꝯtra charitatē dei vl̄ ꝓximi ſm̄ Tho. in ſum. Et idē. ſ. ꝙ qd̄libet mortale ſit ſufficiēs ad pœnā ſubeundā īfernalē dicit. b. Aug. in homil. de igne purgatorij. Poſtq꜄ ei numerauit multa mortalia ſubdit. Quicūq꜄ aliqd̄ de iſtis pc̄tis. ſ. mortalib⁹ in ſe dn̄ari cognouerit niſi digne emendauerit & ſi habuerit ſpatiū: longo tēpore pn̄iam non egerit: & largas eleemoſynas nō erogauerit: & a pc̄tis ipſis nō abſtinuerit illo trāſitorio igne. de quo apl̄s ait (ipē tm̄ ſaluus erit ſic tamē quaſi ꝑ ignē. i. Coꝝ. iij.) purgari nō poterit: ſed æterna illū flamma ſine vllo remedio cruciabit. di. xxv. §. al̄s ea.

Pœna īfernal eſt ꝑpetua.

## §. II. ESSE AVTEM INFERNVM ET

Infernū eē ꝓbat̃ mltipl̄r

punitionē malorū ī alia vita: nō ſolū ſacra ſcriptura veteris & noui teſtamēti hoc docet apte: ſed & dicta doctoꝝ ſc̄tōrū ac etiā pluriū ethnicoꝝ: & cōis rō hūana infernū & malorū punitionē eſſe demōſtrāt. Hoc p̄riarchæ docuerūt. Dixit em̄ Iacob. Deſcēdā lugēs ad filiū meū in īfernū. Gen̄. xxxvij. & loq̄bat̃ de Ioſeph quē exiſtimās deuoratū a fera: qa filij ei⁹ miſerāt ad eū tunicā ſuā tanq̄ inuentā a caſu ſanguine cruētatā: incōſolabiliter deflebat. Vbi dicit. b. Aug. ꝙ timuit Iacob ne tanto dolore abſorberet̃ mens eius: ꝙ propter nimiam triſtitiā deſcenderet ad locum dānatorū. Moyſes quoq꜄ dux ppl̄i Iſrael prim⁹ dixit Dathā & Abyrō maiorib⁹ natu de tribu Iuda cōtēnētib⁹ mādata ei⁹. Deſcendant in infernū viuētes. Num̄. xvi. qd̄ impletū eſt. Nā vt dicit pſ. cv. Apꝑta eſt terra & deglutiuit Dathā & opuit ſuꝑ ꝯgregationē Abyrō. Prophetæ idē firmauerūt. Dicit em̄ Iob. vij. c. Qui deſcēderit ad inferos nō aſcendet. Idē. c. x. Vadam & non reuertar (ait in ꝑſona



dānādi) ad terrā tenebroſam & optā mortis caligine: terrā miſeriæ & tenebraꝝ: vbi vmbra mortis & nullus ordo: ſed ſēpitern⁹ horror īhabitat. Hui⁹ expoſitionē hēs in. i. pte. Dauid eximi⁹ ꝓphetaꝝ Pſ. lxxxv. Mīa tua dn̄e magna eſt ſuꝑ me. quod declarat. Eruiſti aīam meam ex iferno īferiori. ſ. loco dānatorū. ad quē locū deſcēdiſſet merito peccatoꝝ adulterij & homicidij: nec ex ſe ſua ꝟtute vnq̄ potuiſſet exire. Vn̄ in alio Pſ. xciij. ait. Niſi quia dn̄s adiuuit me. ſ. miæ grā p̄ueniēte paulo min⁹ habitaſſet in inferno anima mea. nō recedēdo. ſ. a pc̄tō. Idem Pſ. xlviij. de dānato pc̄tōre ait. Frater non redimet. ſ. talis. Frater. ſ. Chriſtus redimet homo. q. d. Non. Nā ſi Chriſtus non redimit. i. nō liberat talis: multo min⁹ purus homo. Nō dabit deo placationē ſuā. talis dānat⁹ ꝑ q̄cūq꜄ q̄ fecerit de gn̄e bonoꝝ vel eleemoſynas & p̄tiū redēptiōis aīæ ſuæ. laborabit in æternū ī pœnis ſ. & viuet adhuc in finē. & īfra. Sicut oues in inferno poſiti ſunt vn⁹ ſuꝑ aliū cōſtipati. mors depaſcet eos: & dn̄abunt̃ eorū iuſti &c. Eſaias de Lucifero. c. xiiij. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua cōcidit cadauer tuū. Cadauer Luciferi ſunt omnes reprobi. in quibus vitijs fetentibus vt cadauer habitat per effectū malitiæ: q̄ tādē ſimul cū eo cadunt in infernū. & c. vlti. Ignis eorū nō extinguet̃ & vermis eoꝝ nō moriet̃. Apl̄i hoc p̄dicauerūt. ij. Pet. ij. Rudentibus inferni detractos in tartarum &c. & Io. Apoca. xx. Infernus & mors dederunt mortuos ſuos. Deniq꜄ ipā veritas dei filius: vt cōfidētius hō ambularet ad virtutē. ſ. fidei ait. Ve tibi Corozaym. Ve tibi Bethſaida. & īfra. Verūtamen dico vobis Tyro & Sydoni remiſſius erit in die iudicij q̄ vobis. Et tu Capharnaum: nūquid vſq꜄ in cœlū exaltaberis: vſq꜄ in infernū deſcendes. Matth. xi. btūs Augu. Hoīe aſſumpto non deo conſumpto veniens fundauit & ſtabiliuit fidem: ān̄ūtiās non ſolū præmia iuſtorū: ſed & ſupplicia reproborū. Mat. xxv. Ibunt hi. ſ. iniqui repulſi ab eo in ſuppliciū æternū: iuſti autē in vitā æternā. & Mat. xiij. In cōſummatione ſæculi exibunt angeli & ſeparabūt malos de medio iuſtorū & mittēt eos in caminū ignis: ibi erit fletus & ſtridor dentium. Exēplū autē non parabolā tantū: ſed hiſtoriā verā Iudæis propoſuit diuitis æpulonis qui induebat̃ purpura & byſſo & æpulabatur quotidie ſplendide. Qui diues mortuus ſepult⁹ eſt in inferno. Et cū cruciaret̃ in illa flāma & guttā aquæ poſtulaſſet ad refrigerandū linguā: obtinere nō valuit. Lu. xvi.

Eſſe infernum ſuadet ratio.

Hoc idem cuilibet mente bene diſpoſito ratio ſuadet. Nam quilibet rex & princeps ciuiliter ordinatus in regimine ſuo habet tria loca manſionū. Habet aulam regiā ad amicos & ſodales & filios recipiendum: delectandū & ſecreta ſua eis reuelandum. Et ille locus debet eſſe pulcherrimus & honeſtiſſimus bene mundus & ornatus. Habet & aliū locū magis infimū vbi fiunt neceſſaria a ſeruis: vt coquina: ſtabulū & hm̄ōi. Eſt & tertius locus īfimior & abiectior: vbi eſt carcer reoꝝ. Primus locus eſt commenſaliū & amiciſſimoiū regis. Scd̄s ſeruoꝝ & iumētorū. Tertius malefactorū: & debitorū. Cū igit̃ dn̄s deus ſit rex regū & dn̄s dn̄antiū Apoc. xix. ordinatiſſim⁹ ex infinita ſapientia & iuſtiſſimus: decens eſt vt habeat tria loca. Primus eſt cœlū vbi manifeſtat gloriā ſuā amicis ſuis & filijs adoptiuis videntibus eū facie ad faciem: vn̄ reficiunt̃ ineffabiliter ei⁹ fruitiōe. Secūdus loc⁹ eſt mundus iſte vbi diuerſa exercent̃ officia & labores a ſeruis ſuis. ac etiā iumēta hoīm irrationaliū ab eo paſcūtur. Et cū locus iſte plenus ſit labore & erūna: tamē tāta eſt hoīm cæcitas: vt etiā ſub ſentio⁹ delitias putent. inq̄t Iob. c. xxx. ſed ſi iſta parua bona hui⁹ vitæ cū tanta anxietate mixta ita delectant & placent vt hoīes in eis conſtituāt finē ſuum; quāto magis debet hoīes allicere excellentia & ſumma ꝑfectio bonoꝝ ſupernæ habitationis. Tertius locus eſt infern⁹ vbi rei & iudicati arctantur vt malefactores ī carcere. De quo Eſa. xxiiij. Cōgregabunt̃ ſicut in ꝯgregatione vni⁹ faſcis in lacū & claudentur in carcere perpetuo.. Pōt & alia ratio adduci. Quāto em̄ in aliquo dn̄o plures & maiores virtutes relucēt tanto glorioſior apparet: & inde magis laudatur. Iuſtitia autem eſt maxima & excellens virtus. Et vt dicit Cic. & phūs. Mirabiles ſplēdores ſunt in ea. nec Heſperus nec Lucifer eſt clarus. Cū ergo ī deo manifeſtat̃ potētia in rerū creatiōe. Sapientia in mundi gubernatione. Charitas & mīa in redemptiōe & glorificatiōe: vt etiā appareat iuſtitia ī deo oportet vt ſit infernus in quo crucient̃ mali &c. Sācti doctores hoc

Cic. i. j. offi. Phūs in v. ethic.

aſſerunt ī ſuis doctrinis. b. Aug. de pœ. di. vij. c. vl. Qui īpœnitēs morit̃: oīno morit̃ & æternalr̄ cruciat̃. & īfra. Ob hoc ſine fine torq̄bit̃: qa nūq̄ virtute dotabit al̄s ditabit̃: ſemꝑ plenus iniquitate: ſꝑ ſine charitate: torq̄bit ſine fine. Idē in alio loco. Ve illis q̄b⁹ p̄parat̃ dolor vermiū: ardor flāmarū ſitis ſine extinctiōe: ſtridor dentiū: lachrymæ oculorū: tenebræ exteriores ſine luce: pœna īterminabilis. Vbi nō ē vll⁹ honor ſiue agnitio ꝓximi: ſed ꝯtinu⁹ dolor & gemit⁹. Vbi mors appetit̃ & nō dabit̃: vbi nō eſt honor ſeruoꝝ & regis nec dn̄s ſuꝑ ſeruū. Nec mater diligit filiū aut filiā: nec filius honorat: vbi eſt oē malū & oīs indignatio & fetor & amaritudo abundat. Itē Gre. in li. moral. In inferno eſt frigus inſuperabile: ignis inextinguibilis: vermis immortalis: fetor intolerabilis: tenebræ palpabiles: flagella cedentium: horrida viſio dæmonum: ꝯfuſio pc̄tōrū: deſpatio omniū bonorū. Itē Proſper in li. de vita cōtēplatiua ait de peccatoribus. Quid eis ꝓdeſt humanū vitare iudiciū cū ſi in malo ſuo ꝑſeuerarint ituri ſunt in æternū (deo retribuente) ſuppliciū. q̄ ſi ſui ipſi iudices fiant: & veluti ſuæ inquitatis vltores. ſ. pœnitendo hic in ſe voluntariā pœnā ſeueriſſimæ aīaduerſionis exerceant tpalib⁹ pœnis mutabūt æterna ſupplicia: & lachrymis ex vera cordis contritione fluentibus extiguēt æterni ignis incēdia. de pœ. diſt. i. porro illi. Exempla ſunt plura. Iuuenis ille quē ſuſcitauit Ioannes euāgeliſta retulit cunctis q̄ aſtabant ppl̄is audientibus de pœnis inferni quas viderat in alio ſæculo illos meruiſſe quos pœnituerat mundū reliquiſſe. Tres iuuenes quos legitur ſuſcitatos poſt mortem Hieronymi meritis ei⁹ poſita tunica ſuꝑ eos: referebāt de pœnis intolerabilib⁹ inferni &c. Grego. in. iiij. Dial. narrat mlt̄a exēpla de pœnis inferni &c. Platonici philoſophi (ait Aug. in. xxi. de ciui. dei. c. xiij.) impunita nulla volūt eē pc̄tā. Hic Maronis. i. Vergilij in. vi. Eneid. illa ſn̄ia de aīab⁹ ſeparatis a corpore ait. Hic metuūt: cupiūt: gaudētq꜄ dolētq꜄ nec auras Reſpiciūt: clauſæ tenebris & carcere cæco: Quin & ſupremo cum lumine vita reliquit. i. cum recedunt de vita iſta. Nō tm̄ oē malū miſeris nec funditus oēs Corporeæ excedunt peſtes: penituſq꜄ neceſſe eſt Multa diu concretā modis molleſcere miris. Ergo exercent̃ pœnis: vtrumq꜄ maloꝝ Supplicia expendunt: aliæ pandunt̃ inanes Suſpenſæ ad vētos: alijs ſub gurgite vaſto Infectū eluit̃ ſcelus: aut exuritur igni. hæc ille. Ex q̄bus ꝟbis oſtēdit̃ pc̄tā in alia vita puniri, q̄uis nō ꝑfecte iſti intellexerint infernū prout fides fatetur ex ſcripturis diuinis. Iudæi quoq꜄ & Saraceni in ſua lege habēt malos in alia vita puniri varijs modis plus & minus.

Patet exēplis plīmis.

Concordat ad hoc tex. in. l. ita vulnerat⁹. ff. ad. l. aq̄. li. & ibi Floren. de ſanc. Pet.

## §. III. SEPTEM SVNT QVÆ OSTEN

dunt grauitatē pœnæ infernalis: ex quoꝝ ꝯſideratiōe inſurgit merito ī hoīe timor ſuilis. Et q̄ etiā ipī dānati vidētes. ſ. ꝑ experientiā turbabūtur timore horribili: & mirabunt̃ in ſubitatione inſpatæ ſalutis gemētes præ anguſtia ſpūs dicētes intra ſe pn̄iam agētes: vt dr̄ Sap. v. Sed pn̄ia illorū inutilis. Deſcendent ergo in infernū viuentes. ait propheta Pſ. liiij. ſ. dū viuunt deſcendant ad infernū: cōſiderādo illas pœnas & timendo pœnitentiam agāt. & ipſa fuit fructuoſa.

¶ Primum ergo eſt loci ipſius qualitas.
¶ Secundum eſt pœnarum quantitas.
¶ Tertium eſt tortorum atrocitas.
¶ Quartum eſt animarum infœlicitas.
¶ Quintum eſt corporum pœnalitas.
¶ Sextum diuinæ iræ implacabilitas.
¶ Septimum omnis boni egeſtas.

Quātū ad primū ſciendū ꝙ ſm̄ diuerſa noīa talis loci q̄ habent̃ ex ſacra ſcriptura vel etiā ex libris gētiliū: ꝯprehendūt̃ horribiles & timendæ qualitates loci infernalis. Primo em̄ talis locus dr̄ infernus. qd̄ nomē eſt vſitatius alijs. Eccli. li. Vita mea erat appropinquās in inferno deorſum. Dicit̃ autē infern⁹ ab infra: quia eſt īfra. i. ſubtus terrā in centro eius. vn̄ & maxīe diſtās a cœlo. ibi em̄ eſt locus inferni q̄ ad ſitū: vt dr̄ cōiter & credit̃. Cū em̄ xp̄s ſm̄ articulū fidei deſcenderit in morte ſm̄ aīam ei⁹ ad inferos: ad limbū videlicet patrū iuxta quē q̄tū ad ſitum eſt purgatoriū & poſtea limbus paruulorū q̄ cū originali decedunt. Sub his oībus infra eſt locus dānatoꝝ ſm̄. b. Tho. & alios in. iiij. Eſa. xxx. dr̄. Vallis Tophet p̄parata eſt ab heri. i. ab initio. a rege ſcilicet deo p̄parata & ꝓfunda dilatata. Nutrimenta eius ignis & ligna

Loc⁹ dānatorū dr̄ īfernus.

multa.ſ.pctã q̃ ſecũ portãt hoĩes.flatus dñi quaſi torrens & ſufflans in illũ.Flatus dñi eſt iuſtitia ſua. Tophet interp̃ratur gehenna pauoris.ꝓpter hoc etiã.ſ.qa ĩ ꝓfundo loco dr̃ abyſſus:q̃ importat voragĩnẽ cuiꝰ fundus nõ videt̃.vñ legio dæmonũ q̃ inuaſerat quẽdã obuiãtem Chriſto rogabat Ieſum ne amitteret in abyſſum.i.locum inferni:ſed ꝑmitteret eiecta ab obſeſſo intrare in gregẽ porcorũ vicinũ loco. Qui ꝑmiſſi in illos ingreſſi cũ impetu in mare eos immiſerunt.Luc.viij.

Exẽplũ

In vitis patrũ legit̃ ꝙ cũ.b.Macharius per eremum ambularet inuenit caluariã hoĩs quam virga ſua tangens interrogauit qs in vita p̃ſenti fuiſſet.Cui rñdit ꝙ fuerat ſacerdos gẽtiliũ in eo loco.adijciens ꝙ quãtum diſtabat cœlũ a terra tantum habebat de igne ſuper caput ſuum cum alijs paganis.Et tantũdẽ ab infra ſub eo eſſet ignis in q̃ cruciabantur mali chriſtiani & q chriſtũ negauerãt. Et ideo bene dr̃ Eccl̃i.j.Profundũ abyſſi.i.inferni:qs dimẽſus eſt? q.d. nullus niſi deꝰ aut forte diabolus.

Exẽplũ

Et ad hoc facit qđ legitur in lib.de ſeptẽ donis.videlicet ꝙ cũ quidã magiſter annuatim faceret ſolẽne feſtũ in natali btĩ Bartholomæi apl̃i ob eius deuotionẽ ſingularẽ multos inuitando celebrãdo & p̃dicando:cũ p̃dicaret intrauit eccl̃iam in ſpecie cuiuſdã ſpecioſiſſimæ & ornatiſſimæ dñæ diabolus:& ſedit ãte oculos dicti magr̃i:q in eũ oculos iaciens excitauit concupiſcentiã eiꝰ.Et finito ſermone fecit eã inuitari cum alijs ad prandiũ quæ cũ alijs reſidẽs nitebatur magis ac magis animum ſuũ: accẽdere in ſui amorẽ.Sed.b.Bartholomæus patronus eius a periculo eum liberauit. Nam in ſpecie peregrini apparẽs portã domꝰ pulſans rogauit vt amore ſancti Bartholomæi introduceret̃ ad magiſtũ illũ.Qđ cũ nõ fieret diſſuadẽte dña miſit ei panẽ quẽ accipere renuit:ſed rogauit vt vel ſaltem ꝑ nuntium ſibi reſpõderet:qd eſſet maxime ꝓpriũ hoĩs? Reſpondit magr̃ ꝙ eſſet riſibile.Sed dña illa adiecit ꝙ magis ꝓpriũ eſſet pctm̃:qa hõ cõcipit̃:naſcit̃:& viuit cum eo. Reſpõdit peregrinus ꝙ bñ dixerat magr̃:ſed dña meliꝰ.Propoſuit & ſecundã quæſtionẽ interrogãs qs eſſet locus vniꝰ pedis vbi dñs in terra plura feciſſet mirabilia? Rñdit magiſter ꝙ erat locus vbi affixa fuit crux Chriſti qñ operatus eſt ſalutẽ in medio terræ.Sed dixit dña ꝙ nõ illud erat:ſed facies hominis ſiue caput in quo quaſi eſt minor mũdus. Approbat apl̃s ſn̄iam dñæ magis q̃ magr̃i. Tertiã q̃õnẽ ei fecit. videlicet q̃tũ diſtat a ſummo cœli vſq; ad ꝓfundũ iferni. Cumq; magr̃ hæſitaret ſup hac re:nec qd rñderet occurreret:reſpondit dña illa.i.diabolus. Modo bene video ꝙ detegor.Ego hoc vtiq; bene noui q de altero in alterum deſcendi.Et hoc oportet ꝙ tibi nunc oſtendã.& diabolus cum magno ſonitu & eiulatu in abyſſum ſe p̃cipitauit & ꝑegrinꝰ nuſq̃ ꝯparuit.Aliud ſimile legit̃ de Andrea apl̃o licet nõ in toto.

Dr̃ etiã caminꝰ

Secũdo dr̃ talis locus dãnatorũ caminus ignis.Matth.xiij. Sic erit in conſummatione ſæculi.Exibunt angeli & ſeparabũt malos de medio iuſtoꝝ:& mittẽt eos in caminũ ignis. In camino duo ꝯſiderant̃.ignis ad infra:& fumus ſupra obſcurꝰ. ꝓpter ignẽ intelligit̃ gehenna.Chriſtus.Melius eſt tibi vnũ oculum habentẽ vel vnum pedem introire in vitã q̃ duos oculos habentẽ vel duas manus vel pedes habentem mitti in gehennã.Mat.xviij.Et dr̃ gehẽna quaſi generans ignem vel generans Etnam.q eſt mõs in Sicilia ignem eructãs.

Etna interp̃tat̃ vallis triſtitiæ

Et interp̃tatur vallis triſtitiæ:qa ex cruciatu eiꝰ aĩa habet magnã triſtitiã & dolorẽ.Cum em̃ aĩa conſiderat ſe detineri & q̃ſi alligari a re infima:cum ipſa ſit nobiliſſima magna triſtitia abſorbetur.Naturalr̃ em̃ ignobile non habet ṽtutẽ in nobilius ſed ecõtra.Sed vt inſtrumẽtũ diuinæ iuſtitiæ ignis agit in aĩam dãnati nõ ꝯſumẽdo: ſed affligendo per modũ deterioꝛis vel iflictioꝛis.Vñ dñs ꝑ Moyſen Deut̃.xxxij. Ignis ſuccẽſus eſt in furore meo:& ardebit vſq; ad inferni nouiſſima.i.vindicta ſeu punitio pctõribꝰ hic incipiet multis modis cruciãs pctõres:& poſtea ĩ iferno plenior erit. Hic ignis (ait btũs Aug.) miro modo eſt grauis.excellit em̃ omnẽ pœnam quam vnq̃ aliquis expertus eſt in vita iſta.diſtin.xxv. §.al's.Etſi hoc dicit btũs Aug.de igne purgatorij:multo magis intelligendũ eſt de igne inferni:cum grauior ſit pœna iferni q̃ purgatorij ſine cõparatione.Caminus ex pte ſupiori habet obſcuritatem fumi.vnde& tenebroſitatem.Et propter hoc dicit̃ etiã locus ille tenebræ exteriores. Matt. xxij. Ligatis manibus & pedibus mittite eũ in tenebras exteriores:ibi erit fletus & ſtridor dentiũ.Dictum fuit a rege de eo q in nuptijs non fuit cum veſte nuptiali:& ſignificat quemlibet qui in eccleſia manet ſine charitate. Quãuis em̃ ibi ſit ignis:non tamen lucet eis.Sed eſt obſcurus ſicut flamma in lignis humidiſſimis eſt obſcura propter fumum.Apoca.ix. De fumo putei obſcuratus eſt aer.ibidẽ.

De tenebroſitate iferni

Aſcendit fumus tormentorum eius in ſæcula ſæculorũ.In huius figuram legit̃ Exo.x.de tenebris a deo immiſſis Egyptijs obduratis ꝙ vir non eſt motus de loco ſuo:nec cognouit fratrem ſuum propter tenebras horribiles & palpabiles:& Sap̃.xvij. dicitur. Nulla vis ignis poterat illuminare noctem illam horribilem aut lympide ſyderũ flammæ.Sunt ergo tales illæ tenebræ cũ igne vt aliquid luceat ad dãnatorũ maiorem contriſtationẽ & nõ ad cõſolationẽ:Vnde btũs Greg.in lib. Moraliũ.Illa vltrix flãma vitiorũ concremationẽ quidẽ habet ſed lumẽ nõ hẽt.Ille ignis ad ꝯſolationẽ lumẽ nõ hẽt vt luceat:ſed tamen vt magis torqueat ad aliquid lucet.nã ſequaces ſuos in tormento ſecum reprobi viſuri ſunt:quoꝝ amore deliquerunt.Hæc ille.Experimur quotidie ꝙ ſicut dulce lumen& delectabile eſt oculis videre ſolẽ.vt dicit Salomõ. ita manere diu in tenebris eſt valde tædioſum vt cum noctes ſint prolixæ vt in hyeme niſi lumẽ adſit attædiatur homo:& ſimiliter quãdo diu aer eſt nubiloſus.quid autem cũ ſemper tenebræ ſint duraturæ? Narrat Greg. in dialo.ꝙ q̃dam ſolitarius ſanctus homo quibuſdam Romanis nauigãtibus & applicantibus ad inſulã in qua morabat̃:ac viſitãtibus eum audita fama ſanctitatis eius retulit Theodericũ regem Italiæ eſſe defunctũ:narrans ſe vidiſſe in ſpũ ipſum Theodericũ peſſimũ tyrannum duci diſcalciatum vinctis manibus & ꝓijci in ollam Vulcani a papa Ioãne quem in cuſtodia carceris affligendo occiderat:& Symmacho patritio quẽ iniuſte ferro trucidauerat.Refert etiã idẽ beatꝰ Grego.ꝙ quidã miles Romanus eductus a corpore & poſtea cito rediens narrauit ſe vidiſſe pontem altum & arctum ſub quo currebat fluuius nigerrimus & caliginoſus nebulam fetoris intolerabilẽ exhalans.vltra quem pontem vidit prata virentia & florentia ſuauiſſimi odoris quo reficiebãtur & ſatiabant̃ perambulantes & habitantes illic dñicæ lucis plenæ erant manſiones ibiq; miræ potentiæ ædificabatur domus aureis laterculis.Et alij hoĩes alias domos ædificabant diuerſæ ætatis & ſexus iuxta ripam fluminis.habitacula aliqua tangebantur a nebula fetoris.Aliqui vero de ponte labebant̃ in fluuiũ.Iuſti vero trãſibant.Ibi vidit Petrum maiorẽ familiæ eccleſiaſticæ multo ferro depreſſum & demerſum in flumine.Dictũ eſt ꝙ ideo hoc patiebat̃: qa plus crudelitatis deſiderio q̃ obedientia vel corrigendi zelo plagas inferebat.Vidit & quendã peregrinũ ſacerdotem cum magna celeritate & ſynceritate tranſeũtem.Vidit & Stephanũ quendã cuius pes dũ vellet tranſire per pontẽ lapſus eſt: & a teterrimis viris ex flumine ſurgentibus ex media pte corporis a ponte eiectus trahebat̃ per coxas inferius. Sed quid de eo poſtea actũ ſit ignorauit.Erat quippe vir ille laſciuus & luxurioſus:& ideo ꝑ coxas trahebatur.Erat & eleemoſynarius & hoc eum tenebat ſuſpenſum.Eſt ergo locus igneꝰ & tenebroſus ſeu nebuloſus.Tertio eſt locus intemperatꝰ.

Dicit̃& auernꝰ.

Vnde dicitur auernus.De hoc nomine patet in hymno. Et auerni ignibus ipſi crememur acrius. Et Vergilius in Eneidos.vj.Facilis deſcenſus auerni.Sed reuocare gradus ſuperaſq; euadere ad auras:hoc opꝰ hic labor eſt.Et dicitur auernus quaſi ſine materia temperamenti:quia erit ibi qualitatum inæqualitas.Nulla temperies erit ibi:ſed omnia ſæuient quaſi in ſummo gradu.Ignis ardore vehementiſſimus: frigus intenſiſſimum:& ſic de alijs.Sap̃.v.Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos.Iob.xxiiij. Ab aquis niuium tranſibunt ad calorem nimium. Qui dolor quantus ſit aliquantulum poſſunt intelligere lotrices pannorum: q̃ tempore hyemis de riparia congelata veniunt ad ignem. Vnde beatꝰ Gregorius in lib.Moralium tractans illud Iob x.Vbi nullus ordo:ſed ſempiternus horror inhabitat.ingr. Ideo nullꝰ ordo:qa miſeris erit mors ſine morte:finis ſine fine:defectꝰ ſine defectiõe.Mors em̃.i.pœna mortalis ibi viuit:finis ſemp incipit:defectus deficere neſcit. Quia mors ꝑibit & nõ extinguet:dolor excruciat:ſed nullatenꝰ dolorẽ fugat.Flãma cõburit:ſed nullatenꝰ tenebras expellit. Et ita ſupplicia ordinẽ nõ hñt:qa nõ ſuã ꝑ oĩa qualitatẽ tenet.ſ.ſicut hic.Sẽpiternus quoq; horror ibi inhabitat:qa hic flãma q̃ ſuccedit



q̃ ſuccẽdit illuminat.Ibi ignis ille cruciãs obſcurat.Hic metus amittitur cũ tolerari incipit qđ timebat̃. Illic & dolor dilaniat & pauor anguſtiat.Horrendo igitur modo tũc erit reprobis dolor cum formidatione:flamma cum obſcuritate.Et qa a voluntate ſui cõditoris diſcrepauit peccator:ideo a ſuis qualitatibus tormenta diſcordabunt.hæc beatus Grego.Et quia Apl̃s dicit ad Rom̃.xiij.Quæ a deo ſunt ordinata ſunt.locus autẽ auerni ſiue inferni a deo eſt paratus: ideo & ibi vtiq; ordo eſt diuinæ prouidentiæ.

Diffinitio ordinis.

Ordo autem diffinitur ab Augu.xix.de ciui.dei.eſſe pariũ diſpariũq; rerũ ſua vnicuiq; loca ꝯgruẽti tribuẽs diſpoſitio. Locꝰ ꝯueniẽs grauibus eſt terra. Et quia reprobi quorum iniquitates vt ait Pſ̃.xxxvij.Sicut onꝰ graue grauatæ ſunt ſuper eos cum ipſo grauamine hinc recedunt:apte in centro terræ collocantur auerni.Et quia paria peccata pari pœna puniuntur:& ſimile cum ſimili apte collocatur.Ideo dicit dominus.Colligite zizaniam in faſciculos ſuos ad comburendum: vt auari cũ auaris:ſuperbi cum ſuperbis:luxurioſi cum luxurioſis collocati ſint:ſicut & hic conuerſati.Et quia ſicut omnium rerum deus:ita & peccatorum & ſuppliciorum nouit menſuram:vt menſura grauitatis pœnæ ſit ſm̃ menſuram quantitatis culpæ.dicente domino miniſtris ſuis.Apocalip. xviij. Quantum ſe exaltauit & in delitijs fuit tm̃ date ei tormentũ & luctũ.& Sap̃.vj.Fortioribus.ſ.maiori deformitate volũtatis peccantibus:fortior inſtat cruciatio.Ideo qui abundantius peccauit& grauius ordo diuinæ iuſtitiæ grauius punit. Sed intelligitur ibi non eſſe ordo:quia non ſeruant illæ res ordinem illum quem hic habuerunt:vt flamma ignis quæ hic comburit & illuminat non autem ibi.Sed nec ibi ſeruabitur quod videlicet cõmuniter & prouerbialiter dicitur. Solatium eſt miſeris ſocios habere pœnarum. Vnde dicit beatus Augu.Non hi quos monemus agere pœnitentiam quærunt ſibi comites ad ſupplicia:nec gaudent: quia multos habebunt ſibi ſimiles ſcilicet in pœnis. Nam non propterea minus ardebunt:qa cũ multis ardebunt.ij.q.⁊.multi. immo plus cruciabunt̃ & p̃cipue quo ad eos quos ſuo exẽplo vel occaſione traxerunt ad malum.

Quare diues epulo volebat fratres admoneri ꝑ lazaꝝ

Et propterea diues ſepultus in inferno petebat mitti Lazarum ad monendum fratres ſuos vt agerent pœnitentiam:ne irent ad locum tormentorum:nõ qa ex charitate cõpateret̃ eis:ſed quia maius ſibi parabatur ſuppliciũ ex dãnatione fratrũ cum exemplo vel alijs modis eſſet occaſio peccatorum illorum. Sicut em̃ ex multitudine vbi eſt ordo reſultat pulchritudo quæ delectat:& quanto maior multitudo:tanto maior pulchritudo & delectatio.Ita vbi non eſt ordo.quanto maior multitudo:tanto maior confuſio & afflictio in eis. Quanta autem ſit ml̃titudo damnatorum.de facili poteſt percipi ex eo qđ chriſtus dicit Matth.vij.Lata eſt via quæ ducit ad perditionem & multi incedũt per eam.Et arcta & anguſta via quæ ducit ad vitã.ſ.virtutum:& pauci vadunt per eam. Omnes infideles ad infernũ tendunt. Et fideles chriſtiani ſimiliter qui mandata dei non ſeruant.Et his plenus eſt mundus. Timete ergo eum.Matth.x.c.qui poteſt animã & corpus perdere in gehennam. quæ eſt locus intemperatus:inordinatus & horridus.

Dicit̃ et lacus et puteus.

Quarto eſt locus fetidus & immundus: & ꝓpterea dr̃ lacus & puteus.Pſ̃.xlix.Eduxit me de lacu miſeriæ& de luto fæcis:ideſt de inferno in quem quis ſe proijcit merito cum peccat mortaliter:ſed inde exire non valet niſi educatur a deo per gratiam ſuam.Dicitur & puteus. Apoc. ix.De puteo abyſſi obſcuratus eſt aer. Et poteſt dici puteus a puteo ideſt a fetore.Eſt enim quaſi latrina mundi & quaſi ſentina vbi omnes ſordes confluunt.Vnde dicit Baſilius ꝙ dñs in fine mundi purgabit omnia elemẽta & omnem immunditiã eorũ:& virtutem læſiuã proijciet in infernum:vt in cloacã ad pœnã dãnatorum.Qualitates eorum delectabiles in eis remanebunt ad gloriam beatorum & eorum decorem. ſicut ignis habet comburendo viua affligere:habet & illuminare.Virtutẽ ergo afflictiuã ꝓijciet in infernum illuminatiuã ſibi dimittẽdo.In hmõi locis manẽt frequẽter ſerpentes:dracones:& vermes.Deut̃.xxxij. Dentes beſtiarum immittam in eos cũ furore trahentiũ ſuper terrã atq; ſerpentiũ.& Eſa.xiiij.Subter te ſternet̃ tinea:& operimentũ tuum erũt vermes.dr̃ de Nabuchodonoſor & diabolo.b. Augu. in li.de ci.dei.magis intelligit de ṽme ſpũali.ſ. remorſu cõſciẽtiæ q ſemꝑ mordet eos:& iõ nõ morit̃ de pctis cõmiſſis ꝓpter quæ deuenerũt ad tantã miſeriã dãnationis æternæ.

Exẽplũ de ſcholaſtico Bononiẽ.põſo.

Legit̃ in vitis fratrũ ꝙ cũ Bononiæ eſſet quidã ſcholaris nobilis qui illuc ad ſtudendum de alijs partibus aduenerat: multis pompis:vanitatibus & laſciuijs erat deditus. Hunc viſitans ſupprior conuentus Bonoñ.ordinis prædicatorũ: quia & ipſe cõpatriota eius fuerat:cœpit cum alloqui.Sed p̃fatus ſcholaris timens ne compunctiua aliqua diceret ſibi: q̃ eũ haberẽt retrahere a voluptatibus mundi:fecit pactum cũ eo ne de rebus ſpũalibus aliqd ſibi loqueret̃:ſi vellet diutius cõfabulari cũ eo.qđ ille promiſit ſe facturũ. ita tamen ꝙ in fine eoꝝ colloquij tãtũ duo ṽba ſcripturæ ſibi ꝓponeret.Poſtq̃ ergo de multis & varijs rebus de parentibus eorũ & amicis & notis habuerunt ſermonem.Demum ab eo volens recedere dixit illi duo verba ſcripturæ.volo vobis dicere vt conuenimꝰ.At ille.Dicas cito & breuiter. Et ſupprior.Scriptum eſt in Eſa.xiiij.de vno q̃q; q ſe tradit delitijs & vanitatibꝰ mũdi ꝙ in alia vita hoc ei eueniet.Subter te ſternetur tinea & operimentũ tuũ erũt vermes.Et inde receſſit. Ita autem inhæſit firmiter hoc verbum menti eius vt nullo pacto poſſet a corde eiꝰ illud excidere.Sed eius recolendo inde cõſiderabat quomõ poſſet ſuſtinere talẽ lectũ ṽmiũ & tinearũ ſemꝑ qui nec morſum pulicis patienter ferret. Cũq; ſocios vanos ipſe q̃reret & ſolacijs ſe applicaret:vt illiꝰ verbi obliuiſceretur & conſiderationis talis cruciatꝰ vermiũ & tinearum.nec aliquo mõ a mente ſua valeret reijcere die no ctuq;.Demũ verbis illis cõpũctus ſæculum deſerẽs:religionẽ ingreſſus deo ſe ibi deuouit.

Dr̃ etiã tartarꝰ.

Quinto locus ille eſt tumultuoſus.Vnde tartarus dicit̃ a ſtrepitu & contentiõe rixoſa. Eſa.iij.Tumultuabit̃ puer cõtra ſenẽ:& ignobilis cõtra nobilem:filius obiurgabit patrem:& pater filiũ.

Exẽplũ cuiuſdã vſurarij ꝑtinacis

Vñ legitur in lib.de ſeptẽ donis.ꝙ cũ quidã vſurariꝰ infirmabat̃ ad mortem:nec ſacerdos vellet ei ſacrã conferre niſi reſtitueret vel cautionẽ faceret.Ille aũt nollet.Hortabant̃ ad hoc eum filij ne ad infernũ deſcenderet moriens. Et ille. Vos neſcitis qd petatis.Oporteret vos ire ad hoſpitale ſi vellem cuncta reſtituere male ablata:melius eſt cõmittere ſe miæ dei q̃ miæ hoĩm.Mortuus igitur ille ſepultꝰ eſt in inferno.Ex filijs autẽ eius duobꝰ dixit vnꝰ ad alteꝝ:Pater noſter damnatus eſt: nõ velimꝰ imitari eũ retinẽdo vſuras ab eo extortas:ſed reddamꝰ creditoribus vt ſaluari poſſimꝰ.At ille. Ego pte q̃ me contingit volo gaudere:ego non feci vſuram. Ex quo ipſe qui extorſit non reſtituit:ipſe luet pœnam. Alter portionẽ ſuã reſtituit & ſæculũ deſerẽs:dei obſequio ſe totũ tradidit. Dum aũt q in ſæculo remãſerat mundanis ſe immergeret infirmatus ad mortẽ:nec pœnitens:ad tartarũ ſecutus eſt patrẽ.Qđ frater audiẽs rogauit deũ vt ſibi aliquo mõ oſtenderet ſtatũ eoꝝ in alio ſæculo. Vna igit̃ dierũ cũ oraret:vidit terrã apertã:& in infimo patrẽ in flãmis inferni ſepultũ& filium eius fratrẽ ſuũ ſup eũ iacẽtẽ:maledicebatq; pater filiũ dicẽs.Maledicta ſit hora in qua te genui:et tu ſis maledictꝰ: quia propter te ego feci vſuras nec volui reſtituere ne dimitterẽ te pauperẽ:et propter hoc crucior in hac flamma. Et filius econtrario.Immo maledictus ſis tu pater et maledicta ſit dies ĩ qua me genuiſti:tu me exẽplo tuo docuiſti fœnerari et vſuras extortas noluiſti reddere:ſed mihi reliquiſti; ꝓpter qđ in ꝑpetuũ crucior.Qđ cernens ille gratias deo egit qui eum liberauit de tanto malo.

Dicit̃ et lethe.

Sexto eſt locus damnatorũ locus obliuioſus et occultus:vnde a Gentilibus lethe dr̃: et interp̃tat̃ obliuio:qa.ſ.ſui.i.eius qui eſt damnatus tradũt eũ obliuioni.Et deus etiã videt̃ eoꝝ obliuiſci inquantũ.ſ. non liberat eos ab illis pœnis.Pſ̃.Nec memor ero nominũ eorum per labia mea:poteſt dicere deus de eis.Amici et propinqui carnales cito tradunt obliuioni: quod patet: quia modica ſuffragia faciunt pro eis. quinimmo nec illa quæ illi legauerunt.Et ſi neſciant illis non poſſe prodeſſe cum non nouerint ſi ſunt in purgatorio vel in inferno. Vnde accidit eis ſicut de pincerna pharaonis: qui in proſperitate conſtitutus oblitus eſt interpretis ſui Ioſeph qui in carcere erat:qui ei beneficium faciens interpretatus ex ſomnio ſuo ſui liberationẽ. etſi ei ſe recommendaret: oblitus eſt cito eius. Omnium quoq; et ipſe damnatus obliuiſcitur. ex q̃bus poſſet in aliquo conſolari.Nam ſi memoriæ occurrũt gaudia vana et delectationes quas habuit in mundo. hoc eſt eis ad cruciatum:quia per illa cognoſcunt ſe deo priuatos et oĩ bono.Septimo eſt locus periculoſus. Vnde dicitur

*Dr̃ etiã baratrũ*

Dr̃ etiã baratrũ in hymno. Cõſurgit chriſtꝰ tumulo victor redit de baratro. Et dr̃ baratrum quaſi latitudo arcta: qa eſt latus locus ad ingrediendũ: ſed arctus ad excundũ adeo ꝙ nullꝰ poteſt exire. Matth. v. Non exies inde quouſq; reddas nouiſſimum quadrantẽ. & Mat. xviij. Tradidit eum tortoribus quouſq; redderet vniuerſum debitum. Et quia ibi non eſt locus ſatiſſactionis. vnde non habet quod reddat nunq̃ egredieť de loco ſed ibi ſemper pœnas luet.

*Diciť & herebꝰ.*

Dicitur & herebus a Gētilibus: quia ſemper adhæret illi talis pœna. Vnde etſi diabolus vel anima damnati ad horã de illo loco exeat vt appareat alicui deo diſponẽte: ſecũ tamẽ portat infernum: & ſemper ei illa pœna inhæret. Quod autẽ dixerũt dæmones chriſto clamãdo. Veniſti ante tẽpus torquere nos. Mat. viij. Non ſic eſt intelligendum tanq̃ prius non cruciarẽtur. Sed qa aliquod accidẽtale ſuppliciũ tunc additum eſt eis ꝓpter pſumptionem eorum.

*Dr̃ acheronta.*

Dicitur & acheronta a gentilibus. i. luctuoſus vel acheronta ab a, quod eſt ſine, & cheronta qđ eſt ſalus: qa ſine ſalute ſunt lachrymæ illæ. Mat. xiij. Ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Eſa. v. Dilatauit infernꝰ animã ſuã: & aperuit os ſuũ abſq; nullo termino. Pſ̃. lxviij. Neq; vrgeat ſuꝑ me puteus os ſuum. Puteus eſt profunditas humanæ iniquitatis in quẽ ſi cecideris non claudet ſuper te os ſuum: ſi clauſeris os tuum. Confitere ergo & dic. De profundis clamaui ad te dñe. Claudit os ſuum ei qui cõfitetur. iuxta illđ.

*Pſ̃. xxxj*

Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates & quorũ tecta ſunt peccata. Quidam ſenex migrans cum crederetur mortuꝰ ad ſe reuerſus fleuit inconſolabiliter dicens frequenter. Ve mihi quia non fleui. Ve mihi quia non fleui. Ve mihi quia nõ fleui. Fletus autem illic erit infructuoſus qui hic eſt vtilis & precioſus. beatus Augu. Fruſtra ibi flebunt peccatores qui malorum ſuorum veniam non conſequentur.

## §. IIII. DE PVNITIONE REPROBORVM

*Qualiť punientur reprobi poſt vltimã reſurrectionẽ.*

Qualiť rũ in corporibꝰ poſt vltimã reſurrectionẽ: ꝙ cruciabunť in igne inferni continue. nec tamẽ conſumẽtur vel deficient. Mat. xxv. Dicet iudex vniuerſorũ dñs Ieſus reprobis: qui a ſiniſtris erũt iudicãdi reſuſcitatis in corporibꝰ ſuis. Diſcedite a me maledicti in ignẽ æternũ. et Eccľi. vij. Vindicta. i. punitio carnis impij ignis & vermis. Hic ignis ait. b. Aug. excellit oẽm pœnã quã aliqs vnq̃ eſt expertus in vita iſta. Dr̃ cõiter a ſapiẽtibus ignẽ noſtrũ quo vtimur eſſe quaſi ignis pictus reſpectu illius ignis infernalis: qa ita afflictiuꝰ ꝙ reſpectu eius ignis noſter nullam afflictionem videtur ingerere humano corpori poſito ſuꝑ eum. Sed ſi aliquis nũc cum caſu tangitur ab igne iſto ſentit dolorẽ intẽſum: quid faciet miſer dãnatꝰ ibi ſemꝑ mãſurus? Eſa. xxxiij. Quis de vobis habitare poterit cũ ardoribus ſempiternis: quis habitabit cum igne deuorante?

*Corpus hũanũ ĩ igne manere & nõ cõburi nõ eſt ĩpoſſibile.*

Et qa infidelibus videtur corpus humanũ in igne manere & nõ ꝯſumi impoſſibile: voluit deus oſtendere per exẽplũ triũ pueroꝝ. Ananiæ: Azariæ: & Mizaelis: q miſſi ſunt a Nabuchodonoſor in fornacẽ ardẽtem nec tñ ꝯſumpti ab igne. Dañ. iij. ca. In multis quoq; rebꝰ naturalibus oſtendit deus multa fieri: præter ſolitum curſum naturæ in alijs rebus. Sicut em̃ dedit naturã & proprietatem certam rebus prout voluit. ita & poteſt ĩmutare & dare aliã cum vult. Vnde hoc ꝑ multa exẽpla oñdit. b. Aug. in. xxi. de ciui. dei. c. ij. & ſequẽti.

*optima rõ quare corpa aliqua ĩ igne nõ ꝯſumuntur*

Conuincanť increduli poſſe humana corpora animata atq; viuentia nonnunq̃ morte diſſolui ſed in æternorum quoq; ignium durare tormẽtis: cum ſint animalia profecto corruptibilia qa mortalia: quæ tamẽ in medijs ignibus viuant. Nonnullum etiam genus vermiũ in aquarũ calidarũ ſcaturigine reperiri: quarũ feruorem nemo impune contrectet. Illos aũt nõ ſolũ ſine vlla ſui læſione ibi eſſe: ſed extra eſſe non poſſe. Quod ſi eadẽ incredulitate contendãt: qa hęc aĩalia nec ſemꝑ viuunt: & in illis feruoribus ſine doloribus viuunt. Si mirabile eſt in ignibꝰ dolere & tamẽ viuere: mirabilius eſt viuere in ignibus & nõ dolere. Si hoc creditur: cur nõ & illud? Sed nullũ inquiũt. ſ. increduli corpus eſt qđ dolere poſſit: nec poſſit mori. Quibus diciť. Etſi nulla caro nunc eſt quæ ſenſum doloris perpeti poſſit moriq; non poſſit: erit tunc tñ talis ſcilicet in vltima reſurrectione qualis nunc non eſt. ſicut talis erit mors qualꝭ nũc non eſt. Attẽdunt iſti cõtradictores nunc nullã eſſe carnẽ q̃ dolorẽ pati poſſit mortẽq; nõ poſſit: & non attendunt eſſe tñ aliqd tale qđ corpore maius eſt. Ipe quippe animus cuius pſentia corpus viuit & regiť: & dolorẽ pati põt & mori non põt. Ecce inuenta eſt res quæ cum ſenſum doloris habeat immortalis eſt. Hoc igitur tunc erit etiã in corporibus dãnatoꝝ: quod nunc eſſe ſcimus in animis oĩm. Si autem diligentius conſideremus: dolor corporis magis ad animũ ꝑtinet. Dolet itaq; aĩa cũ corpore in eo loco eius vbi aliqd cõtingit vt doleat. Dolet & ſola q̃uis ſit in corpore cũ aliqua cauſa etiã inuiſibiliter triſtis eſt ipſa corpore incolumi. Dolet etiã nõ in corpore cõſtituta. Nã vtiq; dolebat diues apđ inferos cũ diceret. Crucior in hac flamma. Corpus autẽ exanime nec dolet nec aĩatum ſine anima dolet. Si ergo a dolore argumentum recte aſſumeretur ad mortem vt ideo mors poſſit accidere: quia potuit accidere & dolor magis ad aĩam ꝑtineret mori ad quam magis ꝑtinet & dolere. Cum vero illa quæ magis dolere poteſt non poſſit mori: quid momenti affert cur illi corpora: qm̃ futura ſunt in doloribus: iõ etiã moritura eſſe credamus. Etſi platonici quidã dixerũt. Vnde & Vergilius: ex moribundis terreni corporis membris aĩas habere: vt metuant doleant & hmõi. Cur incredibile eſt ita ignes illis corporibꝰ dolorẽ poſſe inferre nõ mortem: ſicut ipſa corpora dolere aĩas faciunt: quas tñ ideo mori non cogunt? Idem ca. iiij.

*Salamãdra in igne viuit.*

Sicut qui naturas aĩalium curioſius indagarunt Salamãdram referunt in ignibꝰ viuere. Et quidam notiſſimi Siciliæ montes qui tãta temporis diuturnitate & vetuſtate vſq; nunc ac deinceps flammis æſtuant atq; integri perſeuerant: ſatis idonei teſtes ſunt: non oĩe quod ardet abſumi. Et aĩa indicat non oẽ quod dolere põt: poſſe etiam mori. Quid adhuc a nobis rerũ poſtulanť exẽpla: quibus doceamus non eſſe incredibile vt hoĩm corpora ſempiterno ſupplicio punitoꝝ: & in igne aĩam nõ amittant: & ſine detrimẽto ardeant: & ſine interitu doleant? Habebit em̃ tunc iſta carnis ſubſtantia qualitatem ſuam ab illo inditam: qui tam miras & varias tot rebus indidit quas videmus proprietates: vt eas qa multæ ſunt non miremur. Quis em̃ niſi deꝰ creator oĩm dedit carni pauonis mortui ne putreſceret? Quod dicit btũs Aug. ſe expertũ vt ꝑ ãnum illã reſeruaſſet coctam: nec putreſceret: ſed ſolũ corpulẽtiæ ſiccioris fuiſſe. Quis paleæ dedit vel tã frigidã vĩ: vt obrutas niues ſeruet: vel tam feruidã vt poma ĩmatura maturet? De ipo igne mira quis explicet quo quæq; aduſta nigreſcunt: cum ipe ſit lucidus: & pene oĩa quæ ambit & lambit colore pulcherrimꝰ decolorat: atq; ex pruna fulgida carbonem teterrimum reddit. Neq; id quaſi regulariter diffinitum eſt. Nam ecõtrario lapides igne candenti percocti & ipſi fiunt candidi. Et q̃uis magis ille rubeat illi albido colore niteſcant: cõgruit tamẽ luci quod album eſt: ſicut nigrum tenebris. Cum itaq; ignis in lignis ardeat vt lapides coquat contrarios habet non in rebus contrarijs effectus. Etſi enim ligna & lapides diuerſa ſunt: ſed non ſunt contraria: ſicut album & nigrum: quorum in lapidibus vnum facit: alterum in lignis: clarus illos clarificans: hæc obfuſcans: cum in illis deficeret niſi in iſtis viueret. Quid in carbonibus nonne miranda res eſt & tanta infirmitas vt ictu leuiſſimo frangantur: preſſu facillimo conterantur: & tanta firmitas vt nullo humore corrumpantur: nulla ætate vincantur: vſq; adeo vt eos ſubſternere ſoleant qui limites figunt ad conuincendum litigatorem: Qui eos in terra humida infoſſos: vbi ligna putreſcerẽt tam diu durare incorruptibiliter poſſe niſi rerũ ille corruptor ignis effecit?

*De cõfectione calcis.*

Intueamur etiã miraculum calcis excepto eo de quo iam ſatis diximus. ꝙ igne candidatur quo alia terra redduntur. Etiam occultiſſime ab igne ignem concipit. Cũq; iam gleba tangentibus frigida ſit. ignem tam latenter ſeruat vt nullo noſtro ſenſui prorſus appareat. Sed compertus experimento etiam dum non apparet: ſciatur ineſſe ſopitus. propter quod eam calcem vitam loquimur. velut ipſe ignis latens anima ſit inuiſibilis viſibilis corporis. Iam vero q̃ mirum eſt: ꝙ cum extinguiť: tunc accenditur. Vt enim occulto igne careat: aqua ei infunditur aquave perfunditur. Et cum ante ſit frigida: inde ferueſcit vnde feruentia cuncta frigeſcunt. Velut expirante ergo illa gleba diſcedens ignis qui latebat apparet. Ac deinde tanq̃ morte ſic frigida eſt: vt adiecta vnda non ſit arſura. & quam calcem vocabamꝰ viuam vocemꝰ extinctam. Quid eſt qđ huic miraculo addi poſſe videatur & tamen additur? Nam ſi non adhibeas aquam ſed oleũ: qđ magis fomes eſt ignis: nulla eius ꝑfuſione vel infuſione



ferueſcit. Hoc miraculũ ſi de aliquo indico lapide legeremus ſiue audiremus: & in noſtrũ experimentũ venire nõ poſſet: profecto aut mendaciũ putaremus aut certe granditer miraremur. Quarũ vero rerũ ante oculos noſtros quotidiana documenta verſanť non genere minꝰ mirabili: ſed ipſa aſſiduitate vileſcũt. ita vt ex ipſa India quæ remota eſt pars orbis a nobis deſierimus nõnulla mirari q̃ ad nos potuerunt miranda perduci.

*De ꝟtute adamantis*

Adamãtẽ lapidẽ multi apud nos habẽt & maxime aurifices inſignitoreſq; gemmarum: qui lapis nec ferro nec igne nec alia vi vlla perhibetur præterq̃ hircino ſanguine vinci. Sed qui eũ habẽt atq; nouerunt. nũquid ita mirantur vt hi quibus potẽtia primũ eius oſtenditur: quibꝰ autẽ nõ oſtendiť: fortaſſe nec credunt: aut ſi credũt inexperta miranť? Et ſi contigerit eſtperiri adhuc quidem mirantur inſolita.

*De ꝟtute magnetis.*

Sed aſſiduitas experiendi paulatim ſubtrahit admirationis incitamẽtum. Magnetem lapidem nouimus mirabilem ferri eſſe raptorẽ. Quod cum primum vidi vehemẽter inhorrui: quippe cernebam a lapide ferreum anulũ raptũ atq; ſuſpenſum. Deinde cũ tanq̃ ferro quod rapuerat vim dediſſet ſuã communẽq; feciſſet. idẽ quoq; anulus alteri admotus eſt eundemq; ſuſpendit atq; vt ille prior lapidi: ſic alter anulus priori anulo cohærebat. Acceſſit eodẽ modo tertius. acceſſit & quartus. Iãq; ſibi per mutua circulis nexis non implicatoꝝ intrinſecus ſed extriſecus adhærentiũ quaſi catena pepẽderat anulorũ. Quis iſtam vim lapidis nõ ſtuperet. quæ illi nõ ſolũ inerat: verũetiã per tot ſuſpẽſa tranſibat: & inuiſibilibus vinculis ea ſubligabat? Et ſi argentũ inter lapidẽ illũ poſuerit & ferrũ mouet ĩmoto argẽto. Quãdo autẽ iuxta magnetẽ poniť adamas ferrum non rapit: & ſi eũ rapuerit vt ei appropinquauerit: mox remittit India mittit hos lapides. Verũtamẽ infideles homines qui cum diuina vel ꝑterita vel futura miracula ꝑdicamus: quæ illis experienda nõ valemus oſtẽdere: rationẽ a nobis earũ flagitant rerũ: quã qm̃ nõ poſſumus reddere: excedũt em̃ vires mẽtis humanæ: æſtimant falſa eſſe quæ dicimus. Ipſi de tot mirabilibus rebus quas vel videre poſſumus: vel videmus deberẽt reddere rationẽ: Qđ ſi ab hoĩe fieri nõ poſſe viderint fatendũ eſt eis: nõ ideo aliqd nõ fuiſſe: vel futurũ nõ eſſe: qa ratio inde reddi nõ põt: quãdoquidẽ ſunt iſta de quibus ſiſr nõ põt. Nõ itaq; ꝑgo ꝑ pluria q̃ mãdata ſũt lr̃is: nõ geſta atq; trãſacta: ſed in locis q̃buſq; manentia: q̃ ſi quiſq̃ ire voluerit: & potuerit vtrum vera ſint explorabit. Sed pauca cõmemoro.

*mirũ de ſale agrigẽtino.*

Agrigẽtinũ Siciliæ ſalẽ perhibẽt cũ fuerit admotus igni velut in aqua flueſcere: cũ vero ipſi aquæ adiungitur velut in igne crepitare. Apud Garamãtas quendam fontem fertur eſſe tam frigidum diebus vt non bibatur: tam feruidum nocte vt non tangatur. In Epiro aliũ fontem in quo faces vt in cæteris extinguuntur accenſæ: ſed nõ vt in cæteris accendunť extinctæ. Aſbeſton Arcadiæ lapidẽ ꝓpterea ſic vocari ꝙ ſemel accenſus iã nõ poſſit extĩgui.

*De pomis ſodomorum.*

Poma in terra Sodomorum gigni quidem & ad maturitatis faciem peruenire: ſed morſu preſſuve tentata in fumum ac fauillam corio fatiſcente vaneſcere. Pyritẽ lapidẽ Perſicũ tenentis manum ſi vehementius prematur adurere. propter qđ ab igne nomẽ accæpit. In Cappadocia æthere vẽto eq̃s concipere eoſdemq; fœtus nõ amplius triennio viuere. Tylon Indiæ inſulam eo præferri cæteris terris: ꝙ oĩs arbor q̃ in ea gignitur nunq̃ nudatur tegmine foliorũ. De his atq; alijs innumerabilibꝰ q̃ hiſtoria nõ factoꝝ atq; tranſactorũ: ſed manentiũ locorũ continet reddãt rationẽ ſi poſſunt infideles iſti q nolunt diuinis literis credere. qd aliud q̃ nõ putantes eas eſſe diuinas: eo ꝙ res hñt incredibiles: ſicut hoc eſt vnde nunc agimus. Non em̃ inquiunt admittit vlla ratio vt caro ardeat: & nõ abſumatur: doleat neq; moriatur. Ratiocinatores. videlicet magni: q de oĩbus rebꝰ quas mirabiles eẽ cõſtat: poſſint reddere rationẽ. Reddant ergo rationẽ de his quæ pauca poſuimus: q̃ ꝓculdubio ſi ea eſſe neſcirent: & ea eſſe futura diceremus: multo minus crederẽt q̃ qđ nunc dicentibus nobis nolũt credere aliq̃n eſſe venturum. Quis em̃ eorũ nobis crederet: ſi queadmodũ dicimus futura hominũ viua corꝑa: q̃ ſemꝑ arſura atq; dolitura. nec tñ aliq̃n moritura ſint: ita diceremus in futuro ſæculo: futurũ ſalẽ quẽ faceret ignis velut in aqua flueſcere: eundẽq; faceret aqua velut in igne crepitare: & alia de quibus. ſ. dictũ eſt. Hæc ĩ illo ſæculo quod futurũ eſt ſi diceremus futura: nobiſq; increduli reſpõderẽt. Si vultis vt ea credamꝰ: reddite de ſingulis rõnẽ. Nos non poſſe confitemur: eo ꝙ in iſtis & ſimilibus dei miris operibꝰ infirma mortaliũ ratiocinatio vinceretur. Fixã tñ apud nos eſſe rationẽ nõ ſine rõne oĩpotentẽ facere. vnde animus humanus infirmus rationẽ nõ põt reddere. & in multis quidem rebus incertum nobis eſſe quid velit. illud tñ eẽ certiſſimũ nihil eoꝝ ei eſſe impoſſibile quæcumq; voluerit eiq; nos credere prædicẽti: quẽ neq; impotentẽ neq; mentientem poſſumus credere. Hi tñ fidei rephenſores exactoreſq; rõnis: qd ad iſta reſpõdẽt de q̃bꝰ ratio ab hoĩe reddi nõ põt & tñ ſunt: & ipſi rationi naturæ videnť eſſe cõtraria. q̃ ſi futura eſſe diceremus ſimiliter a nobis ſicut eorum quæ futura eſſe dicimꝰ: ab infidelibus ratio poſcereť. ac per hoc cum in talibus operibꝰ dei deficiat ratio cordis & ſermonis humani. ſicut iſta nõ ideo non ſunt: ſic nõ ideo etiam illa non erũt: qm̃ ratio de vtriſq; ab hoĩe nõ poteſt reddi. Refert in. c. vj. idẽ Aug. ꝙ in literis Gẽtiliũ reperitur. ſ. eſſe quoddã fanũ Veneris atq; ibi candelabrum & in eo lucernam ſub dio ſic ardentẽ: vt eã nulla tẽpeſtas nullus imber extinguat. vnde lucerna ĩextinguibilis nominata eſt. Circa huiuſmodi dicit ꝙ non habemus neceſſe credere oĩa q̃ hiſtoria continet gentiliũ: cũ & ipi iter ſe hiſtorici ſicut ait Varro quaſi data oꝑa & quaſi ex induſtria ꝑ multa diſſentiant. Sed ea ſi volumus credimꝰ quæ nõ aduerſantur libris quibus non dubitamus oportere nos credere.

*de fano veneris*

De iſto ergo fano Veneris & lucerna inextinguibili non ſolum in nullas coarctamur anguſtias: verũetiã latitudinis nobis cãpus aperiť. ſ. ad reſpondendũ. Addimus em̃ ad iſtã lucernam inextinguibilẽ & hũanaꝝ & magicarũ. i. ꝑ hoĩes dæmoniacarũ artiũ & ipſorũ per ſeipos dæmonum multa miracula: quæ ſi negare voluerimꝰ: eidẽ ipſi cui credimus ſacrarũ literarũ aduerſabimur ꝟitati. Aut ergo in illa lucerna mechanicum aliquid de lapide Aſbeſto ars humana molita eſt: aut arte magica factũ eſt: quod hoĩes illo mirarenť in tẽplo. Aut dæmon quiſpiam ſub nomine Veneris tanta ſe efficacia pſentauit: vt hoc ibi ꝓdigiũ & appareret hoĩbus & diutius permaneret. Illiciuntur autem dæmones ad inhabitandũ per creaturas: quas non ipſi ſed deus condidit. Vt autẽ alliciantur ab hoĩbus: prius eos ipi aſtutiſſima calliditate ſeducunt. vel inſpirando coꝝ cordibꝰ virus occultũ: vel etiam fallacibus amicitijs apparendo: eorumq; paucos diſcipulos ſuos faciunt plurimorũq; doctores. Neq; em̃ potuit niſi prius ipſis docentibus diſci: quid quiſq; illorum appetat: quid exhorreat: quo inuitetur numine vel cogatur. vnde magicæ artes eorumq; artifices extiterunt. Maxime autẽ poſſident corda mortaliũ: qua potiſſimũ poſſeſſione glorianť: cum ſe transfigurant in angelos lucis. Sunt ergo eorũ facta plurima: quæ quanto magis mirabilia confitemur: tanto cautius vitare debemus. Sed hæc vnde nunc agimus: nobis etiam ipſa proficiunt. Si em̃ hæc immũdi dæmones poſſunt: quanto potẽtiores ſunt angeli ſancti. Quãto potẽtior his oĩbus deus qui tantoꝝ miraculoꝝ effectores etiã ipſos angelos fecit. De Magis Pharaonis ſeu maleficis ſcriptura diuina fatetur. De quadam fœmina quæ tali arte pollebat nobilis poeta dicit. Hæc ſe carminibus promittit ſoluere mẽtes. Quas velit: aſt alijs duras immittere curas. Siſtere aquam fluuijs & vertere ſydera retro. Nocturnoſq; ciet manes: mugire videbis Sub pedibus terram: & deſcendere montibus ornos.

*Eneid. iiij.*

Quanto magis deus potens eſt facere quæ infidelibus ſunt incredibilia: ſed illius facilia poteſtati. quãdoquidem ipſe lapidum aliarumq; vim rerum & hominũ ingenia: qui ea miris vtuntur modis ãgelicaſq; naturas omnibus terrenis potentiores animantibus condidit vniuerſa mirabilia: mirabili vincente virtute: & operandi: iubendi ſinendiq; ſapientia vtens omnibus tam mirabiliter q̃ creauit. Cur igitur facere non poſſit deus: vt reſurgant corpora mortuorum: & igne æterno crucientur corpora damnatorũ qui fecit mundum in cœlo: in terra: in aere: in aquis innumerabilibus miraculis plenum: cũ ſit omnibus quibus plenꝰ eſt proculdubio maius & excellentius etiam mundus ipſe miraculum. In ca. vij. idem. Sed iſti cum quibus vel contra quos nunc agimus: qui & deum eſſe credũt a quo factus eſt mũdus. qñ eis rerũ vim mirabilẽ proponimꝰ aliarum: quæ nec aĩalia ſunt rõnalia: nec vlla ratione præditi ſpiritꝰ: ſicut ſunt ea quoꝝ pauca commemorauimꝰ reſpondere aſſolent. Vis eſt iſta naturæ. Natura eorum ſic ſe habet. ꝓpriarũ ſunt

iſtæ efficaciæ naturaꝝ.Tota itaq; ratio eſt.Cur Agrigētinū
ſalē flamma fluere faciat:aqua crepitare: qa hæc eſt natura
eius.Et hoc eſſe potius cōtra naturā videť:quæ nō igni ſed
aquæ dedit ſalē ſoluere:torrere autē igni non aquæ.Sed iſta
inquiūt ſalis hui⁹ naturalis eſt vis vt his contraria patiatur.
Hic igitur rō additi & de fonte illo Garamātico & alijs de q
bus dictum eſt.ſ. Quibus licet vis inſoluta contra naturā
ineſſe videať:alia tn̄ de illis non reddiť ratio:niſi vt dicatur
hanc eorum eſſe naturā.Breuis ſane iſta eſt ratio fateor:ſuf=
ficienſq; reſpōſio.Sed cum deus ſit auctor naturaꝝ. omniū
cur volunt fortiorem nos reddere rationē:quando aliquid
velut impoſſibile nolunt credere.eiſq; redditionem ratiōis
poſcentibus reſpondemus hanc eſſe voluntatem omnipo=
tentis dei.Qui certe non ob aliud vocať oīpotens:niſi qm̄
quicquid vult pōt.Qui potuit creare tā multa quæ niſi oſtē
derenť profecto impoſſibilia putarenť.nō ſolū quæ igno=
tiſſima apud nos:verūetiam quæ notiſſima poſui. Nec em̄
volo temere credi cuncta quæ poſui:quia nec a meipſo ita
credunť tanq̄ nulla de illis ſit in mea cogitatione dubitatio
exceptis illis quæ vel ipſe ſum expertus : & cuius facile eſt
experiri ſicut de calce quæ feruet in aqua in oleo frigida eſt.
De magnete lapide trahente ferrum. De carne pauonis
non putreſcente. De palea ſic frigente:vt non ſinat fluere
niuem.Sicq; calente vt matureſcere poma cōpellat.De igne
fulgido candeſcente lapides ſcilicet calcis:& obfuſcāte quæ
vrit.De carbonibus & oleo & argento.de quibus.ſ. Cæte=
ra autem ſic habeo:vt neq; neganda neq; affirmanda decre=
uerim.Quæ autem melior & validior ratio de rebus talib⁹
reddiť ꝙ q̄ cū oīpotēs deus ea facere poſſe ꝓhibeť:& factur⁹
dicitur quæ prænuntiaſſe ibi legitur vbi alia multa prænū
tiauit:quæ feciſſe monſtratur.Ipſe quippe faciet:quia ſe fa=
cturū eſſe p̄dixit:quæ impoſſibilia eſſe putanť: qui promi=
ſit & fecit vt ab incredulis gentibus incredibilia crederenť.
Si autem reſpondent ſe propterea non credere:quæ de hu=
manis ſemp arſuris nec vnq̄ morituris corporibus dicim⁹:
qa humanorū corporū naturā nouimus longe aliter inſtitu
tam.Vnde nec illa ratio hinc reddi poteſt quæ de illis natu
ris mirabilib⁹ reddebať:vt dici poſſit.Vis iſta naturalis eſt
rei huius iſta natura eſt:qm̄ ſcim⁹ humanæ carnis iſtam nō
eſſe naturam.Habemus quidem quod reſpondeamus de ſa
cris literis,Hanc ipſam.ſ.humanam carnem aliter inſtitutā
fuiſſe ante peccatū:ſcilicet vt poſſet nunq̄ mortem perpeti.
Aliter autē poſt peccatū qualis eſt erumna huius mortalita
tis innotuit vt perpetem vitam tenere non poſſit.Sic ergo
aliter q̄ nobis nota eſt inſtituetur in reſurrectione mortuo=
rum.Sed qm̄ iſtis non credūt literis ſcilicet ſacris.vbi legiť
qualis in paradiſo vixerit homo:de literis eorū qui doctiſ=
ſimi apud eos fuerunt aliquid proferendū eſt:quo appareat
poſſe fieri vt aliter ſe habeant quæq; res q̄ prius in reb⁹ in=
notuerat ſuæ determinatione naturæ.Eſt in Marci Varro=
nis libris quorum inſcriptio eſt de gente populi Romani.
quod eiſdem verbis ibi legitur:& hic ponā.In cœlo inquit
De ſtella veneris & q̄t noībus appellatur.
mirabile extitit portētū. Nā ſtellam Veneris nobiliſſimā
quā Plautus Veſperuginem:Homerus heſperon appellat
pulcherrimam dicens.Caſtor ſcribit tantū portentum exti
tiſſe vt mutaret colorē:magnitudinē:figuram: curſum: qđ
factū neq; antea nec poſtea fit,Sic hoc factum Ogygio rege
dicebant Adraſtus:Cyzicenos & Dyon Neapolites mathe
matici nobiles,Hoc certe Varro tantus auctor portentum
non appellaret:niſi eſſe contra naturā videretur,Oīa quip=
pe portenta contra naturam dicimus eſſe:ſed nō ſunt. Quo
modo em̄ eſt contra naturam quod dei fit voluntate:cū vo
luntas tanti vtiq; cōditoris cōditæ rei cuiuſcūq; natura ſit?
Portentū ergo fit nō contra naturā:ſed contra quam eſt no
ta natura,Quis autem portentorum numerat multitudinē
q̄ hiſtoria gentium continet?Sed nunc in hoc vno attenda
mus:quod ad rē de qua agimus ꝑtinet.Quid ita diſpoſitum
eſt ab auctore cœli & terræ quemadmodum curſus ordina=
tiſſimus ſyderū?Quid tam ratis legibus fixiſq; firmatum?
Et tn̄ qn̄ ille voluit qui ſummo regit imperio ac poteſtate
quod cōdidit:ſtella præ cæteris magnitudine ac ſplendore
notiſſima:colorē:magnitudinē:figurā:& qđ eſt mirabilius
ſui curſus ordinē legēq; mutauit & turbauit.Sed hoc de Lu=
cifero ſtella contigit nec antea nec poſtea contigiſſe dicunt.
Nos in diuinis libris legimus etiam ſolem ipſum cum hoc
a dn̄o petiuiſſet vir ſanctus Ieſus naue donec cœptum præ=
liū victoria terminaret.Et retrorſū rediſſe vt regi. Ezechię
xv.anni ad viuendū additi.Hoc etiā ꝓdigio dei ſignificarē
tur adiuncto.Sed iſta quoq; miracula quæ meritis ſunt con
ceſſa ſanctoꝝ:quādo credūt iſti facta magicis artibus attri=
buunt.Vnde eſt illud quod.ſ. commemoraui Vergilij. Si=
ſtere aquā fluuijs:& vertere ſydera retro.ſcilicet quādā magā
facere.Nam & fluuium ſtetiſſe ſuperius inferiuſq; fluxiſſe:
factū eſt ſub Ieſu naue ſcilicet in Iordane.& ab Helia & He
liſæo.& de maximo ſydere.ſ.ſolis reuerſo ſub Ezechia re=
ge dictum eſt. Non ergo de notitia naturarum caliginem
ſibi faciant infideles:quaſi non poſſit in aliqua re diuinit⁹
fieri aliud q̄ in eius natura per humanā ſuam experientiam
cognouerunt.q̄uis & ipſa quæ in rerum natura oībus nota
ſunt:non minus mira ſunt:eſſentq; ſtupenda conſideranti=
bus cūctis:ſi ſolerent hoīes mirari mira nō rara.Quis enim
conſulta ratione nō videat in hoīm innumerabili numero
ſitate & tanta in naturæ ſimilitudine valde mirabiliter ſic
habere ſingulos ſingulas facies:vt niſi inter ſe ſimiles eēnt
non diſcerneret ſpecies eorū ab animalibus cæteris: & rur=
ſus niſi inter ſe diſſimiles eſſent:non diſcernerentur ſinguli
ab hominibus cæteris.Quos ergo ſimiles confitemur:diſſi
miles inuenim⁹.Sed mirabilior eſt conſideratio diſſimili
tudinis.Sicut ergo non fuit impoſſibile deo quas voluit in
ſtituere:ſic ei nō eſt impoſſibile in quicquid voluerit quas
inſtituit mutare naturas.Nobis tamē iſta quæ velut contra
naturā fiunt:& contra naturā fieri dicuntur:quo more ho=
minū locut⁹ eſt apl's dicēdo ꝯtra naturā in oliua inſitū olea=
ſtrum:factū eſſe participē pinguedinis oliuæ.Et quæ mon=
ſtra oſtenta:portenta:prodigia nuncupantur.hoc mōſtrare
debēt.hoc oſtendere vel præoſtendere:hoc prædicere quod
facturus ſit deus:quæ de corporibus hoīm ſe pronuntiauit
eſſe facturū nulla impediēte difficultate:nulla præſcribente
lege naturæ.Quod igiť de ſempiterno ſupplicio dānatorū:
ſ.ignis ſuū per prophetā ſcilicet Eſaiā dn̄s dixit fiet omino.
Vermis eoꝝ nō morieť:& ignis eorū non extinguetur. Ad
hoc em̄ vehemētius cōmendādū etiā dn̄s Ieſus cū mēbra q̄
hoīem ſcādalizāt pro his hoībus poneret quos vt ſua mem
bra qs diligit eaq; p̄ciperet amputari . Bonū eſt inquit tibi
debilē introire in vitā æternā q̄ duas manus habentē mitti
in gehennā.i.in ignē inextinguibilē vbi vermis eorum nō
moritur:& ignis eorū non extinguitur.Similiter & de pede
& idē de oculo dixit.Nō em̄ piguit vno loco eadem verba
ter dicere prout.ſ.refert Marcus euangeliſta.Quem non ter
reat iſta repetitio & illius pœnæ cōminatio tam vehemens
ore diuino.Et in veteribus ſcripturis.Vindicta carnis impij
ignis & vermis.Eligat quiſq; quod placet.aut ignē tribue=
re corpori:vermē aīo hoc ꝓprie:illđ tropice:aut vtrūq; ꝓ=
prie corpori.Iam em̄ ſatis ſuperi⁹ diſputaui poſſe animalia
in igne viuere: & in vſtione ſine conſumptione & in do=
lore ſine morte per miraculum omnipotētiſſimi creatoris.
Cui hoc poſſibile eſſe qui negat:a quo fit quicquid in natu
ris oībus miratus ignorat.Ipſe eſt em̄ de⁹ qui omnia in hoc
mundo magna & parua miracula quæ commemorauimus
& incōparabiliter plura q̄ non cōmemorauimus fecit: ea=
dēq; ipō mundo vno atq; omniū maximo miraculo inclu=
ſit.Et infra in.c.x.Gehenna illa q̄ ſtagnū ignis & ſulphuris
dicta eſt:corporeus ignis erit & cruciabit corpora dānatorū
aut hoīm & dæmonum.Solida hoīm:aerea dæmonū. Aut
tm̄ hoīm corpora cum ſpiritibus.i.aīabus eorum . Dæmo=
nes autē ſpūs ſine corporibus hærentes ſumendo pœnā:nō
im partiēdo vitā corporalib⁹ ignib⁹.Hæc oīa beatus Aug.
Quod autē dicit de corporib⁹ dæmonum ſm opinionē ali
quorū loquitur non aſſertiue.vnde a modernis nō tenetur
ꝙ dæmones habent corpora vnita ſibi.

## §.V.VLTRA CRVCIATVM IGNIS QVO

corpora dānatorū poſt iudiciū torquebunť:erunt ipſorum
De pœnis dānatorū & eorū miſerijs.
corporū miſeriæ aliæ & pœnæ.Quaꝝ prima eſt oīmoda in
firmitas.Erūt corpora illa īfirma intus & extra.Iob.xx.Ar=
ctabiť.ſ.extra:& æſtuabit.ſ.intra:& oīs dolor irruet ſup eū.
Vn̄ pōt de quolibet trangreſſore mādatorū dei:& ideo dam
nato illud Deuť.xxviij.verificari. Percutiet te dn̄s egeſtate
febre & frigore:ardore & æſtu : aere corrupto ac rubigine.
Et paulopoſt.Percutiet te dominus vlcere Egypti:ſcabie &
prurigine



prurigine.amentia & cæcitate & furore mētis.Augebit de⁹
plagas tuas magnas & ꝑſeuerantes:infirmitates peſſimas &
perpetuas & conuertet in te oēs afflictiōes Egypti quas ti=
muiſti & adhærebūt tibi.Secūda miſeria illorū corporum
eſt deformitas eorū.Sicut em̄ ignis noſter cum ſit fumoſus
oīa q̄ lambit & tangit etiā lucida & decora deturpat,& deni
grat:ita ignis inferni:& multo magis cum ſit obſcurus de=
nigrat & deturpat corpora illa.Thren̄.iiij. Denigrata eſt ſu
per carbones facies eoꝝ.ſ.reproboꝝ:& non ſunt agniti in
plateis Hieruſalē.ſ.ſupnæ:immo ab ea excluſi.Si em̄ Ethio
pes ſunt ita nigri propter calorē ſolis intēſum in illa patria
quanto magis corpora dānatorū ab illo igne. Et ſi ignis q
dicitur ſancti Antonij ita deturpat mēbra humana: quanto
magis ille ignis inferni:cum ille ſit vmbra vel ſignum ei⁹.
Vn̄ dicere pōt quilibet damnatus illud Iob.xxx.Cutis mea
denigrata eſt:& oſſa mea aruerunt caumate . Tertia miſeria
eſt fetoris qualitas.Iob.xxv.Si aſcenderit vſq; ad cœlos: &
caput eius nubes tetigerit.ſ.in mūdo per dignitates & dn̄ia
reprobus:quaſi ſterquiliniū in fine perdeť.ſ.in iferno . Nec
mirū ſi fetor nimi⁹ ibi erit:vbi ſunt tot trunci putridi q de
fixi fuerāt:& tot cadauera de fecibus inferni:vbi oēs ſordes
mundi ꝯgreganť tanq̄ in ſentina & latrina totius mūdi.Vn̄
Eſa.xiiij.dr̄.Quaſi ſtirps inutilis ſanie pollutus & obuolu=
tus cū his q interfecti ſunt gladio.ſ.diuinæ ſn̄iæ & deſcēde
rūt vſq; ad fundamēta laci.i.in ꝓfundū inferni:quaſi cada=
uer putridū nō hēbis cōſortiū.& Eſa.xxxiiij.De cadauerib⁹
eoꝝ aſcēdit fetor.Cadauer q̄uis ꝓprie dicať corpus ſiue aīa:
tn̄ aliqn̄ etiā diciť corpus cū aīa.cū videlicet eſt īfirmū & fe=
tidū.& Apoc.xiiij.dr̄ de dānatis.Cruciabunť in igne & ſul=
phure:& aſcendet fetor torrentis & fumus tormentorum in
ſæcula ſclorū.Fumus ſulphuris multum fetet.Qui ergo hic
quærunt ſuaues odores floꝝ muſcati & hmōi cogitent dili=
miſeria eſt mēbroꝝ inutilitas.
genter tantū ibi continuū fetorem.Quarta miſeria eſt inuti
litas membroꝝ & impotētia.Nō em̄ poterūt ſe mouere ad
aliqd agendū:vel ſe elongare a reb⁹ affligētibus eos . vnde
qđ dictū fuit de eo q venit ad nuptias regis ſine veſte nu=
ptiali.Ligatis manib⁹ & pedib⁹ mittite in tenebras exterio
res.Mat.xxij.hic eſt qcūq; in nuptijs ſp̄ualib⁹ eccl'iæ nō ma=
net in charitate:q̄ eſt veſtis nuptialis.nō compatiens ſecum
aliquod mortale.cui in inferno liganť manus & pedes.i.po
teſtas tolliť aliqd bn̄ operādi & voluntatis affectus.Et ideo
bn̄ diciť Eccl's.ix.Quodcūq; pōt manus tua:inſtanter opare
quia nec opus:nec ratio:nec ſapiētia:nec ſcientia valēt apđ
inferos quo tu ꝓperas.Certe ſi qs maneret diu in lecto ſatis
molli & plumoſo:nec poſſet ſe mouere etiā in capite vnius
diei:valde anguſtiareť.Quid ergo vbi eſt ignis:fetor: & te=
Eſt vermiū corroſibilitas.
nebræ?Quinta miſeria eſt vermium corroſibilitas. Eſaiæ
vltimo.Vermis eorum non morietur.Et quamuis vermis
iſte cōiter exponať de ꝯſciētia ꝯtinue remordente:beat⁹ Au
gu.tn̄ nō negat quin & de verme materiali poſſit intelligi
corpora dānatoꝝ corrodēte abſq; cōſumptione.Et ſi dicať
quō vel de quo ibi viuūt.Poſſet dici ꝙ ſicut ignis ibi ardet
ſine materia nobis nota nec deficit:ſic & vermis corpora dā
natoꝝ poſt iudicium affliget nec deficient.Eſa.xiiij. dicitur.
Subter te ſterneť tinea:& operimentum tuū erunt vermes.
Abachuc.ij.Nunquid cōſurgēt repēte q mordeāt te & ſuſci
tabunť lacerātes te?Itē Eccli.xxxix.Hæc parata ſunt impijs
ignis:grando:fames:mors:inſup ſcorpij & ſerpentes & rō=
Eſt luct⁹ & nuditas.
phea.Sexta eſt nuditas & luctus.Ezech.xvij.Ecce ꝯgregabo
amatores tuos:& quos oderas.& nudabo ignominiā tuā co
rā eis:& videbūt oēm turpitudinē tuam.& Eſa.xx.Sicut am
bulauit Eſaias ſeruus meus nudus & diſcalciatus:trium an=
norum ſignum:& portentū erit ſup Egyptum & Ethiopiā.
Sic minabit rex Aſſyriorū.ſ.diabolus captiuitatē Egypti &
tranſmigrationem Ethiopiæ.i.malos chriſtianos & infide=
les in mortem:iuuenē & ſenē:nudum & diſcalciatū diſcoo=
pertis natibus.De planctu Chriſtus.Ibi erit fletus & ſtridor
dentiū.& Apoc.i.Videntes &c.plangēt ſe ſuper ſe.Adde qđ
ſ.de igne.Et ſic ſunt.vij.quo ad corpora.

## §.VI.DE DIVTVRNITATE PENE

Qualiť pœna inferni ſit æterna.
infernalis.ſ.ꝙ ſit æterna.i.ꝑpetua non habens finē:etſi prin
cipiū habuerit.ſ.ab initio mundi parata.Dicit veritas ipa q̄
mentiri nō poteſt incarnata de reprobis in finali iudicio in
aīa & corpore reaſſumpto condēnandis.Ibunt hi in ſuppli
cium æternū:iſti aūt in vitā æternā.Mat.xxv.Quod ſuppli
ciū ipſe pri⁹ declarauerat in ſua ſn̄ia cū dicet eis . Diſcedite a
me maledicti in ignē æternū:qui paratus eſt diabolo & an=
gelis eius.In quib⁹ verbis oſtendiť & pœna dāni in ſubſtra
ctione diuinæ viſionis. Diſcedite(inquiens)a me.& pœna
ſenſus.i.detētionis in igne:q æternꝰ dr̄:qa finē nō habet cru
ciat⁹ ille ac ſocietas eoꝝ.ſ.dæmonū cruciātium eos. Et certe
horrendū eſt & valde expaueſcendū cōſiderare pœnā illam
acerbiſſimā incōparabiliter ſup oēs pœnas vitæ præſentis
ſemp ſuſtinendā ab illis miſeris:de quo & certi ſunt.Habe
rent autē ꝓ maxima grā & ſummo beneficio:vt in illis pœ
nis eſſent tot ānis q̄t ſunt granulæ arenæ maris & guttæ aq̄
eius:quia etſi a nobis numerari nō pn̄t præ multitudīe a di=
uina tn̄ ſapiētia numeranť:q̄ oīa cōſtituit in pondere:nume
ro & mēſura.& finē vtiq; aliqn̄ haberēt:etſi poſt tp̄s longiſ=
ſimum & quaſi infinitū.Et ideo cū tentatio vrget:ſic conſi
deranda eſt illa perpetuitas pœnæ timenda:quia ſi momen
taneū eſt qđ delectat:æternū tn̄ qđ cruciat.ait.b.Greg.Et qs
vnq̄ fuit q ſi ſciret poſt delectationē qualēcūq; etiā diu du=
ratūrā ꝑpter eam in ignē mittendū & pœnā ibi grauiſſimā
toleraturū diu etſi non ſemp:vellet illā nō conſequi? certe
nullus.Sed etſi pœnæ tpales infirmitatū:ꝑſecutionū: detra
ctionū:cōtumeliarū:iniuriarū:flagelloꝝ:exiliorū:pauperta
tū & hmōi:ita duræ ſunt et graues hoībus: oīa patiētiſſime
toleranda ſunt vt euadanť cruciatus æterni.Sed notandū ꝙ
circa hmōi diturnitatē pœnaꝝ maloꝝ in alio ſæculo:fuerūt
diuerſæ opiniones ſeptē.tn̄ plenæ.ſ.errorib⁹ et hæreſim ſa=
pientibus:quas reprobat beatus Augu.in.xxi.de ciui.dei.c.
Error platonicoꝝ erga pœnas dānatorū.
xiij.et.c.xvij.cū ſequenti.Platonici quippe q̄uis impunita
nulla velint eſſe peccata(ait idem)tn̄ omnes pœnas emēda=
tioni adhiberi putant vel humanis inflictas legibus vel di=
uinis ſiue in hac vita ſiue poſt mortem.Hinc eſt Maronis il
la ſententia in.vi.vbi cū dixiſſet de terrenis corporibus mo
ribundiſq; mēbris,ꝙ aīæ hinc metuūt:cupiunt gaudētq; do
lētq;.Nec auras ſuſpiciunt clauſæ tenebris et carcere cæco .
et poſtea ſubdit.Ergo exerceniť pœnis.ſ.varijs per quas pur
gatæ reuertunť ad corpora.Sed falſum eſt hoc et ꝯtra doctri
nā Chriſti dicētis.Ibunt hi.ſ.mali in ſuppliciū æternum.Et
de quodā genere peccati ipē etiam ait.ſ.blaſphemia in ſp̄m
ſc̄m ꝙ nō remitteť ei neq; i hoc ſæculo neq; in futuro.Mat.
xij.Qđ ad literā verū eſt de quolibet impœnitēte hinc mi=
Error eoꝝ q dicūt pœnas dānatorū miā dei poſſe tolli.
grante.Alij ex Chriſticolis dixerunt oēs malos poſt pœnas
infernales toleratas certo tēpore demū miſericordia dei li=
berandos ex illis pœnis.Et vt dicit beatus Augu.In hac re
miſericordior fuit Origenes:q et ip̄m diabolū & āgelos ei⁹
poſt grauiora ꝓ meritis et diturniora ſupplicia ex illis cru=
ciatibus eruendos et ſociandos ſanctis angelis credidit.Sed
illū et propter hoc et alia nōnulla:et maxime ꝓpter alter=
nantes ſine ceſſatione beatitudines et miſerias et ſtatutis ſæ
culorum interuallis ab iſtis ad illas:atq; ab illis ad iſtas itus
et reditus interminabiles non immerito reprobauit eccl'ia.
Qui et hoc ꝙ miſericors videbatur amiſit:faciēdo ſanctis
veras miſerias quibus pœnas luerent:et falſas beatitudīes
in quibus verū ac ſecurū:hoc eſt ſine timore certū ſempiter
ni boni gaudiū nō haberēt.hæc beatus Aug.Et aperte repro
batur talis falſitas ex verbis illis.Diſcedite a me maledicti
in ignē æternum:qui paratus eſt diabolo et angelis eius. Et
ibunt hi in ſupplicium æternum &c.Alij dixerunt omnes
homines:non autem dæmones:ſed hoīes tm̄ infideles etiā
et malos Chriſticolas poſt ſupplicia tolerata inferni vſq; ad
finem mundi:demum in iudicio finali reſurgentes deus do
nabit eos et eruet a pœnis precibus ſanctorum ſuorum. Si
enim ipſi ſancti cū hic viuerent cū egebant et pro ſe dn̄m ex
orare ex charitate etiam pro ipſis inimicis ſuis deum exo=
rabant vt patet de Stephano et alijs.quanto magis orabunt
ꝓ eis cū viderint eos humiles ſupplicesq; ꝓſtratos.Neq; em̄
credēdum eſt(aiunt iſti)ſanctos tunc oblitos miſericordiæ
viſcera amiſſuros:cum fuerint pleniſſimæ atq; perfectiſſi=
mæ ſanitatis.Nec eos deus tūc nō exaudiet tot et tales filios
ſuos qn̄ in tanta eoꝝ ſanctitate nullū orationis in eis inue=
niet impedimentum. Allegant pro ſe iſti illud Pſ. lxxvi.
Nunqd obliuiſcetur miſereri deus:aut continebit in ira ſua
mīas ſuas.q.d.nō.Ira eius eſt dicunt vt oēs indigni beati=
tudine ſempiterna:ipō iudicāte puniantur ſupplicio ſem=
piterno.Sed in hac ira nō cōtinebit deus mīas ſuas : quia.ſ.

liberabit eos dicũt iſti. Inducunt & auctoritatē apl̄i dicētis. Concluſit deus oīa ſub peccato vel infidelitate: vt oīb⁹ miſereatꝛ quaſi ſignificaret ꝑ hoc neminē ab eo dānandum perpetuo. Qđ autē chriſtus ꝓmiſerit malis ignē æternũ: dicũt hoc feciſſe ad incutiendũ timorē vt magis hoīes a vitijs abſtineāt: nec in hoc eſſe mendacem: qa intelligiꝛ ex demeritis eorũ quantũ erat in eis ꝑpetuo cruciandos: ſed in ratiōe miſerationis diuinæ quē ꝯſequētur: tunc humiliter ſupplicantes eā & ſanctis ꝓ eis exorantib⁹. Sicut de Niniue prædicere fecit eſſe ſubuertendā quod vtiq; erat in merito malitiæ eorum: nō in diuina miſericordia. Sed opinio iſta etiam falſa eſt & hæretica. Quia in inferno nulla eſt redemptio. & falſum eſt ꝙ ſancti tunc orent pro eis. Sed ſi ad ſanctos reprobi ꝓ eoꝝ ſuffragio accederēt diceretur eis ꝙ prudētes virgines fatuis dixerunt poſtulantibus de oleo earum. Ne forte non ſufficiat nobis & vobis. ite potius ad vendentes &c. Mat. xxv. & Pſ̄. xlviij. Dñabunꝛ eorũ .ſ. reproborũ iuſti in matutino .i. finali iudicio & auxiliũ eoꝝ veteraſſet in inferno a gloria eoꝝ: qa .ſ. non percipiēt auxiliũ. Sed lætabiꝛ iuſtus cũ viderit vindictā .i. punitionē reproboꝝ. non quidē de pœna eoꝝ: ſed de iuſtitia dei eos punientis vt decet: & de ſua liberatione ab illis pœnis. nec eſt veꝝ ꝙ eos pœniteat. Quod Pſ̄. lxxvj. ait. Non continebit deus in ira ſua mīas ſuas quo ad dānatos. Sic intelligendũ eſt ꝙ etiam aliquo modo vteꝛ mīa ad eos: qa nō liberabit a pœnis: ſed quia non tantum patiētur quantũ meruerunt malum etſi immenſus ſit cruciatus eorũ ſm Auguſt. Vel etiā ſm Augu. pōt intelligi ꝙ cũ deus iraſcaꝛ pctōribus ꝓpter ſcelera ſua eos multiplr̄ puniendo. vt totũ genus humanũ ꝓpter primam tranſgreſſionē q̄ deriuata eſt ad oēs propter quam patimur miſerias vitæ præſentis & mortē. vel alia etiā flagella ꝓpter actualia a nobis addita: tñ in iſta ira non continet mīas ſuas. quin ſacramēta & doctrinā oībus ꝓponat. & tpalia bona & naturalia cōcedat malis ſicut & bonis. Auctoritatē etiā apoſtoli male intelligunt. vnde btūs Auguſt. Deus & gētiles & Iudæos quos p̄ſciuit & p̄deſtinauit conformes imaginis filij ſui oēs in fidelitate cōcluſit. vt de amaritudine infidelitatis ſuæ pœnitēdo cōfuſi & a dulcedine miſericordiæ conuerſi credendo clamarent. q̄ magna multitudo dulcedinis mīæ tuæ &c. Oīm itaq; miſeretur vaſorũ mīæ. Omniũ .i. eorum qui ex gētibus & eoꝝ qui ex Iudæis ab eo vocati ſunt: iuſtificati & glorificati. Nō igiꝛ oīm hoīm ſed iuſtoꝝ oīm neminem dānabis. Alij dixerũt nō oēs hoīes malos: ſed tantũ eos qui baptiſma Chriſti ſuſcæperint: quōcunq; male vixerĩt in hæreſi vel quacũq; impietate perire demum & damnari non poſſe. Ad qđ ꝓbandũ inducũt auctoritatē Chriſti dicētis Io. vj. Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi. Si qs manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Baptizati ergo cum ſumant ſacramentũ altaris cōicando neceſſe eſt inquiunt iſti ab æterna morte erui: & ad vitā æternam peruenire. Sed & hoc falſum eſt: qa vt ait apl̄s. Qui mādūcat & bibit indigne: iudiciũ ſibi māducat & bibit. j. Coꝝ. xj. Manducat aũt indigne qui cum aliquo mortali accedit ad ſacramētum. Non ergo intelligitur auctoritas illa Chriſti de māducatione tm̄ ſacramētali vt illi exponũt: ſed de ſpũali ſiue ſola ſiue ſociata cum ſacramētali. Hoc autē eſt manducare panē illũ, ait beat⁹ Aug. credere in chriſtũ & credendo in ipm tendere. ſ. per opera charitatis. hic chriſto incorporatur vt membrum eccleſiæ. Alij vero dixerunt eos tantũ qui in vera fide permanſerint. non lapſi in hæreſim aliquā: q̄uis al's male viuant diuerſis vitijs implicati: & in eis decedētes in æternum non damnandos. ſed propter fundamentũ Chriſti qđ habēt. ſ. fidē chriſti. etſi mortuā igne illo finalis iudicij plene purgandos de ſuis peccatis. & ſic ſaluandos. Inducentes ꝓ ſe auctoritates chriſti dicētis. Qui perſeuerauerit vſq; in finē hic ſaluus erit. exponētes ꝑſeuerare in finē. hoc eſt eſſe in fide etiā informi ꝑmanere & apl̄i Pauli dicentis. j. Coꝝ. iij. Fundamentũ aliud nemo pōt ponere præter id quod poſitũ eſt. quod eſt chriſtus ieſus. Et poſtea ſi quis ſuperædificauerit ſuper hoc fundamentũ lignũ: fœnum: & ſtipulam: ipſe ſaluus erit. ſic quaſi per ignem. exponētes per lignum: fœnũ: ſtipulā: diuerſa genera ꝑeccatorũ etiā mortaliũ, quib⁹ per ignē illũ vltimũ pũnitis ſaluari dicunt illos. Sed & hoc falſum eſſe oſtendit Augu. de ciui. dei. lib. xx. Sed etiam in decretis diſtin. xxv. c. qui in aliud. §. al's ea. vbi expreſſe oſtēdit Augu. ꝑ lignũ: fœnũ: ſtipulā: venialia tantũ intelligenda non mortalia. Et ipſe beatus Aug. in. c. xxvi. de ciui. dei. lib. xxj. diffuſe & pulchre declarat auctoritatē illam apoſtoli. Alij dixerũt catholicos in fide perpetrantes criminalia. ſi per eleemoſynas illa non purgent perpetuo damnandos. Sed ſi eleemoſynas faciant q̄uis in peccatis permāſerint & deceſſerint illis eleemoſynis purgari & ſic ſaluari. Inducũt auctoritatem Chriſti dicentis eis qui nō fecerũt eleemoſynas. Diſcedite a me maledicti in ignē æternũ &c. Eſuriui & nō dediſtis mihi māducare &c. Et illud Iaco. ij. Iudiciũ ſine miſericordia. ſ. dānationis fiet illi qui non fecit miſericordiam. Ergo arguendo a contrario facientibus miam ꝑ eleemoſynam non fiet iudiciũ illud damnationũ. Et illud chriſti. Si dimiſeritis hoīb⁹ peccata eorũ: quod pertinet ad eleemoſynam ſpũalē: & pater veſter dimittet peccata veſtra. Et hoc quoq; falſum eſſe oſtendit. b. Aug. de ciui. dei. lib. xxj. c. xxvij. vbi īter cætera ait. Profecto ſi quæratur q̄ dignæ ſint pro peccatis eleemoſynæ de quibus etiam ille Chriſti præcurſor dicebat. Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. proculdubio nō īueniũtur eas facere q vitā ſuā vſq; ad mortē quotidianorũ criminũ perpetratione confodiunt. Qui ſi ꝓ vno ſcelere oīa ſua diſtribuerēt indigentibus mēbris Chriſti: niſi deſiſterent a talibus factis habendo charitatem quæ non agit perperā. aliquid eis prodeſſe non poſſit. Qui ergo dignas pro ſuis peccatis eleemoſynas facit: prius eas facere incipiat a ſeipſo. Indignũ eſt em̄ vt in ſe non faciat quod facit in proximũ. cum audiat dicentē dominum. Mat. xxij. Diliges proximũ tuum ſicut teip̄m. Itēq; audiat. Miſerere animæ tuæ placens deo. Hanc eleemoſynam .i. vt placeat deo nō faciēs animæ ſuæ quō dignas ꝓ peccatis ſuis eleemoſynas facere dicēd⁹ eſt. Ideo aũt dñs & a dextris eleemoſynas ab eis factas: & a ſiniſtris non factas ſe imputaturum eſſe p̄dixit. vt hinc oſtenderet quantum valeant eleemoſynæ ad priora delenda: non ad perpetua impune committenda peccata. Tales eleemoſynas non ſunt dicendi facere. qui vitam nolunt a conſuetudine ſcelerum in melius commutare. Si em̄ Chriſtiano eſurienti panem tanq̄ Chriſto darent. profecto ſibi panem iuſtitiæ quod ipſe eſt Chriſtus nō negarent. Vnde dñs nō cui detur ſed quo animo detur attendit. Nōne & qui dixit. Niſi quis renat⁹ fuerit ex aqua & ſpũſancto nō intrabit in regnũ cœlorũ: ipſe etiā dixit. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus q̄ ſcribarũ & Phariſæorum non intrabitis in regnũ cœlorum. Cur illud timendo multi currunt baptizari: & hoc nō timendo non multi currunt iuſtificari? Et quemadmodũ ſi quis præoccupat⁹ fuerit hoc delicto: vt fratri ſuo dicat fatue .i. non eius peccata volens auferre videlicet corrigendo cōuitietur iniuſte. parũ eſt illi ad hoc redimēdum eleemoſynas facere niſi etiam quod ibi ſequitur remedium recōciliatiōis adiungat. Ibi enim ſequitur. ſi ergo offers munus tuum ad altare: & ibi recordatus fuerit &c. ita parum eſt eleemoſynas quātaſlibet facere pro quolibet ſcelere & in cōſuetudine ſcelerũ permanere. Quod autē Chriſtus dixit. Si dimiſeritis hoībus pctā eorũ: dimittētur & peccata veſtra. Dicit beatus Aug. ꝙ loq̄batꝛ tũc diſcipulis ſuis iam iuſtificatis: quos oratione dñicā docuerat. per quam delētur quotidiana. ſ. venialia ſine qb⁹ etiā iuſti & ſancti nō viuũt qui habebant. ſ. diſcipuli parua pctā: & non de mortalib⁹. quæ etiam nihilominus dimittunꝛ nō ꝓpter hoc ꝙ dimittant alijs: ſed qa pœnitet eos qđ eē nō poteſt ſine tali remiſſiōe. Et qđ dñs ait. facite vobis amicos de mamona iniquitatis: vt cum defeceritis recipiāt vos in æterna tabernacula. Sic eſt intelligendũ inquit beat⁹ Aug. vt quiſq̄ ſceleratiſſimus a vita ſua nequā mutatus poſſit recipi in æterna tabernacula: quoniā obſecutus eſt ſctīs de mamona iniquitatis .i. de diuitijs ſuis: quæ dicuntur diuitiæ iniquitatis: vel quia male acquiſitæ ſunt. Vel qa humana iniquitas reputat eas diuitias: neſciēs q̄ ſint veræ diuitiæ. Sed præſuppoſita ī eis gr̄a ad qđ ꝑ ſe nō ſufficerēt eorum opera. iuuantꝛ ad æterna tabernacula ꝑuenire ſuffragijs ſanctoꝝ quibus dāt eleemoſynas. Et addit. b. Aug. ibi. Mirari ſoleo etiā apud Vergilium reperiri iſtā dñi ſnīam. vbi ait. Facite vobis amicos de mamona &c. Nam cum Eliſeos campos ille Poeta deſcriberet: vbi putant habitare aīas btoꝝ: nō ſolũ ibi ponit eos qui proprijs meritis ad illas ſedes peruenire potuerunt: ſed adiecit atq; ait. Quiq; ſui memores alios fecere merendo. Hæc omnia

*Qualiꝛ itelligiꝛ iſtud lætabiꝛ iuſtus cũ viderit vidictā*

*ꝙ animꝰ ī dādo ē ꝯſiderād⁹.*



Hæc oīa beatus Aug. vbi. ſ. Itē fuerũt alij qui dicerēt ꝙ etſi pœna dānatorũ ſit æterna minuitur tamen per ſuffragia facta pro eis: ita tamē ꝙ ſemꝑ remanet de ea in ipſis. Alij dixerunt: vt præpoſuimus ꝙ non minuitur eis pœna: ſed ꝑ ſuffragia pro ipſis damnatis facta confortatur ſeu refocillatur tempore damnatos. Sicut ſi portanti maximum pondus & multũ laboranti nihil ſibi minueretur de pondere: ſed ſolũ refrigeraretur per potum ei datum. Sed vtrũq; prædictorum eſt falſum ſm. b. Tho. in. iiij. qa in inferno nulla eſt redemptio. nulla .i. vnq̄ ab illa pœna liberatio. nulla diminutio: nulla refrigeratio. Hoc igitur firmiter tenendũ eſt & credēdum pœnā dānatorũ ſicut & dæmonum eē perpetuam. ſm illud Mat. xxv. Ibũt hi. ſ. reprobi in ſuppliciũ æternũ: iuſti autē in vitā æternā. Quod autē aliquibus viſum eſt & falſo opinatũ & dictũ, pœnā illā reproborũ aliq̄n deſituram: vt ſ. habitũ eſt. Inde moti ſunt: quia non iudicabant iuſtũ eſſe pœnā interminabilē deberi cuicũq; pctō q̄tũcũq; enormi: cũ peccatũ ipſum breui mora tpis perpetreꝛ vt ex ſe patet. Volētes iſti pœnā cōmēſurari culpæ in quātitate tpis. vt ſicut breui tpe pctm̄ cōmittiꝛ: ita & breui tpe pœna puniatur plus & minus ſm exceſſum pctī: vñ & iuſtiſſimam dei ordinationē in hoc condēnat hi p̄ſumptuoſi nimis ī iuſtitia ſua ſeu in iuſta ſnīa ſua. Sed neq; in humanis iudicijs ipſæ leges iſtā iuſtitiam ſeruant vel mandant vt. ſ. tanto tempore puniatur delinquens q̄tũ tpis poſuit in ſcelere ſm. b. Auguſt. in dicto lib. c. xj. Nam cũ octo genera pœnarũ in legib⁹ deſcripſerit Tullius inueniri. ſ. dānũ rerũ: vincula ſeu carcerē: verbera: taleonē: ignominiā: exiliũ: ſeruitutem: & mortem. Quid horũ eſt vt tāta vindiceꝛ morula: quanta dep̄hendiꝛ ꝑpetratũ niſi forte taleo. iuxta illud legis. Oculũ pro oculo dentē pro dente &c. De alijs per ſe patet diuturniorē pœnā q̄ culpam. Culpa enim propter quā quis verberaꝛ: incarceratur: exiliaꝛ & hmōi cito cōmittiꝛ: ſed verberibus diutius cruciaꝛ. Et mlt̄o magis hoc verũ de exilio: ſeruitute & alijs. Qui vero pro aliquo graui crimine morte mulctaꝛ: & nunquid mora qua occiditur quæ breuis eſt: eius ſupplicium leges æſtimant: & nō ꝙ eũ in ſempiternũ auferunt de ſocietate viuentium. Quod eſt autem de ciuitate mortali homines ſupplicio primæ mortis: hoc eſt de ciuitate illa immortali hoīes ſupplicio ſcđæ mortis auferre. Sicut em̄ non efficiũt leges huius ciuitatis: vt in eā quiſq; reuoceꝛ occiſus. Sic nec illius vt in vitā reuocetur æternā ſecunda morte damnat⁹. Hæc bea. Aug. Et ſic hmōi pœna mortis eſt perpetua. quia priuatur vita ad quā naturaliter reuocari nō pōt. Quod autē dictũ eſt in veteri lege. Scđm mēſurā delicti erit & plagarũ modus. Et in noua lege Chriſtus. Eadem menſura qua menſi fueritis remetietur vobis. non intelligitur vt illi male exponunt de menſura tpis: vt ſm quātitatem tpis in quo perpetratũ eſt ſcelus in illa eadem quātitate tpis puniatur. Sed ꝙ ſm grauitatē peccati ſic grauiter puniatur & eam mēſuram pœnæ vel præmij recipiat quiſq; ſm quā operat⁹ eſt boni vel mali. Attenditur aũt ꝑ maxime iuſtitia dei punientis reprobos pœna inferni perpetua ex hoc ꝙ cũ quantitas pœnæ debeat reſpōdere culpæ: & culpa perpetrata ſit infinita in mortali pctō: quia auertit ſe a deo talis peccator quod eſt bonũ infinitũ: & ſic pctm̄ eſt īfinitæ grauitatis: pœna autem eius nō pōt eſſe intenſiue infinita: quia ꝯſumeret ſubiectum: ſed remanet infinita extenſiue. ſ. quantũ ad durationē perpetuam. Itē etiā quia ſemper voluntas reproborum ꝑmanet fixa in malo & hic & in alio ſæculo: & ideo vt ait. b. Gre. ad magnā iuſtitiā ꝑtinet iudicātis vt nunq̄ careant ſupplicio: q dũ viuerent nunq̄ voluerunt carere peccato.

*Error dicētiũ ꝙ pœna inferni minuiꝛ ꝑ ſuffragia.*

*Error illoꝝ qui non credũt pœnas infernales perpetuas.*

*ꝙ ſunt octo genera pœnaꝝ legalium habeꝛ ꝑ Aug. de ꝑuſ. in trac. m leſi. & ꝑ dñm maſſue. i praxi. parla. ī titu. de pœnis.*

*dānatorũ pœna quare ꝑpetua.*

## §. VII. DE INFELICITATE ANIMAꝜ q̄ ſunt in inferno.

Ab igne quidē inferni cruciātur īpæ ſolæ vſq; ad diē iudicij. Poſtea vero ipſe ſimul cum corporibus ſuis quibus reunientur. Hic ignis (ait bea. Augu. loquēs de purgatorio igne) miro modo eſt grauis. Excellit em̄ omnē pœnā quā vnq̄ quis paſſus eſt in vita iſta. Licet mirabilia paſſi ſunt martyres: quanta etiam & nequiter mali ſuſtinuerunt tormenta. diſt. xxv. qui in aliud. Eodem autem modo cruciat ignis ille .i. in ſubſtantia aīas dānatorum & purgandorũ. Sed in purgandis eſt certa ſpes ex illo liberari in damnatis nulla. Quō aũt ille ignis cũ ſit corporeus agat in animas affligendo, eſt difficile intelligere: ſed tamē neceſſariũ credere ſicut & alia quæ ſunt fidei. Et præcipue difficltas apparet in hoc ex eo ꝙ ſm. b. Aug. ſuper Gen̄. agens eſt nobilius patiente. Sed nullũ corpus eſt nobilius ſpiritu. Vnde non videꝛ ꝙ aīa quæ ſpũs eſt poſſit pati ab igne illo corporeo. Item ſm Boe. illa ſolũ agunt & patiuntur adinuicē quæ habent materiam cōmunē. Sed ſpũs cũ corpore non habet materiā cōmunē. Itē omne agens corporeũ agit per cōtactũ ſed nō pōt eſſe contactus corporis ad ſpiritũ. His non obſtātibus r̄ndet Pe. de Tharā. in. iiij. diſt. xliiij. Conſtat ꝙ ſpirit⁹ damnatorũ ab igne inferni patiantur. Vñ diues in inferno. Crucior in hac flamma. ait Lu. xvj. Et cum iſte ignis non intellectualis ſit tantum: nec imaginarius ſolum ſed corpore⁹ oportet dicere ꝙ ab igne corporeo patiātur. Sed quomodo hoc ſit: a diuerſis diuerſimode ponitur. Nā cũ in omni actione & paſſione oporteat agens aliquo modo coniungi patiēti: oportet illum ignē cōiungi ſpiritui. Hanc autem coniunctionē diuerſi diuerſimode ponũt. Quidā em̄ ponũt ſolum vt obiecti ad potentiā cui⁹ eſt obiectũ. Dicũt em̄ ꝙ affliguntur ignē vidēdo. Vñ. b. Gre. In eo ardēt dũ ardorē ſuũ vidēt: qa non viſibile per ſe nō affligit ſed ꝑ accidēs. inquantum apprehendiꝛ vt nociuũ. oportet vt ſpiritus apprehēdat illũ ignem vt nociuum: & hoc concedunt dicentes ꝙ ſpirit⁹ apprehendit illum ignem vt nociuum & inde affligitur: q̄uis non poſſit ille ignis ex ſe nocere: ſicut puer gladium pictum apprehēdit vt nociuũ. Sed hæc afflictio non eēt ſm rei veritatem: ſed ſm apparentiam: nec propter hoc dicerentur pati ab igne: ſed ab ignis imaginatione. Nec eſt veriſimile ſic errare dæmones vt putent falſo ignem illum ſibi nociuũ inexpertũ. maxime cũ nouerint optime naturā & virtutē oīm reꝝ corporaliũ. Alij ponũt cōiũctionē illā per modũ locati ad locũ. Habet em̄ corpus naturaliter vt diffinitiue contineat ſpm̄: ſed ꝙ retineat inuitũ hoc habet ignis ille ex diuina iuſtitia. Vnde quia impedit ſpm̄ a faciēdo quod vult: & eundo quo vult affligit ip̄m. Sed hæc rō nō videꝛ ſufficere: quia tunc æque bene poſſet dici ſpũs torq̄ri a terra ſicut ab igne. Præterea nunc dæmones nō tenentur in vno loco: ſed pro libito diſcurrunt per totũ mũdũ. Alij ponũt illā ꝯiunctionē vt inſtrumenti ad materiā in quā agit. Nā q̄uis ignis ille vt corpus qđdā naturale eſt: nō poſſit agere in ſpm̄: agit tamē vt inſtrumentũ diuinæ iuſtitiæ tanq̄ manu diuina mouēte ipſum. Sed cũ inſtrumentũ ſemꝑ propriā virtutem habeat per quā agit ab altero motũ: qualiter agit inſtrumentaliter ignis ille in ſpm̄. Dicēdum ad hoc ꝙ corpus aliquod dupliciter agit. aut actione materiali imprimendo ſpeciem ſui in alterũ. Aut actione ſpirituali: ſcilicet immutando. Aliter em̄ agit in oculum ignis oculo admotus ſcilicet calefaciendo oculum: aliter remotus. ſ. ip̄m immutādo. Primo modo nō agit ignis in ſpiritũ ſed ſecundo modo. vnde per ſpeciem quā vt inſtrumentũ diuinũ in ſpm̄ imprimit immediate affligit ip̄m: ſicut per ſpeciē mediāte corpore impreſſam affligebat inquantũ eſt naturæ agentis inſtrumentum: & multo fortius ꝓpter maiorē potentiā agentis in ſenſibilitatem patiētis & cōiũctionis immediatiorē modũ. Si in cōtrariũ arguatur ſic. Spũs ab igne aut patitur ſolũ videndo: aut etiam ſentiendo. Si videndo ſolum: ergo nō affligitur: quia viſio rei valētis nocere non affligit. Si vero ſentiēdo. aut ergo mediante ſpecie ſenſibili: aut imaginabili: aut itelligibili. Nō ſenſibili: qa nō habet organũ receptibile hmōi ſpecieꝝ ſpiritus ſeu aīa. Nō imaginabili ſpeciei: qa nō habet imaginatiōis vſum nec organũ. Nō ab intelligibili. illa em̄ ſpecie ꝑficitur. Non affligit intellectum & indifferenter ſe habet ad quemlibet ignē. Et ſic videꝛ ꝙ nullo modo ſpũs poſſit pati ab igne. Reſpōdet Pe. ibidem. ꝙ ſpũs patitur vtiq; non ſolũ vidēdo: ſed etiā ſentiendo. nō per ſenſum corporalē mediāte ſpecie corporali: ſed per ſenſum ſpiritualē mediante ſpecie itelligibili quæ tñ ex eo ꝙ nō eſt volũtarie accæpta: ſed violenter impreſſa accipitur vt diſconueniens: quia etiam non abſtrahiꝛ: ſed imprimiꝛ & accipiꝛ vt particularis non vt vniuerſalis. Et per hunc modum mediante ſpecie ſpirit⁹ ab igne corporali viſo affligiꝛ: non ſicut pueri anima a gladio viſo in pariete: ſed ſicut anima vulnerati a vulnerante gladio: qui gladius agit in animam: non tamen vt obiectũ: ſed vt inſtrumentũ. per medium tamē non immediate. Ad obiecta etiā in principio r̄ndet Pe. Qđ em̄ dicit Auguſt. ꝙ agens eſt nobilius patiente, hoc eſt verũ de agente principa

*Qualiꝛ aīæ dānatorũ ſint īfœlices.*

*Qualiꝛ ignis infernalis agat in aīam.*

*ꝙ dæmones ꝑ libito diſcurrũt ꝑ mundũ.*

*argumētũ qualiꝛ ſpiritus ab igne torqueꝛ & argu. ſolutio.*

*Reſponſio obiectoru m*

li.nõ de agẽte inſtrumẽtali .vt eſt ignis ille inferni quo ad ſpm̃.Vel dicendum ꝙ agẽs eſt nobilius patiente ſm̃ quid. non ſimplr.Ferrũ eñ nõ eſt nobilius corpore humano ſimpliciter:ſed ſm̃ quid.inquantũ corpus humanũ eſt molle & illud durũ.Ad illud aliud qđ dicit Boe.rñdeť ꝙ eſt verũ de actione & paſſione naturali non de ſupernaturali . vt hic. Ad aliud de contactu.rñdeť ꝙ duplex eſt ꝯtactus.ſ.corporalis.vt hic non põt eſſe inter corpus & ſpm̃.Et cõtactus ſpiritualis quo.ſ.corpus põt contingere ſpm̃ & ecõuerſo ſm̃ vltimam quãtitatis virtutẽ nõ molis:ſicut intelligentia cõtingit corpꝰ qđ mouet & aĩa corpus ꝓpriũ. De hoc.ſ.quomõ ignis affligat aĩas in inferno vel purgatorio habes plenius in.iij.par.in ti.de purgandis in purgatorio.ibi vide.

## §. VIII. VLTRA ISTAM PENAM

Sunt & aliæ miſeriæ dãnatorũ.

ignis habebit & habet aĩa in iſerno mltas alias pœnas ꝓut notať in lib.de ſeptẽ donis.Nã erit in aĩa ꝑturbatio timoris indeficiẽtis.In præſenti vita(vt ait Greg.)dum pœna infligitur:timor quieſcit:apud inferos pœnæ inflictio eſt timoris augmẽtatio.Vñ de quolibet dãnato põt intelligi illud Iob.xv.Sonitus terroris ſemꝑ in auribꝰ eius: non credit ꝙ poſſit reuerti de tenebris ad lucẽ:circunſpectans vndiqꝫ gladium.& poſt hoc terrebit eũ tribulatio & anguſtia. Et cum habeant oĩa mala ſemper timebunt & expectabunt peiora. Sap̃.xvij.Diſperſi ſunt pauentes horrende.

De tertia iſœlicitate aĩarum

Tertia infœlicitas aĩæ eſt confuſio ineuitabilis doloris:quia nudabũtur & manifeſtabuntur omnes turpitudines & ſcelera malorum in finali iudicio oĩbus hoĩbus bonis & malis & angelis & dæmonibus.Vñ dñs Naũ.iij.Reuelabo pudẽda tua in ꝯſpectu oĩm nationum:& manifeſtabo gentibus ignominiam tuam &c.O quanta cõfuſio & verecunda erit illa reprobis cum videbunt & ſcient oĩa ſua ſcelera turpiſſima oĩbus nota.Tãtã pœnã habẽt aliqui ꝙ ſcelera ſua turpia ſciãtur per ipſos a cõfeſſore qui eſt priuata perſona:& nil põt alteri dicere.ꝙ potius volunt ad inferna deſcẽdere q̃ cõfuſionẽ illã pati.Quid ergo facient.quãtãqꝫ pœnã habebũt cũ ab hoĩbus omnibus ſciẽtur.Et ideo ſi quis vult confuſionẽ illam vitare ꝯfiteať ea. & ꝓponat ſe emẽdare & talis cõfuſionem non patieť.

De verme conſciẽtiæ ĩ dãnatis

Quarta miſeria eſt infeſtatio cõſcientiæ remordentis.Sap̃.iiij.Venient in cogitationẽ peccatorũ ſuorũ timidi.& traducent eos ex aduerſo iniquitates eorũ.Hic eſt ille vermis ſcilicet remorſus conſcientiæ.ſm̃.b.Aug.de quo dicitur Eſa.vlti.Vermis eorũ non morieť:& ignis eorũ nõ extinguetur.Et Iudith.xvj.Dabis.ſ.tu dñe ignẽ & vermem in carnẽ eorũ vt vrantur ſemꝑ.Vermẽ conſcientiæ remordentis in carnem.i.pro peccatis carnaliũ voluptatum . Sicut eñ ſi alicui ꝓponeretur certitudinaliter aliquod maximum bonũ tꝑale adipiſcendũ:puta ꝯſecutionem alicuiꝰ regni pleni oĩbus delicijs:diuitijs:& quiete.dũmodo etſi ĩ breui tꝑe prius vellet aliquos labores ſuſtinere:& ab aliquibꝰ delectationibus abſtinere:& ille de hoc non curaret:ſed potius ſequi vellet appetitus ſuos illicitos:nec tolerare illos labores ſibi propoſitos.ꝓpter quod priuareť talis adeptione tanti boni ſibi præparati.quinimmo detruderetur in viliſſimũ carcerẽ plenũ vermibus & omni miſeria. Quando ille ſe ibi inueniret:& ſemꝑ detinendum ſe ibi intelligeret:o quantũ remorſum haberet de ſua negligentia & ſtultitia.ꝙ tantũ bonũ qđ poterat de facili obtinere amiſiſſet : cõtinue talis remorſum ſentiret cum maximo ſui dolore .

De luidia & liuore in dãnatis

Quinta infœlicitas eſt tabefactio inuidiæ & liuoris.Sap̃.ij. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum:imitãtur illum qui ſunt ex parte illius.Totaliter autem ſunt ex parte ipſius damnati.Nã viuentes in mundo inuidiæ dediti.etſi ſint aliquo modo de parte diaboli dum inuidia detinentur:tamen per pœnitẽtiã poſſunt exire de manibus eius:ſed non damnati.Inuident ergo illi miſeri glĩæ beatorũ:quã in generali intelligũt.etiã ſi fuerint amici & ꝯſanguinei in mũdo.Et tãta eſt peruerſitas eorũ ꝙ vellẽt oẽs ſecũ eſſe dãnatos.Iſte zelus inuidiæ finem non habet permanens iugiter ſine fine: vt dicit glo.ſuper epl̃am ad Coꝝ.Et quãto ille cui inuideť ſucceſſu maiori proficit:tanto maioris liuoris incendio inuidus inardeſcit.Huic vultus minax:toruus aſpectus:pallor in facie:tremor in labijs:ſtridor in dentibus: verba rabida: effrænata conuitia:manꝰ ad violentiã prompta:quæ ſi interim gladio vacet:odio tamẽ furibundæ mentis armata eſt. Ex his ſignis quæ apparent in corpore inuidi:oſtenditur rabies & magna paſſio mẽtis.Vñ & Ioã.in Apoc.dicit de eis ꝙ præ dolore cõmãducauerũt linguas ſuas & blaſphemauerunt deum viuentem in ſæcula ſæculoꝝ.qui habet poteſtatẽ ſuper has plagas ſcilicet ad affligendũ eos.Et ꝙ diues epulo ſepultus in inferno petijt ab Abraã vt mittereť Lazarus mortuus ad fratres ſuos quos in mundo reliquerat ad inducendum eos ad pœnitentiã:ne irent ſicut & ipſe in infernũ: nõ hoc ipſe fecit ex charitate:q̃ nulla eſt in damnatis:ſed ꝓpter amorẽ ꝓpriũ:ne.ſ.illi fratres abutẽtes diuitijs quas eis dimiſerat diues ad infernũ eum ſequerenť:& ex inde ipſe magis torqueretur ex occaſione mali dati illis.

de excæcatione rõnis in dãnatis

Sexta eſt excæcatio ſeu obfuſcatio rationis.Vñ Sap̃.ij.dicitur Malitia excæcauit eos.& Sophoniæ.j.Tribulabo eos & ambulabunt vt cæci:qa dño peccauerũt.Ita eñ excæcati ſunt : vt æſtiment deũ iniuſtũ in punitione eorũ:& odiant eum.nec dolent de peccatis commiſſis inquantũ offenſa dei:ſed quia inde cruciantur:& ideo infructuoſa eorũ pœnitentia . Et in mundo quidem illi qui habuerunt aliquã ſcientiã vel artẽ: delectationem habẽt nõ modicã in ſpeculando veritates talis ſciẽtiæ:& tanto magis quanto de altioribus fuerit illa veritas vel ſciẽtia.Egreſſæ autẽ animæ taliũ ſapientium huius ſæculi de mundo:ſcientiã hic acquiſitã ſecũ deferunt:nec eam obliuiſcuntur:ſed nullã delectationẽ vel refrigeriũ recipiũt de tali ſcientia pœnis abſorpti:ſed augmentum doloris:qa ꝯſiderant ꝙ ſi recte vixiſſent eorũ ſciẽtia in alia vita fuiſſet in eis perfecta in deũ videndo.Et quia quãto magis notitiã habuerũt in mũdo agendorum:tanto grauius puniũtur: vt grauius peccãtes .Nõ ergo prodeſt Platoni:Ariſtoteli:Anaxagoræ:Pythagoræ:Socrati:Tullio:Demoſtheni:Virgilio: Homero:& alijs Philoſophis & Poetis ac Rhetoribus eorũ ſcientia & eloquentia in inferno.De his eñ dixit Hiero . illud intelligi quod ait Salo.Eccl̃s.x.Labor ſtultorũ affliget eos qui neſciunt in vrbem pergere.Et quia nõ habuerũt ſapientiam perierunt propter ſuam inſipientiam : vt dicitur Baruch.iiij.non habentes fidem: ſed maximam ſuperbiam.

Dãnati recordabunt p̃teritarũ delectationũ & eoꝝ defectus.

Septima infœlicitas eſt memoria præteritarum delectationũ & earũ defectus.Vnde dictũ fuit diuiti in iferno poſito. Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua.Lu. xvj. quaſi dicat.Defecerunt tibi oĩa illa q̃ bona & maxima bona putabas & amabas.Quanto autẽ quis magis aliquid amat & illud conſequi non poteſt:tanto magis affligitur. Pſ̃.lxviij. Cum interierit non ſumet oĩa.i.nihil ex eis quæ hic amabat & in eis delectabatur.neqꝫ deſcendet cum eo gloria eius. Vnde vt dicitur Sap̃.v.Videntes ſcilicet ipſi qui ſunt in inferno fœlicitatẽ ſanctorum & defectum in ſe omniũ bonorum quæ hic dilexerunt turbabũtur timore inſperatæ ſalutis:intra ſe pœnitentiam agentes:& præ anguſtia ſpũs gemẽtes & dicentes.ſ.de beatis.Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum & in ſimilitudinẽ improperij. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam & finem illorum ſine honore.Ecce quõ cõputati ſunt inter filios dei: & iter ſanctos ſors illorũ eſt.Quid nobis profuit ſuperbia noſtra & iactantia diuitiarũ? Tranſierũt velut vmbra oĩa: ergo errauimus a via veritas:& ſol iuſtitiæ nõ illuxit nobis &c.Talia dixerunt in inferno.

## §.IX.DE QVALITATE ET CON-

De iſerni tortoribus & eoꝝ q̃litate.

ditiõe tortoꝝ in inferno.i.dæmonũ.Dicit.b.Gre.quos habuerũt.ſ.reprobi incentores in culpa:habebunt tortores in pœna.Vñ Hiere.xvj.Seruietis dijs alienis.i.dæmonibꝰ alienis ab omni miſericordia qui non dabunt vobis requiem. Septẽ aũt ſunt conditiões dæmonum propter quas ſunt timendi de quibus in lib.de ſeptem donis.

de ſeptẽ ꝯditiõibus dæmonũ timẽdis

Primum eſt eorũ horribilitas & deformitas.Iob.xx.Veniẽt ſuper eos.ſ.reprobos horribiles.i. dæmones.Sap̃.xj.Potens eras tu deus immittere multitudinẽ vrſorum aut audaces leones:aut noui generis ira plenas beſtias &c.Et paulopoſt.quarum non ſolum læſura poterat eos exterminare.ſed etiam aſpectus per timorẽ occidere.Vñ ad oſtendendũ horribilitatem ipſorum dæmonum quando btũs Bartholomæꝰ apl̃s vt ſcribitur in eius legenda:voluit oſtẽdere illis Indis quibꝰ p̄dicabat horrorẽ ſeu aſpectũ horribilẽ ipſius dæmonis.priꝰ monuit vt ſignũ crucis ſibi in fronte facerent:ne ex timore & horrore aſpectus eius infirmarenť.Quo facto viderunt omnes

dæmonem



dæmonẽ vt ingentẽ Maurũ fuligine nigriorẽ : facie acuta: barba prolixa:crinibꝰ vſqꝫ ad pedes protẽſis de oculis ſcintillas igneas emittẽtẽ:ex ore & naribus ignem ſulphureum vinctis retro manibus.In legenda quoqꝫ beati Sebaſtiani aiebat ipſe in ſua exhortatione.Peccator a morte perpetua capietur & tenebitur:in qua eſt ignis, flamma perſeuerans tribulatio & pœna perpetua.Hinc atroces angeli.ſ. dæmones commorantur.quorũ brachia capita draconum ſunt. quorũ dentes ſicut elephantis prominent : & ſtimulant ad tormenta vt cauda ſcorpionum :quorũ voces vt fremitus leonis ſonãt.quorũ aſpectus dolorẽ & timorem inducit & mortem.& ad hoc ibi viuiť vt vita cruciatibꝰ exponať. & ad hoc vita reintegrať vt ſerpẽtũ morſibus iteratis reparata mẽbra poſtea atteranť.

Exẽplũ de dæmonis deformitate.

Vñ qdam patrum dixit.ꝙ ſi qs videret dæmones in illa deformitate in qua vident dãnati non poſſet viuere.Et in vitis fratrũ habetur ꝙ quidam frater in ordine prædicatorũ cum vidiſſet diabolũ in ſpecie ita horribili ſibi apparuit ꝙ præ timore fortiter exclamauit.Ad cuius clamorẽ currentes fratres inuenerunt eum in terram proſtratum quaſi mortuum non valentẽ loqui.Quẽ duxerunt ad infirmariã. Reſumpto autem ſpiritu interrogatus de cauſa clamoris.Reſpondit ꝙ ex eo clamauerat et præ timore ita defecerat:quia diabolum viderat.Quæſitus de forma & aſpectu eius dixit.Ego neſcirem deſcribere & declarare qualitatẽ eius.Sed vnũ dico.ꝙ ſi mihi dareť optio. qd potius eligerem.vel eum aſpicere per modicũ in illa ſpecie tam horribili:vel mittere me in fornacem ignis ardentem ante me poſitam:mallem ingredi fornacem ardentem . Secundũ propter quod timendi ſunt eſt eorum crudelitas.de quibus poteſt intelligi illud Iob.xvi.Collegit furorem ſuũ ſcilicet diabolus in me.vt ſit locutio iſta cuiuſlibet dãnati & cõminans mihi infremuit contra me dentibus ſuis. Hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt.Aperuerunt ſuper me ora ſua.ſ.dæmones. & exprobrantes percuſſerunt maxillam meã:ſcilicet propter peccata gulæ & malæ locutionis.Saturati ſunt pœnis meis.Cõcluſit me deus apud iniquum & manibus impiorũ me tradidit.i.crudeliũ.Ego ille quõdã opulentus.ſ.in mundo repente contritus ſum. ſ.in mundo.Et Hiere.vi.c.dicitur.Crudelis eſt:& nõ miſerebiť. ſcilicet diabolus.Vbi beatus Hieronymus.Crudelis diabolus eſt iuſtis:crudelior ſuis:crudeliſſimus ſibiipſi.Quod diabolus ſit crudelis ſanctis patet in Iob.ij.capitulo.quem Sathan poſt ſubtractionem omnium ſuorum bonorũ & interfectionẽ ex ruina per eum procurata filiorũ,percuſſit eũ vlcere peſſimo a planta pedis vſqꝫ ad verticem. Exemplũ etiam ad idem in Antonio quẽ in feruore maximo deo ſeruientem & orantem dæmones verberauerunt vſqꝫ ad mortem.Crudelior eſt diabolus ſuis ſcilicet ſocijs dæmonibꝰ & damnatis.Petrus in canonica.Aduerſarius veſter diabolus tanq̃ leo rugiens circuit quærens quem deuoret.Et Hiere.li.in perſona damnati dicitur.Deuorauit me: abſorbuit me:ſicut draco repleuit ventrem ſuum.

Exẽplũ

Vnde & legitur in Vitis patrum.ꝙ quidam ſacerdos idolorum in tẽplo quadam nocte vidit Sathan cum maxima multitudine dæmonum in throno ſedentem & inquirentem a ſingulis de malis ad quæ homines inducebant ſuggeſtionibus ſuis. Et cũ vnus eorum retuliſſet ſe tempeſtatem in mari concitaſſe & ſic naui ſubmerſa multos necatos.Sathan fecit eum a ſatellitibus acriter verberari : quia parum mali feciſſet . Exinde proceſſit alius diabolus aſſerẽs ſe in nuptijs quibuſdam rixas excitaſſe & multum ſanguinẽ ab hominibꝰ illis & inter illos fuſum ad inſtigationẽ eius.Et hũc ſimiliter flagellari fecit tanq̃ pigrum & inertem ad malum ꝓcurandum. Poſt hunc ſurrexit alius in medium dicens.quia per multos annos tẽtaſſet quẽdam ſolitariũ in deſerto de fornicatione & demũ illa nocte eum viciſſe:ad malumqꝫ illud induxiſſe. Et hunc Sathan oſculatus eſt & coronã ſibi poſuit in capite de victoria habita cõtra illũ virũ ſanctũ. Crudeliſſimus autem ſibiipſi:quia cũ ſibi augeať pœna ex malis:ad quæ inducit homines tanta eſt malitia & crudelitas ſua, ꝙ potius eligit ſibi pœnam augeri q̃ deſiſtere a tentationibus ſuis.

De tertia dæmonis cõditio

Tertia conditio dæmonis eſt procacitas & auiditas eius. Deuť.xxviij.Adducet dominꝰ ſuꝑ te gentẽ de lõginquo: de extremis finibus terræ gẽtẽ procaciſſimã.i.dæmones.Legitur in vita beati Martini ꝙ cũ ipſe cum ſocijs pergeret iuxta quoddam ſtagnũ cernens mergulos inſidiãtes alijs piſcibꝰ & ſe de eis ingurgitantes.ait ſocijs.Forma hæc eſt dæmonũ Inſidiantur incautis:captos deuorant: ſaturariqꝫ nequeunt deuoratis.

ne q̃ eſt auiditas.

Quarta conditio eorum eſt fortitudo & poteſtas eorum.Iob.xl.Non eſt poteſtas ſuper terram quæ poſſit ei comparari.Tanta eſt poteſtas eorum ꝙ ſm̃ naturam omnis materia elemẽtaris eſt ſubdita eis ad nutum niſi a deo & angelis bonis retineantur.Vnde poſſent ignem mittere de aere fulgura:tẽpeſtates:& pluuias:& infirmitates in hominibus:niſi coerceantur virtute dei.Ipſe fecit vt ait Pſ̃.immiſſionem per angelos malos ad plagandum Egyptum.Diabolus fuit qui ignem de cœlo immiſit ad conſumendum greges ouium Iob.Ipſe ventum validũ excitauit ad ſubruẽdum domũ filij Iob ſeptẽ cũ tribus ſororibus cõuiuabanť. Ipſe graui vlcere corpus eius vulnerauit:eius opere maleficia multis multipliciter nocent.Eccl̃i. xxxix. Sunt ſpũs ad vindictã creati & in furore ſuo confirmauerunt tormenta ſua:& in tꝑe conſummationis effundẽt virtutẽ & furorẽ eiꝰ qui fecit eos confundent.

De velocitate dæmonum.

Quinto eorum velocitas. Threñ. iiij.Velociores fuerunt pſecutores noſtri aquilis cœli. Vnde vt habetur in lib.dial̃. dicente. Stephano mancipio ſuo ex ira.Veni diabole diſcalcia me.ſtatim affuit diabolꝰ diſcalcians ſimiliter cum Hermogenes incantator inuocaſſet dæmones:vt adducerent ad eum ligatum Philetum diſcipulum ſuum:hoc executi ſunt.Miſſi aũt ab eo & ad Iacobum apoſtolum etiam adducẽdum veloces quidem fuerũt ad eundum:ſed in nullo valentes eum lædere. quinimmo cruciati velociores fuerunt iuſſu apoſtoli ad Hermogenem captum & ligatum ante apoſtolũ adducendũ.

De eoꝝ nocibilitate.

Sexto eorum nocendi ſtudioſitas:ſagacitas & diuerſitas.Vñ Apoca. xiij. deſcribitur habere ſeptẽ capita:& decẽ cornua:q̃ ſignificant modos varios decipiendi & nocendi.Vñ in figuram . Serpens calidior erat cũctis animantibus terræ. Geñ.iij. Mille namqꝫ nocẽdi habet modos nec ignoramus aſtutiã eius. xvj.q.ij.viſis.Ad quod facit qđ diabolus ipſe cõfeſſus eſt. Nam cum magiſter Iordanus generalis ſecundus ordinis prædicatorum adiuraret dæmonem vt diſcederet ab obſeſſo:& interrogaſſet quo nomine vocaretur. Ipſe diabolus obſidens reſpondit ꝙ mille artifex diceretur quia mille modos haberet ad nocendum.In dial̃.quoqꝫ refert Grego.ꝙ cũ qdam ep̃s Mediolañ.Corinthũ acceſſiſſet intrauit domum quam multis annis dæmones inhabitabilem reddiderant propter clamores eorum:& cum vellet de nocte quieſcere. audire cœpit magnis clamoribus rugitus leonum : balatus pecorum:ſibilos ſerpentũ.ruditus aſinorum:grinnitus porcorum & huiuſmodi.Tunc ep̃s ait.Bene tibi cõtigit miſer. Tu es qui dixiſti.Ponã ſedẽ meam ad aquilonẽ:ſimilis ero altiſſimo.Ecce per ſupbiam tuam his beſtijs ſimilis factus es.Ad hoc quaſi erubeſcens diabolus diſceſſit a loco.

De eoꝝ falſitate

Septimo maligna eorum falſitas. vera enim exprobrat: & falſa opponit.Apoca.xij.Proiectus eſt in terram diabolus accuſator noſter:qui accuſabat fratres die ac nocte. Iob.xvi. Suſcitať falſiloquus aduerſus faciem meam contradicens mihi.Colliget furorem ſuum in me.Gaudet enim de pœnis & malis iuſtorum & reproborum:& irridet eis. Omnia ſupra dicta ꝓpter q̃ diabolus eſt timendus & horrendus dãnatis notãtur Abachuc.i.vbi diciť.Suſcitabo Chaldæos:q interpretãtur feroces:ecce crudelitas. gentẽ amarã : ecce malignitas.& velocẽ:ecce velocitas. ambulantẽ &c. ecce auiditas horribilem & terribilem:ecce horribilitas.ex ſeipſa mẽdacẽ ecce falſitas.leuiores pardis equi eius:ecce fallendi & nocendi diuerſitas.Pardus eñ eſt varij coloris:& velocior eſt lupis veſpertinis:ecce vorandi auiditas & inſatiabilitas. Et poſtea dicitur.Ipſe de regibus triumphabit:ecce poteſtas & fortitudo.Potes ex his perpendere quanta miſeria : quanta anguſtia:quãta pœna ſit habitare cum talibus tortoribus. Et ideo timendum ne ad talem ſocietatem perueniatur.

## §.X.DE PRIVATIONE DIVINE

Pœna maxĩa in dãnatis.

viſionis.Qui deſcendũt ad infernũ dãnatorũ : nunq̃ deum videre poſſunt. Vnde dicitur eis.Diſcedite a me maledicti in ignẽ æternũ.Mat.xxv.vt.ſ.nunq̃ me videatis.Eſa.xxvi. ait dñs .Non videbit gloriã meam, ſcilicet dãnatus.vbi alia tranſlatio habet quæ cõmunius allegatur.Tollatur impius ne videat gloriã dei.Et hæc eſt eis maxima pœna ſuper oẽs

aliàs.bea.Aug.Nulla pœna maior q̄ carentia diuinæ viſionis.& Chryſo.lib.de viſione aīs compūctione cordis dicit ꝙ potius eligeret mille gehennas.i.ignes inferni q̄ priuari tali viſione.Hæc viſio.vt ait Plotinus Philoſophus Platonicus:& refert bea.Aug.de ciui.dei.eſt tātæ pulchritudinis: tātoq; amore digniſſima: vt ſine hac aīam q̄buſlibet bonis quātiſlibetq; præditā æſtimet infœliciſſimā. Sed q̄a corpus quod corrūpitur aggrauat aīam:& deprimit terrena inhabitatio ſenſuū multa cogitantē.Ideo parū & quaſi nihil intelligit in vita p̄ſenti de deo quantū bonū ſit aīæ.vt enim ait Philoſophus.Sicut lumen noctuæ ſe habet ad lumen ſolis quod.ſ.ſufferre non valet:ita oculus noſter.ſ.intellectus ad illa manifeſtiſſima naturæ.vt angelos & deū parū & imperfectiſſime ea cognoſcens.Si ēm iſta bona tp̄alia:& quæcūq; creata quæ ſunt bona accidētaliter & participatiue trahunt nos ad amorē eorū:& tāto magis quāto magis nobis repræſentātur bona quāto magis habet trahere ad amorē & cōſolationē & delectationē bonū diuinū ſeu deus qui eſt bonū per eſſentiā:vnde deriuatur oīs bonitas.Sed quia hoc parū aīa videt & cōſiderat in mūdo.ideo parū vel nihil diligit & parū æſtimat eius viſione priuari.Separata aūt aīa a corporis grauamine:tunc intelligit ſummū bonū:& ꝙ ad illum adipiſcendū eſt creata.Et quia immediate ipſum ſummum poſſideret:ſi non eſſet in ea impedimentū.Cōſiderans ergo ꝙ propter ſui defectū.ſ.peccatoꝝ cōſecutionē talis boni priuatur & in æternū ſi dānatus eſt:ſumme dolet priuari ſe tali viſione dei clara.Si enim aīa eſſet in igne inferni:& deum videret clare nō ſentiret pœnā.Et econtra ſi eſſet in cœlo cū ſanctis & angelis: & nō videret deū:nō haberet gaudium & cōſolationem.Sicut ergo dei viſio.ſ.clara & facialis eſt tota merces ſ̄m bea.Aug.& præmiū ſanctorū.Satiabor (ait P̄s.xvi.) cū apparuerit gloria tua.i.clara viſio.& quietatur oīs appetitus.ita & priuatio talis viſionis eſt totū malū.i.principale ipſis dānatis.Et ſicut ex ipſa viſione cōſequūtur ſancti oīa bona:ita ex priuatione ei⁹ dānati oīa mala ꝯ̄ria dictis bonis.Recipiūt enim ſancti ex ipſa viſione dei ſummā ſciētiam oīm. Quid eſt qđ neſciāt.ſ.ſancti qui ſcientē oīa ſciūt. ait beat⁹ Grego.Cum enim in deo ſint ideæ oīm creaturarū ipſum vidētes oīa in eo vident quæ volūt de creaturis.

*Septē ſunt q̄ ſancti recipiūt ex viſione dei.*

Ecōtra dānati priuati tali viſione nullius rei habent perfectam cognitionē etſi aliquid hic in hoc mundo nouerūt de deo & creaturis:vt Philoſophi Ariſtoteles Plato &c.de tali cognitione nō habēt delectationē: ſed maius tormētū:quia abuſi ſunt. Et minimus puer qui ſcilicet mortuus eſt in infantia baptizatus maiorē ſciētiā de reb⁹ habet in patria q̄ oēs Philoſophi in inferno.Secūdo ſancti ex beatiſſima viſione conſequūtur maximū gaudiū & delectationē, P̄s.xv.Delectatiōes in dextera tua vſq; in finē. Dextera dei eſt vita æterna. Aug.Delectationes ſunt ex viſione dei vſq; in finē.i.ad finiendū & perficiendū oēm appetitū. Ecōtrario damnati ex priuatione huius viſionis habēt ſummā triſtitiam.Et ſicut beati ex omni parte ſupra:infra:int⁹:extra:& circūcirca:pleni ſunt gaudio ꝓpter quod dicitur cuilibet eorum. Intra in gaudiū dn̄i tui.Ita dānati ex omi parte circūdati ſunt dolore.Ex cōſideratione ſuperiorū præmioꝝ quæ amiſerūt. Ex cōſideratione inferioꝝ rerū quæ nimis dilexerūt eis priuati. Ex cōſideratione interiorū remordētiū peccatorū.Ex cōſideratione exteriorū igniū vrentiū.Ex ꝯſideratione circūſtātiū dæmoniorū & ſociorū.Tertio beati ex viſione dei cōſequūtur perfectā amicitiā ad deū & ſocios.Ita ſe perfecte diligūt ꝙ gloriā maiorē ſanctoꝝ magis eis volūt q̄ ſibi quia magis meruerūt.Econtrario dānati odiunt deū vt punientē.Vnde Ioan.in Apoca.Blaſphemauerūt deū viuentē in ſæcula ſæculorum.Nulla dilectio vel amicitia eſt in eis:nec erga propinquos,nec erga amicos.Quos ſecū vidēt in tormētis ſocios in peccatis odiūt. Oēs ſanctos etiā propinquos genere vellēt ſecū eſſe in inferno.quinimmo & ſeipſos odiunt. Et q̄uis nō eſſe ſimpliciter nō cadat in appetitū creaturæ:tn̄ q̄a minus malū habet rationē boni reſpectu maioris mali:q̄a melius eſt nō eſſe q̄ male eſſe:ideo dr̄ de damnatis in Apoc.c.ix.Deſiderabūt homines mori.i.deficere ab eſſe:& fugiet mors ab eis,Quarto beati ex viſione dei aſſequūtur magnā dignitatē,ſ.regiā & ſacerdotalē.Vnde decantāt ante deum. Redemiſti nos dn̄e in ſanguine tuo:& feciſti nos deo noſtro regnum id eſt reges & ſacerdotes.reges ad dominandū toti mundo.ſacerdotes ad offerendū cōtinue ſacrificiū ſanctarū & feruentiū affectionū.Ecōtrario dānati ex priuatione hui⁹ viſionis participāt ignominiā & ſeruiturē.Hiere.v.Seruietis dijs alienis:qui non dabūt vobis requiē.i.dæmonibus: quinimo ſerui & ſubiecti ſunt etiā captiui tenētur in carcere inferni:vt nō valeāt inde exire ad libitū ſuū. Quinto ex dei viſione habēt ſancti ſummā pacē.Eſa.xxxij. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis & requie opulēta.Oīa appetūt pacē:dicit Dionyſius.Et ſi tam dulcis eſt pax humana pro tp̄ali ſalute hoīm:quāto dulcior eſt pax diuina pro æterna ſalute angeloꝝ.ait bea.Augu.xxiij.q.i.noli. Nec hic pōt eſſe p̄fecta pax:ſed ſolū in patria.Sed in inferno eſt remotio oīs pacis & cōtinuū bellū.Nam vt dicit Sapiēs.Armabit.ſ.deus creaturā ad vltionē inimicoꝝ:& iterū. Pugnabit pro eo ſcilicet deo orbis terrarū cōtra inſenſatos. Sicut aūt ipſi miſeri habēt intra ſe continuū bellū malarū affectionū.ſic & creaturæ bellāt ꝯ eos affligēdo diuerſis modis & pœnis. Sexto ex dei viſione hn̄t ſcti maximā claritatē.Vn̄.i.Ioan.i. De⁹ lux eſt:& tenebræ in eo non ſunt vllæ.Hæc lux ſicut illuminat oēm hoīem venientē in hūc mūdū lumine gr̄æ:q̄a ſ.null⁹ illuminat̄ niſi ab eo.ita de mūdo egrediens lumine gloriæ nō illuminat̄ niſi a deo.qđ lumen gloriæ redundans ab aīa glorificata in corpus ſuū reſuſcitatū facit ip̄m clariſſimum & pulcherrimum.Videntes etiā oculis corporeis reaſſumpti chriſti humanitatem fulgentē ſicut ſol immo icōparabiliter plus:inde etiā illuminant̄ & iocūdant̄.Damnati vero priuati tali viſione remanēt obſcuri & tenebroſi in aīa.& corp̄e.Et q̄uis in iudicio finali viſuri ſint chriſti humanitatem qui habet eos iudicare:non inde recipiēt illuminationem vel aliquam conſolationem vt ſcti: ſed ſummū horrorē & dolorē ex verbis chriſti eos exprobrātis de malis ſuis.adeo vt dicant mōtibus & collibus.Abſcondite nos & cooperite a facie agni .i.chriſti turbati ꝯ nos. Septimo recipiunt ſancti ex viſione dei ſummam firmitatē in bono q̄a cum continue rep̄ſentet̄ deus menti vt ſummū bonū: nō poſſunt ad momētum diuerti ab eo: & ipſum non ſumme amare nec valent in aliquo peccare.Sine macula enim ſunt ante thronū dei.Apoc.xiiij.Dānati autē econtrario ſunt ita auerſi a deo ꝙ nō p̄nt deum diligere:ſed ſicut dæmones (vt dicit Dionyſius) hn̄t phātaſiā ꝓteruā.i.iudiciū intellectus peruerſum æſtimantes deū iniuſte eos cruciare:ſic & damnati:nec auerti poſſunt a malis deſiderijs eoꝝ quæ habuerunt in mūdo:ſed nihil eoꝝ p̄nt obtinere.P̄s.Deſiderium pc̄toꝝ peribit.ſ.vt nō conſequi valeant deſiderata ab eis.

*De ſanctorum firmitate.*

*Quod ſancti habeāt p̄fectā amicitiam ad deum.*

## §.XI.DE SVBTRACTIONE OMNIVM

ſubſidiorum ab eis.ſ.dānatis in inferno. Adeo ſeu p̄ſonis diuinis.Ab angelis.A ſc̄tis.A notis.Ab eccl̄iæ ſuffragijs.A bonis peractis.A locis ſacris.In vita p̄ſenti habent etiam maximi peccatores ſubſidium multiplex a deo: p̄cipue per pn̄iam p̄ quam placat̄.ſ̄m illud collectæ.de⁹ qui culpa offenderis pn̄ia placaris.In qua pater cor lapideum frangit p̄ potentiam contritionis. Filius illuminat p̄ manifeſtationem cōfeſſionis. Et ſp̄ūſſc̄tūs dignificat p̄ fructum ſatiſfactiōis. Sed damnatus non dabit deo placationem ſuam P̄s.xcxi.q̄a pœnitere non pōt.Qđ ēm ait Damaſ.fuit angelo caſus hoc homini mors:id eſt ſicut angelus ex primo ſuo lapſu factus eſt inconuertibilis ad deū:ita & moriens in mortali homo eſt irreuerſibilis ad pn̄iam. In inferno q̄s cōfitebit̄ tibi.q.d. nullus.ita nec contritio nec ſatiſfactio.Quidam ruſticus (vt habet̄ in lib̄.de ſeptem donis.) inuitatus ad regales nuptias: cum alijs ibat.In via autem ſitiens multum cum a ſocijs ſua inſtanter diceretur vt aquam fetidam quam inuenerunt in via non biberet:ſed abſtinens ab ea & cito perueniens ad locum nuptiarum optimū vinū & alia delicioſa inueniret:noluit ille acq̄eſcere cōſilio aliorū:ſed vt ſatiſfaceret ſiti impleuit ventrem aqua illa putrida.Cum autem perueniſſet ad palatij fores vbi celebrantur nuptiæ eructans fetorem aquæ fetidæ quam adhuc habebat in ventre.quē rex nō ſolū nō p̄miſit intrare ſed cū multis ictibus expulſus eiect⁹ eſt in foueam fetidiſſimā.vbi cūctis videntibus euomuit aquā quam biberat ibi obfirmatus.Sic accidit dānato cuilibet.In vita enim præſenti vocatus ad cœleſtes nuptias: cum in vita naturaliter appetat bonum & ſitiat beatitudinem aquam fetidā inueniens delitiarū & diuitiarū mundi vt ſatiſfaciat ſiti ſuæ implet

*Dānati his ſubſidijs priuantur.*

*Exēplū viuētiū in fetiditate.*



implet affectū inordinatū illis:cū tn̄ ſibi diſſuadeat̄ a prædicatoribus & alijs bonis:ſed demū venit ad mortē & cum deberet ingredi ad nuptias cœli vbi ſunt oīa bona parata q̄a reperit̄ mens eius plena iniq̄tate ex terrenis inordinate amatis: p̄ijcitur in foueā inferni:nec pœnitere valet ſed priuatus talibus in inferno permanet. Scđo damnat⁹ priuat̄ auxilio angelorum ſanctorum.In mundo innumera ſubſidia & adiutoria habemus ab angelis:vt patet per exemplum & figuram in angelo Raphaele ſociāte in via Tobiam.Sed in alio ſæculo dicunt angeli de aīa dānata illud Hiere.lj.Curauim⁹ Babylonem & non eſt ſanata.recedam⁹ ab ea.i.in vita multipl̄r q̄æſiuimus curationem talis p̄ inſtigationes ad bonū: noluit acq̄eſcere:nil in alia vita poſſum⁹ agere ſubſidij.Tertio orationibus ſanctorum. Sancti eos qui ſunt in mundo multipl̄r adiuuant meritis & precibus: & p̄maxime beata Maria quo ad corpus & quo ad aīam vt patet.ij.Mach.vlti. vbi dr̄ de Hiere.ſancto defuncto.Hic eſt qui multū orat pro pp̄lo.Sed pro his qui ſunt in inferno ſeu dānatis nunq̄ orat q̄a oīno ſunt conformes voluntati dei quem ſciunt hoc velle.ſ.in nullo eis ſubſidiari.Vn̄ & diues nec guttā aq̄ potuit ab Abraam vel Lazaro obtinere.Quarto ex orōnibus eleemoſynis & alijs q̄ fiunt ſp̄al̄r a conſanguineis & amicis alicuius damnati nullum refrigerium recipiunt.& q̄ ſciunt aliquem eſſe damnatum quantūcūq; ſibi amiciſſimum male facerent pro eo orando ſicut etſi orarent ꝓ diabolo liberando.Sed q̄a niſi q̄s decedat in notorio mortali ſciri non pōt ſi eſt damnatus vel ſaluus:iō vt dicit.b.Aug.xiij.q.ij.tēpus. rōnabiliter ꝓ cūctis fidelibus defunctis orat̄:etſi illi dānati eſſent vtiq; nihil ipſi inde p̄cipiunt.ſed inſ faciente illud ſuffragium & in alios de purgatorio conuertit̄.Quinto ex orōnibus & alijs bonis q̄ fiūt in eccl̄ia.oēs q̄ mēbra eccl̄iæ ſunt vnita Chriſto p̄ charitatem participant aliq̄ mō de illis bonis ſ̄m illud P̄s.cxviij.Participem me fac deus oīm timētiū te &c.Exemplū de cibo quem q̄s comedit:q̄a oīa mēbra viua recipiunt partem nutrimēti.nō autē p̄ciſum membrum. Quia ergo damnati ſunt oīno p̄ciſi nec ampli⁹ incorporari ſeu reuniri p̄nt:iō nullū ſubſidiū inde p̄cipiunt. Nec etiam ex indulgētijs p̄latorum.Nā etſi his qui in purgatorio ſunt valere poſſint:ſi ad eos extendat̄ a p̄latis.non tn̄ ad damnatos.Sexto ex bonis quæ fecerunt in vita ſiue viua.dum.ſ.fuerūt facta in gratia.ſiue mortua op̄a q̄.ſ.fuerunt facta in mortali nullum inde auxilium ſuſcipiunt directe. Et hoc eſt qđ dicit dn̄s per Ezech.xviij.Si auerterit ſe iuſt⁹ a iuſtitia ſua & fecerit iniquitatem:oīm iuſtitiarum eius nō recordabor. Et apl̄s.i.Coꝝ.xiij. Si diſtribuero oēs facultates meas in cibos pauperum &c.nihil mihi ꝓdeſt.b.Grego. In perpetratione malorum nulla debet eſſe fiducia bonoꝝ p̄teritorum. Indirecte valent:q̄a ſi non feciſſet illa bona:tunc feciſſet aliquod malum:propter qđ ſpecialem pœnā ſuſtineret: quā euadit. Septimo loca ſacra vbi boni ſepeliunt̄ eligant eis. vt.ſ.ſcti illi in quorum honorem illa loca ſunt dedicata orēt:pro aīa illa ſi eſt in purgatorio propter deuotionem quā ille viuens habuit ad eos ꝓpter qđ elegit ſepulturam.vt dicit.b.Augu. xiij.q.ij.Sed dānatis hoc nō ꝓdeſt q̄n poti⁹ nocet ꝓpter præſumptionem eoꝝ q̄ elegerūt talē ſepulturam:vt magis crucient̄.vn̄ &.b.Greg.in.iiij.dial.exēpla ponit de q̄buſdā malis in loco ſacro ſepultis:qui miraculoſe inde eiecti ſunt.

*Dānat⁹ priuat̄ auxilio āgeloꝝ.*

*Orōnibus ſctōrum.*

*Priuat̄ eleemoſynis.*

*Orōnibus eccleſiæ.*

*Priuat̄ bonis q̄ fecit ī vita.*

¶De timore initiali. Ca.VI.

## QVINTVS TIMOR DICITVR

initialis.de quo P̄s.cx.Initium ſapīæ timor dn̄i. Hic timor ſemp̄ eſt cum charitate.qn̄.ſ. q̄s timet pœnā ſiue tp̄alē ſiue æternā. Timet & erubeſcit culpā ꝯmiſſam.Sed plus timet dei offenſam.Prouer.i.& Eccl̄i.i.Principium ſapiæ timor dn̄i.& Prouer.viij. Timor dn̄i odit malū plus.ſ.amore iuſtitiæ q̄ timore pœnæ.Hic timor habet duos oculos.ſ.dexterū amoris iuſtitiæ ad declinandū malū culpæ.Siniſtrū euitatiōis pœnæ ad euadendū infernū vel aliā pœnā.Hoc figuratum fuit in Abraā cū fixit tabernaculū ſuū inter Bethel & Hay.Gen̄.xij.&.xiij. q̄a vir iuſt⁹ firmat mētē ſuā inter amorē paradiſi & timorē inferni.Iſtæ ſūt illæ duæ ancillæ:q̄ induxūt Heſter reginā:q̄ interp̄tat̄ hūilis ad Aſuerū q̄ interp̄tat̄ btitudo. Heſter.xv. Timor eleuat & cōprimit veſtimēta defluētia & defect⁹ ꝟtutū q̄ nos vt veſtimēta ornāt:amor eā ſuſtētat.Hæ ſunt duæ alæ datæ mulieri p̄ q̄s volat in deſertū pn̄iæ & vitæ æternæ. Et q̄a bona op̄a q̄ fiūt ex iſto timore filiali:& mala ſeu pc̄tā q̄ q̄s cauet ex eo ſunt meritoria:q̄a magis timet offenſam q̄ pœnā q̄a ex charitate ꝓcedūt:q̄a pœna reſpicit ſe:offenſa deū.Ideo ꝙ magis timeat & doleat de offenſa dei q̄ de pœna ſignū eſt dilectionis dei.videndū eſt de multis q̄ debēt timeri iſto timore.Primo igit̄ timēdū eſt pc̄tm̄ ne incurrat̄.Eccl̄s.xij.in fi.dicit Salo.Finem loquēdi oēs pariter audiam⁹. Deū time.ſ.timore initiali ſaltem;& mādata ei⁹ ſerua.qđ.ſ.eſt ei⁹ effectus:& ſignum q̄a q̄ timet deū faciet bona.Eccl̄i.xv.Hoc eſt oīs hō.i. p̄ hoc homo habet vere eē hoīs qđ eſt eſſe rōnale.

*Timor initialis habet duos oculos.*

## §.I.TIMENDVM AVTEM EST PEC

catum & vitandum propter ſeptē rationes quæ ponunt̄ in libro de ſeptē donis.

*Pc̄tm̄ timēdū ē ꝓpter ſeptem.*

¶Primo q̄a ſi pc̄tm̄ nō eſſet:nihil homini obeſſet.

¶Scđo q̄a ſine hoc quicq̄d eſt:homini prodeſſet.

¶Tertio q̄a angelus bonus ſumme hoc abhorret.

¶Quarto q̄a ſanctis iīuriam infert.

¶Quīto q̄a diabolo ſumme placet.

¶Sexto quia deo maxime diſplicet.

¶Septimo q̄a faciēti peſſime nocet.

hō ſit in magno periculo ꝓpter cōditionis fragilitatem. Iob xiiij. Hō nat⁹ de muliere breui vi. tpe: reple. mul. miſe. q q̄ſi flos egre. & conte. & fu. ve. vm. & nū. in eo. ſta. ꝑmanet. Idē Iob. iiij. Ecce qui ſeruiūt ei nō ſunt ſtabiles: & in angelis ſuis inuenit prauitatē. ſ. q ceciderunt: & quanto magis q inhabitant domos luteas: & terrenū hñt fundamentum. Domus lutea eſt corpus in quo ſunt quatuor pugiles cōtinue pugnantes adinuicē quatuor. ſ. humores, calidū, frigidū, humidum, & ſiccū: & ſi vnus ꝯ aliū vicerit exceſſiue ſupabundās: infirmat̃ corpus & demū domus lutea corruit: & ſi male vixit ad ſuſpendiū æternū trahit̃: vñ dr̃ in lib. de ſeptē donis: ꝙ qdā rex q̄ſiuit a qdā philoſopho de qnq; q̄ſtionib⁹ q̄ faciūt ad ꝓpoſitū ad oſtēdēdū fragilitatē cōditionis humanæ & exinde magnū piculū: ad quarū ſingulas rñdit. Et prima fuit. Quid eſt hō. Et rñdit philoſoph⁹. Mācipiū dr̃ mortis: hoſpes loci: viator tranſiens. Mācipiū dr̃: qa manū mortis euadere neqt. Et qa mors oēs dies ei⁹ & labores rapit. Hoſpes dr̃ loci: qa cito obliuioni tradit̃: licet cū gaudio recipiatur. Ac etiā qa paſcens & potans nihil in mane de hoſpitio vel rebus hoſpitij portare ꝑmittit̃: & qa in introitu in hoſpitiū multa ei ꝓmittuntur ſuauia q̄ nō ſoluūtur ſeu exhibentur. Dicit̃ q̧q; viator trāſiens: qa ſiue dormiēdo ſiue vigilādo ſiue comedēdo vel loquendo nec ꝑ momētū qeſcit qn currat ad mortem. Scd'a q̄ſtio fuit. Cui ſilis eſt hō. Et philoſoph⁹. Siſis eſt aceruo niuis, roſæ matutinæ, pomo nouo. Aceruo niuis qa vt aceru⁹ niuis modico calore cito in aquā de qua fuerat reſoluitur: ſic hō genitus de putredine modica infirmitate in eā reuertitur. Roſæ matutinæ: qa in iuuētute habēs colorem viuidū in veſpere ſenectutis habet marcidum. Pomo nouo: qa dū in arbore pendens ad cremētū debitū ꝑuenire creditur verme interius exorto corrodit̃: & ſubito corruēs inutile efficit̃: & ſic frequenter homo in pueritia ſua ſubita infirmitate & morte punctus inutilis ſuis inuenit̃. pſ. cxliiij. Hō vanitati ſilis factus eſt. Tertia q̄ſtio eſt. Quō ſe habet hō. Rñdit philoſoph⁹. Vt lucerna ad vētū q̄ cito extinguit̃: & vt ſcintilla in mari q̄ cito ab vndis abſorbet̃. Sap. v. Vt ſpuma gracilis q̄ cito a ꝓcella diſpergitur: vt lanugo q̄ ſubito a vēto rapitur. Quarta quæſtio eſt. Vbi eſt hō. Rñdit philoſoph⁹. In bello multiplici & diuerſo: qa in ſe habet bellū inteſtinū & remordētis cōſcientiæ ſi eſt in pctō. In ꝓprio corpe habet bellū ciuile & vicinū q̄tuor elemētorꝝ pugnātiū adinuicē ꝑ ꝯrias qualitates: vt. ſ. dictū eſt. Quolibet q̄tuor elemētorꝝ vult eū ſibi vēdicare ab alio: & ꝑ hoc pugnat cum alijs vt ꝑdominet̃. Terra vt fiat melācholic⁹. Aqua vt fiat phegmatic⁹. Aer vt fiat ſāguineus. Ignis vt fiat cholericus: Quodlibet horū in hoīe & ꝓ hoīe pugnat cōtra aliud: & q̄dlibet horꝝ ꝓ viribus alteri repugnat. Tertiū bellū eſt rerū extra cōcupiſcibiliū q̄ bellant alliciendo vt ꝑ ea hoīes ſe a deo auertāt & ad ſe ꝑ inordinatū affectū cōuertāt. Quinta q̄ſtio eſt. Cū quibus ſocijs eſt hō. Rñdit philoſoph⁹. Cū ſeptē qui frequēter eum moleſtant: & hi ſunt fames, ſitis, calor, frig⁹, laſſitudo, infirmitas, & mors. Et vt iſtis ſatiſfaciat homo: frequenter deū offendit.

Homo qb⁹ aſſimilatur

Quō ſe habet homo.

Vbi ſit homo.

Cū qb⁹ ſocijs ſit homo.

## §. IIII. QVARTO APPARET PERI

culum magnū: vñ & timendū ꝓpter malorū ſocietatē. Quia homo naturaliter eſt aīal ſociale & ciuile: ideo cōiter delectatur cōuerſari cū alijs. Sed qa pauci ſunt electi: & multi ſunt q incedunt ꝑ viā latā vitiorꝝ quæ ducit ad perditionē: ideo vitanda eſt ſocietas hominū familiaris: niſi notū ſit eos eſſe bonos. Nā vt dicit pſ. Cū ſctō ſctūs eris: & cū ꝑuerſo peruerteris. xxviij. q. i. ſepe. Sæpe malorꝝ conſortia ad crimē inducūt innocentes. Vñ Petrus apls cū fuit inter bonos. ſ. ſocios ſuos aplos confeſſus eſt chriſtū dicens. Tu es chriſt⁹ filius dei viui. Sed cū reperit ſe cū ꝑfidis Iudæis in domo Caypliæ chriſtum negauit & peierauit. Conſiderātes ſctī viri pericula cōuerſationis humanæ ſolitudinē quærebant. Sic Ioannes baptiſta antra deſerti teneris ſub annis ciuiū turmas fugiēs petijt: ne leui ſaltē maculare vitā famine poſſet. Adā cum eſſet ſolus non eſt ꝑuaricatus. Aſſociatus autē ne cōtriſtaret ſociā Euā ei acquieuit in tranſgreſſione ꝑcæpti. Seneca. Quoties inter hoīes fui: minus homo fui. Sic Iudas Machabæus cum fratribus magis elegit vitam ducere in deſerto fœni cibo veſcentes q̄: cū hoībus in ciuitate declinantib⁹ a lege dñi. Chriſtus etiam reſurgens a mortuis non legitur conuerſatus fuiſſe cum malis: ſed tantū cū bonis vt diſcipulis quibus ſæpe apparuit. Sed & Apoca. xij. dr̃ ꝙ draco traxit tertiam ptē ſtellarū de cœlo in terrā cauda ſua. Prima pars ſtellarum. i. angelorū eſt eorꝝ q voluerunt deo contēplando aſſiſtere. Scd'a ps eſt eorꝝ qui parati fuerant ei miniſtrando obedire. Et hi non ceciderunt: ſed in veritate ſteterunt. Tertia pars eſt eorum q parati fuerunt diabolo conſentire eum imitando in ſua ſupbia non recognoſcentes ſeu expectantes ſuā gloriam a deo. Et ſic cum mala ſocietate tracti ſunt in profundum laci cum dracone Lucifero vñ traxerunt exemplum imitationis malæ. Propterea deus ꝓhibuit pplm̃ Iſrael ꝯhere matrimonia cum gentilibus: ne ex eorꝝ ſocietate addiſcerent ſuperſtitiones eorū. Deſcendentes ex Seth filio tertio Adæ: q dicuntur filij dei: qa boni erant: cū cōmiſcuerunt ſe cū deſcendentib⁹ ex Cain q̄ dicuntur filię hoīm q̄ malę erant: inde effecti ſunt mali & dediti vitijs carnalibus ꝓpter q̄ deus immiſit diluuiū. Geñ. vi. vñ Eccli. xiij. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea: & q cōicauerit ſupbo induet ſupbiā. Et ſicut in tpalibus mund⁹ eſt plenus periculis deceptionū: ita in ſpūalib⁹. Propter qd' dicit̃ Hiere. ix. Vnuſquiſq; a ꝓximo ſuo caueat: & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam: qa oīs frater ſupplantans. Exēplū de illo ꝓpheta qui fuit miſſus a deo de Iudæa in Samariam: vt rephenderet Hieroboā de idololatria ſua. Cui cū dñs ꝑcæpiſſet ne comederet in Samaria: accedēs illuc & intrepide arguens & publice regem Hieroboam: & extenſam manū ſeu brachium regis vt caperetur areſactam ſanauit nec oblata munera recipere voluit a rege. Poſtea cū reuerteretur quidam falſus ꝓpheta ex parte dei ſuaſit ſibi vt rediens Samariam comederet cū eo: quia deus ſibi hoc mandauerat: qd' credens cū falſum eſſet cū comederet cū ipſo propheta inuitante ꝑ eundē ſibi declaratū eſt ſe decæptum propter qd' puniretur ꝓut accidit: qa ſuffocat⁹ eſt a leone in via. iij. Reg. xiij. Ioſeph ſctūs vendit⁹ a fratrib⁹ in Egytum cum fidelr̃ tractaret bona dñi ſui falſo accuſatus ab vxore patroni: qa noluit ſibi in ope nefario aſſentire: cū tñ per multa eū quęſiſſet ad hoc īducere vt habetur in lib. de. xij. patriarchis: incarceratus eſt. Licet poſtea deo operante mirabilr̃ eſt exaltatus. Narrat Petrus Alphō. ꝙ cum quidam diues amiſiſ-

Mala ſocietas ē timēda.

Notabilis hiſtoria ſcripturę.

Exēplū

ſet vnũ ſacculũ aureorũ in quo etiã erat ſerpens ſculptus de auro: fecit p̱ preconẽ clamari ꝙ q inuentum reſignaſſet ei donaret ſibi decẽ florenos. Hunc igiť ſacculũ qdã pauper inuenit, & inuita vxore ſua reſtituit diuiti illi. Dolens aũt diues ꝙ paup̱ haberet de illis decẽ aureos ꝓut ꝓmiſerat accuſauit ipſum corã iudice dicens ꝙ in ſacculo illo erant duo ſerpentes aurei: & vnũ ſolũ reddidiſſet. Cõſultus aũt ſuper hoc qdã philoſoph⁹ q dicebať auxiliũ miſeroꝝ: dixit. Diues ꝓb⁹ hõ videť: nec videť veriſimile ꝙ debeat mẽtiri: paup̱ etiã iſte fidelis: qa potuit ſibi retinere pecuniã illã: & tñ reddidit & ſic videť fidelis & veridicus. Scd'm ergo dictũ diuitis iſte nõ eſt ſacculus ei⁹: ex q̃ ibi tantũ vn⁹ eſt ſerpẽs aure⁹: & in ſuo erant duo. Retine ergo eũ tu paup̱ q̃uſq; inueniať ſacculus diuitis in quo ſunt duo ſerpẽtes. Qua p̱cæpta ſñia iudicis faſſus eſt ſe falſum dixiſſe diues: qa. ſ. ibi non erat niſi vn⁹ ſerpens: ſed hoc fecerat ne paup̱ illos decẽ florenos haberet.

## §.V. QVINTO APPARET MVNdus periculoſus ex tp̄is qualitate.

Periculoſũ eſt pñs tp̄s ꝓpter q̃tuor,

Dicit em̃ apl's. ij. ad Tim̃. iij. In nouiſſimis tp̄ibus inſtabunt tp̄a periculoſa. Erunt em̃ hoĩes ſeipſos amantes, cupidi, elati &c. Tp̄s itaq; p̄iculoſum eſt quo ad corpa & cauſatiuũ infirmitatũ: qñ ſimul & ſemel eſt nimis calidum & frigidũ & ſiccũ. Sic ſp̄ualr̃ eſt in hoĩbus modernis q ſunt in nouiſſimo tp̄e qñ nimius calor cupiditatis deſiccat humorẽ grãæ & charitatis: vñ qa non habent humorẽ orto ſole tribulationis vel oblatę proſperitatis aret in eis ꝓpoſitum bonę voluntatis. Erunt em̃ hoĩes ſeipſos amãtes &c. Vix in mundo iã amať aliquid pure ꝓpter deum: ſed oĩa propter ꝓprium cõmodũ. Periculoſum tp̄s eſt propter abundantiã ſiccitatis, ſ. ex ingratitudine. Eſt em̃ ingratitudo ventus vrens deſiccans fontẽ diuinæ pietatis: fluenta grãæ & rorẽ miæ. Vñ & in dicta autoritate dr̃: ingrati ſceleſti ſine affectione. Ingratitudo fuit cauſa deſtructionis Hieroſolymorum: vt patet Lu. xix. cũ chriſtus dixit. Nõ relinquent in te lapidẽ ſuper lapidẽ qui non deſtruetur: eo ꝙ non cognoueris tẽpus viſitationis tuæ. Hiere. viij. Miluus cognouit in cœlo tempus ſuum &c. Populus autem meus me non cognouit. Berñ. Recolens in corde meo torporẽ tẽporeq; horũ miſerabiliũ tẽpoꝝ in memetipſo cõfundor. Cui em̃ modernorũ inferat tantũ gaudiũ tantorũ beneficioꝝ exhibitio quantũ antiquis patribus ſola ꝓmiſſio. Videť ꝙ iam mundus ſit in pedibus ſtatuę. de qua Dañ. ij. dr̃ ꝙ ꝯiungebať ferrum teſtę: qđ ſignat qa in fine erunt hoĩes abſq; fœdere & pace: & ſicci gratia gratitudinis.

Torpor pñtiũ tẽporum,

Tertio eſt periculoſum propter abundãtiã frigiditatis quę cõtrahit hominem & impedit a motu bonorum operũ. Sicut frigidã ciſterna facit aquã: ſic frigidam facit militia animã ſuã. Vñ chriſt⁹ de vltimo tp̄e ait. Qm̃ abũdabit iniquitas: refrigeſcet charitas multorum Et ex hoc efficiunť hoĩes pigri ad bene operandũ. Vñ in Prouer. Propter frigus piger arare noluit: ideo mendicabit ęſtate. Econtrario amor em̃ dei nunq; eſt otioſus: operať em̃ magna ſi eſt. i. operari facit: ſi operari renuit: amor nõ eſt. Amor em̃ dei qui eſt huic frigiditati contrarius cõparať igni qui nunq; dicit ſufficit. Sic ignis diuini amoris ſemp̱ ad alia ſe extendit. Quarto eſt periculoſum tp̄s ꝓpter ſup̱abundantiam humoris. i. voluptatũ carnalium. Vñ dr̃ in dicta aucto. apl'i. Voluptatum amatores magis q̃ dei. Aptiſſime cõuenit huic tẽpori qđ dr̃ Geñ. vi. Oĩs quippe caro corruperat viam ſuã. Et cum tp̄s ſit p̄cioſiſſim: i. nil precioſius tp̄e ait. b. Berñ. Sed heu: qa hodie nil vilius reputať: qđ vtiq; recuperari nõ põt. Et tamẽ hoĩes amittũt de ipſo nõ ſolũ horas & dies ſed & menſes & annos. Vnde cũ qdã ſctũs hõ quantũ tp̄is vixiſſet interrogareť: cũ admodũ eſſet ſenex. Rñdit ille. xx. annis. Ait interrogans ait. Quõ hoc verum eſt cum ſis ſenex: Reſpondit ille. Ego arbitror me. xx. annis vixiſſe: qa tantũ vixi quantũ ſeruiui deo, ſ. xx. annis: reſiduũ reputo perdidiſſe.

Vita humana ẽ periculoſa propter abſorptionis propinquitatem,

## §.VI. SEXTO EST VITA PRESENS

periculoſa valde ꝓpter abſorptionis propinquitatem. Pſ̃. cxiiij. Pericula inferni inuenerunt me. Tentatio eſt vita hoĩs ſup̱ terram: ſm̃ aliã tranſlationẽ. Iob. vij. In q̃cũq; em̃ opere tẽtatio ſe offert: inclinamur ad veniale: & de veniali ad mortale: ſiue comedendo: ſiue bibendo: ſiue loquẽdo: ſiue audiẽdo: ſiue reſpiciendo. Hiere. ix. Mors introiuit p̱ feneſtras noſtras. ſ. ſenſuũ. Quãcitiſſime autem qs labitur in mortale deſcendit merito vſq; ad portas inferni. Et qa per ſe exire non põt niſi manu diuina extrahatur de luto fecis: & cõtinuo mori põt: ideo eſt in magno periculo inferni. Periculũ autẽ maximũ nr̃m ad inferos deſcendẽdi oñdit Balaã ad Ioſaphat regem: ꝓut refert Io. Dama. dicit em̃. Qui delectationes mũdanas deſiderant: & aĩas ſuas fame veritatis p̄imunt ſiles ſunt cuidã hoĩ q dũ a facie vnicornis ab eo deuoraretur velociter fugeret in quoddã magnum baratrũ cadere cœpit. Dũ aũt caderet: manibus arbuſculam quandam apprehendit quæ erat in terra. Pedes vero ſuos in quadã baſi lubrica & inſtabili fixit. Reſpiciẽs vero vidit duos mures: vnũ albũ & aliũ nigrum inceſſanter radicem arbuſculæ quã apprehenderat manu corrodentes. Et iam prope erat vt eã abſcinderent. In fundo autẽ baratri vidit dracone terribilẽ ſpirantem ignem & apto ore ipſum deuorare cupientem. Sup̱ baſes vero vbi pedes tenebat vidit quatuor capita aſpidum inde ꝓdeuntia. Eleuans aũt oculos vidit exiguũ mellis de ramis illius arbuſculæ ꝓcedentẽ. Oblituſq; periculi in q̃ vndiq; poſitus erat ſeip̄m dulcedini illius mellis modici totũ dedit.

Cõparatio Balaam.

Ad propoſitũ vnicornis iſte mortis tenet figurã: q̃ hoĩes ſemp̱ p̱ſequiť & apprehendere cupit. Baratrũ vero mundus eſt oĩb⁹ malis plenus. Arbuſcula in terra vniuſcuiuſq; eſt vita: q̃ per horas diei & noctis quaſi p̱ murẽ albũ & nigrũ inceſſanter ꝯſumiť & inciſioni p̱ mortẽ appropinquat. Baſis q̃tuor aſpidũ vbi pedes figit: eſt corpus lubricũ luteũ ex quatuor elemẽtis cõpoſitũ quibus inordinatis corporis cõpago diſſoluiť. Draco terribilis os inferni cunctos deuorare cupiens. ſ. ſathanas rex eius: qui tãq; leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret: vt dicit Petrus in canonica ſua. Dulcedo aliqua mellea in ramuſculis eſt delectatio fallax & momẽtanea q̃ habeť in rebus vitę pñtis: in diuitijs: in honoribus: in voluptatibus: & alijs hmõi: p̱ quas hõ ſeduciť ne attẽdat periculũ ſuũ. Nã iã ſecuris ad radicẽ arboris poſita eſt. Qua abſciſſa p̱ mortem infernũ ingreditur vñ nunq; egreditur.

Exẽplũ

Aliud q̃q; addit exemplũ Ioan. damaſce. In quadã ciuitate magna hæc fuit conſuetudo: ꝙ oĩ anno hominẽ ignotũ & extraneũ in principẽ eligerent. Cui oĩ p̄tãte accæpta licitũ ei erat facere quicquid volebat: & ſine conſtitutione terrã regebat.

Si tamẽ eius eſt liber.

Illo igitur in oĩbus delicijs p̱manente & ſemp̱ ſic ſe eſſe ęſtimante: repente in eũ ciues inſurgebant: & p̱ totã ciuitatẽ nudũ trahẽtes: in remotã inſulã tranſmittebãt exulẽ: vbi nec cibũ nec veſtimentũ inueniens: fame & frigore vrgebatur. Tandẽ quidã ſublimatus ad illud dñium cũ didiciſſet illorũ conſuetudinẽ: infinitos theſauros illuc p̄miſit ad inſulã illã vbi poſt annũ in exilium relegatus vt cæteri: alijs q ſibi nõ præuiderant fame deficientibus: ille delicijs abundabat immẽſis. Ciuitas hęc mũdus eſt: ciues princeps tenebrarũ: qui nos falſa delectatione decipiunt & alliciunt quaſi nõ liceat gaudere vt volumus. Sed nobis inſperantibus mors ſuperuenit & in locum tenebrarũ demergimur. Ecce periculũ nr̃m qđ nõ videmus. Sed ſi pauperibus largiantur bona iſta: tunc in alia vita fruimur bonis æternis ex meritis bonorũ factoꝝ. Sed vt dicit Eccli. ij. Qui timent dñm præparabunt corda ſua & ſanctificabũt aĩas ſuas. ſ. nõ incidant in pericula.

## §.VII. SEPTIMO PATET PERICVlum ex paucorũ euaſione.

Vñ in Threñ. i. c. Vię ſion lugẽt: eo ꝙ non ſint q veniant ad ſolẽnitatẽ. Vię ſion dicunť opa virtuoſa: p̱ q̃ itur ad ſion. i. viſionẽ dei. Et dicunť lugere: qa q̃ſi nullus incedit p̱ eas. pſ̃. xiij. Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: nõ eſt q faciat bonum: nõ eſt vſq; ad vnũ. b. Berñ. Periculũ ꝓbat. ſ. huius vitæ ſp̄ũalis tranſeuntiũ paucitas & pereuntiũ multitudo: in magno mari Maſſilię de. cccc. nauibus tranſeuntibus vix periclitatur vna: hoĩbus autẽ accidit cõtrariũ. Nã in hoc mundo vix de quatuor immo de decẽ tranſeuntib⁹ vix euadit vn⁹ de periculo.

Mare Maſſilięſe tutiſſimũ.

¶Mors eſt timẽda ꝓpter ſeptẽ cõſiderationes. Cap. VIII.

## TERTIVM QVOD EST TImẽdũ eſt cõiunctoꝝ ſep̱atio.

i. mors p̱ quã ſep̱ranť ab inuicẽ q̃ ſunt maximo amore cõiuncta. ſ. aĩa & corp⁹. Naturalr̃ aũt hãc oẽs timeť. Vñ xp̄s appropinquãs ad paſſionẽ cœpit tędere, pauere, mœſt⁹ eſſe. Marci. xiiij. Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram præ horrore mortis ſenſualitati rep̄ſentatę. Lu. xxij. Mors em̃ (vt ait philoſophus) eſt vltimũ terribiliũ. Qđ aũt Tul. dicit. Mors timenda nõ eſt quã ĩmortalitas aĩæ ſequiť. Vult dicere ꝙ nõ ita timẽda eſt ꝙ propter hoc qs a virtute recedat & a debito rõnis: vel nimia triſtitia abſorbeať.

De btõ Vrſino medico

Sicut legitur de quodã medico dicto Vrſino: q cũ propter conſtantiã fidei ſuſtinuiſſet iam plura tormenta dãnat⁹ ad mortem cũ deberet decapitari cœpit expaueſcere: adeo ꝙ quaſi inclinaretur ad fidẽ negandã. Sed ſctũs Vitalis miles hoc aduertens cõfortauit eũ & aĩauit ad tolerantiã dicens. O Vrſine medice q conſueſti alioꝝ curarẽ corpa noli te iaculo mortis æternæ vulnerare ꝓpter modicũ tempus vitę pñtis. Qui in ſe reuerſus & cõpunctus de illa nimia trepidatione conſtanter & libenter recæpit palmã martyrij. Timenda eſt autẽ mors & ad ipſam ſe p̄parandũ ſm̃ illud chriſti. Eſtote parati: qa neſcitis qua hora dñs veſter vẽturus eſt. Eſt autem timenda mors ꝓpter ſeptẽ quæ cõſiderantur circa eam.

Septem conſiderãda de morte.

¶Primo propter eius ineuitabilitatem.
¶Scd'o propter eius velocitatem.
¶Tertio propter eius facilitatem.
¶Quarto propter eius incertitudinẽ & dubietatem.
¶Quinto propter eius occupabilitatem.
¶Sexto propter dæmonũ vexabilitatem.
¶Septimo propter conſequentiũ qualitatem.

## §.I. MORS VTIQVE INEVITABILIS eſt.

Apl's ad Heb̃. ix. Statutum eſt hominib⁹ ſemel mori: qñ ſ. deus dixit primo parenti Adæ. In quacũq; die comederis ex eo morte morieris. Geñ. iij. Comedens ergo incidit in pœnam ſtatuti dñici: cũ tota poſteritate ex eo deſcendente. Quis em̃ eſt hõ qui viuet (ait pſ̃) & non videbit mortem. q. d. nullus. Nemo em̃ eſt q ſemp̱ viuat (ait Salomon) aut qui huius rei habeat fiduciam. Eccli. vij. c. Oẽs em̃ morimur & ſicut aq̃ dilabimur ad mortẽ tendendo quæ non reuertitur. ij. Regũ. xiiij. Sicut aquæ fluminum currunt ad mare ſic dies fluctibiles vitæ p̄ſentis ad mare amarum mortis. Poeta. Mors dñm ſeruo: mors ſceptra ligonibus equat. Diſſimilẽ ſili conditione trahit. Et ita eſt hoc vniuerſale ꝙ vt dicit apl's ad Rom̃. viij. proprio filio non pepercit deus: ſed pro nobis omnib⁹ tradidit illum. Berñ. Qui non pepercit filio quõ parcet ſeruo? qui non pepercit figulo quõ parcet figmento? Et nos qdem neceſſitamur ad mortẽ ꝓpter pctm̃ originale qđ ex parentibus cõtrahimus. Oẽs em̃ in Adã morimur. Ro. v. Chriſtus aũt cũ nõ cõtraxerit originale: quia nõ ſcd'm ꝓpagationem carnalẽ ex Adã deſcẽdit ſed ope ſp̄ũſſcti: ideo nõ neceſſitabatur ad mortẽ: ſed volũtarie carnẽ ſumpſit mortalem. Cũ igitur nullus poſſit eã euadere in qua ſeparatur aĩa a corpore receptura ſcd'm ea q̃ geſſit in corp̱e p̄miũ vel pœnam: ideo habet timere & ſe p̄parare. Vñ Eccli. xviij. Ante iudiciũ ſ. particulare tuum p̱ mortẽ: para iuſtitiã tibi.

Nota.

Narrat Ioan. Damaſce. ꝙ cũ Ioſaphat filius regis educeretur de palatio ad ſolatia cũ oĩ gñe muſicorũ & gaudio magno obuiã habuit leproſum & cœcum. Et cũ quæreret quid hoc eſſet: dictum fuit ei ꝙ ſunt paſſiones humanæ ꝓcedentes ex inæqualitate humanorum quæ nõ ſunt oĩm: ſed eſſe poſſunt oĩm. poſtea cum videret ſenẽ decrepitum incuruatum & balbutientem & quæreret quid hoc eſſet: quõ eſſet ille ita curuatus balbus & edẽtulus. Rñſum fuit ei ꝙ erat ex ſenectute magna ad quã oẽs oportet venire: niſi p̄occupet eos mors nec pñt hoĩes viuere circa centum annos qn ad hmõi ſtatũ p̱ueniant. Tũc auditis his cœpit iuuenis cogitare de morte carnis delicias: mundi diuitias & honores horrere & quærere ſi eſſet alia vita poſt hanc: & quid eſſet futurũ. Dicebat quidam ꝙ ſi haberet iudicẽ fidelem eligere: mortẽ præ cęteris eligeret: eo ꝙ nõ eſt accæptio p̱ſonarum apud eam. Nec miſereť pupillo: nec defert ſeniori: nec timet potentem: nec vereť nubilẽ: nec horret pauperẽ: aut ignobilẽ: nec dimittit diuitem: aut potentẽ: nec contẽnit infirmũ: aut debilem: nec euitat forte: nec parcit ſapienti: nec inſipienti. Eccli. xli. c. O mors bonum eſt iudicium tuũ. Narratur in lib. de ſeptem donis: ꝙ cũ dñs Maioricarum haberet filium nouũ militẽ eũtẽ ad tyrocinium: & tranſeuntẽ p̱ Clarãuallẽ: videns ibi dei milites beatæ virgini militantes: cogitans qs finis eſt vtriuſq; militiæ: & ꝙ in vtraq; poſſet mori: qa mors cõmunis erat illis & his iunioribus & ſenioribus: intrauit ibi ordinẽ Ciſtertienſiũ.

Clareuallis inſignis religio.

Cũ pater ei⁹ hoc audiſſet furore replet⁹ minat⁹ eſt ꝙ niſi rediret filius ad eũ: veniret & deſtrueret abbatiã illã. Tunc iuuenis remãdauit pr̄i: ꝙ ſi vellet auferret & poſſet vnã conſuetudinẽ remouere de terra ſua: ipſe rediret ad placitũ ſuũ: qđ ſi nõ faceret eum in pace dimitteret. Pater aſſenſit. Filius aũt declarauit ei quę eſſet illa ꝯſuetudo remouẽda: videlicet qa ęque moriebanť iuuenes ſicut & ſenes & vniuerſalr̃ oẽs. Et qa illud tollere nõ poſſet eũ in pace dimitteret. Sicq; in religiõe p̱manſit. Bona p̄paratio ad eã eſt p̱ timorem iuſtũ initialẽ. Nã vt diciť Eccli. i. c. Timẽti deũ bene erit in extremis: & in diebus defunctionis ſuę benedicetur.

## §.II. SECVNDO TIMENDA EST mors ꝓpter eius velocitatẽ.

Velociter em̃ ad eã currimus & ipſa ad nos. Vñ Iob. vij. c. Dies mei velocius trãſierunt q̃ a texente tela ſuccidiť: cõſumpti ſunt abſq; vlla ſpe. Et notanter dicit q̃ a texente &c. Texens nõ ſcindit telã quouſq; p̱ficiať: ſed de vita nr̃a quantũ fluxus tp̄is texit: tm̃ ſtatim mors ſcindit. Scindit em̃ filũ inſtantis pñtis: q̃ cito curſus preſentis tẽporis texuit: qa ſtatim eſſe deſinit & de cætero nõ erit.

Hoĩs vita vl' dies qbus aſſimilatur.

Et ſequitur poſt illud Iob. ix. Dies mei velociores fuerunt curſore. Curſor quantũcũq; velociter currat: tñ aliqñ q̃eſcit in comedendo vel ſaltẽ dormiẽdo. Sed hoĩes cõtinuo minimo interuallo ſemp̱ currũt ad mortẽ: & dormiẽdo & cõedẽdo & bñ & male operãdo ſemp̱ ad mortẽ tendũt: & ſequitur ibidẽ. Pertranſierunt quaſi naues poma portantes de quib⁹ neſciť ad quẽ portum veniẽt & velociter etiam ducunť: vel qñ & ſi euadent periculũ. pſ̃. ci. Dies mei ſicut vmbra declinauerunt. Vmbra hoĩs ſequiť eum quocũq; vadit: vbi ponit veſtigium ſtatim & vmbra ſequiť: ita ſequiť mors vitã per oẽ inſtans. Si qđ videtur addi poſſe ad vitã ſeu mors retardari & abbreuiari ſunt op̱a hoĩm bona vel mala. Dies em̃ pctõris breuiabuntur, ait Salomon. Et econtrario. Qui honorat parentes vita viuet longiori. Exempla patent. Nã cũ deus apparuit Noe erat quingentorum annoꝝ prænuntiãs ei diluuiũ immitendum ꝓpter pctã hoĩm. Et nihilominus etiam ꝓmiſiſſet expectare hoĩes centũ viginti annis: vt reuerti poſſent ad pñiam dicens. Eruntq; dies eius. ſ. gñis humani centũ & viginti anni: quia hoĩes abuſi ſunt eo ſpatio tẽporis dato ad pñiam: peiora quotidie p̱petrãtes: abſtulit deus de tp̄e qđ ꝓmiſerat vitæ viginti annos. Nam diluuiũ inũdauit ſexcẽteſimo anno vitæ Noe. Ex quo patet ꝙ nõ expectauit niſi centum annis: ita dicit be. Hiero. de pœ. diſ. i. p̄dixerat.

Expoſitio pulchra de diluuio

Econtrario dictum fuit Ezechiæ regi Iuda p̱ Eſaiã ex parte dñi. Diſpone domui tuæ qa morieris tu & non viues. Et hoc ꝓpter pctm̃ ſuperbię de victoria data ei a deo cõtra Sẽnacherib' ceſis p̱ angelum in vna nocte centum octoginta milibus de exercitu eius. Vel ſm̃ alios ꝓpter ingratitudinẽ: qa non dignas deo gratias egit de tanto beneficio liberationis eorũ. Sed qa Ezechias recognoſcens pctm̃ ſuũ ſubito fleuit fletu magno curat⁹ eſt q̃citiſſime ab infirmitate illa: & additi ſunt. xv. anni ad vitã eius: vt patet Eſa. xxxviij. Et ideo ſapiens ſalubriter admonet dicens Eccli. v. Ne tardes cõuerti ad dñm: & ne differas de die in diem. Subito em̃ veniet tibi ira eius: & diſperdet te.

Exẽplũ de credẽtibus ſõnijs.

Narrat bea. Grego. in. iiij. dial. ꝙ cũ quidam aſſuetus eſſet multam fidem dare ſomnijs quadam nocte ſomniauit ꝙ deberet viuere longo tempore: & ideo in futurũ ſibi ꝓuideret: qđ cum ille firmiter crederet cœpit diuitias congregare: ſed cito moriens intactas dimiſit. Legiť q̃q; in lib. de ſeptem donis: ꝙ cũ quædã vetula ſortilega audiſſet quandam auẽ q̃ diciť cuculus vel cucudrinus: prima die Maij quinquies cantantem cucuc. credidit pro certo ꝙ tot annis deberet viuere ad minus. Vñ cum grauiter infirmaretur ad mortem filia ſua inſtãter admonebat eam ad pœnitentiam & confeſſionem: qa in periculo vitæ erat. Ait illa. Non oportet ꝓnunc: quia viuere adhuc habeo quinq; annis. Et cum magis appropinquaret ad mortem ita vt vix poſſet loqui: & illa ſolicite admoneret ad pœnitẽtiam eleuauit quinq; digitos quaſi ſigno affirmans qđ verbo dixerat quia. ſ. quinq; annis ſuperuiueret adhuc. Quo facto ſtatim mortua eſt: & vt poteſt credi ſicut in corpore ita in aĩa quia impœnitens. Velociter ergo currit mors ad quẽlibet. b. Grego. Vita iſta temporalis æternæ comparata: mors potius eſt dicenda q̃ vita. Nam ipſe quotidianus corruptionis nr̃æ defectus qd eſt aliud q̃ quædã ꝓlixitas mortis. b. Aug. Tẽpus vitæ pñtis nihil eſt aliud q̃ curſus ad mortem in quo nemo

vanitas augurio rũ oſtenditur.

paululũ tarde vel tardius ire pmittiť: ſed oẽs pari motu vr-
genť. Seneca. In hoc fallimur ꝙ mortẽ nõ proſpicimus pñtẽ
diem cũ morte diuidimus: & illa nõ habet partem deteriorẽ
qa totũ qđ tranſijt vitæ nr̃æ rapuit: & non habemus niſi in
ſtãs tp̃s: nullus raptor violentior ꝙ̃ mors. Idem in lib. de na
turalibus quæſtionib⁹. Qđ tu times: experiris: quotidie mo
rimur aliqua pars vitæ nr̃æ dirimitur: & tũc quoqꝫ cũ creſci
mus vita noſtra decreſcit. Quã multi decæpti ſunt credẽtes
tarde mori: q tñ velociter cõtra oẽm eoꝝ ſpem inuaſit eos.
Pharao & Egyptij credentes diu viuere & dñari Hebræis: ſu
bito in mari rubro ſubmerſi ſunt. Exo. xiiij. Holofernes cũ
virtute Aſſyriorum robuſtiſſimi credentes ſubijcere ſibi &
dño ſuo mũdũ: & ſolus adorari dñs: velociter a fœmina ſan
cta Iudith victi & occiſi ſunt. Iudith. xiiij. c. idem patet de fa
ſtu & crudelitate Antiochi qui credebat ſe terræ & mari dña
ri: & terram Iudæorum facere congeriem ſepulcrorum: ſubi
to percuſſus & a vermibus corroſus expirauit. Sic ille diues
qui ſperabat multos fructus colligere ex poſſeſſionibus ſuis
& ampliare horrea ad reponendũ ea ibi dicens. Aĩa mea ha-
bes multa bona repoſita in annos plurimos comede quie-
ſce. Audiuit ſubito vocẽ dñi dicentem ſibi. Stulte hac nocte
aĩam tuã repetẽt a te &c. Cũ ergo velociſſime currat aduer-
ſus te mors: time & timore initiali. Eccleſiaſtici. ij. Serua ti-
morẽ dñi & in illo veteraſce.

## §. III. TERTIO TIMENDA EST

mors propter ei⁹ facilitatẽ: qa facillime aggrediť hominẽ &
multis modis. Iac. iiij. Quæ eſt vita vr̃a vapor ad modicum
parẽs: & deinceps exterminabitur pſper. Ferro, peſte, fame,
vinclis, algore, calore. Mille modis miſeros mors capit vna
hoĩes. Vita hoĩs eſt quaſi tela araneæ: q ad modicum flatum
venti rũpitur: immo fragilior eſt ꝙ̃ filum araneæ. Citi⁹ eñ
extinguitur ab irruente aduerſitate ꝙ̃ filũ aliud a vento rũ-
pať. Certe in magno periculo ſunt pctõres q ad filũ tã debi
le dependẽt ſup puteũ inferni. Narratur de qdã tyranno Si-
ciliæ dño: ꝙ cũ quidã eius amicus multũ cũ eo colloquendo
laudaret fœlicitatẽ eius & ſtatũ: vñ habebat cãm multũ gau
dendi: cũ tñ ille triſtis & ſuſpect⁹ ſemp maneret: voluit tyrã
nus vt exẽplo deprehenderet infœlicitatẽ eius & cãm triſti-
tiæ. Vnde ordinauit ꝙ vna dierũ ſecũ pranderet: qđ & factũ
eſt. Sed tyrannus iuſſit poni gladiũ acutiſſimũ pendentẽ ex
filo deſup affixo ad ſolariũ. Sed ita ſubtile ꝙ ppẽdi vix poſ
ſet directe ſup caput eius. Cũqꝫ ex mandato tyranni ſederet
ille cõtra regẽ: timens amicus ille gladiũ imminẽtem ſuper
eum: qui de puncto ad punctũ videbať cadendus ſup caput
eius: parũ comedebat: ſed triſtis manens reſpiciebat ſi forte
gladius caderet. Et quãuis tyrannus ſæpe ſolicitaret eũ ad cõ
medendũ de cibis delicatis: q ante eũ erant. Ille ſimulabat in
vultu lætitiam: ſed intus plenus erat timore & dolore. Pera
cto igitur prandio quæſiuit rex poſtꝙ̃ ſurrexerunt a loco il-
lo: quare non gaudioſe comederat: q cãm aſſignauit: videli-
cet gladiũ illũ nudũ capiti imminẽtẽ timuiſſe: ne caderet ſu-
per eũ. Tunc tyrannus ait. Si tu vnũ gladiũ q tamen erat affi
xus licet tenuiter ita timuiſti vt putares te infœlicem & mi-
ſerum in tali prandio: q̃ fœlicitas põt eſſe mea & quę lætitia:
qui tot pericula mortis habeo ſup me gladiorum veneni in
firmitatum, perſecutorum, & hmõi. ꝙ̃ fœliciter mors accidit
hoĩ patet Eccl̃s. ix. Neſcit hõ finem ſuũ. Sed ſicut piſces ha-
mo: ita hoĩes capiunť in tempore malo. Piſcis eñ vidẽs eſcã
ſibi placidã: ſed non aculeũ ibi abſconſum: auide capit & ab
eſca capitur adamata. Sic hoĩes diſcurrũt p aquas mundana-
rum deliciarũ: & dũ eis occurrit aliqd vnde credunt refici &
multũ delectari: inde eis mors paratur nõ ſolũ in cibis toxi-
catis: ſed etiam in alijs: dũ nimios ſumunt vnde infirmãtur
& moriuntur: & ita in delectationibus venereis. Vñ dicitur
Eccli. xxxvij. Propter crapulam multi perierũt. Et Sene. Plu
res occidit voluptas ꝙ̃ gladius. ꝙ̃ faciliter mors occidat ho-
minẽ patet: cũ vnus morſus canis rabidi: aculeus ſcorpionis
viſus baſiliſci: gramẽ hellebori: ſibilus ſerpentũ: cibus vel
potus toxicatus: incãtatio vel maleficium diabolica arte cõ
fectum occidat hominẽ: iuxta illud. Mens hauſti nulla ſanie
polluta veneni: incãtata perit. xxvj. q. v. nec mirũ. Punctura
vnius acus aliqñ interficit hoĩem. Modicum febrilis caloris
proſternit fortiſſimũ. Ex medicamento & nutrimento ſine
quo viuere nõ põt hõ. & cibo & potu. ſ. multoties incurritur

Telæ araneæ vita hominis cõparať quare.

Fragilitas hũana oſtẽditur.

mors. Item aliqui ex nimia triſtitia incurrunt mortem. Alij
ex nimio gaudio. Vnde narrat Valerius maxi. ꝙ cum in exer
citu Romano quadã vice in libello exiſtẽte occiſi fuiſſent ab
inimicis qdã ex Romanis: inter cęteros fuit ſignificatum cui
dam viduæ Romanæ eius filium q in dicto exercitu erat fuiſ
ſe de numero interfectorum. Qđ illa oĩno credẽs vt mortuũ
lugebat. Vna aũt dierũ iuuenis ille filius viduę q in veritate
non fuerat occiſus: reuerſus eſt ad vrbem & inde ad domum
ſuam: quẽ mater videns tanto gaudio reſoluta eſt vt ſubito
præ gaudio moreretur. Ex diuino etiam iudicio aliq morte
pcutiunť: vt Ananias & Saphyra ppter mendacium & pro
prietatem. Narratur etiã in lib. de ſeptẽ donis. ꝙ cum quidã
bubulcus pmiſiſſet cuidã fœminæ fide data: ꝙ duceret eam
in vxorem cũ eã defloraſſet: & noluiſſet ſeruare pactum ex-
cõmunicatus eſt: & cũ pluries admonitus fuiſſet ſeruare pa-
ctum & contrahere cũ illa matrimoniũ & contẽneret & ride
ret ad increpationes & cenſuras: in nocte carniſpriuij ſedens
ad ignẽ & truffans & ridens animã diabolo reddidit ſubito
moriens. Timendum ergo mortẽ ppter facilitatem eius: ſed
timore initiali. Eccli. ij. Metuentes dñm ſuſtinete miãm eius
& ne deflectatis ab eo ne cadatis.

## §. IIII. QVARTO TIMENDA EST

mors & cogitanda ppter incertitudinẽ & dubietatẽ. ſ. horę
eius. Origenes. Nil certius morte: ſed nil incerti⁹ hora mor-
tis. Et ppterea chriſt⁹ admonuit dicẽs. Eſtote parati: quia ne
ſcitis diem neqꝫ horã. Eſt aũt incertũ hoĩ: in quo tp̃e: in q lo-
co: in quo mõ: in quo ſtatu moriať. Vñ quantũ ad tp̃s ait dñs
Ieſus. Vigilate qa neſcitis qñ tp̃s ſit. ſ. mortis: neſcitis eñ qñ
veniet dñs. ſ. ad vocandum p mortẽ ad reddendum rõnẽ an
ſero: an media nocte: an galli cantu: an mane. Sero eſt ætas ſe
nectutis: qa finis diei. Media nocte in ĩfantia & pueritia: ple-
na: tenebris ignorantiæ. Galli cantu in adoleſcentia qñ iam
apparet lux vſus rõnis & capax eſt exhortationis. Mane ple-
na luce in virili ætate. Et ideo in qualibet ætate oportet vigi
lare & ſibi puidere. In q loco qs moriatur etiam incertũ eſt.
Vtrũ in domo vel in via: in mari vel in terra: in ciuitate ſua
vel aliena. Ideo voluit dñs incertũ eſſe hoĩ locũ mortis: ſicut
& tp̃s vt in oĩ loco & in oĩ tp̃e timeatur. Señ. Mors inſidiať
in oĩ loco: & tu in oĩ loco ſecur⁹ expecta. Quo etiam mõ ſeu
gñe mortis ſit quis moriturus ignoratur: vtrum morte natu
rali: vel violenta: vel caſu ſubito. Narratur in lib. de ſeptem
donis. ꝙ cũ quidam vſurarius apud Diuionẽ ante portã ec-
cleſię btẽ virginis quãdã ſibi deſponſaſſet cũ q credebat diu
matrimonialr̃ viuere: caſu accidit & dei iudicio vt alius vſu
rarius lapideus q erat ſculptus ſupra portã cũ burſa lapidea:
burſam illã lapideam pijceret ſuper caput eius: ex qua pcuſ
ſione ſubito mortu⁹ eſt. Quis vnꝙ̃ potuiſſet æſtimare mo-
dũ illũ mortis illius? Nec tñ multũ curãdũ eſt quo gñe mor
tis qs moriatur dũmodo bene vixerit prius. b. Augu. Mala
mors dicenda nõ eſt: cuius bona vita pceſſit. Vñ cũ quidã ve
nerabilis & bon⁹ religioſus ĩ ſtudio fuit reptus ſubito mor
tuus: aliqui mirabantur: alij ſcandalizabãtur de tali ei⁹ mor
te ſubita: dubitantes ppter hoc de bonitate eius. Sed cum re
pertus fuiſſet liber qdã apertus ante eũ: & digitũ ipſius habe
re ſuper certũ verſum ſcripturæ: attendentes ad ſcripturã in-
uenerunt hanc eſſe. Iuſtus qcũqꝫ morte pueñt⁹ fuerit in refri-
gerio erit: & iuſtitia eius nõ aufertur ab eo. Quantum ad ſta
tũ nõ põt eſſe qs certus in q ſtatu moriať. ſ. grãæ vel pctĩ mor
talis: niſi ſpalr̃ deus reuelauerit: ſicut fecit qbuſdã ſctĩs: vnde
dr̃ Eccl̃s. ix. Sunt iuſti atqꝫ ſapientes & opa eoꝝ in manu dei:
& tñ neſcit hõ vtrũ odio vel amore ſit dignus: quãuis eñ poſ
ſet quis ſcire pro certo & debeat credere ꝙ ſi cõmittit aliqđ
mortale pctm̃: qđ expreſſe eſt ꝯ dei pręcæpta: vt furtum, for-
nicationẽ, piurium, blaſphemiã dei & ſanctoꝝ: auferat alie
num: vſuram cõmittat: & hmõi: vtiqꝫ eſt dignus odio dei &
inferno dũ pmanet in eo. Nõ tñ ecõtrario. Et ſi caueat qs ab
iſtis manifeſtis peccatis & exerceat ſe in bonis operibus iu-
ſtitiæ & pietatis: nec remorſum habeat conſcientiæ alicuius
criminis: & ſi aliqđ ppetrauit: dolet & cõfeſſus eſt: ex hoc nõ
põt ſcire certitudinalr̃ dignus eſſe amore dei. i. eſſe in gratia
eius. Propter qđ dicebat apl̃s. Nihil mihi conſcius ſum: ſed
non in hoc iuſtificatus ſum. Et ratio eſt: quia vt ait pš. xviij.
Delicta quis intelligit. Poteſt enim eſſe pctm̃ & mortale: ita
in omiſſiõe alicui⁹ boni debiti fieri ſicut & in cõmiſſiõe ma
li: ſed

Mors ẽ timẽda ppter incertitudinẽ horę eius.

ſ. etiam pte. j. ti. v.

Exẽplũ de qdã vſurario diuionenſi.

Mors timẽda ppter incertitudinẽ ſtatus.



li: ſed minus cognoſcunť talia omiſſa quæ delicta dicuntur
quaſi derelicta. Quãuis eñ iuſtus hõ quaſi continue ſe exer-
ceat in operib⁹ virtuoſis: & faciliter & delectabiliter. Et ſm
philoſophũ delectabilr̃ opari vtuoſa: ſit ſignũ habit⁹ gene-
rati vtutũ iparũ: opa aũt vtutũ faciũt hoĩem dignũ dei amo
re & gratũ: tñ qa actus virtutũ acqſitarum p frequẽtes actus
ſunt ſimiles oĩno actibus virtutum infuſarum. Actus vero
procedentes ex virtutibus acquiſitis ſolũ non ſunt merito-
rij: nec faciunt hominẽ dignũ amore dei: ſed ſolũ actus pro-
cedentes ex virtutibus infuſis ex gratia dei: faciunt hominẽ
gratũ deo. Et ideo qa non põt ſcire hõ vtrũ actus de genere
bonorũ q ab eo fiunt pcedant a virtutibus infuſis vel acqſi
tis: ideo nõ poſſunt ex hoc ſcire p certo ſi ſunt in ſtatu grãæ
dei vel nõ. Et ideo vt ait. b. Greg. Bonarũ mentiũ eſt ibi cul-
pã agnoſcere. i. timere eſſe: vbi culpa nõ eſt. diſtin. v. ad eius.
Et Eccli. v. De propitiatu pctõꝝ noli eſſe ſine motu.

## §. V. QVINTO TIMENDA EST

mors ppter eius occupabilitatẽ: qa. ſ. poccupat oẽs actus &
ſenſus: auferens pedibus ptãtẽ ambulandi: manibus operã-
di: linguæ loquendi: ori aufert ptãtẽ comedendi: auribus au
diendi: oculis videndi: & ſic de alijs. Hiere. ix. Aſcendit mors
per feneſtras. ſ. ſenſuũ ingreſſa eſt domos noſtras. ſ. oĩa occu
pans. Sap̃. xvj. Durus bellator in mediã terrã exterminij pſi
lijt & repleuit oĩa morte. Aufert corpori vigorẽ & decorem
& inducit pallorem. Apoca. vj. Ecce equus pallidus. ſ. corp⁹:
& qui ſedebat ſup eũ. ſ. dominando ei & regendo corp⁹ ipm
nomen illi mors. Aufert qđ peius eſt animæ dei cognitionẽ
præcipue carnalibus. b. Grego. Tanta eſt ibi vis doloris ꝙ
alibi nõ poſſit fieri impet⁹ cogitationis. Dicit Salomõ Eccl̃s
xj. In quãcũqꝫ partẽ lignũ ceciderit: ſiue ad Auſtrum: ſiue ad
Aquilonẽ: ibi erit. i. infirmabitur: lignum dr̃ homo. i. arbor:
ſm illud pš. j. Erit tamꝙ̃ lignũ qđ plantatũ eſt ſecus decur-
ſus aquarũ &c. Cadit iſta arbor cũ moritur homo: fruct⁹ ſũt
opera: folia verba: flores affectus: radices potentiæ. Et potẽ-
tiæ quidẽ ſenſitiuæ ſunt radicatę in aĩa: ſed operationes ſuas
exercent p organa corporis quibus ſunt affixę: vt potentia
viſiua oculis, auditiua auribus, & hmõi. Interiores etiam vt
phantaſia, memoria, & alię, habent & ipſę ſuas cellulas in ca
pite. Sicut ergo magna arbor quæ habet multas & magnas
radices bñ fixas in terra: vtiqꝫ non põt euelli a terra: niſi cum
maxima violentia. Ita cũ aĩa debet ſeparari a terra corporis
cum retrahat potentias ſuas ab organis corporis: & ſecũ ra-
dicaliter deferat. Hoc vtiqꝫ fit cum maxima violentia: & to-
ta vis naturę ibi occupatur. Vbi aũt ceciderit: ibi erit cũ fru-
ctu ſuo vel malo vel bono. Ad Auſtrum cadit cũ moritur in
ſtatu gratiæ & diuini amoris. Ex parte eñ Auſtri exurgit ca-
lidus ventus: & eſt regio calidiſſima. Ad Aquilonem vbi eſt
intenſum frigus & ventus exurgit frigidus: cadit cum moriť
cum pctõ mortali: & ibi permanet cum malis ſuis fructibus
igitur cõburendus. Iam ergo ſecuris ad radicẽ arboris poſita
eſt: ad incidendum per mortem. Timeat ergo vnuſquiſqꝫ ſi-
bi: vt videat quos fructus facit. Difficile eſt eñ ita ſubito in
infirmitate graui arboris fructus mutare de malis in bonos
cum mors q̃ ſuperuenit occupet totum hominẽ. Et ideo be-
ne dicit. b. Augu. in li. de pœnitentia. Multos ſolet decipere
ſerotina pnĩa. de pœ. di. vij. nullus. Nimis eñ difficile eſt ab
aſſuetis recedere: cum habitus qui eſt qualitas de difficili mo
bilis a ſubiecto: ſit in peccatorib⁹ vitiorum: ꝙ ita ſubito eos
dimittat & faciat fruct⁹ virtutum hoc humanum nõ eſt. Sed
deo nihil impoſſibile q tp̃e non eget ad operãdũ & in pun-
cto contritionẽ infundere põt. Et hoc eſt qđ dicit Leo papa.
Miæ dei nec menſuras ponere poſſumus: nec tempora diffi-
nire apud quem nullas patitur moras conuerſio. Ideo de ne
mine eſt deſperandum dum in hoc corpore conſtitutus eſt.
de pœ. diſt. vij. nemo. Cautius tñ ſibi prouidet nõ expectare
tp̃s mortis ad pnĩam agendam. Experientia eñ rerum magi-
ſtra docet ꝙ etiam in ſeruis dei habituatis in bonum cũ no-
tabilis dolor arripit eos: vt ilionum, podagrę: calculi, acutiſ
ſime febres: vix valent aliquid boni cogitare: ſed totũ poſſi
det dolor exteriorem & interiorẽ hominẽ: & tñ magis vexat
& occupat. Ipſi vero pctõres nimis affecti ad corpus & deli-
cias eius ſolitas: videant bene quõ animũ dirigere poterunt
ad dolendum de pctĩs & cõuertendũ ſe ad deum toto corde:
& non ſolum timore. Sume tibi exemplum. Qñ quis habet

Mors timẽda qa oĩm ſenſuũ & potẽtiaꝝ pręoccupatiua.

Serotina pnĩa dubia.

aliquẽ amiciſſimũ quẽ ſemper habet præ oculis: & videt eũ
anxiari ad mortem. Habet & vicinũ infirmũ de cuius incõ-
modo nunꝙ̃ aut parum cogitauit: & quẽ præ oculis non ha
bet: non eſt mirũ ſi vicinũ min⁹ dilectũ quem nõ habet præ
oculis & parũ de eo curat tradat obliuioni p eo ꝙ maxime
amicũ & dilectiſſimũ videt mori. Ad ppoſitũ: amicus maxi
me dilectus a peccatoribus quẽ ſemp præ oculis habent ad
cõplacendũ ei eſt corpus. Vicinus parũ dilectus & de quo pa
rum videtur curare eſt ſpũs ſeu animus: qñ igiť peccator vi-
det corpus p maxime dilectũ ab eo mori tota cogitatio ſua
& dolor eſt de morte corporis. De animo autẽ parũ dilecto
ab eo modicũ videť curare: ſed obliuiſcitur eius: & ſi ipſe ſit
in periculo moriendi. Nõne hoc manifeſtius patet cũ indu-
cantur ꝙ̃ citiſſime & frequentiſſime medici p ſalute corpo-
ris: vix aũt vnus medicus aĩæ & raro: ne ei ſalubriter medea
tur quo ad animũ vt reſtituat: & alia hmõi faciat. Notandũ
eſt qđ ait beatus Aug. Hac aĩa aduerſione percutitur peccator
vt moriẽs obliuiſcatur ſui: qui dũ viueret oblit⁹ eſt dei. Nec
ipſa mors morulã facit alicui ppter ſuas diuitias honores:
vel ſapientiam, vel minus occupat infirmũ & vexat: ſed fa-
cit officium ſuũ ad quod deputata eſt. Vnde in lib. de ſeptẽ
donis legitur ꝙ cũ quidã longo tp̃e ſeruiuiſſet cuidã princi
pi: & grauiter ægrotaret: cũ inſtaret dñs eius dicens ꝙ multũ
de eo doleret: et ſi quo indigeret hoc ab eo peteret. Dixit eger
ꝙ petebat ꝙ pro omni ſeruitio quod ei fecerat vt liberaret
eum ab infirmitate vel ſaltem ad horã. Rñdit dñs. Hoc non
põt facere niſi ſolus deus. Et eger ait illi. Et ego illi ſoli pro-
mitto me ſeruiturũ in futurũ qui ſolus põt me liberare ſi li-
berauerit me ab iſta infirmitate: qui liberatus hoc quod dixe
rat effecit. Ibidem. Cum quidam vſurarius: in extremis
laboraret fecit ante ſe portari vaſa aurea promittens animæ
ſuæ illa: & multo ampliora, poſſeſſiones, domos, & alia ſi
adhuc cum eo remaneret: & cum magis vrgeret dolor infir-
mitatis ait miſer. Ex quo non vis mecum morari: reddo te
diabolo. Et hæc dicens expirauit.

Mira pſuaſio conuerſionis.

Exẽplũ

## §. VI. SEXTO PROPTER QVOD

mors eſt timenda: eſt propter dęmonũ occurſionẽ & infeſta
tionẽ. Geñ. iij. Dictũ fuit primæ mulieri in perſona cuiuſli-
bet aĩæ: & pcipue bene viuentis. Ipſa cõteret caput tuũ & tu
inſidiaberis calcaneo eius. Mulier conteret caput ſerpentis
antiqui: qñ principia vitiorũ ſuperat q̃ diabolus ſuggerit.
Sed ſerpẽs inſidiatur calcaneo eius: qñ diabolus tentat forti
ter in fine vitæ. Calcaneus eñ finis eſt corporis: & finẽ ſigni
ficat vitæ. Adeo hoc videtur gñale dæmones occurrere: &
multũ tentare aĩas in ſeparatione a corpore: vt etiã ſctõs ho
mines aggrediantur. Vñ. b. Martinus cũ eſſet in extremis &
in cinere & cilicio orationi inſiſteret vidit diabolum & ait.
Quid hic ſtas cruenta beſtia: nihil in me funeſtum reperies:
ſed ſinus Abraæ me ſuſcipiet: q confuſus diſparuit. Quin-
immo ad ipſum dñm maieſtatis auſus eſt accedere in ligno
crucis affixũ: ſi qd forte in eo reperire poſſet de ſuo: quem &
ſi ſctĩſſimũ: nondũ tñ filium dei eſſe cognouerat. Et hoc ipſe
chriſtus expſſit cũ ait apl̃s. Venit. i. veniet: qa in die ſequẽti
ei illud erat futurũ princeps mundi hui⁹. i. diabolus q princi
patũ obtinet in mũdanis ppter vitia eoꝝ: & in me nõ habet
quicꝙ̃. ſ. vitij vt quæret. De aĩa q̃ male vixit in mundo expſ
ſius hoc exponit btũs Greg. in moraľ. ſuper illud euãge. Vi-
dẽs Ieſus ciuitatem fleuit ſuper illã &c. Lucæ. xix. Ecce ibi di
citur dies venient. ſ. mortis: & circundabunt te inimici tui
vallo: & coanguſtabunt te vndiqꝫ: & ad terram proſternent
te &c. Inimici iſti ſunt dæmones qui in fine vitę circundant
aĩam vallo diuerſarum tentationũ: vt euadere nõ poſſit de
manib⁹ eoꝝ: & coanguſtabũt diuerſis modis vt proſternãt
tantum corpus ad terrã & aĩam ad centrum terræ. i. infernũ
ducentes ſecum. b. Ber. Quant⁹ erit tibi pauor o aĩa miſera
cũ dimiſſis oĩbus quoꝝ tam iocunda pſentia: tã gratus aſpe-
ctus: tam familiaris habitatio: alienam penit⁹ regionem in-
grediens: cateruatim infinita dæmonia ad te exire videbis.
Cum ergo aĩæ peccatorum egreſſuræ ſunt de corporib⁹ ſuis
domino iubẽte. Si dixerint ad te (ait dñs per Hieremiã. xv.)
quo egredientur: dices eis: qui ad mortem: ad mortem qui
ad gladium: ad gladiũ: q ad famẽ: ad famem: qui ad captiui-
tatem: ad captiuitatem: & viſitabo ſup eos quatuor ſpecies:
gladium ad occidendum: canes ad lacerandum: volatilia ad

Mors eſt timẽda ppẽ dæmonum occurſionem.

ſ. parte j. titu. v.

Notula pulchra

deuorandū:beſtias terræ ad diſſipādum. Narratur in lib. de ſeptem donis:ꝙ cū quidā ſolitarius rogaret dñm vt ei oſtenderet quō aīa egreditur de corpore. Adeſt ſubito lupus trahens eū ꝑ veſtes:& duxit eū ad ciuitatem. Ibi aūt vidit tunc choros clericoꝝ & laicorum parari ad honorificas exequias cuiuſdā ſolitarij valde famoſi:multoſqꝫ lachrymantes æſtimātes ꝙ meritis & orationibus ei⁹ illa patria cōſeruaret:ſed reuera hypocrita erat:& ꝓ mundi glīa multa faciebat. Vidit ergo eremita ille dæmones adſtare ad illū morientē. Dixitqꝫ vnus alteri ꝙ mitteret tridentē in os ei⁹:& per vim extraherent animā illā a corpore:& ſi renitentē. De alio diuite dicit ꝙ cū eſſet in extremis & dæmones aſſiſterent violenter cū vncinis ferreis extrahentes animā eius:& ille diceret. Dñe adiuua me:improperabant ei dæmones dicētes. Nunc quæris adiutoriū dei:cū dies defecit tibi. Vt aūt dicit beatus Grego. Cū quis bene viuit & deum timet abſtinens ſe a malis & de ꝑpetratis pnīam agit:in illa hora etſi fortiſſime ſint tentationes diaboli:quia nouit ſe plus tpis non habere ad tētandum:& ideo plus acuit malitiā ſuā ad decipiendū: vel ꝑ deſperationē:vel ꝑ infidelitatē:vel ꝑ taciturnitatē alicuius peccati grauis:tñ vt ait apl's. Fidelis deus qui non permittet vos tentari ſupra id qđ poteſtis:ſed faciet etiam cū tentatione prouentū. Vnde cū quidā ſctūs religioſus in extremo vitæ fuiſſet multū exterritus adeo vt aliq dubitarent ne deciperet a diabolo. Mortuus ille inde ad aliquot dies apparuit cuidā ſibi deuoto in pulchra ſpecie & totus lucidus: vñ ille pcępit ad glīam eū aſſumptū. Interrogauit ille. Quæ cauſa fuerit ī exitu ſuo tāti terroris. At ille. Neſcis qa ſcriptū eſt. Territi purgabunt. pſ. xiij. Qui timent dñm ſperauerunt in dño: adiutor eoꝝ & ꝓtector eoꝝ eſt in tentationibus.

Periculū horę nouiſſimæ.

i. cor. x.

## §. VII. SEPTIMO MORS EST TIMEN

da & ꝓuidenda ꝓpter mala quæ ſequunt ad ipſam. In ipſa em̄ & ꝑ ipſam oīa q̄ in mundo ſunt reliquunt: quę cū tanto labore:cū tot pc̄tis cū tot curis acquirunt & retinent. Iob. i. Nudus egreſſus ſum de vtero mr̄is meæ nudus reuertar illuc. i. in terram q̄ fuit mater prima oīm:qa fecit deus hoīem de limo terræ. Apl's. Nihil intulimus in hūc mūdū: haud id eſt non dubium:qa nec auferemus. Mors ipſa aufert amicos conſanguineos;pulchrytudinem a corpore:fortitudinē: dignitatē:& oēm ptātē. Eccli. x. Homo cū mortuus fuerit: hæreditabit ſerpentes;beſtias & vermes. Et vt dr̄ a quibuſdam. Mortuo hoīe de cerebro eius naſcitur bufo:de renib⁹ ſerpēs: de ventre lumbrici: vermes de carne:de lingua aſtobabus. Berñ. Quid fetidius humano cadauere? Quid horribilius hoīe mortuo? Cuius erat in vita gratiſſimus amplexus:fit in morte horribilis aſpectus. Quid ergo ꝓſunt diuitiæ: qd deliciæ:quid honores? Diuitiæ nō liberant hoīem a morte: deliciæ nō liberant a verme:honores nō liberāt a fetore. Qui modo ſedebat diues & glorioſus in throno: mō iacet pauꝑ in tumulo. Qui delicijs veſcebatur:nunc a vermibus in ſepulchro conſumit. Memorare ergo nouiſſima tua & in ęternum nō peccabis. Refert petrus Alphonſus ꝙ mortuo Alexandro magno qui in tam breui tempore dñium orbis acquiſiuit. Cōuenerunt philoſophi:& dixit vnus. Iſte qui terram heri totā conculcabat:hodie ab ea conculcatur. Heri dominabat ei & poſſidebat eam:nunc poſſidet ab ea. Heri nō ſufficiebat ei totus mūdus:nunc ſufficiunt ei quatuor vlnę terræ. Heri p̄mebat eā:nunc premit ab ea. Ducebat heri exercitū ſuper terrā: hodie ab exercitu ducitur ſub terra. In lib. de ſeptem donis legitur ꝙ Saladinus magnus princeps Saracenoꝝ fecit ſibi portari ſudariū ſuū cū videret ſe ꝓpinquum morti. Et fecit illud clamando ꝑ preconē deportari ꝑ ciuitatē. Tantum deportabit ſecū princeps magnus Saladinus de oībus rebus ſuis. Timenda eſt ergo mors & ſæpe meditāda. Nam vt ait Plato. Sūma philoſophia eſt meditatio mortis. Et ad multa valet. Et primo ad humiliationem. Quid ſuperbis inquit ſapiens terra & cinis. q. d. ex morte habes cauſam humiliandi te. Pauo et ſi viſis pēnis ſuis pulchris eas extendit:& hinc inde ſe gyrat de eaꝝ pulchritudine ſuperbiēdo: tñ ad pedes turpes aſpiciens eas cōtinuo deponit quaſi ſe humilians. Sic homo attendens ad finē vitæ humiliabitur. De conſuetudine aliqñ fuit imperatorū ꝙ cū eſſent electi prima die coronationis eoꝝ veniebat ad eum lapicidarius: deferēs in manu ſua tres vel quatuor petias marmoris diuerſorum colorum dicēs. Iubeat dñs imperator de quo genere marmoris velit ſibi fieri ſepulcrum:eo ꝙ hō mortalis eſt. Et hoc fiebat ad dandū ſibi occaſionem humiliationis ex memoria mortis. Ioannes eleemoſynarius factus patriarcha Alexandrinus fecit ſibi fieri monumentum:ſed imperfectum. Et in p̄cipuis ſolennitatibus cū eſſet pōtificalibus inſignit⁹; & in magno honore ppl̄i:ſtatuerat vnū tūc venire ad ſe qui diceret. Dñe imperfectū eſt ſepulcrū tuū:iube ergo illud ꝑfici qa neſcis qua hora fur veniet. ſ. mortis. Sed & qñ papa conſecratur añ oculos eius accenditur modicū ſtupæ:& dicitur ei. Pater ſancte ſic tranſit gloria mūdi. Valet ſcđo meditatio mortis ad mūdi cōtemptū & deſpectionē. Eccl's. xi. Si multis annis vixerit homo:& in his oībus lætus fuerit meminiſſe tamen debet tenebroſi temporis. ſ. mortis: qđ cū venerit vanitatis arguent præterita. Hiero. ad Paulinum. Facile contēnit oīa qui ſemper ſe cogitat moriturū. Tertio valet ad fugā pc̄ti & deteſtationem:cum conſiderat ꝙ ꝓpter pc̄tm̄ homo incurrit mortem corꝑis & aīæ:ad. Ro. v. Per vnum hominē ſ. Adam pc̄tm̄ intrauit in mundū. ſ. originale:& per peccatū mors. In hiſtoria tranſmarina legitur ꝙ cū Brachmāni peterent ab Alexandro magno immortalitatem ſibi dari: & ipē negaret ſe hoc poſſe facere cū mortalis eſſet:aiunt illi. Tu ergo cum mortalis ſis:quare tot mala faciendo ꝑ mundū diſcurris. q. d. ab his malis hec cōſideratio mortalitatis tuæ deberet te retrahere. Valet quarto ad depreſſionem carnalis deſiderij & delectationis. In cuius figuram habes Iob. ij. ꝙ ipſe teſta ſaniē radebat ſedens in ſterqlinio. i. memoria mortis & cōſideratiōe fractionis corꝑis:qa vas ꝑ ipſam mortē frāgit ſaniē carnalis delectationis ex cōcupiſcentia exurgentē mouebat. b. Greg. Nihil adeo valet ad edomandū carnis deſideria q̄ꝫ cogitare qualis ſit futura caro moritura. Valet quinto ad tribulationum tolerationem:qa cū in morte oēs res temporales deficiant:& tp̄s vitæ breue eſt:qm̄ mors ſequitur:iō inde cōfortat ad ſuſtinendum qa parū affligit:& inde quieſcet & remunerabit. Petr⁹ in Cañ. ſua. Modicum etſi oportet cōtriſtari in varijs tribulationib⁹:vt ꝓbatio fidei vr̄ę p̄cioſior ſit auro qđ ꝑ ignē ꝓbat. Apoca. xiiij. Beati mortui qui ī dño moriunt. Amodo iā dicit ſpūs vt requieſcant a laboribus ſuis. Valet ſexto qa ꝓuocat ad mīam & largitatem. Conſiderans em̄ ꝙ ſecū afferre nō pōt:ſed largiens pauperib⁹ inde ſubſidiū in aīa hēbit:ideo dimittit iniurias recæptas a ꝓximo:eleemoſynas dat:aliena reſtituit. Alexander cū vidit qa moreret: diuiſit regnū ſuū pueris ſuis. b. Ambro. Non ſunt hoīs bona quę ſecū auferre non pōt. Sola mīa comes eſt defunctorum. Quidā burgenſis Parrhiſius fecit fieri feretrū in quo portaretur mortuus & in domo ſua voluit illud poni in loco vbi frequenter videret ipſum:vt ꝑ conſiderationē mortis ꝓuocaret ad opa mię. In die autē oīm defunctoꝝ replebat illud panibus quos pauperibus dabat dicens. Ecce cito morior:& quis poſtea memorabitur mei? Valet ſeptimo & vltimo ad inducendum ad pœnitentiā & ꝑſeuerantiā Rex Niniue cum ppl̄o ſuo audito a Iona ꝙ Niniue inde ad quadraginta dies eſſet ſubuertenda:& inde oēs morituri indutus eſt ſacco:& ſe dederunt operibus pnię. Iob. iij. c. Expectant mortē & nō venit:quaſi effodientes theſaurum gaudentqꝫ vehementer cum inuenerint ſepulchrū. Legit in. lib. de ſeptem donis:ꝙ cum quidā miles flagitioſus accæpiſſet pnīam ab Alexandro papa:renuebat eam facere & ſe nō poſſe implere. Demū papa dedit ei vnū anulum quē pro pœnitentia aſſidue portaret in digito eo pacto ꝙ pluries eū in die aſpiceret:& aſpiciendo tūc cogitaret ſe eſſe moriturum. Qđ cum feciſſet:inde ad modicum tempus ex huiuſmodi cōſideratione mortis ita contriſtatus & compunctus eſt:ꝙ rediens ad Alexandrum obtulit ſe paratum ad omnem pœnitentiā peragendam.

i. Tim. vi.

Dicta philoſophorū de Alexandro magno

Exēplū

Mortis mēoria ad multa valet.

Brachmānoꝝ petitio notāda.

Exēplū

Exēplū

Anul⁹ ī dex mortis.

¶ Quod aſſignatio rationum in morte eſt timenda de ſeptē generibus rerum. Cap. IX.

## QVARTVM QVOD EST TIMEN

dum in morte eſt rationum aſſignatio. Apl's ad Heb. ix. Statutū eſt hoībus ſemel mori: poſt hoc aūt iudiciū. ſ. ꝑticulare. i. diſcuſſio vitæ eius. Oēs em̄ ſtabim⁹ ante tribunal chriſti. ſ. ad reddendā rōnē de tota vita noſtra. Qđ ipē dñs oſtēdit ꝑ parabolas villici & diſpēſatoris cuiuſdam diuitis:cuius cum dñs audiſſet: quia male diſpenſaret



diſpenſaret diſſipando bona eius vocauit illū dicens. Redde rationē villicationis tuæ. Lucę. xvi. Et etiam de quodam rege qui voluit rationē ponere cum ſeruis ſuis. Mat. xviij. Et ſimiliter de illo dño q dedit ſeruis ſuis talenta:vni qnqꝫ: alteri duo tertio vnū vt negotiarentur cum eis. Et poſt certum tempus venit dñs ad faciendum rōciniū cū eis:quō negotiati fuiſſent. Et quos inuenit bene & diligenter ſe exercuiſſe in eis collaudauit:& de lucro fc̄tō remunerauit. Eum autem qui non operatus fuerat talentum ſibi creditū:qa nō multiplicauerat:etſi conſeruaſſet dure increpans & ab eo illud auferens cōdemnauit. Matth. xxv. c. Et quaſi ſimile de homine nobili q dedit ſeruis ſuis decē mnas ad negotiandum. Lucę. xix. Ex quib⁹ oībus parabolis aperte oſtendit ꝙ habem⁹ deo reddere rationem de actis in vita noſtra. Et hoc primo in egreſſu aīæ de corpore. Vñ Cyprianus. Qualē te inuenit dñs cū vocat. ſ. per mortē talē te iudicat: vt ſciāt oēs ait ipſe per prophetā:qa ego ſum dñs ſcrutās renes & corda. i. affectiones & cogitationes: qui do vnicuiqꝫ ſ̄m opera ſua. de pœ. di. i. nūqd. Ad idē exēpla in vitis patrū dixit qdā ſctūs. Tria ſunt quæ valde timeo. Primū eſt qñ aīa egreſſura eſt de corpore. Scđm qñ p̄ntabit ante tribunal chriſti. ſ. rationē redditura. Tertium eſt qñ dabitur a chriſto ſnīa de me. Vñ & qdā ali⁹ ſenex cū videret quēdā iuuenē ridētē ait. Ecce corā cœlo & terra reddituri ſumus rōnē deo de tota vita nr̄a:& tu rides:vñ Eccl's. xi. dr̄. Lætare iuuenis in adoleſcētia tua & in bonis ſit cor tuū:& ſcito qa ꝓ his oīb⁹ adducet te dñs in iudiciū. Nec ibi in rōne reddenda multum tpis ponet:ſicut fit in mūdo cū rōcinia fiūt:qa tūc oīa nota ſunt iudici:ad Heb. iiij. Oīa nuda & aperta ſunt oculis eius. Et oīa in puncto rep̄ntabunt cōſciæ iudicandi. Horrendum eſt ait apl's incidere in man⁹ dei viuentis:nil defectus īpunitū permittentis. Hoc timēs ſctūs Iob. ix. dicebat. Verebar omnia opa mea. i. timebā:ſciens ꝙ nō parceres delinquenti. Timebā dubitans aliqñ ne forte aliqs defectus in ipſis etiā bonis opibus meis ineſſet qđ punitionē mereret. Et ſi colūnæ timent tale iudiciū particulare ꝓ rōne reddenda: quid faciet arundo? Eſt autem ratio exigenda de ſeptem.

Tria valde timēda.

¶ De animæ potentijs.
¶ De corpore & membris.
¶ De tempore & adiacentijs.
¶ De gratiæ adiumentis.
¶ De ſapientiæ documētis.
¶ De culpæ inquinamentis.
¶ De regimine in ſubiectis.

## §. I. PRIMVM IGITVR DE QVO

reddenda eſt ratio deo eſt de aīa & potētijs quō cōſeruauit eā & exercuit. Deutero. iiij. Cuſtodi temetipſum & animā tuā ſolicite. & Eccli. x. Cuſtodi aīam tuā & da illi honorē ſuū:& merito. Eſt em̄ in ea imago dei. Vnde bea. Aug. in lib. de trini. Licet aīa ſeu mens nō ſit eius naturæ cuius eſt deus: imago tñ eius ibi quærenda eſt:quo nihil eſt melius: ſcilicet in ꝑte ſuꝑiori. Hæc aūt imago apparet in potentijs ei⁹:ſcilicet memoria:intellectu & voluntate:quæ dicunt potētiæ ſepatæ qa. ſ. aīa ſemꝑ retinet & vtit eis etiā ſeparata a corꝑe. Sumendo tñ memoriā ꝓ parte intellectiua qua retinet ſpecies intelligibiles:& nō pro potentia ſenſitiua quæ etiam eſt in brutis. Nec oꝑatur aīa niſi mediantib⁹ iſtis potentijs. Ecce quō eſt dei imago:qa ſicut vna eſt eſſentialiter & trina ī potētijs:q̄ realiter diſtinguunt abinuicē: ita ꝙ vna nō eſt alia vna tñ in eſſentia aīa:ita vna eſſentia diuina in tribus ꝑſonis realiter diſtinctis adinuicē:ita ꝙ vna nō eſt alia pr̄ & filius & ſpūſſctūs:& hi tres vnum ſunt. Honorat aūt iſta imago qñ cōſeruat in ſua puritate:& potentiæ eius exercent ꝓpter ipſum deū cui⁹ eſt imago. Et de memoria ait Salomon Eccl's vlt. Memento creatoris tui in dieb⁹ iuuentutis tuæ anteqꝫ veniat tp̄s afflictionis tuæ & appropinquent anni de qb⁹ dicas mihi nō placent. & pſ. Bñdic aīa mea dño:& noli obliuiſci oēs retributiones eius. i. bñficia eius:quæ ideo dicūtur retributiones:qa cum male feceris quotidie peccādo tāta eſt charitas dei:ꝙ īnumera bona bñficioꝝ ſuoꝝ reddit tibi. Ait etiā ipſe dñs Threñ. iij. Recordare pauꝑtatis meæ quā. ſ. ſumpſi ꝓ te:abſinthij & fellis. i. amariſſimę paſſionis quā ſuſtinui ꝓ te. De intellectu dicit magr̄ in. ij. ſen. diſtin. i. Fecit deus rationalē creaturā vt ſummū bonū intelligeret. Et hoc eſt ad qđ hortat ipſe deus hoīes dicēs per pſ. Vacate & videte qm̄ ego ſum deus:vacate. i. ceſſate a vitijs & ab alijs opibus exteriorib⁹ aliqñ:qa aliter nō pōt videri aut intelligi deus. Intelligite qm̄ ego ſum deus qui non mutor. Ego ſum deus quo melius excogitari nō pōt. Ego ſum verū vniuerſale & ſummū bonum. Intelligēda ſunt q̄qꝫ mādata dei & ſeruanda & curioſa omittenda:ſ̄m illud Eccli. iij. Altiora te ne q̄ſieris:& fortiora te ne ſcrutatus fueris:ſed q̄ p̄cæpit tibi dñs illa cogita ſemꝑ:& in plurib⁹ operib⁹ ei⁹ ne fueris curioſus. De volūtate. Prouer. xxiij. Fili p̄be mihi cor tuum:& voluntatē:& modū docet dicēs Deu. vi. & Mat. xxij. & Lu. x. Diliges dñm deū tuum ex toto corde tuo. Hugo in libro de arrha aīæ. Scio aīa mea qa vita tua amor eſt:& ſine amore eſſe nō potes. Ea aūt eſt vis amoris:& talem te eſſe neceſſe ſit:q̄le eſt illud qđ amas. Hoc eſt amare velle bonum quod eſt volūtatis. Si ergo deū aīa amat vere deū habet immo & de⁹ eſt participatione:ſ̄m illud. Ego dixi dij eſtis. Si terram amas terra es. Oſee. ix. Abominabiles facti ſunt. ſ. peccatores:ſicut ea quæ dilexerūt. Ex toto corde ſeu voluntate deū diligit:q eū ſuper oīa diligit:qui propter obſeruandū mandata dei ſubſtantiā & familiā & patriam & famā & tēporalem vitā poſtponit. Ex toto corde diligit quæ oīa qui amat ꝓpter deum diligit. Cum igitur tibi dicēdū ſit. Redde rōnē villicationis tuæ:de aīa tua & potentijs:quā rōnem reddere poterit qui dei imaginē in lutum peccatorum ſæpi⁹ ꝓiecit Qui beneficiorū dei rariſſime recordatus eſt. ſed bene iniuriarum quæ ſibi fecit ꝓximus ad vlciſcendum nō remittendum. Qui deum nec cognoſcere voluit: nec eius mandata: nec eius verba. Sed totum acumen intellectus ſui poſuit ad fraudes inueniendas:ad prædandum. Qui totum affectum ſuum poſuit in terrenis & carnalibus omnē rem viliſſimā magis amans q̄ꝫ deum:quod patet qa pro vno ſolido dicet multa periuria:valde ergo timendum eſt talibus.

Reddēda eſt ratio de anima.

Redden da eſt ratio de memoria.

De intellectu

De voluntate

Pſal. lxxxi.

## §. II. SECVNDO REDDENDA EST

ratio de corꝑe nr̄o & mēbris ei⁹. Ad qd em̄ data ſunt nobis oſtendit apl's ad Ro. xij. Vt exhibeatis corpa veſtra deo hoſtiam viuētē. i. vt mactem⁹ ipſum vitijs & cōcupiſcētijs tāq̄ꝫ aīal immolatū & viuat in opib⁹ v̄tuoſis. Nā vt ait Petr⁹ ī canonica. Chriſt⁹ ſemel mortuus eſt ꝓ pc̄tis nr̄is:iuſt⁹ ꝓ iniuſtis vt offerret nos deo ſequentes eū mortificatos quidem carne viuificatos aūt ſpū. Et cū incōparabilr̄ debeam⁹ plus laborare & exercere membra nr̄a in obſequiū dei q̄ꝫ diaboli mūdi vel carnis immo ſolū in honore dei debem⁹ corp⁹ exercere & nūq̄ꝫ in pc̄tō. Hūanū dico (ait apl's Ro. vi.) propter infirmitatē carnis vr̄æ. Sicut exhibuiſtis membra vr̄a ſeruire iniqtati ad iniquitatē. ſ. de vna ad aliā laborādo: ita exhibete nunc ſeruire ipſi iuſtitiæ in ſc̄tificationē:vt vel ſaltem tātū laborent membra vr̄a pro deo:quātū feciſtis pro mūdo vel pc̄tō. Quinqꝫ ſenſus nr̄i exteriores quāuis radicē habeant in aīa:tamē nō vtitur eis anima:niſi ꝑ organa quibus ſunt affixa. Vt potentia viſiua per oculos: auditus per aures & hmōi. Dedit ergo tibi deus oculos ad aſpiciēdū ad neceſſitatem & vtilitatem:non ad vanitatē. Dedit tibi oculos vt aſpiciēdo cœlos & ornamenta eius ſolē lunā & ſydera:elementa & aīalia q̄ ſunt in eis:& alia pulchra opera dei vt inde exurgas ad cōtemplādū pulchritudinē & magnitudinē creatoris:a quo oīa pulchra & pulcherrimus ipſe. Inuiſiblia em̄ dei a creatura mundi ꝑ ea q̄ facta ſunt intellecta cōſpiciunt idest dei perfectiones:ad Roma. i. Dedit tibi aures vt diſciplinas morales:ſcientias naturales: artes varias ab alijs audiendo valeas addiſcere:& ex harmonia cātuum & muſicorū inſtrumētorū:cōſideres cantus ſuaues angeloꝝ. Dedit & nares ad odorādū vt ex fragrātia florū & aromatum intelligas qa ſancti dei ī patria florebūt ſicut liliū & ſicut odor balſami erūt ad diuinā maieſtatē. Dedit & linguā & palatū vbi eſt guſtus vt lingua tua & nō ſolū mēte vt angeli deum laudes:admoneas ꝓximū:cōfitearis pc̄tm̄ tuum. Poſuit in ea & guſtū:vt ex ſuauitate ciborū & potuū percipias qm̄ dulcis eſt dominus: oīs dulcedinis auctor: & clames cum ſapientiſſimo viro. O q̄ꝫ ſuauis eſt ſpūs tu⁹ dñe:q vt dulcedinē tuā in filios demonſtrares panē ſuauiſſimū de cœlo p̄ſtitiſti habentem oēm ſaporem ſuauitatis:Sap. xvi. Nō ſolum manna patrib⁹ in deſerto:ſed refectionē internalē ſctīs tuis:cuius cōparatione oē dulce amarū:vt ait beatus

Reddemus rōnem de corpore nr̄o: & quare.

De qnqꝫ ſenſibus.

Oblectamenta quinqꝫ ſenſuum.

Bernar. Dedit & manus vt nõ abſcõdas manus ſub aſcella piger: ſed vt docet Salomon. Quodcũq; poteſt manus tua inſtãter operare boni: qa nec opus nec ratio nec ſciẽtia valẽt apud inferos quo tu properas. Pedes dedit ad ambulandũ ad loca neceſſaria tibi & proximo vtilia. Non pedes veloces ad effundendũ ſanguinẽ vel ad malum quodcũq; concurrentes: ſed ad dirigẽdos pedes noſtros in viã pacis. Tibi ergo dicetur: redde rationem villicationis tuæ. Et vere quilibet dicere poteſt cũ timore. Quid ſum miſer tunc dictur⁹: quẽ patronũ rogaturus: qñ iudex eſt venturus cuncta ſtricte diſcuſſur⁹? Quid laboris & afflictionis corpus tuũ ſuſtinuit pro deo: qui nec ieiunia eccleſiæ: nec vigilias in oratiõe: nec peregrinationes ad eccleſias feciſti: ſed pro lucro innumera.

*Ratio mẽbrorũ corporis.*

Oculi tui ad quid aliud reſpiciũt niſi ad vanitates & curioſitates & voluptates implendas. Et ſi lachrymis irrogantur non hoc pro peccatis: ſed pro damnis temporalibus. Aures tuæ quæ ſolicitantur audire niſi detractiones: irriſiones: vaniloquia & turpiloquia: cantilenas mũdanas & hmõi. Nõ autem verba dei: admonitiones: reprehẽſiones: laudes diuinas. Guſtum tuũ oĩbus cibis & potibus vis delectari: vſq; ad crapulã & ebrietatẽ. Lingua autem vti neſcis niſi ad mendacia & periuria: & blaſphemias & cõtentiones: & ſuſurrationes: murmurationes cõtra deũ & miniſtros eius. Odores ſuperfluos ad voluptatem quæris: fetores infirmorũ fugis. Manus tuas nõ extendis ad pauperes ſubleuãdos: ſed ad eos prædandos. Opera manuũ tuarum vana & riſu digna. Pedibus curris ad theatra: ad ſpectacula: ad tripudia. Et ſi aliquando ad eccleſias & feſtiuitates eorũ magis ad procandũ vt videas & videaris: q̃ ob deuotionẽ. Beati ergo (ait pſ.) qui timent dominum: timore initiali: qui ambulant in vijs eius. i. operibus virtuoſis exercendo corpus & membra ſua quia tunc non timebunt in hac ratione.

## §. III. TERTIO REDDENDA EST

*De tempore & temporalibus rationẽ reddemus. Ephe. vj.*

ratio de tpe & adiacentijs eius. i. de rebus tpalibus. Threñ. i. Vocauit cõtra me tẽpus. ſ. quo male vſus eſt ad arguendum eum. Iob. xxiiij. Dedit ei tps ſeu locũ pniæ & ipſe abuſus eſt eo in ſuperbiã. Señ. Nulla maior iactura q̃ tpis. Oĩa fortunæ ſunt tẽpus tuũ. Nec poteſt recuperari tps amiſſum. Qđ aũt apłs ait. Redimẽtes tps: qm̃ dies mali ſunt. non intendit per hoc dicere ꝙ tẽpus amiſſum poſſit recuperari: ſed ꝙ ita feruẽter & ſolicite quis ſe habeat in futurũ etiã vltra ſibi debitũ: ꝙ recõpẽſet per ſupererogationẽ bonorũ operum neglectũ præteriti: vel dicitur redimere tps qui quaſi ſupflua & minus vtilia etſi licita dimittit vt meliorib⁹ vacet. Berñ. Nil p̃cioſius tpe. Sed heu hodie nil vili⁹ reputatur. Sed ſicut capillus de capite nõ peribit: quod ſcilicet non recipiat corpus reſuſcitatũ quantũ ad eos ſcilicet qui ſunt ad decentiã corporis. Ita nec momẽtũ a tpe de quo ſcilicet non exigatur ratio. Vnde Anſel. in lib. meditationũ ait. O lignũ aridũ & inutile æternis ignib⁹ dignũ: quid reſpõdebis in illa die cũ exigetur a te vſq; ad ictum oculi oẽ tps viuẽdi tibi impẽſum: qualiter fuerit a te expẽſum. Et ideo hortatur apłs. Gal. vj. Dum tẽpus habem⁹ operemur bonũ ad oẽs. In vno momento tẽporis poteſt homo lucrari vitã æternã: dum eſt in vita præſenti. Totũ mundũ daret dãnatus ſi haberet in poteſtate ſua: vt ex eo poſſit habere modicũ tẽporis ad pœnitẽdum. Et nõ ſolũ de tpe: ſed & de rebus tpalibus quæ dantur in tempore redituri ſunt hoĩes rationẽ ſi bene vſi ſunt & ad ſubueniẽdũ pauperib⁹. Dñs enim (ait Chryſo.) nõ dños ſed diſpẽſatores nos eſſe voluit rerũ ſuarũ.

*Solum de reb⁹ tẽporalib⁹ ſumus diſpẽſatores.*

Sicut ergo diſpenſator qui res dñi ſui ſibi retineret: vel prodige diſtribueret: infideliter ageret: & merito eſſet a dño ſuo puniendus. Sic & dñs deus rationẽ exigens in exitu vitæ a diuitibus qui ſibi theſaurizant: vel ſuperflua vtuntur rebus temporalib⁹ pauperibus ſubtrahẽtes. Vnde beatus Ambro. An iniuſtus eſt deus: vt nõ nobis æque diſtribuat vitæ ſubſidia vt tu quidem eſſes affluens & abundans: alijs autem deeſſet & egerẽt: & non potius quia voluit tibi benignitatis ſuæ experimẽta largiri: alium vero virtute patientiæ coronari. Tu vero ſuſcæptis dei muneribus & in ſinũ tuũ redactis nihil reputas te agere iniquũ: ſi tantorũ bona ſolus obtineas. Egentium eſt panis quem tu detines: nudorũ veſtimentũ quod recludis: miſerorũ pecunia eſt quam in terrã defodis. Tantorum ergo te ſcias inuadere bona quãtis poſſis dare quod velis. i. quod debes velle. Hæc ille diſtĩ. xlvij. ſicut hi. Inſuper qui prodige expẽdũt in ædificijs ſumptuoſis: in cõuiuijs lautis: in equitaturis phaleratis: in canibus & auibus ad venandũ & aucupandũ: in veſtibus pompaticis: in ornamẽtis varijs: cogitent quantã deo ſint reddituri rationẽ: videntes pauperes fame mori: veſtibus nudari: puellas nubiles periculo exponi propter defectũ dotium: captiuos in carceribus mori. Diues qui epulabatur quotidie hic ſplẽdide ſepultus in inferno: quia micas mẽſæ ſuæ noluit mendico dare: nunc guttam aquæ ab eo non poteſt habere. Et qui purpura & byſſo induebatur: nunc vermib⁹ operitur. Et ideo Iacobus in canonica ſua. c. v. exterret eos dicens. Agite nunc diuites plorate vlulantes in miſerijs quæ aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactę ſunt. Veſtimẽta veſtra a tineis comeſta ſunt. Aurũ & argentũ veſtrũ eruginauit: & erugo eorum in teſtimoniũ vobis erit: & manducabit carnes veſtras ſicut ignis.

*Exactio ſtricta diuitiarum.*

Theſaurizaſtis vobis iram in nouiſſimis diebus. Ecce merces operariorũ veſtrorũ qui meſſuerũt regiones veſtras: quę fraudata eſt a vobis: clamat: & clamor eorũ in aures domini ſabaoth introiuit. Et paulopoſt. Ecce iudex ante ianuã aſſiſtit. Admonet ergo Paulus diſcipulũ ſuum Timotheũ epm & prædicatorem dicens. i. Timo. vj. Diuitibus huius ſæculi præcipe non ſublime ſape nec ſperare in incerto diuitiarũ ſuarum: ſed in deo bene agere: diuites fieri in opibus bonis facile diſtribuere: cõicare: theſaurizare ſibi fundamẽtũ bonum in futurũ. Petrus apłs. ij. c. i. Fraternitatem diligite: deũ timere. q. d. Tunc oſtendetis deum timere: ſi fraternitatem diligitis ſubueniendo miſeris.

## §. IIII. QVARTO REDDENDA EST

*De gratię adiumentis rationẽ reddemus.*

ratio de grãæ adiumentis cuius precioſitate ait Petrus. i. c. ij. epłæ. Maxima & p̃cioſa ꝓmiſſa nobis donauit deus: ſcilicet munera grãæ. vt per hoc ſimus diuinæ naturæ cõſortes fugiẽtes ei⁹ q̃ in mũdo eſt ꝯcupiſcẽtiæ corruptionẽ. Per grãm enim vitat̃ corruptio oĩm pctõrũ: nec aliter poſſunt euitari. Nil p̃cioſius grã q̃ facit nos glĩa dignos. Ab hac ꝓcedunt ſicut radij a ſole oẽs virtutes aĩam illuſtrãtes & decorãtes. Ab hac oritur radius fidei veræ intellectũ ꝑficientis ad aſſentiẽdũ oĩbus quę fide debent teneri. Ex grã ꝓcedit virtus ſpei: mentem erigens ad expectandum in dubio ſupnã glĩam benefaciendo. Ex ipſa deſcendit flãma charitatis ad diligendũ deum & ꝓximum. Sobrietatem q̃q; temperantiæ & ſapiam prudentiæ docet: iuſtitiã & virtutem. i. fortitudinẽ qbus nil hominib⁹ in vita eſt vtilius: vt dr̃ Sap. viij.

*Effect⁹ virtutũ cardinalium.*

Tẽperantia em̃ cohibet cõcupiſcibilẽ potentiã a delectationib⁹ prauis. Fortitudo iraſcibilẽ retinet in perferendis moleſtijs: & acuit in aggrediẽdis arduis. Prudẽtia rõnem inſtruit in agendis vt nil perperã faciat. ſed cõlona rationi. Iuſtitia aũt ad ꝓximũ dirigit volũtatẽ vt nõ ei noceat ſed proficiat. Iſta aũt p̃cioſa gratiæ munera donauit gratis non meritis noſtris. Hortamur vos: ait apłs. ij. Cor. vi. ne in vacuũ gratiam dei recipiatis. Oẽs vtiq; eã in baptiſmo recipimus. Gratia enim in baptiſmo non requirit gemitum vel planctũ vel aliud op⁹ ſed oĩa gratis cõdonat: ait. b. Amb. de cõſe. di. iiij. ſine. Donat ſimul virtutes: donat & remiſſionẽ pctõrũ niſi ponatur obſtaculũ ei: qđ ponere nõ põt paruulus cũ baptizat̃ cum careat vſu rõnis. In vacuum aũt & fruſtra recipit qui eã nõ exercet & auget ꝑ opa quotidie meliora. Sed multo magis in vacuũ recipit qui eã per pctã ꝑdit. Vnuſquiſq; ergo ꝓut accæpit gratiã in alterutrũ illã adminiſtrãtes vt boni diſpẽſatores multiformis gratię dei: inqt Petr⁹ in. i. cañ. c. iiij. Sed certe cũ dicet̃ tibi. Redde rõnẽ hui⁹ gratiæ quõ vſus es: multum habes timere: quia non ſolum nõ augmẽtaſti hoc p̃cioſum talentũ: ſed ꝑdidiſti. Videmus em̃ cõiter ꝙ exexcitiſſime peruenit puer ad aliquẽ vſum rõnis ſe implicat propter malas ſocietates multis turpitudinibus & periurijs & blaſphemijs propter quę amittit gratiã baptiſmalẽ. Et vtinã ſic eſſet ſolicit⁹ ad recuperãdũ amiſſam gratiã quæ eſt ſanitas aĩę & vita: ſicut eſt ſolicitus ad recuperandum corporis ſanitatem cũ infirmat̃. Sacrã em̃ ecclĩæ ſunt cõtentiua gratiæ ſm̃ Tho. in. iiij. Et ideo ſi quis poſt baptiſmũ gratiã amiſit qđ fit per quodlibet mortale: aliter recuꝑare eã nõ põt: niſi ꝑ pnĩam Sed qa nimis tardi ſunt hoĩes ad pnĩam & ꝯfeſſionẽ: ideo in nullis veris virtutib⁹ ſe exercẽt. Sic & ſacrm̃ ſacræ cõionis per qđ mẽs ĩplet grã: ſcilicet deuote ſumptũ & futuræ gloriæ nobis



riæ nobis pign⁹ dat̃: vt dicit. b. Tho. in offi. q̃ raro aſſumit̃ q̃ indeuote: q̃ tepide. Euchariſtia em̃ latine bona gratia interp̃tat̃. Quid eſt meli⁹ corpe & ſanguine dñi? Noli negligere: ait apłs. i. ad Timo. iiij. grãm q̃ data eſt tibi in impoſitiõe manus p̃ſbyteri: q̃ ꝑtinet ad ordinẽ.

*De gratijs sacrã lib⁹ rõnẽ reddemus.*

Cum quanta negligentia & indiſpoſitione recipiant clerici ſacrm̃ ordinis: cũ quãta deſidia exequãt̃ ipſi ꝯſiderẽt q̃ deo reddituri ſunt rõnem ignorantia pleni: oĩ honeſtate vacui: cupiditati dediti & ſimonijs inſatiabiles bñficijs & dignitatib⁹: otioſitate ſepulti: propter qđ accidit eis qđ dñs p̃dixit. Si ſal infatuatum fuerit ad nihilũ valet vltra niſi vt mittat̃ foras: & conculcet̃ ab hominibus. Mat. v. Infatuat̃ ſal qñ clerici qui debent verbo & exemplo alios cõdire & p̃ſeruare a corruptione vitiorum nec alios admonent: nec ipſi virtuoſe viuunt ꝓpter qđ cõtemnũt̃ a pplĩs. Vñ dñs ꝑ Malachiam. ij. c. ad ſacerdotes ait. Vos receſſiſtis a via: & ſcandalizaſtis plurimos in lege: & irritum feciſtis pactum Leui: propter hoc dedi vos cõtẽptibiles & humiles. i. abiectos oĩbus pplĩs. Qui tamen pplĩ male faciunt dehonorando eos cum ſint miniſtri chriſti & ecclĩę: & ad eum cuius ſunt miniſtri & quem rep̃ſentant debeant aſpicere non ad mores eoꝝ malos. Cum ergo tibi dicet̃. Redde rõnem ſacramentorum q̃ tibi collata ſunt ad ꝓcurãdum & augendum gratiã quãtum frequentaueris: quõ deuote ſuſcæperis. Qualiter in eis te exercueris.

*Rom. xj.*

Noli altum ſapere: ait apłs: ſed time: qa cui plus collatum eſt plus exiget̃ ab eo. Cũ em̃ augentur dona: ait beatus Grego. augent̃ et rationes donorum. Tanto ergo humilior atq; ad ſeruiendum deo prõptior quiſq; debet eſſe ex munere quanto obligationem ſe eſſe conſpicit in reddenda rõne. Timentes aũt dñm timore. ſ. initiali miſericordia circundabit. Pſ.

## §. V. QVINTO REDDENDA EST RA

*De documẽtis ſapiæ eſt rõ reddẽda.*

tio: & ideo timendũ de ſapiæ documẽtis. ſ. recæptis. Anima noſtra vt ait philoſoph⁹: naſcit̃ ſicut tabula raſa ĩ qua nihil eſt pictũ: ſed apta eſt pingi. Et ſicut aliæ ſciæ & artes addiſcũtur ꝑ documẽta alioꝝ: ita & ſapiã & notitia diuinoꝝ & moralium. Quia enim homo ꝓpter pctã ſua obſcuratus neſciebat legere in lege dei inſita in medio cordis noſtri: dedit hominibus legẽ ſcriptã: legẽ. x. p̃cæptorum: q̃ ſemꝑ fuit neceſſaria obſeruari oĩbus qui voluerunt ſaluari. Hæc eſt lex dñi immaculata cõuertens aĩas: & teſtimoniũ eius fidele: ſapientiã p̃ſtãs paruulis. i. humilib⁹. De⁹ igit̃ deoꝝ dñs locut⁹ eſt: ait idẽ in Pſ. xlix. & vocauit terrã: a ſolis ortu vſq; ad occaſum ex Siõ ſpecies decoris eius. De⁹ dñs eoꝝ ſctõrum q̃ dicũtur dij participatione. Pſ. lxxx. Ego dixi dij eſtis. Vel dæmonum q̃ dicunt̃ dij falſa nũcupatione. pſ. Dij gentium dæmonia: vel p̃ſidentiũ q̃ dicunt̃ dij rep̃ſentatione: qa rep̃ſentant deum. pſ. lxxxj. Deus ſtetit in ſynagoga deoꝝ. i. ſacerdotũ.

*Dei varia nũcupatio.*

Oĩm horum deus verus deus noſter eſt dñs & auctor locut⁹ eſt inquit. b. Aug. ſup pſal. & illũ ꝟſi. multis modis. Per angelos ipſe locut⁹ eſt dãdo legem in monte Syna: ita ait apłs ad Gal. iij. ordinata ꝑ angelos. ſ. illa lex. Locutus ꝑ ꝓphetas ſuos Eſaiã: Hieremiam: Ezechielem: Danielem: & alios. xij. minores ꝓphetas excitando hoĩes ad obſeruãtiã legis ipam declarando: futura multa prænuntiando ad animandũ eos: & cõminationem adijciendo ꝯ tranſgreſſores. Demũ locut⁹ eſt nobis in filio ſuo incarnato. Et quid ſapientia docere vł exprimere potuit niſi verba ſapiæ: falſas expoſitiões legis a ſcribis reprobando: obſcura declarando in ſeipſo adimplẽdo: cõſilia oĩs ꝑfectiõis adijciendo: adiutoria ad obſeruãdũ offerendo. Locutus eſt ꝑ apłos ſuos & diſcipulos quos miſit in vniuerſum mundum dicens. Docete oẽs gẽtes. Et quid niſi chriſtum dei virtutem & dei ſapientiã? Locut⁹ eſt ꝑ doctores ſuos. b. Aug. Amb. Hiero. Greg. & alios innumeros Gręcos & latinos q̃s impleuit in medio eccleſiæ ſpũ ſapientiæ & intellectus ad exponendas ſcripturas ſacras ſapientia plenas. Loquendo autem per hos & quotidianos prędicatores vocauit terram non Greciæ tantum vel Africæ vel Italiæ: ſed terram totam. i. mundũ. Et hoc eſt ꝙ ſubdit. A ſolis ortu vſq; ad occaſum. i. ꝑ totũ. In oẽm em̃ terrã exiuit ſon⁹ eorũ. Ex Siõ tñ ſpẽs decoris eius. i. pulchritudo hui⁹ ſapientis locutionis cœpit ex Siõ. i. pplõ Iudæoꝝ: qa vt dicit Eſa. ij. De Sion exibit lex. ſ. euãgelica: & ꝟbum dñi de Hierlm. Null⁹ ergo põt ſe excuſare qa ignorat iſta documenta ſapiæ. Vbi ꝙ em̃ p̃dicat̃ & p̃dicatum eſt. In particulari etiam vocat terrã quẽlibet pctõrẽ a ſolis ortu vſq; ad occaſum. i. a pricipio q̃ in eo orit̃ ſol intelligẽtiæ quo ad vſum: vſq; ad mortẽ dat homini documenta ſapiæ. Reddes igit̃ rõnem de tot documentis ſapiæ quõ ea obſeruaueris.

*Reddẽda rõ de ĩpletiõe ꝟbi dei.*

Et certe male illi poterũt reddere rõnem nec impune tranſibunt: q̃ ꝟba dei audientes nil eoꝝ q̃ audiũt: Faciunt facti (ſm̃ ꝓphetam) ſicut aſpidis ſurdæ aures eorum obturantis: q̃ non audiet vocem incantãtium. Aſpis ſerpens cũ ꝑpẽdit aliquem incantaturũ cũ vnã aurẽ figit in terrã: & alia cauda obturat ne audiat. Sic multi audientes ꝟbum dei ex vna parte figunt mentem in terrenis ex alia ꝓmittunt ſibi futurum tps vitæ ad emẽdãdũ: vñ incantatio p̃dicãtis ſapiẽter: nõ põt eũ educere de clauſura peccati. Peius illi rõnem reddent qui audiẽtes ꝟbum nil mente retinent vel ruminant meditando. Vñ aĩalia immũda in lẽge iudicant̃ q̃ nõ ruminant. Eternæ mortis iudiciũ formidate fratres: ait btũs Greg. ſi verbum vitæ audientes in ventre memoriæ non retineris. Signũ em̃ mortis eſt cũ infirm⁹ non retinet cibum. Sed peſſime illi rõnem reddent & grauiſſime punientur q̃ nec ipſa verba dignantur audire nolẽtes intelligere vt bñ agerent. Hos cõdemnabit ſtudioſitas reginæ Saba q̃ venit a finibus terrę audire ſapiẽtiam Salomonis. M*. xij. Contra hos igit̃ in reddenda rõne dicet ſapiẽtia vt habet Prouerb. i. qa vocaui vos ꝑ ſcripturas & renuiſtis. Extendi manũ meã in crucẽ etiã dando documenta: nec fuit q̃ aſpiceret. ſ. ad imitandum. Deſpexiſtis oẽ conſilium meũ ibi datum & increpationes meas neglexiſtis. Ego in interitu veſtro ridebo: & ſubſannabo cũ vobis qđ timebatis aduenerit. Clamabunt ad me & non exaudiã eos: eo ꝙ exoſam habuerint diſciplinam: & timorem dñi nõ ſuſcæperint.

## §. VI. SEXTO REDDENDA EST RA

tio de peccati inqnamẽtis: ſm̃. b. Augu. pctm̃ eſt dictum vel factũ vel cõcupitũ ꝯ legem dei: & in hac diffinitiõe includit̃ omiſſio cuiuſlibet hoꝝ ſm̃. b. Tho. in ſum. Nam ita peccari põt mortalr̃ vel venialr̃ omittendo ſicut committendo: ſed primum occulti⁹: & ideo magis timendum.

*De oĩb⁹ pctis & differentijs pctõrũ reddemus rõnem.*

Et de oĩbus his differentijs pctõrũ reddenda eſt rõ ante tribunal chriſti: vbi quicquid latet apparebit: nil inultũ remanebit. Et de malis opibus dicit Salomon Eccłs vlt. Cuncta q̃ fiũt adducet dñs in iudicium ꝓ oĩ errato, ſiue bonum ſiue malum. ſ. exigetur ratio. Nõ ſolum de malo ope in ſe: ſed etiã in eo qđ de ſe eſt bonum: vel alr̃ videt̃ bonũ ꝓpter aliquam malam circũſtãtiam: error eſt & in iudicium adducet̃. Et quantũcũq; occultũ opus fuerit: manifeſtabit abſcondita tenebrarum. i. peccatorum: ait apłs. Sed & de ꝟbis ratio exiget̃ chriſto dicente Mat. xij. De oĩ verbo otioſo qđ locuti fuerint hoĩes reddent rõnem in die iudicij: primo particularis iudicij q̃ eſt in morte: & ſm̃. b. Grego. i. moral̃. dr̃ verbum otioſum qđ neceſſitate vł vtilitate. ſ. rõnabili caret. O q̃s vnq̃ enumeraret multitudinem ꝟborum otioſoꝝ: quę quotidie dicimus: nullam nobis de hoc cõſcientiam faciẽtes. Qđ ſi de otioſis rõ exiget̃ cum pœna: q̃d de cõtumelioſis: de detractorijs: de ꝑiurijs & blaſphemijs: adulationibus & alijs malis? Sed & in cogitatiõibus impij interrogatio erit dicit ſapiens. ſ. in futuro examine.

*Sap. j.*

Nam vt ait ſaluator noſter. Ex corde exeũt cogitationes: & hæ ſunt q̃ coinqnãt hoĩem quo. ſ. ad aĩam. Nec tamẽ ait. b. Grego. immunda cogitatio mentem maculat cũ pulſat: ſed cum ꝑ delectationẽ ſuperat. de pœ. diſti. ij. inter hæc. Quis aũt tãtæ virtutis & ſctĩtatis extat q̃ non habet cogitatiões inutiles & ſupfluas: etiã qñ clauſo oſtio ſenſuum & ſecreto vult patrem orare. Delicta aũt iuuẽtutis meæ & ignorãtias meas q̃ ſunt omiſſiones: ne memineris dñe. Sed ab occultis meis munda me: & ab alienis parce ſeruo tuo. ait Pſ. xviij. Cuilibet ergo timendũ eſt in iſta rõnis exactione. Vñ in vitis patrum legit̃ ꝙ cum qdã ſctũs pr̃ ad extrema veniſſet & alij plures viſitaſſent eũ. Videntes eũ tremere totũ: dicũt ei? Et tu pater times mori cum ſemꝑ in pnĩa vixeris. Rñdit ille. Vere timeo. Nã licet ꝑ. lx. annos laborauerim in iſta ſolitudine ad ſeruiendum deo: tñ qa alia ſunt iudicia dei q̃ hoĩm: ideo timeo ne forte placueri deo: vñ & Iob. xxxviij. Semꝑ em̃ quaſi tumentes fluctus timui dñm.

*agonia eremicolę.*

Plurima ſunt pctã noſtra: q̃ nobis leuiſſima vel nulla Videnť: q̃ tñ de⁹ diſcutit & punit. Vñ in vitis fratrum legit̃ ꝙ cũ q̃dam vir valde religioſus & ſctũs infirmatus eſſet ad mortem læta facie & totus exhilarat⁹ dixit adſtãtibus q̃ eum viſitauerant. Ecce

btã Maria mater dei ſalutem⁹ eã. Qđ cũ oẽs feciſſent & ma=
gnam cõſolationem pcæpiſſent: licet nil viderant: dixit in=
firmus. O q̃ grate & iocũde recæpit btã mater dei veſtrã ſa=
lutationem: & ipa q̃q; vos reſalutauit. Poſt paululũ aũt cœ=
pit expaueſcere & valde anxiari: adeo ꝙ ſoci⁹ ei⁹ vix ſufficie
bat ad extergendum ſudorem ex labore. Et factus in agonia
quaſi tũc deo redderet rõnem de vita ſua. Aliqñ dicebat q̃ſi
ad alium loquẽs. Hoc non eſt verum. Forte de aliq̃ pctõ qđ
diabolus ei obijciebat ad inducendum ad deſperationẽ. Ali
qñ dicebat. O dñe dona mihi & parce hoc modicum. Dixit
ei ſocius. Quid eſt hoc frater etiam ne parua pctã requirunt:
& de eis de⁹ exigit rõnem: Qui ait: vtiq;. Et ea q̃ nulla putãt
hoĩes eſſe pctã. Cõfortauit tñ eũ ſoci⁹ efficaciter ad cõfidẽdũ
de mĩa dei. Demũ pacta pugna ſpũali tot⁹ in dño releuatus
cum magna deuotione quieuit in pace.

## §. VII. SEPTIMO REDDENDA EST RA

Nota p hñtib⁹ curã aĩarum.

tio de regimine in ſubiectis: & hoc valde timẽdũ p̄latis & re
ctoribus. Vñ Sap. vj. dr̃. Audite reges & intelligite. Diſcite
iudices finiũ terrę: p̄bete aures q̃ cõtinetis multitudines: qm̃
data eſt vobis ptãs a dño & virt⁹ ab altiſſimo q̃ ĩterrogabit
opa vr̃a & cogitatiões ſcrutabit: qm̃ cum eſſetis miniſtri re=
gni illius: non recte iudicaſtis nec cuſtodiſtis legem iuſtitię:
nec ſm̃ voluntatem eius ambulaſtis. Horrẽde & cito appa
rebit vobis: qm̃ iudiciũ duriſſimũ fiet his q̃ p̄ſunt. Exiguo
em̃ conceditur mĩa. Potentes aũt potenter tormenta patiet̃.
Non em̃ ſubtrahet pſonam cuiuſq; dñs: nec verebit magni
tudinem cuiuſq;. Apl̃s etiam ad Hebræos. xiij. ait. Obedite
præpoſitis veſtris & ſubiacete eis. Ipſi em̃ inuigilant quaſi
rõnem redditurí ꝓ animabus veſtris: vt cũ gaudio faciant:
nõ cũ triſtitia. Ad idẽ facit qđ ait Dio. papa. xiij. q. i. ecclĩas:
dicens. Vnuſq; ſq; contentus ſit terminis ſuis: & eccleſiam &

Pericula p̄ſidẽtium.

plæbẽ ſibi cõmiſſam diligenter cuſtodiat vt de ouibus ſuis
deo rõnem reddat & gloriam inde non iudiciũ. i. dãnationẽ
recipiat. Rõnem igit̃ præſidentes reddere hñt deo in egreſſu
ſuo de hoc mũdo: quõ accæperit p̄laturam: vtrũ p ambitio=
nem vel p ſimoniam vel p intruſionem: qa vt ait Leo papa
Principatus quem metus extorſit vel ambit⁹ occupauit: etſi
actibus ſuis & moribus non offendat: ipſius tñ initij eſt per=
nitioſus exẽplo: & difficile eſt vt bono pagant̃ exitu: q̃ ma=
lo ſunt inchoata principio. i. q. i. principatus. Si per ſimoniã
accæpit vel alias iniuſtum titulum: cum careat iuriſditione
& autoritate ſup ppl̃m illum: qa ſuſpenſus eſt nullus: deci=
pit quantum eſt in eo aĩas illas abſoluendo. Vñ ab eo tanq̃
oues pditæ exigẽtur. Rõnem q̃q; reddere habet deo ſi ppl̃m
ſuum verbo & exemplo ad male viuendũ induxerit. Chry=
ſo. In iudicio ſedes ſi bene docueris & bñ vixeris: populum
inſtruis quõ viuere debeat. Si aũt bene docueris & male vi=
xeris deum ĩſtruis quõ debeat te cõdemnare. Rõnem quoq;
reddere habet de adminiſtratione ſacramentorũ ne ĩdignis
dederit. Si reſtiterit potentibus vſurpantibus iura eccl̃iæ: vt
beatus Tho. Cantuarieñ. & btũs Amb. xxiij. qõ. viij. conue=
nior. Vñ dñs p Ezech. ꝯ illos qui tanq̃ mercenarij cũ vident
lupum venientem fugiunt: & lupus rapit & diſpergit oues:
ait. Nõ aſcendiſtis ex aduerſo neq; oppoſuiſtis vos murum

Facit p hoc qđ notat Flo. i. l. ita vulneratus ff. ad. l. aquil.

p domo Iſrael: vt ſtaretis in p̄lio in die dñi. Rõnem q̃q; red=
dituri ſunt ſi crimina ſubditorum dimiſerint impunita &
incorrecta ſine cã rõnabili. Nam vt ait. b. Greg. Peccata q̃ ĩ
nos committunt̃ facile dimittere poſſum⁹: q̃ vo in deum p=
petrant̃ cum magna diſcretione nec ſine vindicta poſſum⁹
relaxare. xxiij. q. iiij. ſi is. & beatus Aug. ſuper pſalteriũ. duo
iſta noĩa non fruſtra dicunt̃. Homo pctõr: qa pctõr eſt corri
ge: qa homo ẽ miſerere: nec iuſte miſereberis hominẽ: ſi nõ
correxeris peccatorem: huic nomini ĩuigilet diſciplina: put
vnicuiq; apta eſt cura nõ ſolũ epo regenti plębem ſuam: ſed
& pauperi regenti domum ſuam: diuiti regenti familiã ſuã:

Notent iſtud eccleſiarũ rectores & p̄lati.

patri regenti prolẽ ſuam: marito regenti cõiugem ſuam: re=
gi regẽti patriã ſuam: vt nulli mĩa claudat̃: nulli impunitas
relinquat̃. xxiij. q. iiij. duo. Valde timendum eſt vnicuiq; p̄ſi
denti qđ dñs ait Ezechieli in pſona oĩm p̄latoꝝ. Fili homi
nis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael. Si dicente me ad im=
pium. Morte impie morieris: tu nõ fueris locutus vt impius
ſe cuſtodiat: impius ipſe in iniq̃tate ſua moriet̃: ſanguinem
vo eius de manu tua requiram: ſed ſi te annuntiante ad im=
pium vt auertat̃ a vijs ſuis: non fuerit auerſus a via ſua ma=
la: moriet̃ ipſe in iniq̃tate ſua: porro animã tuam liberaſti.
Ezech. xxxiij. & in. c. ſeq. ſ. xxxiiij. ait dñs. Vę paſtoribus Iſrl̃
q̃ paſcebant ſemetipſos. Lac comedebatis: & lanis cooperie
bamini: & quod craſſum erat occidebatis: gregem autẽ meũ
non paſcebatis: qđ infirmũ erat nõ cõſolidaſtis: & qđ egro
tum non ſanaſtis: qđ fractũ non alligaſtis: & quod abiectũ
non reduxiſtis: qđ perierat non quæſiſtis: ſed cum auſterita
te imperabatis & cum potentia: & diſperſæ ſunt oues meæ:
eo ꝙ non eſſet paſtor: & factę ſunt in deuorationem oĩm be
ſtiarũ: ppterea paſtores audite vbum dñi. Ecce ego ipſe ſup
paſtores requiram gregem meum de manu eorum: hæc ibi.
ſummus ſacerdos licet in ſe ſanctus eſſet tamen qa filios pu
blice male faciẽtes non correxit aſpere vt exigebat exceſſus
eorum rep̄hẽſus fuit a dño terribiliter: & demum cum filijs
vitam mala morte finiuit: vt patet. i. Reg. iiij. Et notandum
ꝙ cũ dñs prædixit per Samuelem malum qđ cominatus eſt
Heli ꝓpter negligẽtiam correctionis filiorum ait. Ecce ego
facio vbum quod qui audierit tinniant ambę aures eius. ſ.
præ timore. Et ideo vt dr̃ Eccli. xix. Corripe ꝓximum anq̃
comminetis & da locum timori altiſſimi.

¶ Quod timendum eſt purgatorium: & ꝙ ſeptem ſunt pur=
gatoria. Cap. X.

## QVINTVM QVOD EST TIMEN

dũ ſed timore initiali: vt in timore meritũ ſit &
p̄miũ eſt purgationũ aſpa variatio. Vñ dr̃ Deu
te. v. Deũ tuũ timebis. Et paulopoſt ſeqt̃: Ne qñ
iraſcatur furor eius ꝯ te. ſ. per varias punitiones. & Act. x. ait
princeps apl̃oꝝ. In oĩ gẽte q̃ timet deum accæpt⁹ eſt illi. Di=
cit aũt. b. Greg. diſt. xxv. qualis. de quibuſdam culpis an̄ diẽ
iudicij eſſe purgatiõis credendus eſt ignis ꝓ eo ꝙ ꝗ veritas
ait. Qui blaſphemiã dixerit in ſpm̃ ſctm̃ non remittet̃ ei in
hoc ſæculo nec in futuro. Ex his verbis arguit. b. Greg. a cõ=
trario ſenſu. ſ. ꝙ aliq̃ culpæ remittunt̃ hic in pñti vita & ali
q̃ in alia vita. Et cum remittunt̃ purgant̃: ſed nõ niſi p ignẽ
afflictionis. Ignis em̃ in ſcripturis ſignat quãcunq; afflictio
nem etiam vitæ pñtis: ſic exponit̃ illud qđ ait Ioan. bap. de
chriſto. Ipſe vos baptizabit in ſpũſancto & igne. i. lauabit:
purgabit a peccatis igne tribulationis. Vnde poſſumus po=
nere. vij. purgatoria intelligendo p purgatorium omne qđ
affligit ad tempus pro pctis & purgat.

Septem purgatoria pctõꝝ.

¶ Purgatorium innatæ & cõis paſſionis.
¶ Purgatoriũ pœnæ volũtariæ afflictionis.
¶ Purgatorium illatæ ab alio vexationis.
¶ Purgatorium poſt tranſitũ venialis offenſionis.
¶ Purgatorium pro criminali incõpletæ ſatiſfactionis.
¶ Purgatorium neglectæ pro alio obligationis.
¶ Purgatorium in pñti patritiæ procurationis.

In quolibet horum eſt pœna & ad tempus ad purgationẽ:
ſi tamen patienter ferat & in ſtatu gratiæ.

## §. I. PRIMVM IGITVR PVRGATO

De purgatorio innatæ & cõis paſſiõis

riũ eſt pœnalitatis cũ qua naſcimur quã continue patimur:
famis: ſitis: caloris: frigoris: ſudoris: feſſitudinis: internæ paſ
ſionis & mortis vt merito dicat Salomõ Eccl̃s. ij. Cũcti dies
eius laborib⁹ & erumnis pleni ſunt: nec p noctem quidem
requieſcet: & ploratus hoĩs in ortu ſuo eſt quaſi q̃dã ꝓphe=
tia ſuarum miſeriarum ad quas ingredit̃. Quãuis aũt hæc ſi
ne pctõ ſint: tñ ex pctõ originali procedunt vt punitio eius.
Vñ. b. Greg. Sæpe ſine pctõ fit qđ venit ex culpa. Nam ſine
culpa eſurimus. Sed ex pctõ ꝓuenit vt eſuriamus diſt. v. ad
eius. Ex ipſis aũt purgamur patiẽter ferendo & a peccatis ca
uendo. Cõſiderando quanta pœna inflicta ſit hũano gene
ri toti ꝓ vno pctõ. Vñ apte dici põt illđ Exo. xx. Dñs venit
cum terrore: vt timor eius eſſet in vobis & non peccaretis.
Chriſtus voluntarie aſſumpſit has pœnas: etſi non habuit
pctm̃ originale qui venerat purgationem peccatorũ faciẽs:
vt dicit apoſtolus ad Heb. i.

## §. II. SECVNDVM PVRGATORIVM

De purgatorio volũtariæ afflictionis.

eſt pœnæ: quã ſibi quiſq; voluntarie aſſumit. Et iſte eſt opti
mus modus purgandi ſua peccata mortalia & venialia quã
tum ad culpã & quãtũ ad pœnã: vt ait. b. Grego. de pœ. di. i.
ſi pctm̃. Deus delictũ ſine vltione nõ patit̃. Aut em̃ homo
punit p ſe aut deus cũ homine: per ſe punit hõ qñ volunta=
rie pœnam



rie pœnã doloris aſſumit de pctis. vñ. b. Aug. diffinit ꝙ pœ
nitentia eſt quædam dolẽtis vindicta puniens in ſe qđ do=
let ꝯmiſiſſe: & quãto q̃s magis dolet tãto magis purgat̃ & q̃
ad culpã & quo ad pœnam debitã ꝓ pctis tpalẽ: totũ tñ agit
in virtute paſſiõis xp̃i. Vñ & de Dauid dr̃ Eccl̃i. xlvij. chriſt⁹
purgauit pctã ei⁹. ſ. dauid: & exultauit cornu ei⁹. Doluit em̃
de pctõ cõmiſſo confeſſo Nathã: & virtute paſſionis chriſti
(etſi tunc futuræ) fuit purgatum pctm̃ eius. Et qa cõiter do=
lor pœnitentis non eſt tantus ꝙ ſufficit purgare ſeu ſatiſfa=
cere omni debito pœnę tpalis: ideo & confeſſor iniũgit ali
quod in pnĩa agendum pœnale: vt magis purget̃ a debito
pœnæ tpalis vel alleuiet̃. Quia vo pnĩæ iniunctæ ſunt par
uæ ꝓpter impfectionem pœnitentium: ea etiã q̃ hoĩes ſibi
aſſumũt voluntarie de gñe bonoꝝ: vt eleemoſynas facere:
orões: ieiunia: peregrinationes: diſciplinas: cilicia: abſtinẽ
tiam propter deum. Omnia iſta ſunt purgatoria ſi fiant in
ſtatu gratiæ inquãtum pœnalia ſunt pœnæ temporalis ad
quam quilibet eſt debitor propter peccata: & incomparabi
liter plus q̃ ſibi exiſtimat. Et ideo dicit ſapiens Eccl̃i. v. De
propitiatu pctõrum noli eſſe ſine metu.

## §. III. TERTIVM PVRGATORIVM EST

De purgatorio illatę vexatiõis.

illatæ ab alio vexatiõis. Oẽs q̃ deo placuerunt ab initio per
multas tribulatiões trãſierũt fideles. Iudith. viij. & qa vt dr̃
Amos. iij. Non eſt malum in ciuitate qđ dñs non fecerit. ſ.
de malo pœnæ. Nã malũ culpæ ipſe non facit: ideo ſi q̃s re=
cipit ĩiuriã a ꝓximo: puta imfamiã: rapinã: bonoꝝ ablatio
nem: pſecutionem: pcuſſionẽ: & hmõi: illa vexatio inquãtũ
eſt in pœnã a deo eſt: qa oĩs pœna inquantũ pœna iuſta eſt:
oẽ iuſtũ eſt bonũ: oẽ bonũ ẽ a deo: ergo ſm̃. b. Aug. oĩs affli=
ctio eſt a deo: & nõ ſolũ infirmitas: pauptas: & hmõi: ſed ẽt
mala q̃ inferũt̃ ab hoĩbus: ſicut nõ potuit diabolus cũ oĩ ne
q̃tia ſua lædere Iob in ſubſtãtia: familia & pſona: niſi licen=
tiat⁹ a deo vt patet Iob. i. Nec etiã in gregẽ porcoꝝ ĩtrare ni=
ſi pmiſſus a chriſto vt habet̃ Matth. viij. ita nec hõ põt hoĩ
nocere ſine pmiſſu dei. Vñ & ipe ſaluator ait Pilato cum di=
xiſſet ꝙ poterat eũ crucifigere & dimittere. Nõ haberes ptã=
tẽ aduerſum me vllã. ſ. ad me lædendũ: niſi tibi datum eſſet
deſup. Ioã. xix. Dauid etiã cũ fugeret egreſſus Hierl̃m a facie
filij ei⁹ q̃ vſurpauerat regnũ patris & mortẽ ei⁹ q̃rebat: quã=
do pgenti cũ aliq̃bus ſibi fidelib⁹ p latera mõtis & plangẽ=
ti pctã ſua q̃dã peſſim⁹ hõ noĩe. Semei iniuriaret̃ ei cõtume
liãdo & ꝓijceret lapides ꝯ Dauid dicendo. Egredere: egrede
re vir ſãguinum & vir Belial. Nunc premunt te mala tua:
qa vir ſanguinũ es: & inuaſiſti regnũ Saul. Abiſai frater Io=
ab cum vellet ire ad vindicandũ iniurias regis & occidẽdũ
illum ꝓhibuit eũ Dauid dicens. Dimittite eũ vt maledicat:
dñs em̃ p̄cæpit illi vt malediceret Dauid. Et q̃s eſt q̃ audeat
dicere q̃re ſic fecit: dimittite eũ vt maledicat iuxta p̄cæptum
dñi: ſi forte reſpiciat dñs afflictionẽ meã & reddat mihi bo=

Qđ vexatiões a q̃buſcũq; hoĩbus inferũt ſunt a deo.

num ꝓ maledictione hodierna. ij. Reg. xvi. Hmõi igit̃ tribu
lationes ſiue a deo ſiue ab hoĩbus illatæ cũ patienter ferunt̃
in ſtatu gr̃æ: ſunt purgatoriũ pœnarũ debitarũ pro pctis &
defectuũ. Vñ dr̃ a dño nr̃o Ieſu chriſto. Oẽm palmitem qui
fert fructũ. ſ. bonoꝝ operꝝ: purgabit eũ. ſ. a ſupfluitate defe=
ctuum p tribulationes pñtes vt fructũ plus afferat. Io. xv. &
b. Greg. Ab electis ſuis maculas pctõꝝ tpali afflictiõe deus
curat abſtergere: quas in eis ĩ æternũ nõ vult videre. de pœ.
diſt. i. ſi pctm̃. Et quanto quis magis ad dei obſeq̃a ſe occu=
pat: tanto magis occupationibus viſitat̃: & ideo Eccl̃i. ij. dr̃.
Fili accedens ad ſeruitutem dei ſta in iuſtitia & timore: & p̄=
para animam tuam ad tẽtationem.

## §. IIII. QVARTVM PVRGATORIVM

De purgatorio poſt trãſitũ venialis offẽſionis.

eſt poſt hanc vitam pœna quã ſuſtinent aĩæ cũ egrediunt̃ a
corpe nõ plene hic emũdatę ab oĩ defectu: quã pœnam ſuſti
nent ad tps quouſq; purgent̃ ad plenũ: de quo põt intelligi
Illud Malach. iij. Purgabit filios Leui & colabit eos quaſi au
rum & argentũ. Leui interp̄tat̃ aſſumptus ſeu appoſitus &
ſignificat eos qui aſſumpti a dño p mortẽ apponunt̃ ad pa
tres. Iſti purgant̃ p ignẽ ſi aliq̃d pctĩ vel expiabile ſecum de
ferũt: ſicut fit de auro & argento cũ colant̃ p ignẽ purgat̃ ſco
ria eoꝝ. Et ſic vt ait apl̃s. i. Coꝝ. iij. Si q̃s ſupædificauerit ſup
hoc fundamentum. ſ. fidei chriſtianę viuę qđ aurũ dr̃ quan
tum ad dilectionem dei: argentũ quantum ad dilectionẽ ꝓ=
ximi: lignũ: fœnũ: ſtipulã: ipe ſaluus erit ſic q̃ſi p ignem trã=
ſiẽs. ſ. purgatorij: ita ꝙ ly q̃ſi vel eſt exp̄ſſiuũ veritatis ita ꝙ
eſt verus ignis cruciãs: vel ſi nota eſt ſiĩitudinis: refert ſimili
tudo ad purgationem: vt ſicut purgaret̃ vas aureũ vel argẽ=
teum mixtũ cũ ligno & hmõi p ignẽ trãſiẽs: ita aĩa ſecum de
ferens pctã venialia q̃ habent gradus maioꝝ & leuioꝝ p pœ
nam illius ignis purgat̃. vt p̄ſentet̃ vas puriſſimum an̄ con
ſpectum dei poſt certum tps. Nihil em̃ coinquinatum ĩtro=
ibit in illã gl̃iam. Et hoc eſt qđ dicit btũs Greg. & Aug. diſt.
xxv. §. al̃s. & c. qualis. ſ. ꝙ de leuibus pctis cũ quibus homo
decedit: purgationis credendus eſt ignis. Et ponũt exempla
vt riſus immoderatus: ſermo otioſus. Cura rei familiaris q̃
vix poteſt exerceri ſine pctõ: etiã ab his qui nouerunt vitare
pctm̃. Hęc be. Greg. Aug. addit alia exẽpla. & alibi dicit ipſe
btũs Aug. ꝙ lignum fœnum ſtipula ſunt affectiones inordi
natæ circa deum: tñ quibus dediti ſunt homines rebus tem=
poralib⁹ familijs ſuis & amicis vel ꝓpriæ ſenſualitati in q̃=
bus radicatæ aĩæ hinc diſcedunt. Et quia hic ignis purgato=
rius. vt dicit btũs Aug. in li. de igne purgatorij. miro modo
eſt grauis: Excellit em̃ oẽm pœnã huius vitæ: ideo timenda
eſt pœna purgatorij. Vnde ſaluator noſter Mat. x. ait. Time
te eum qui poſtq; occiderit poteſt mittere animam & corp⁹
in gehennam. i. ignem. infernalem. Idem em̃ ignis eſt in ſub
ſtantia ignis crucians purgandos & dãnatos: ſed primos ad
temp⁹: ſecũdos in ppetuum. Ita dico vobis hunc timete: ſed
timore initiali non ſeruili. de quo Eccl̃i. i. Initium ſapientię
timor dñi: & cũ fidelibus in vulua ꝯcreat⁹ eſt & cũ electis fœ
minis gradit̃: & cũ iuſtis & fidelibus agnoſcit̃. Dum aũt aĩa
purganda in igne cruciat̃: deũ videre non poteſt facie ad fa=
ciem: vt ſancti in gloria. Et de hac etiam ad tempus ſubtra=
ctione diuinæ viſiõis maxime cruciat̃ pl⁹ q̃ de pœna ignis.

Pœna aĩæ purgãdæ p̄ter ignis cruciatum.

Scit em̃ ſe aptã ad videndum & fruendum ſummo bono: q̃
cum priuet̃ ꝓ illo tpe maxime affligit̃: ꝓpter qđ dicere va=
let aĩa illa. Fuerunt mihi lachrymæ meæ. i. dolor: panes die
ac nocte. i. cõtinue talis cibus amarus: medicinalis tñ ad pur
gandum: dum dr̃ mihi p ſingulos dies: cum ibi maneo ĩ pur
gatorio: vbi eſt deus tuus. Spes em̃ quæ differt̃ id eſt res ſpe=
rata: affligit aĩam: dicit Salomon: & tanto magis: quãto ma
gis diligit̃. Non parum etiam affligunt̃ aĩæ ipſæ ex inſulta
tione & irriſione dæmonum de earum pœnis: ſicut in præ=
ſenti ſi q̃s videret inimicũ ſuũ de ſuo infortunio vel pœna
inſultare & lætari: multum affligeretur. Non tñ ipſi dæmo
nes torquent aĩas in purgatorio ſm̃ btm̃ Tho. in. iiij. qa nõ
decet vt quoꝝ fuerũt victores hi. ſ. qui ſunt in purgatorio:
habeant eos tortores: nec ita abſorbent̃ a grauitate pœnæ:
qn ſciant ſe ad tempus ibi eſſe & aliquãdo liberãdos: vnde
patienter ferũt punitionem diuinæ iuſtitiæ. Et pie credi põt
ꝙ angeli ſancti aliquando viſitẽt & ꝯfortent. Vñ legit̃ in li

Qđ ãgeli boni aliq̃ñ viſitãt eos qui ſũt ĩ purgatorio.

bro de ſeptẽ donis: ꝙ cũ q̃dam ſcelerate viueret viſitatus a
dño vt ad ſe rediret incurrit grauem ĩfirmitatem & diutinã.
Attędiatus aũt ex ꝓlixitate lãguoris rogabat freq̃ẽter dñm
vt de carcere corporis educeret eum. Apparens aũt vna dieꝝ
ei angelus dñi ex parte dei dedit ſibi optionem eligendi qđ
verba coniecturat: hoc tamen eum dixiſſe dubium non eſt.
Non veniet Chriſtus ad iudicandum: niſi prius venerit An
tichriſtus ad ſeducendos populos in aīa. Cuius aduentꝰ erit
ſm operationem Sathanę in ſignis & prodigijs mendacibꝰ.

Hæc beatus Augu. ibidem.

## §. II. CIRCA FINALE IVDICIVM

(de quo vt dictum eſt vtriuſq̄ teſtamenti pagina copioſe lo
quitur) videnda ſunt ſeptem.

¶ Signorum præmonſtratio.
¶ Mundi per ignem conflagratio.
¶ Omnium ad iudiciū citatio.
¶ Iudicis ad cunctos manifeſtatio.
¶ Aſſeſſorum cum eo aſſociatio.
¶ Accuſatorum & teſtium multiplicatio.
¶ Sententię irreuocabilis prolatio.

Quantū ad primū. Pſ̄. Dediſti metuentibus te ſignificatio
nē: vt fugiant a facie arcus: vt liberentꝛ dilecti tui. Arcus eſt
finale iudicium: ex quo deus ſagittas mortis æternæ emittet
manifeſte contra reprobos. Nunc autē vt in alio Pſ̄. vij. ait
Dauid. Arcū ſuum tetendit (per ſcripturas manifeſtando) &
parauit illum (pręparando cruciatꝰ pœnarū) & poſuit in eo
ſagittas mortis. In arcu eſt funis mollis infra: & lignum du
rum ſupra. Funis mollis eſt diuina clementia: quæ ad hoīes
inclinatur pœnitentes ad parcendū: & permanentes in pec
catis ad expectandum eoꝝ cōuerſionē: quæ clementia flectit
ad ſe lignū durū ſeueritatis diuinę iuſtitiæ. Sed quanto ma
gis funis trahitꝛ & inclinat lignū: tanto inde ſagitta emiſſa ve
hementius vulnerat. Vn̄ Apl's ad Rom. ij. Ignoras qm̄ beni
gnitas dei ad pœnitentiam te adducit. ſm aūt duritiā tuam
& impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ & reuela
tionis iuſti iudicij dei q̄ reddet vnicuiq̄ ſm opera ſua. & Hie
ro. Moderatio dei ac pietas ſolum noſtrum reditū quęrit: ac
nos cupit longa ſua bonitate ſaluare. Quod ſi nō conuerti
mur: ſi duri colli ſumus: ſi vſq̄ ad mortē in malis ꝑſeueramꝰ
aſſidue peccantium non miſeretur deꝰ. diſt. xciij. diaconi. im
mo grauius punit. Vn̄ Valerius maximus lib. i. Lento quidē
gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira: tarditatemq̄ ſup
plicij grauitate compenſat. Dedit ergo deus ſignificationē
i. ſigna multa terribilia magnarum tribulationum quæ ꝓ
cedent finale iudicium: quę ex ſui terroris magnitudine va
leant illud ſine fine malum. ſ. æternæ dānationis nuntiare.
Dedit aūt metuentibus deum: quia illi tm̄ inde vtilitatē ſuæ
emendationis trahunt vnde liberentur dilecti ſui. Nā mali
ex flagellis deteriores fiunt: vt Pharao qui cū plura ſigna vi
deret terribilia non fuerit conuerſus demū ab aquis ſubmer
ſus fuit cum ſuis. Et ideo dn̄s ac redemptor noſter (inq̄t bea
tus Grego.) perituri mundi mala præcedentia denuntiat vt
minus perturbent venientia cum fuerint pręſcita. Minꝰ em̄
iacula feriunt quæ præuidentur. Et vt dicit beatus Tho. in
iiij. diſt. xlviij. Ad dignitatem iudiciarię poteſtatis ꝑtinet ha
bere aliqua iudicia quæ ad reuerētiam & ſubiectionem indu
cant. Et ideo aduentum Chriſti ad iudicium cū veniat in for
mā glorioſa multa ſigna præcedent: vt corda hoīm in ſubie
ctionem venturi iudicis inducantꝛ: & ꝓpter timores ad iudi
ciū ꝑparentꝛ hmōi ſignis cōmoti. iuxta illud Eccl'i. xviij. An
te iudiciū para iuſtitiā. Anteq̄ em̄ de aduentu ſuo ad iudiciū
loquatur Luc. xxi. præmittit dn̄s. Erunt ſigna in ſole & lu
na & ſtellis: & in terris preſſura gentiū præ confuſione ſo
nitus maris & fluctuū areſcentibus hoībus præ timore & ex
pectatione quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. Nam & virtu
tes cœlorum cōmouebuntur. Vbi ponuntur ſeptem ſigna ꝑ
cædentia iudiciū. Primū eſt ſignum in ſole. Et qđ ſeu quale
ſit iſtud ſignū declarat Mat. xxiiij. c. dicēs. Sol obſcurabitꝛ: &
Ioannes Apoc. vj. Sol factus eſt niger vt ſaccus cilicinꝰ. quo
ad literam. Maior erit obſcuratio ſolis q̄ ſolita naturalis. Si
cut em̄ patrefamilias moriente, tota familia eius induitur ni
gro: ita tunc hoīe deficiente quo ad vitam iſtam temporalē
ſol lumine ſuo minuetur nobis ſubtrahendo conſuetā lucē;
quaſi ipſi cōpatiens doleat. Vel etiam q̄a maiori luce adue
niente in aere iſto ſole iuſtitiæ Chriſto cedet vt minor lux ſo
lis materialis. Moraliter imperiū Romanū ſignificatum per
ſolem obſcurabitur. q̄a poſt multas ſui diuiſiones vilifica
bitur & quaſi ad nihilū deducetur. qđ figuratū eſt per ſolem
qui reuerſus eſt retro per decem lineas in horologio Achaz
regis in ſignū perfectæ ſanationis Ezechiæ & liberationis
populi dei. ſ. de manibus inimicoꝝ. Sic imperium Romano
rum reuertetur retro deficiēdo a ſua poteſtate decem lineas
inquantum minorabitur diuiſum de decem reges ſeu re

Iudiciū finale aſſimilatꝛ arcui: & quare.

Signorum pręmōſtratio q̄re.

Septē ſigna iudiciū ꝑcedētia.

gna quę nõ recognoſcunt imperatorẽ vt ſuperiorẽ.Qd' etiã ſignatur per decẽ cornua orta in capite illius fere ſingularis: vnde poſtea ortum,eſt cornu paruum qd' facit bellũ ſanctis ſignificãs Antichriſtũ.Obſcurabitur etiã ſol aliter:qa.ſ. ſol iuſtitię Chriſtus deus noſter quaſi occultus erit quo ad claritatẽ fidei de ipſo quæ prius erat manifeſta.

Scd'm ſigũ erit in luna.

Scd'm ſignũ erit in luna.Erunt(ait)ſigna in ſole & luna.Et qd' ſignum ſit illud exprimitur Iohel.ij.vbi dicit.Luna conuertetur in ſanguinẽ anteq̃ veniat dies dñi magnus & horribilis.ſ.iudicij. Cui concordat qd' ait Ioannes Apoc.vj.dicens.Et luna tota facta eſt ſicut ſanguis.Quantũ ad literam poteſt dici ꝙ luna obſcurabitur.Et quia ſm aſtrologos eclipſis ſeu obſcuratio ſolis & lunæ non poteſt eſſe ſimul:ideo dicendum ſm beatum Tho.in.iiij.ꝙ vel erit hoc diuerſis temporalibus:vel ſi ſimul dei virtute ſupernaturaliter.vel fiet in illo tẽpore appropinquante finali iudicio aliqua inuſitata impreſſio in aere circa lunã vt videat tota ſanguinea:ad ſignificandum ꝙ eccleſia ſignificata p lunã(qa a Chriſto illuminatur ſicut luna a ſole)erit tota ſanguinea ex eo ꝙ qui erũt in ea fideles numero & merito:materiali gladio occidentur ab infidelibus & ſatellitibus Antichriſti.Etiã illi duo ſanctiſſimi viri Enoch & Helias q de paradiſo terreſtri mittentur ad prædicandum contra Antichriſtũ:occidentur & fundent ſanguinẽ ſuũ.vt habet Apoc.xi. fideles vo q erũt in eccleſia numero tm̃:q.ſ.dicentur Chriſtiani:totaliter dabunt ſe voluptatibus & vitijs mundi.Et ſic in eis luna eccleſia erit ſanguinea. Nã ſanguis ſignificat pctã:ſm illud Pſ.l.Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis meæ.i.de pctĩs.Et alius propheta,Sãguis ſanguinem tetigit.i.pctm̃ pctõ additum eſt. Et ꝙ in illo tempore erũt ſic homines valde vitijs dediti.hoc oſtẽdit Chriſtus in euangelio ſm.Lucam dicens.Filius hominis veniens in terram.ſ.ad iudicãdum putas inueniet fidem in terra.quaſi diceret modicã & quaſi nullam. Et in euangelio Mat.Qm̃ abundabit iniquitas refrigeſcet charitas multoꝝ. Apoſtolus aũt ponit particularia vitia quæ tunc magis abũdabunt:dicens.ij.ad Timo.iiij.c.In nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa.Erunt homines ſeipſos amantes cupidi:elati:ſuperbi:blaſphemi: parentibus inobedientes: ingrati:ſceleſti:ſine affectione:ſine pace:criminatores:incõtinentes:immites:ſine benignitate:proditores: proterui:tumidi:voluptatum amatores magis q̃ dei:habentes quidem ſpeciem pietatis:virtutem eius abnegantes. Et hos deuita. Et in alia epiſtola ait.In nouiſſimis temporibus recedent q̃dam a fide attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum &c.

Tertiũ ſignum erit in ſtellis.

Tertium ſignum erit in ſtellis.Erũt ſigna in ſtellis.Et quæ ſigna ſint dicit alius euangeliſta: videlicet ſtellæ cadent de cœlo quãtũ ad literam.Stellæ hic dicuntur Aſub: & dicitur Aſub quædam ignea impreſſio in aere quæ habet ſimilitudinem ſtellarum:quæ cum apparent ſm locutionẽ vulgi dicũtur ſtellæ cadere de cœlo.quæ quidem impreſſiones igneæ tũc magis multiplicabuntur ad terrorẽ malorũ. Vel dicuntur ſtellæ cometæ quæ tunc magis apparebunt:& a naturalibus dicitur hmõi apparẽtes ſtellas ſignificare magna excidia: & mortes magnoꝝ viroꝝ. Et hæc erunt ſigna ꝙ doctores eccleſiæ qui dicuntur ſtellæ ſm illud Dañ.xij.c. Qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos quaſi ſtellæ in ꝑpetuas æternitates.Hi cadere dicũtur:vel quia deficient a fide eccleſiæ quæ cœlum dicitur:vel qa recedent a ſtudio ſacræ ſcripturæ quæ cœlũ dicit:vacantes ſtudijs gẽtiliũ, poetarum & philoſophorum.Cõtra quos inuehit beatus Hiero.Sacerdotes dei(ait)videmus omiſſis euangelijs & prophetis Comedias legere:Bucolicoꝝ verſuum verba cantare:tenere Virgilium in manibus.& qd' in pueris eſt neceſſitatis: crimen in ſe facere voluptatis.diſt.xxxvij.ſacerdotes.Et iõ quia ignorantes erunt ſcripturarũ de facili cõuincentur a prædicatoribus Antichriſti falſo ſcripturas exponentibus:quibus reſpõdere non poterunt.

Quartũ in ꝑſſura gẽtiũ

Quartum ſignum erit in terris preſſura gentium.Qualis aũt preſſura ipſe Chriſtus declarat in euangelio ſm Mat.xxiiij.dicens.Conſurget gens contra gentem & regnum aduerſus regnum.ſ.per bella.& erũt terremotus: peſtilentiæ & fames per loca:initia dolorum hæc. Q̃uis aũt iſta:pugnæ,terremotus & hmõi:fuerint a principio generis humani diuerſis temporibus:tñ tunc tpis magis inualeſcẽt ſm quã menſurã creſcentia vicinũ aduentum ad iudicium denuntient incertum.beatus Tho.in.iiij.Hæc etiam prædixit longe ante Azarias propheta occurrens Aza regi Iuda reuertenti a prælio cũ magna victoria dicẽs.ij. Paral.xv. Dñs vobiſcũ:quia fuiſtis cum eo.Si quęſieritis eum,inuenietis:ſi aũt dereliqueritis eum, derelinquet vos. Tranſibunt autẽ multi dies in Iſrael abſq; deo vero:abſq; ſacerdote:abſq; doctore & abſq; lege.Cumq; reuerſi fuerint in anguſtia ſua ad dñm deũ Iſrael:& quæſierint eum inuenient.In tempore illo non erit pax egredienti & ingredienti: ſed terrores vndiq; in cunctis habitatoribus terrarum. Pugnabit enim gens contra gentem ciuitas contra ciuitatem:quia dñs conturbabit eos in omni auguſtia.Ex quibus patet ꝙ loquitur de tpe vicino fini mundi.

Quintũ ĩ ſonitu vndaꝝ.

Quintum ſignum erit pręconfuſione ſonitus maris & fluctuũ.Quidã circa hoc exiſtimãt ꝙ mare cũ magno fragore peribit a priſtina qualitate. ſm illud Apoc. xxi.Et mare iam non eſt.ſ.non ꝙ non maneat in ſubſtantia ſua:ſed in alia qualitate.Vel ſm alios erit magnus ſonitus & tumor aquarum: qm̃ non ſine magno murmure .xl. cubitis ſuper montes eleuabitur:& poſtea deprimetur vltra ſolitum vt ſm beatum Grego.noua & inaudita maris fluctuum perturbatio erit.Hiero.aũt refert ſe reperiſſe in annalibꝰ Iudæorũ non ſolum de hmõi ſigno ſonitus maris :ſed & alia. Ponit em̃.xv.præcedentia iudiciũ vtrũ aũt cõtinua vel interpolata,non exprimitur.

De.xv. ſignis p̃cedentibꝰ iudiciũ ſm Hiero.

Primo ergo die eriget ſe mare.xl.cubitis ſuper altitudinẽ montiũ ſtans in loco ſuo quaſi murꝰ. Secunda die tãtum decreſcet:vt vix poſſit videri. Tertia marinæ beluę apparentes ſup vndas maris dabũt mugitꝰ vſq; ad cœlum.Quarto ardebit mare & aquæ eius.Quinta arbores & herbę dabunt rorẽ ſanguineũ.Et ſm alios etiã oĩa volatilia cœli congregabũtur in campis non guſtantia neq; bibentia: ſed formidantia vicinum interitum. Sexta fulmina ignea ſurgent ab occaſu ſolis vſq; ad ortũ eius. Septima lapides adinuicẽ collidentur:& in quatuor partes ſcindentur. Octaua fiet terremotus generalis adeo magnꝰ : ꝙ nullus hõ vel aĩal ſtare poterit:ſed in terram cadent.Nona æquabitur terra & montes eius & colles in puluerem redigent.Decima exibũt homines de cauernis quaſi amentes : nec mutuo ſibi loqui poterũt. Vndecima oſſa mortuorũ ſaliẽt de ſepulcris apertis monumentis cunctis. Duodecima cadent ſtellæ de cœlo modo tñ quo dictum eſt.ſ.qa cometes apparebunt magnæ & multæ & igneæ imp̃ſſiones. Tredecima morient viuentes vt reſurgant cum mortuis.Decima quarta ignis oĩa elementa ignire faciens purgabit. In decimaquĩta reſurgẽt oẽs mortui ad iudicium.De his tñ ſignis dicit beatus Tho. in.iiij.ꝙ Hiero.non aſſerit refert qd' legit.& dicit ꝙ non habent multam rõnẽ veri ſimilitudinis.

Sextum ĩ hoibꝰ areſcentibus.

Sextum ſignum erit areſcentibus hoĩbus præ timore & expectatione quæ ſupueniet vniuerſo orbi.Areſcere dicunt hoĩes corporaliter:quaſi conſumpti præ terrore ſignorũ & tribulationũ.Spũaliter vo areſcẽt deficiẽtes ab humore grãæ ꝓpter ꝑſecutionẽ Antichriſti.Sicut & ſemen ortũ ſup petrã calore ſolis aruit: qa nõ habebat humorẽ.Luc.viij.Erit em̃ tunc talis tribulatio qualis non fuit ab initio mundi:nec futura eſt.ait Saluator noſter.Qd' futura ſit ꝑſecutio Antichriſti maxima ante diẽ iudicij oẽs doctores dicunt:præcipue.b.Aug.in.xx.lib. de ciuita.dei,de quo ipſe Saluator ait Io.vj.Ego veni in noĩe patris mei:& non me recæpiſtis.Alius veniet in noĩe ſuo.ſ. Antichriſtus gloriam ſuam quęrens illũ ſuſcipietis.ſ.in Chriſtũ. De eo habetur Prouer.xxx.vbi dr̃.Tria ſunt q̃ bñ gradiũtur & quartũ qd' incedit fœliciter.Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum. Gallus ſuccinctus lũbos & aries nec eſt rex qui reſiſtat ei.Et q ſtultus apparuit poſtq̃ eleuatꝰ eſt in ſublime.Si em̃ intellexiſſet ori ſuo manũ impoſuiſſet. ſm bea.Grego.in moral'.Leo fortiſſimus ſignificat Chriſtũ cũ apl'is & martyribus quos non potuit ſuperare aliquis tyrannus:nullũ timẽtes.Gallus ſuccinctus lũbos fuerũt ſancti doctores eccleſiæ q ſuccincti fuerunt abſtinentia & continẽtia:& vt gallus vocem dederunt in nocte & tenebris hæreticorum prædicationis & doctrinæ.Aries qui eſt dux gregis ouium ſunt rectores eccleſiarum iuſti & ſancti qui reſiſtebãt rectoribus laicis.Poſt hos ſtatus qui bene.i. virtuoſe vixerunt.ſequitur quartus q non bene:quia non virtuoſe:ſed fœliciter graditr̃:qm̃ ꝓſperatur fœlicitate tpali.ſ. Antichriſtus cũ ſuis ſequacibus.Hic ſtultus dicit:qa pctõr maximus: quę ita in ſublime eleuat vt dicat ſe Chriſtũ ; & coli ſe faciat vt deus.vt dicit.Apl's.ij.ad Theſ.ij.proprie de Antichriſto loquens.



quẽs.Qui ſi intellexiſſet interitũ ſibi paratũ tacuiſſet a tanta ſtultitia.Nam vt dicit.ibi, idẽ Apl's. Quem Ieſus interficiet ſpũ oris ſui & deſtruet illuſtratione aduentꝰ ſui.Durabit iſta perſecutio tribus annis cum dimidio.vt habetur Daniel.xij. Sed quia de iſta perſecutione Antichriſti dictũ eſt in tit.præceden.in fine.ideo de ea hic nil vltra. Septimum præcedens eſt:quia virtutes cœloꝝ mouebuntur.

Virtutes cœlorũ mouebunt quõ ĩtelligitur.

quod intelligi põt ꝙ virtutes.i.miracula quæ fuerunt in præterito in cœlis. i.ſanctis in eccleſia amouebuntur ab eis vt non faciant.ſ.prędicatores Antichriſti ipſi eas operabuntur:licet mendaces:vt ait Apl's.ij.Theſ.ij.ad maiorẽ ſanctoꝝ ꝓbationẽ ꝓpter qd' virtutes interiores ſanctoꝝ mouebũtur.i.titubabunt in ſeipſis tentationibꝰ impulſi:& ſi nõ lapſi.Vnde & Saluator ipſe de hoc ait.ꝙ talis erit & tanta tribulatio:vt in errorẽ inducãtur ſi fieri põt etiam electi.Et niſi breuiati fuiſſent dies illi non fieret ſalua omnis caro:ſed ꝓpter electos breuiabunt. Mat. xxiiij.Põt etiã intelligi illud de virtutibus vel de illo ſpeciali ordine angeloꝝ:q dicunt virtutes.quoꝝ officiũ eſt miracula facere & cœlos mouere.Et hæ virtutes dicuntur moueri.i. remoueri a faciendis miraculis p ſanctos:qa tpe Antichriſti non fiẽt vt dictũ eſt.Ac etiã remouebũtur ab officio mouẽdi cœlos.ſ.poſt iudiciũ.Vel virtutes dicunt oẽs ſpũs angelici:qui in iudicio mouebuntur ꝓpter admirationẽ nouitatis q̃ in mundo eſt.btũs Tho.tñ in.iiij.dicit ꝙ mouebunt ad facienda miracula multa:qd' forte erit poſt mortem Antichriſti ad conuerſionẽ ſeductoꝝ.poſt mortẽ tñ Antichriſti Iudęi qui tũc erunt videntes ſe decæptos ab Antichriſto quẽ Meſſiam crediderant cõuertẽtur ad fidẽ Chriſti. Et hoc eſt quod prædixit Pſ.lviij.cum ait.Conuertẽtur ad veſperã.i.in fine mundi:Iudæi.ſ.& famẽ patiẽtur vt canes famẽ intelligendi veritatẽ circũibũt ciuitatẽ eccleſiæ vt recipiant in ea.& Eſa. x.Si fuerit Iſrael vt numerus arenæ maris reliquiæ ſalue fiẽt ideſt qui erunt in fine.qd' dictum inducit Apl's ad Roma.ix. Qd' etiã Chriſtꝰ oſtendit in ſimilitudine ficulneæ dicẽs Lu. xxi.Videte ficulneã & oẽs arbores cum ꝓducũt ex ſe fructus: ſcitis qm̃ ꝓpe eſt æſtas.ficulnea.i.plæbs Iudæorum: q̃ olim in patribus ꝓduxerat ſuaues fructus:ſed tpe Chriſti habebat tm̃ folia.vñ Chriſtus ad quandã ficulneã veniens ad literam cum eſſet in via & eſuriret nõ inueniens fructꝰ in ea: ſed tm̃ folia maledixit ei dicẽs.Nunq̃ ex te fructus naſcat.Et ſubito ficus aruit.Ficulnea iſta vt dictum eſt:ſignificat plæbem Iudæoꝝ:ad quã veniens Chriſtus in incarnatione & conuerſatione quærens in ea fructũ fidei & bonorũ operũ.& hoc eſuriens.i.deſiderans cũ non inueniret in ea niſi folia verborũ cęrimonialiũ legaliũ:nõ fructus veræ intelligẽtiæ ſcripturarum:maledixit:quæ maledictio non fuit aliud niſi quędam prenũtiatio eius qd' futurũ erat in illo ppl'o:ſcilicet ariditas a grã fidei:vñ populus ille remanſit induratꝰ in ſua ꝑfidia. Illud aũt ſemp ponit ꝓ tẽpore vſq; ꝓpe finem mundi q oĩbus eſt incertus.Aliæ arbores ſignificant alias nationes infidelium ex qbus etiã multi in fine cõuertentur.Cũ ergo videritis plæbẽ Iudæoꝝ ꝓducere fructum cõuerſionis ad fidem Chriſti.non dico vnius hoĩs vel familiæ ſed ꝓ maiori parte illius nationis.tunc ſcitote qm̃ ꝓpe eſt æſtas futuri iudicij:in qua quis metet quæ ſeminauit bona vel mala.Vnde timeãt dñm omnes fines terrę ait Pſ.in huiuſmodi ſignis.ſed timore initiali:quia in timore domini fiducia fortitudinis ſcilicet contra iſta terribilia.

## §.III.SECVNDVM CONSIDERANDVM

De mũdi per ignẽ cõflagratione.

circa iudiciũ eſt mũdi cõflagratio p ignẽ.de qua Eſa.ſic ait. vt inducit.b.Augu.in.xx.lib.de ciui.dei. Ecce dñs vt ignis veniet:& vt tẽpeſtas currus eiꝰ reddere in indignatione vindictam & vaſtationem in flamma ignis.In igne enim dñi iudicabit oĩs terra:& in gladio eiꝰ oĩs terra.Vbi dicit.b. Aug. ꝙ dñs dicit venire vt ignis:qa terribilis erit impijs.Currus eius non immerito angelica myſteria:oĩs caro & oĩs terra.intelligitur oĩs terrenis & carnalibus deditus.gladius dñi ſententia dñi contra malos:& ignis pœna ipſorum malorum. Et Petrus apl's.ij.epl'a.Veniet dies dñi vt fur.i. ex inſperato. in quo cœli magno impetu tranſibunt.elementa aũt ardentia reſoluentur: terra & q̃ in ipſa ſunt opera exurentur. Sibylla quoq; de iudicio loquens ad idem ait.Exuret terras ignis pontũq; polũq;.Et Pſ.ci.In principio dñe terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cœli.Ipſi peribunt tu autem permanes:& oẽs ſicut veſtimẽtum veteraſcent.Et ſicut opertorium mutabis eos:tu aũt idem ipẽ es.Et Chriſtus Luc.xxi. Cœlum & terra tranſibunt.Vbi primo notandum in his oĩbus autoritatibus ꝙ loquũtur de cœlis aereis ſeu elementaribus ſm beatum Augu.vbi.ſ.non de cœlis planetarum vł firmamento.Nã illi habent materiam incorruptibilem nec igne alterari pñt.Ignis ergo ille cõflagrationis cooperabit in elementis & elementatis oẽ vitale cõburens & occidens vt corpora hoim:beſtiarum:piſciũ:volatiliũ:arboꝝ & herbarũ:metalla:ædificia quoq; cuncta ad terrã ꝓſternẽs mõtes cõplanans.Scd'o ex illis verbis Pſ.ci.Ipſi peribunt.ſ.cœli &c.arguit btũs Augu.vbi.ſ.ſtultitiam Porphyrij philoſophi magni:ſed Chriſtianoꝝ inimici oſtendens ſibipſi eſſe contrariũ.Nam Porphyrius ille laudat pietatem Hebræoꝝ i.cultũ eoꝝ circa deũ ꝙ magnus & verus & ipſis hoĩbus terribilis colitur deus quẽ perhorreſcunt numina alioꝝ deorũ. Chriſtianos aũt arguit ex oraculis deoꝝ ſuoꝝ: & dicit eorũ eſſe maximã ſtultitiã ex eo ꝙ dicũt mundũ iſtũ periturũ: ſed ſi verus eſt deꝰ Hebræorũ & ſcripturæ eorũ cũ ſint æditæ ab ipſo deo eorũ:ſunt veri.ſ.veteris teſtamenti. Sed prophetia illa Dauid Pſ.c.Ipſi peribunt &c.eſt ſcriptura Hebræorum & Chriſtianorũ etiã.Cũ ergo illa dicat mundũ periturum ſequitur ꝙ non eſt ſtultum dicere mundũ periturũ:aut falſum qd' dixit ex oraculo deorũ ſuorũ.ſ.pietatẽ eſſe verã Hebræorũ & in libris eorũ.Si aũt eſt falſum:ergo & qd' dicũt Chriſtianos eſſe ſtultos:dicẽtes mũdũ periturũ falſum eſt: cũ hoc ſit ſm ſcripturam Hebræorũ.Sapientia ergo eſt nõ ſtultitia credere & dicere qd' deus verus reuelauit.

Cœlũ & terra ꝑ trãſibũt &c.quõ ĩtelligit.

Tertio notandum ꝙ cum dicitur mundus ſeu cœlũ & terra peritura: intelligendum eſt ſane.Nõ em̃ peribit cœlum aereum:aut aq̃ vel terra quãtũ ad ſubſtantiã.ſ.ita ꝙ deficiat & nihil ſit.Nã quãtũ ad hoc dicit Eccl's.i.terra aũt inæternũ ſtat.Idem cap.iij.Cognoui ꝙ oĩa opera dei inæternum perſeuerant.ſ.vel in ſeipſis vł in ſuis ſpeciebus aũt principijs:vt aĩalia bruta & artificiata & hmõi:quæ in fine mundi reſoluentur in ſua principia.Peribunt aũt iſta quantum ad ſpeciem & formam exteriorem quã nunc habẽt:quia pulchriorẽ aſſument.Propterea Apl's j.Coꝝ.vij.ait Præterit figura huius mundi.non dicit ſubſtãtia ſed figura.i.forma exterius apparens.vnde & Pſ. cum dixiſſet.Ipſi.ſ.cœli peribunt & terra:quaſi ſe declarãs quod dixerat peribunt.ſubdit.Mutabis eos vt opertorium.Sicut em̃ veſtimentum cum eſt maculatũ:purgat ſeu lauat vt fiat pulchrius:ita & elementa p ignẽ purgabunt & pulchriora fiẽt: vt terra ſit clara vt vitrũ:aqua vt cryſtallus: & aer vt ignis: & ignis vt planetæ.

Ignis ꝯflagratiõis in fine mũdi ad qd electis.

Quarto ſciendum ꝙ ignis iſte erit purgatorium his qui indigent aliqua purgatiõe in aĩa propter venialia:vel propter inſatiſfactionem de quibuſcũq; peccatis.Nõ em̃ poſt finale iudiciũ erit purgatorius ignis quantũ ad officium illud purgandi.Sed remanebit quantum ad ſui ſubſtantiam:qa idẽ eſt cũ igne inferni ſm beatũ Tho.in.iiij. poſito igitur ꝙ aliquis deberet manere in purgatorio p annum ſuſtinẽdo duos gradus pœnæ:in illo paruo ſpatio cõflagrationis ſuſtinebit tres vel q̃tuor gradus:ita ꝙ augmentũ pœnæ recõpenſet diuturnitatẽ tẽporis:quo remanere deberet in purgatorio.Sed credendũ eſt pie ꝙ propter terrores & tribulationes præcedentes:modica & parum cremabilia ſecum portabunt:ac etiam orationes & merita ſanctoꝝ ſupplebunt qd' in eis reſtaret faciendum.

De cauſa purgatiõis mundi final.

Quinto aduertendum quare fiet iſta purgatio.Circa qd' dicit Tho.in.iiij.diſ.xlvij. ꝙ qa mundus aliquo modo ꝓpter hoĩes factus eſt: & hõ ꝓpter pctm̃ deterioratus:& inde etiã quodammodo mundus. oportet ꝙ qñ hõ qui reformatus fuit p Chriſtũ ſm corpꝰ glorificabitur ad ſui cõpletã perfectionẽ:etiã alia corpora mundi ad ſtatũ meliorẽ pducãtur:vt ſit & locus cõuenientior & aſpectus delectabilior.Ad hoc aũt ꝙ hõ gloriã corporis cõſequatur:oportet prius remouere quæ gloriæ opponũtur q̃ ſunt duo.ſ.corruptio & ĩfectio culpæ.qa vt dicit.i.Coꝝ.xv. Corruptio incorruptelã nõ poſſidebit. Et Apoc.vlti. dicit, ꝙ in ciuitate illa gloriæ immundi foris erunt.Similiter etiã oportet ꝙ elementa mundi purgẽtur a cõtrarijs diſpoſitiõibus anteq; in nouitatẽ gloriæ inducantur proportionabiliter ad id quod de hoĩe dictũ eſt.Quãuis autem res corporales ſubiectũ infectionis culpæ eſſe nõ pñt ꝓpriæ:tñ ex culpa q̃dã incõgruitas in rebus corruptis relinquit ad hoc ꝙ ſpiritualibus dedicentur.Et inde videmus ꝙ loca in qbꝰ aliqua

crimina cõmiſſa ſunt:nõ reputantur idonea ad aliqua ſacra
in eis exercenda:niſi prius aliqua purgatione præmiſſa: vt
patet in eccleſijs violatis.Et ſm hoc ex prędictis hoĩbus pec-
cantibus quandã inidoneitatem ad gloriæ ſuſcæptionẽ ꝑs
mũdi recæpit q̃ cædit in vſum noſtrũ:vñ quãtũ ad hoc emũ
datione indiget.Similiter etiã circa mediũ locũ propriorũ
elementoꝝ:cõtractæ ſunt multæ gñationes & alterationes
elementoꝝ:q̃ puritati coꝝ derogant.& ideo oportet ipa ele

Mundi purgatio per ignem.

menta ab hmõi purgari:vt decenter recipiãt nouitatẽ gliæ.
Sexto ſciendũ ꝙ iſta purgatio fiet ꝑ ignẽ.Vñ glo.ſuꝑ illud.
Præterit figura huius mundi.dicit.Pulchritudo hui⁹ mundi
igniũ cõflagratiõe ꝑibit.Rõ hui⁹ eſt ſm Tho.in.iiij.di.xlvij.
qa illa mundi purgatio remouebit a mundo: & infectionẽ
ex culpa relictam & impuritatẽ cõmixtionis:& erit diſpoſi-
tio ad gloriæ ꝑfectionẽ.Et iõ quantũ ad iſta tria cõuenientiſſi
me fiet per ignẽ.Primo:qa cũ ignis ſit nobiliſſimum elemẽ
toꝝ:habet ꝓprietates naturales ſimiles ꝓprietatibus glorię
vt maxime patet de luce.Scđo:qa ignis nõ recipit cõmixtio
nẽ extranei ꝓpter efficaciã virtutis actiuæ:ſicut alia elemen
ta.Tertio:qa ſphera ignis eſt remota a noſtra habitatiõe:nec
ita cõis eſt nobis vſus ignis:ſicut terræ,aq̃ & aeris.vñ ꝓpter
hoc non ita inficitur:& iõ habet maximã efficaciam ad pur-
gandũ & diuidẽdũ & ſubtiliandũ.Purgatio aũt q̃ facta eſt ꝑ
diluuiũ:qa nõ reſpiciebat niſi infectionẽ culpę & p̃cipue cõ
cupiſcentiæ q̃ tũc magis vigebat.ideo cõuenienter per aquã
fuit facta vt ꝑ cõtrarium ſuũ.ſ.aquã extinguentẽ flãmã cõcu
piſcentię.Sed ſcđa purgatio mundi reſpicit ad infectionem
culpæ & cõmixtionis impuritatẽ.Et quantũ ad vtrũq; cõue
nit ꝙ fiat magis ꝑ ignẽ q̃ ꝑ quã.Aqua em̃ nõ habet vim diſ
gregandi:ſed magis cõgregãdi.Vñ ꝑ aquã impuritas elemẽ
toꝝ non ita tolli poſſet ſicut per ignẽ.Itẽ circa finem mundi
regnabit maxime vitiũ tepiditatis:quaſi ſeneſcente iã mun
do.ſm illud.Refrigeſcet charitas multorum . Mat.xxiiij.c.
Et ideo cõuenienter ꝑ ignẽ fiet:nec eſt aliquid qđ nõ poſſit
purgari ꝑ ignẽ.Et quæ iam per ignẽ purgari nõ pñt vt pan-
ni:ligna & hmõi:iſta corrumpentur ꝑ ignẽ:vt oĩa artificia-

De qualitate illi⁹ ignis purgationis mũdi & effectu eius

ta.Septimo videndũ qualis ſit ille ignis & effectus eius. Ad
hoc.b.Tho.in.iiij.diſt.xlvij.dicit ꝙ tres opiniones inueniũ
tur circa hoc.Prima eſt ꝙ ignis elementum qui eſt in ſphera
ſua deſcendet ad purgationem mundi.Modũ aũt purgatio-
nis ponunt ꝑ multiplicationem ignis.Nã ex appoſito cõbu
ſtibili ignis augmentatur.Scđa opinio eſt ꝙ ille ignis gene
rabitur circa locũ terrę ex congregatiõe radioꝝ cœleſtiũ cor
poꝝ:ſicut videmus ꝙ cõgregantur ſpeculo comburẽte: tũc
aũt loco ſpeculoꝝ erunt nubes cõcaue ad quas fiet radiorum
reuerberatio.Sed iſtas duas opiniones reprobat.b. Tho.po
nens tertiam aliorũ.ſm bea.Aug.quã tenet ꝙ ſicut munda-
narũ aquarũ inundatione factũ eſt diluuiũ : ita mundanorũ
igniũ cõflagratione figura huius mundi peribit. vt dicit.b.
Augu.xx.de ciui.dei.Iſta conflagratio nihil eſt aliud q̃ con-
gregatio oĩm ſuperiorũ & inferiorũ q̃ ex natura ſua habent
vim igniendi:quæ quidẽ congregatio non erit naturali vir-tu
te:ſed virtute diuina. Et ex oĩbus illis cauſis ſic congrega-
tis generabitur ignis qui faciem mũdi exuret.Si autẽ hæ opi
niones directæ conſiderentur:inueniunt̃ diuerſificari:quan
tũ ad cauſam generationis ignis illius & non quantũ ad ſpe
ciem eius.Ignis em̃ generatus a ſole vel ab inferiori caleſa-
ciente eſt eiuſdem ſpeciei cũ igne qui eſt in ſphera ſua:niſi in
quãtũ admiſcet̃ ei de materia aliena:qđ quidẽ tunc appare-
bit:qa ignis nõ põt purgare aliquid niſi ſm ꝙ alterũ efficit̃
materia eius aliquo modo.Vñ ſimpliciter concedendum eſt
ꝙ ignis ille erit eiuſdem ſpeciei cum iſto:& ſi nõ ſit idem nu
mero.Nec tñ dicit eſſe inconueniens dicere:ꝙ ignis ille qui
habebit vim purgandi faciẽ mũdi ſit alteri⁹ ſpeciei ab igne
qui eſt apud nos:cum vis calefactiua oriatur in ipſo non ex
principijs eſſentialibus:ſed diuina operatiõe.Et q̃uis ignis
ex propria natura non feratur niſi ſurſum:tamen extra pro

Qualiter purgabuntur elemẽta ab illo ignę.

priam ſpheram ſequitur materię combuſtilis ſitum. Vnde
& ille ignis mouebitur ſurſum & deorſum in circuitu ſm ꝙ
agit vt inſtrumentum virtutis diuinæ. Purgabit aũt ignis
ille elementa nõ ꝙ auferat ab eis ſubſtantiam eoꝝ vl ꝓprie
tates.Nã permanebũt ipſa elementa quãtũ ad ſubſtãtiam&
proprietates eoꝝ proprias : ſed purgabuntur ab infectione
quã ex peccatis hominum cõtraxerũt:& ab impuritate quæ
per actionem & paſſionẽ mutuã in eis accidit : quia ceſſante
motu primi mobilis in inferioribus elementis mutua actiõ
& paſſio eſſe non poterit.Maxime aũt mouebuntur a ꝓprie
tate quã nunc habẽt.Ignis:quia non aget cõburendo ſeu cõ
ſumendo elementa.Aer:qa nõ erũt in eo venti & tẽpeſtates.
Aqua:qa non erit in mari fluxus vel refluxus eius nec ſalſe
do.Et ſic intelligendum eſt ꝙ aliqui dicũt tunc iſta cõſumen
da elementa:qa.ſ. remouebuntur ab hmõi proprietatibus
quas nunc habent.& ſicut patet in ferro ignito ꝙ a loco igni

De aſcẽſiõe p̃dicti ignis

tionis remotũ ex virtute ſpeciei remanentis ad ꝓpriũ ſtatũ
redit:ita erit de elementis ꝑ ignẽ purgatis.Quantum autem
aſcendet dictus ignis ex eo ꝙ quidã dixerunt ꝙ aſcẽdet vſq;
ad ſupremũ ſpherę ignis.b.Tho.in.iiij.vbi.ſ.reprobat.qa
repugnat ſcripturę.Nam dicitur.ij.Pet.iij.ꝙ illi cœli repoſi
ti ſunt igni qui fuerunt in diluuio per aquã purgati. & btũs
Augu.in.xx.de ciuit.dei dicit:ꝙ ille mundus igne ſeruatur
qui diluuio perijt.Conſtat autem ꝙ aqua diluuij non aſcen-
dit vſq; ad ſummitatem ſpatij elemẽtoꝝ: ſed ſolum vſq; ad
quinquaginta cubitos ſuper altitudinem montiũ:nec vapo
res eleuati a terra vel fumi quicũq; poſſunt tranſcendere to-
tam ſpheram ignis.Sed cum elementa purgentur per illum
ignem ab impuritate eorum:quæ ex eorum permixtione ꝓ
ueniũt:hmõi autẽ impuritates præcipue ſunt circa terrã vſq;
ad medium aeris interſtitium:ideo ad illud ſpatiũ ignis vl-
timæ conflagrationis elementa purgabit:nec ad paradiſum
terreſtrem aſcendet.Et quia illa purgatio ad hoc erit:vt quic
quid eſt imperfectionis in elementis a ſanctoꝝ habitatione

Ignis purgationis ad qd erit.

remoueatur.Ideo in illa purgatione totum qđ eſt fedum,
groſſum & calidum vſtiuum deſcendet ad infernum ad mi-
ſeriam damnatorum.Et qđ eſt ſubtile & lucidũ & pulchrũ
remanebit ſupra ad gloriam ſanctorũ.Et ſic vt dicitur Apo
cal.vlti.Erit cœlum nouum:quia ceſſabit oĩs motus cœloꝝ
& planetarum:& clariora erunt :& terra noua:id eſt elemen-
ta purgata vt dictum eſt vnde & pulchriora.Quia igit̃ ignis
ante ipſum.ſ.Chriſtum:præcedet & inflammabit in circũi-
tu inimicos ei⁹.ait Pſ.Quilibet debet timere:ſed timore ini
tiali.Prouerb.iij.Ne ſis ſapiens apud teipſum. Time deum
& recede a malo:& ſanitas erit vmbilico tuo : id eſt cordi &
menti tuæ.

## §.IIII.DE TERTIO SCILICET CI-

tatione omniũ ad iudiciũ : inquit Pſ.lxvij.Ecce dabit voci
ſuæ vocem virtutis.Date gloriam deo. Hieronymus. Siue
comedam ſiue bibam ſiue aliquid aliud faciam: ſemꝑ meis
inſonare videtur auribus illa terribilis tuba. Surgite mor-
tui venite ad iudicium.Idem.Quoties diem illum conſide-
ro,totus contremiſco.& merito:quia vt dicitur Sophonię.i.
c.Vox diei domini amara tribulabitur ibi fortis ſcilicet in
ſanctitate.Et ſi iuſtus vix ſaluabitur.dicit Petrus in canoni-
ca ſua.Impi⁹ & peccator vbi parebũt?De hac voce ait Apo
ſtolus.i.ad Theſſal.iiij.c.Ipſe dominus in iuſſu in voce ar-
changeli:& in tuba dei deſcendet de cœlo : & mortui qui in
Chriſto ſunt reſurgent primi. deinde nos qui viuimus qui
relinquimur ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiã

Vox citationis ad iudiciũ quid ſit.

Chriſto in aera.& ſic ſemper cum domino erimus. Primo
ergo videndum quid ſit iſta vox citationis ad iudicium. Et
ad hoc dicit beatus Thomas in.iiij.diſt.xliij.ꝙ cum cauſam
effectui oporteat aliquo modo coniungi : quia mouens & 
motum faciens & factum ſunt ſimul.vt dicitur.vij.Phyſ.& 
Chriſtus reſurgens ſit cauſa noſtrę reſurrectionis vniuoca.
vt alibi probatur.oportet ꝙ in reſurrectione corporum cõ-
muni aliquo ſigno corporali dato Chriſtus reſurgens ope-
retur.Qđ quidem ſignum vt quidam dicunt erit ad literam
vox chriſti reſurrectionem imperantis.ſicut imperauit ma-
ri & ceſſauit tempeſtas.Mat.viij.Quidam vero dicũt ꝙ hoc
ſignum nihil aliud erit q̃ ipſa præſentatio euidens filij in
mundo de qua dicit̃ Mat.xxiiij.Sicut fulgur quod venit ab
oriente & apparet vſq; in occidentem: ita erit aduentus filij
hominis.& innituntur autoritati bea.Greg.dicentis ꝙ tubã
ſonare vel tonare nihil aliud eſt in mundo q̃ iudicem ſuum
demonſtrare.& ſm hoc ipſa apparitio filij dei vox eius dr̃:
quia ei apparẽti obediet natura ad corporũ humanorum re
parationem ſicut imperanti.Vñ in iuſſu venit vt dr̃ in illa

Quare dr̃ vox tubæ vel clamor in euangelio.

autoritate.i.Theſſal.iiij.Et ſic ei⁹ apparitio inquantũ habet
vim cuiuſdã imperij vox eius dr̃.Scđo videndum quare dr̃
vox illa vox tubę ab apł̃o vel clamor in euangelio.Et dicẽ-
dũ ſm



dũ ſm bea.Tho.vbi.ſ.ꝙ vel ꝓpter euidentiã: vt dicit ma-
giſter in.iiij. vel ꝓpter cõuenientiã ad tubæ vſum q erat in
veteri teſtamento.Nã tuba cõgregabantur ad cõciliũ: cõmo
uebant̃ ad preliũ:& vocabant̃ ad feſtũ vt patet in lib.Num.
qñ dñs præcæpit fieri duas tubas argenteas. Sic in finali iu-
dicio reſurgentes congregabuntur ad cõciliũ iudicij. Vnde
canit eccleſia in ſequentia.Tuba mirũ ſparget ſonũ ꝑ ſepul-
cra regionũ:coget oẽs ante thronũ.Et Mat.xxv.dr̃.Cum ve-
nerit filius hoĩs &c.congregabuntur ante eũ oẽs gentes. Se-
cundo cõmouebunt̃ ad præliũ quo orbis terrarum pugna-
bit contra inſenſatos:& armabit deus creaturam ad vltionẽ
inimicorũ.vt dr̃ Sap.v.Et qa hoc debet frequenter pædica
ri publice:ideo dr̃ cuilibet prædicatori illud Eſa.lviij. Cla-
ma ne ceſſes quaſi tuba exalta vocem tuã:& annuntia ꝑplõ
meo ſcelera coꝝ.ſ.declarans iudicium ꝙ ꝓpter ea illa eis pa
ratur.Tertio tuba illa vocantur ad feſtũ æternæ ſolẽnitatis.
nõ omnes:ſed electi.vt ſicut dñs aſcendit in voce tubæ ſm
Pſ.ita deſcendet & veniet ad iudicium.Et ſicut formæ ſacra
mentorũ habent virtutẽ ſanctificãdi inſtrumẽtaliter : nõ ex
hoc ꝙ audiuntur:ſed ex hoc ꝙ ꝓferũtur.ita illa vox quicqd
ſit habebit efficaciam inſtrumentalẽ ad reſuſcitandũ: nõ ex
hoc ꝙ ſentitur:ſed ex hoc ꝙ ꝓfertur.ſicut etiã vox ex ipſa im
pulſione aeris excitat dormientẽ ſoluendo organũ ſentien-

Quare dicitur vox archãgeli.

di.nõ ex hoc ꝙ cognoſcatur.qa iudiciũ de voce ꝑueniẽte ad
aures ſequitur excitationẽ & nõ eſt cauſa eius. Tertio quare
dicitur vox archãgeli illa vox.Rñdet bea.Tho.vbi.ſ.ꝙ ſm
bea.Augu.in.iij.de trini.Corpora craſſiora & inferiora per
ſubtilia & potentiora q̃dã ordine reguntur:ita oĩno corpo-
ra reguntur a deo per ſpũ rationalem.qđ etiam be.Greg.tã
git in.iiij.dial.Vñ in oĩbus quæ corporaliter a deo fiunt vti
tur deus miniſterio angeloꝝ:ita etiã in reſurrectione vniuer
ſali qđ ꝑtinet ad tranſmutationẽ corporũ.ſ. collectio cine-
rum & eorum præparatio ad reparationẽ humanoꝝ corpo-
rũ inde eſt ꝙ deus in reſurrectione illa vtet̃ miniſterio ange
lorũ.Sed aĩa ſicut immediate a deo creata eſt: ita immediate
a deo corpori reunietur ſine aliqua operatione angelorum.
Siĺr & gloriam corporis ipſe deus faciet abſq; miniſterio an
gelorum ſicut & aĩam immediate glorificat.Et iſtud miniſte
rium angelorũ.ſ.in collectione cinerum & præparatione dr̃
vox archangeli ſm vnã expoſitionem in litera.& qa mini-
ſteriũ illud erit principaliter vnius archangeli.ſ. Michaelis
qui eſt princeps eccleſiæ:ſicut olim fuit ſynagogæ:vt habet̃
Dañ.xij.ideo dr̃ vox archãgeli.Sed qa hoc ipſe agit ex influẽ
tia virtutum & aliorum ſuperiorum ordinũ:ideo qđ ipe dr̃
facere quodãmodo faciẽt & ordines ſuperiores. Siĺr & in
feriores angeli cooperabuntur Michaeli circa reſurrectionẽ
ſingulorum quorũ cuſtodiæ fuerint deputati.Et ſic vox illa
dici poteſt & vnius & pluriũ angelorum. Vnde Mat.xxiiij.
dicit Chriſtus ꝙ mittet angelos ſuos cum tuba & voce ma-

De tp̃e vniuerſalis iudicij.ſ. quãdo.

gna & congregabunt electos ſuos a quatuor vẽtis.Dicit aũt
de electis:qa omnis reſurrectio erit ad gloriam &, tamẽ etiã
congregabuntut & reprobi:vt ipſe dicit in ſeq.c.Quarto cõ
ſiderandum quando fiet iſta vox quã omnes qui in monu-
mentis ſunt audient:& qui audierint viuent.ſ. reſurgendo.
Circa qđ ait ipſe ſaluator.De die aũt illa & hora nemo ſcit:
neq; angeli dei : neq; filius hoĩs : ſed ſolus pater. Mat.xxiiij.

Qualiter intelligitur illđ Mat. ꝙ fili⁹ hoĩs neſcit diẽ vltimi iudicij.

Quod autem dr̃ ꝙ filius hoĩs neſcit: intelligendum eſt ſm
bea.Aug.qa nos neſcire facit.vel qa neſcit nobis reuelãdo.
Scit em̃ ipſe etiam inquantum homo horam & punctum fi
nalis iudicij:ſed non tali modo ꝙ illud habeat nobis mani-
feſtare ante tempus ſuum.Et ꝙ dr̃ niſi ſolus pater non ꝑ hoc
excluditur notitia filij vel ſpirituſſancti : quorum trium eſt
vna ſcientia ſicut vna eſſentia.Pro cuius maiori declaratio-
ne dicit bea.Tho.in.iiij.vbi.ſ.ꝙ ſicut bea.Auguſt. dicit lib.
lxxxiij.quæſtionum.Etas vltima humani generis: quæ in-
cipit a dñi aduentu vſq; ad finem ſæculi.quibus generatio-
nibus cõputetur incertum eſt:ſicut & ſenectus quæ eſt vlti-
ma ętas hominis:non habet determinatum tempus ſm mẽ
ſuram aliorum:cum quandoq; ſola tantum teneat tempo-
ris quantum reliquæ omnes ætates. Huius autem rõ eſt:qa
determinatus numerus futuri tẽporis ſciri non poteſt, niſi ꝑ
reuelationem vel per naturalem rationem : qa ſimul erit &
reſurrectio & finis motus cœli.Ex motu aũt accipitur nume
rus omnium:quæ determinato tempore per naturalem ra-
tionẽ futura præuidentur.Ex motu aũt cœli non poteſt co-
gnoſci finis eius:quia cum ſit circularis ex hoc ipſo habet ꝙ
ſm naturam ſuã in perpetuũ poſſit durare.Vnde naturali ra
tione tempus qđ durabit vſq; ad vltimã reſurrectionem ſci
ri & numerari non poteſt.Similiter nec per reuelationẽ ha-
beri poteſt.ideo vt omnes ſemper ſint ſoliciti & parati ad
Chriſtum occurrẽdum & obuiandum.Et propter hoc apo-
ſtolis etiam de hoc quærentibus reſpondit.Act.i.Nõ eſt ve
ſtrũ noſſe tempora vel momenta quæ pater poſuit in ſua po
teſtate.Super quo bea.Aug.in lib.xviij.de ciui.dei.ait.Om-
nium de ha re calculantium digitos reſoluit:& quieſcere iu-
bet.Quod aũt apoſtolis noluit reuelare qui fuerunt princi-
pes eccleſiæ & magis edocti a deo de rebus diuinis & eccle-
ſiæ q̃ cæteri:nec alijs reuelabitur.Vnde oẽs illi qui tempus
illud numerare voluerunt:hactenus falſiloqui ſunt inuenti.
Quidã enim(vt ait bea.Aug.)ab aſcenſione dñi vſq; ad tẽ-
pus vltimum dixerunt quadrigentos annos poſſe comple-
re:alij mille:quorũ falſitas patet: & patebit eorũ qui adhuc
computare non ceſſant.Quinto diligenter attendendum de
mille annis de quibus loquitur Ioannes Apocal.xx.quibus
ab angelo dicitur draco & ſerpens antiquus teneri ligatus.
& poſtea ſoluendus ad ſeducẽdas gentes.Et iſta ſolutio dici
tur facienda tempore Antichriſti:quãdo erit perſecutio ma
xima contra ecceleſiam.Perſecutio autem Anticriſti ſm bea
tum Aug.de ciui.dei.durabit tribus ãnis cũ dimidio:& tra-

Quãto tp̃e durabit Antichriſtus

hitur ex ca .xij. Danielis. creditur autem vicicina valde eſ-
ſe finali iudicio talis ꝑſecutio.Vnde Dañ.xij.poſtq; dictum
eſt.Quod tempore quo ablatum fuerit iuge ſacrificiũ & po-
ſita fuerit abominatio in deſolationem dies mille ducenti
nonaginta.Beatus qui expectat & ꝑuenit ad dies mille trecẽ
tos vigintiquinq;.Tempus dierum mille ducentorum ſexa
ginta:dicunt eſſe tempus perſecutionis Antichriſti.Et qđ re
ſtat vſq; ad dies mille trecentos triginta quinq;:vel viginti
quinq; ſunt dies dati ad pœnitẽtiam hoĩbus ſeductis ab An
tichriſto poſt mortẽ eius.Ad minus dicunt iſtud tempus eẽ
quadragintaquinq; dierum datum ad pœnitentiam. Vtrũ
aũt plus ſit mundus duraturus occultum eſt nobis.Redeun-
do ad illos mille annos de q̃bus dictum eſt aliqui voluerũt
dicere ꝙ poſt vltimam reſurrectionem mortuoꝝ ſancti re
gnaturi ſint cum Chriſto in mundo abundantes omnibus
delicijs corporalib⁹.Sed bea.Aug.in lib.xx.de ciui.dei. vbi
multum diffuſe tractat iſtam materiam de iſtis mille annis
reprobat iſtam opinionem.& eccleſia condẽnat eã vt hęreti
cam vt dicantur tales milianiſtæ.Alij aũt voluerunt dicere
ꝙ iſti mille anni ſunt tp̃s determinatum qđ debet eſſe inter
Chriſti paſſionẽ & vltimã reſurrectionẽ.ita ꝙ in illis inclu
datur tempus ꝑſecutionis Antichriſti qñ ſathanas ſoluetur
de carcere ſuo.Et hoc eſſe falſum patet:qa vltra mille annos
tranſierunt iam.cccclxxviij.& nõdũ venit Antichriſtus ꝓ-
pter qđ alij incipiũt enumerare iſtos mille annos a tp̃e quo
Sylueſter papa alligauit draconem in abyſſum filo canapi-
no conuerſo Auguſto Conſtantino ad fidem: tunc em̃ mul-
tum ceſſauit perſecutio contra eccleſiam:& exaltata eſt . Sed
hoc fuit circa annum dñi trecẽteſimũ q̃bus ſi addatur qui re
ſtant de mille.cccclxxviij.qui fluxerunt ab incarnatione: ex
cedit numerũ millenariũ in.clxxviij.Et ſic patet falſum.Vñ
dicit bea.Aug.vbi.ſ.& be.Tho.poſt eum ꝙ illa reſurrectio
de qua agit ibi Ioan.intelligit̃ de reſurrectione ſpũali aĩarũ
a pc̃tis ad vitam gratiæ.Regnũ Chriſti in quo ſancti regnãt
intelligit̃ vel de regno eccleſiæ militantis in quo Chriſt⁹ re
gnat cũ electis ſuis ꝑ gratiã vel in gloria quo ad oẽs ſctõs li-
cet dicat̃ ibi de martyribus: qa ꝑ maxime vſq; ad mortẽ cer
tauerunt ꝓ Chriſto.Et numerus millenarius non ſignificat
determinatũ numerũ annoꝝ vt illi volunt.ſ.ꝙ tantum tp̃is
eccleſia ſit duratura militans.Sed ſumitur ꝓ omni eo tẽpore
qđ erit ab aduentu primo Chriſti in carnẽ vſq; ad aduentũ
ad iudicium:quantũcũq; ſit prolixũ etiã ſi tria milia annoꝝ.
Significat em̃ millenarius numerus vniuerſitatem.Et ſic ſu
mitur numerus determinat⁹ pro indeterminato. ſicut illud
Pſ.verbi qđ mandauit in mille generationes.i.in multas.
Alij dixerunt ꝙ tempus eccleſiæ militantis præfigitur & de
terminat̃ per illud qđ Apoc.xij.dr̃ de muliere amicta ſole ec
cleſiam ſignificante quæ fugiens in deſertũ habet locũ para
tũ a deo vt ibi eã paſcãt dieb⁹ mille ducẽtis ſexaginta. Et qa
Ezechieli dictũ fuit diem ꝓ anno dedi tibi.dicunt ꝙ tot an-
nis eccleſia debet durare vſq; ad finẽ mundi. Qui numerus

annorũ ſi incipiat cõputari a paſſione Chriſti:iã per multos annos exceſſit:quia vt dictũ eſt.iam fluxerunt ab incarnatio ne dñi.M.ccccLxxviij.Et ſic falſitas apparet.Si autem illi an= ni incipiant cõputari a tpe.Syluestri & Conſtantini:quo tẽ= pore eccl'ia fuit exaltata:ſic reſtarent adhuc anni centũ quib⁹ mũdus eſſet duraturus:ſed ea facilitate conuincitur iſta opi nio qua ꝓbatur.Alij vero dixerũt tanto tempore mundum duraturum quantum fluxit ab initio mũdi vſq; ad aduentũ Chriſti in carne.qd' fuit quinq; miliũ centũ nonagintanouẽ annorũ.ſcd'm.lxx.& quoſdam alios.vel ad minus quatuor miliũ annorũ ſcd'm Heb.& Hiero.fundãtes ſe in eo qd' dici tur Abachuc.iij.de primo aduentu chriſti.Dñe opus tuũ in medio annoꝝ viuifica illud.opus em̃ dei pręcipuum fuit ge nus humanũ.qd' mortuũ per peccatũ:fuit viuificatũ in me= dio annorũ.Ad hoc ergo vt ſit in medio dicũt oportet ꝙ tan tum ſequat̃ tpis poſt aduentum primũ:quantũ ante præceſ= ſit:Et ſic eſſet quinq; miliũ vel quatuor miliũ annorũ & vl= tra.Sed iſtud motiuũ eſt valde debile.Nã in medio dicit̃ nõ ſolũ qd' æqualiter diſcrepat ab extremis:ſed etiam quodcũ= q; exiſtẽs inter extrema ſiue parũ ſiue multũ diſtet ab eis.Põt em̃ dici in medio numeri vndenarij nõ ſolũ ſenarius q ęque diſtat ab vnario & vndenario:ſed etiã alio modo omnes nu meri qui ſunt inter vnariũ & vndenarium:& ſic ſeptenarius eſt in medio.& alij ſequẽtes numeri & binarius cum ſequen te.Et ſic ſumit̃ ibi & melius:qa infra tp̃s veteris teſtamẽti & noui.Qd' etiã abbas Ioachim circa hmõi dixit de determi= natione temporis ex ſcripturis.dicit.b.Tho.ꝙ aliqua vera dixit ꝑ coniecturas.& in aliquib⁹ decæptus eſt.Eſt ergo con

Qd' tp̃s vniuer= ſalis iu= dicij eſt incertũ.

cluſiue tp̃s hoc incertum nobis.Qd' tñ aliqs prædicaret pro pinquũ eſſe finale iudicium vel aduentũ Antichriſti nõ aſſe rendo neq; determinãdo tp̃s ad timorem incutiendum & cõ temptũ mundi perituri ex ſcripturis & coniecturis ſuſpican do:nõ videtur repræhẽſibile.Nã & ſancti hoc fecerunt.V n= de & Greg.in homil'.Ecce iam corda infideliũ iugo fidei ſub di dit.Ecce iam mũdi gloriam ſtrauit.Iam ruinis eius crebre ſcentibus iudicij diẽ appropinquare denuntiat.Et tñ ſupba mens noſtra non vult ſponte dimittere quod quotidie ꝑdit

De hora iudicij vniuer= ſalis ꝙ etiã eſt incerta.

invita.Hęc ille.Hoc egit & be.V incentius & dñs Ioãnes Do minici in ſermonibus eoꝝ.Sexto dicendum qua hora vlti= mæ diei fiet illa vox:Ad qd' dicit be.Tho.vbi.ſ.ꝙ determi nata hora tẽporis qua fiet reſurrectio pro certo ſciri non põt vt dicit magiſter in lr̃a.Tamen ſatis ꝓbabiliter a quibuſdã dicitur ꝙ reſurrectio erit quaſi in crepuſculo ſole exiſtẽte in oriente & luna in occidente:qa in tali diſpoſitione ſol & lu na creduntur creata:vt ſic eoꝝ circulatio compleatur penit⁹ ad idem punctũ.V nde & de Chriſto dr̃ ꝙ tali hora reſurre= xit.Quãuis autẽ cũ reſurrectio erit tunc non ſit tempus ſed fi nis temporis:qa in eodem inſtanti quo ceſſabit motus cœli & per conſequens erit & reſurrectio vniuerſalis:tamen erit ſitus ſyderum ſ'm diſpoſitionem qua nunc ſe habent in ali= qua determinata hora.Et ſ'm hoc dr̃ reſurrectio futura tali vl' tali hora.Quãuis autem optima diſpoſitio temporis in die dicatur eſſe in meridie ꝑpter illuminationem ſolis maiorẽ tamen quia vt dr̃ Apoc.penul.Ciuitas illa non eget ſole ne q; luna:ſed claritas dei illuminat illam.Ideo non refert quã= tum ad illuminationem vtrum fiat reſurrectio de die vel no cte.Nec obſtat qd' dr̃ Mat.xxv.Media nocte clamor fact⁹ eſt ſ.iſti⁹ vocis exiſtẽtis ad reſurrectionẽ:qa illud ponit̃ ꝑpter ĩ= certitudinem temporis:quia minus tũc temporis homines ſtant vigilantes & cauti.Et quantum ad illud qd' fit in reſur rectione miniſterio angelorum nõ erat illa vox.i.collectio cinerum & præparatio in inſtanti:ſi inſtans dicatur indiui= ſibile temporis.Erit autem in inſtanti ſi inſtans accipiatur pro tempore breuiſſimo imperceptibili.Sed illud qd' fiet di uina virtute immediate.ſ.reunitio aĩæ ad corpus fiet ſubito ſ.in termino temporis quo angelorum operatio complebi tur:qa virtus ſuperior inferiorem ad perfectionem adducit: ſicut & in vltimo prolationis formæ ſacramentorum fit ſa

Quod vox illa citatio= nis ad oẽs extẽ detur.

cramentũ ſubito:ſic & in illa voce.Septimo notãdũ ꝙ vox illa citationis ad oẽs extendetur.Omnes em̃ reſurgemus.ait apl's.i.Coꝝ.xv.Sed reſurrectio non eſt niſi eius qd' ceciderit ſ.per mortem.ergo &c.Huic ſententiæ videt̃ obuiare qd' ait apl's.i.Theſſal'.iiij.Nos qui viuimus qui relinquimur:ſimul rapiemur obuiã Chriſto in aera.& Act.x.dr̃ ꝙ Chriſtus cõ= ſtitutus eſt a deo iudex viuorum & mortuorum.Et ſic vide

tur ꝙ aliqui non morientur qui.ſ.erunt in vltimo tempore qui tamen iudicabuntur.Dicit aũt bea.Tho.in.iiij.vbi.ſ.ꝙ q̃uis ſancti loquantur varie de hac re vt magiſter tangit in litera:tamen hæc eſt ſecurior & cõmunior opinio ꝙ oẽs mo rientur & a morte reſurgẽt.Et hoc ꝑpter tria.Primo qa hoc magis concordat diuinæ iuſtitiæ quæ humanam naturam pro pctõ primi parentis dãnauit vt oẽs qui ꝑ actum naturæ ab eo originem ducerentur:infectionem pcti originalis cõ= traherent.& per conſequens debitores mortis fierent.Scd'o qa magis concordat diuinæ ſcripturæ quæ oĩm futuram re ſurrectionem prędicat:Reſurrectio aũt non eſt niſi ei⁹ quod prius cecidit & diſſolutum eſt vt dicit Damaſ.Tertio qa ma gis concordat ordini naturæ in quo inuenimus ꝙ illud qd' corruptum & incineratũ eſt in ſuam nouitatẽ nõ reducitur niſi corruptione mediãte.ſicut acetũ non fit vinum niſi ace to corrupto & in humorem vitis tranſeunte.V nde cũ natu= ra humana in defectũ neceſſitatis moriẽdi deuenerit:nõ erit reditus ad immortalitatẽ niſi morte mediante.Ad autorita= tem reſpondetur ꝙ diſtinctio illa non eſt referenda ad tem= pus iudicij:nec ad totum tempus preteritũ:ſed ad illud tem= pus determinatum qd' immediate iudicium præcedit quã= do.ſ.iudicij ſigna incipiant apparere.Ignis ergo cõflagratio nis qui facit mundi purgationem poterit ſtatim corpora il= lorum qui viui inuenientur illo tpe vſq; ad cineres reſolue re ſicut & alia mixta reſoluet in præiacentem materiã. Et cũ dr̃ oẽs ex cineribus reſurgere:dicuntur cineres oẽs reliquię q̃ remanent ex corpore humano diſſoluto.Quia vero vt dicit̃ Dañ.xij.Qui in puluere terrę dormiunt euigilabũt alij in vi tã æternã:alij in opprobriũ vt videãt ſemper.Ideo timorem dñi docebo vos:ait Pſ̃.videlicet.Declia a malo & fac bonũ.

Qd' i fi= ne mun di oẽs morien tur & re ſurgent propter tria.

## §.V.QVARTO IN IVDICIO CON

ſiderãdum eſt iudicis p̃ſentatio.Qui veniet cũ poteſtare ma gna & maieſtate adeo.vt Iob.xxvj.c.dicat.Colũnę cœli.i.an geli & ſancti homines pauent aduentũ ei⁹.Si colũna nutat: quid virgula faciet?ſed timentes deũ.ſ.timore initiali.ait. Pſ̃.xxxj.miã circundabit.Sed circa iudicantem ſeu iudicem huius iudicij vidẽda ſunt plura.Primũ eſt quis ſit iſte iudex. Et reſpõdetur ſ'm bea.Tho.in.iiij.diſt.xlviij.ꝙ eſt dñs Ieſus Chriſtus.Ioan.v.Poteſtatẽ dedit ei iudiciũ face.ſ.pater Chri ſto eius filio:qa filius hoĩs eſt.& Iob.xxxvj.Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt.ſ.a Pilato:ideo iudiciũ cauſamq; recipies ſ.vt iuſte iudices.& loquitur Chriſto.Pro cuius declaratio= ne dicit.b.Tho.ibi ꝙ iudicando iudicium aliqd' dñium req rit.Vñ ad Ro.xiiij.Tu qs es q iudicas alienum ſeruũ?q.d.ſi non habes dñium ſup eũ non vales iudicare.Competit aũt Chriſto iudicare primo ratione dominationis qa dñium ſu per omnes hoĩes habet de qbus principaliter erit finale iudi ciũ.Ipſe aũt eſt dñs noſter:qa dñs ipſe eſt deus ipſe fecit nos & nõ ipſi nos.Scd'o cõpetit ei rõne redẽptionis:qd' ei com= petit ſ'm humanam naturã.Vñ ad Ro.xiiij.In hoc Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit:vt viuoꝝ & mortuoꝝ dominetur. Ad pręmiũ aũt vitæ æternæ nobis creationis bona nõ ſuffi ciunt:niſi beneficiũ redemptionis adderet̃ per impedimẽtũ qd' naturæ creatæ ſupuenit ex pctõ primi parentis:vñ cũ iu= diciũ illud finale ad hoc ordinet̃ vt aliq admittant̃ ad regnũ aliqui excludant̃ a regno:cõueniẽs eſt vt ipſe Chriſtus ſecũ= dum humanam naturã:cui⁹ redemptionis beneficio ad re= gnum admittitur illi iudicio prę ſideat.& hoc eſt qd' dr̃ Act. x.Conſtitutus eſt a deo iudex viuoꝝ & mortuorũ.Et qa per redemptionem humani generis non ſolum hoĩes reparauit ſed vniuerſaliter totã creaturã ſ'm ꝙ tota creatura repara= to homine melioratur.vt habetur ad Col'.j.Pacificãs per ſan guinem crucis eius:ſiue quæ in terris:ſiue quę in cœlis ſunt. ideo non ſolum ſup hoĩes:ſed ſup vniuerſam creaturã Chri ſtus ꝑ ſuam paſſionẽ dñium ꝓmeruit & iudiciariã poteſtatẽ. Vñ ait Mat.vlti.Data eſt mihi oĩs poteſtas in cœlo & in ter ra.Poteſt & tertia ratio induci eiuſdem:quia eius eſt iudica= re cuius eſt condere legem.Sed Chriſtus in humana natura apparens nobis condidit legem euãgelicã.Vñ Iaco.in cañ. ſua.V nus eſt legiſlator & iudex.ſ.Chriſtus ergo Chriſto ſ'm humanã naturã data eſt ei iudiciaria poteſtas:virtute tamen diuinitatis.Scd'o ſciendum ꝙ iudex Chriſtus in iudicio ap= parebit in forma glorioſa:nõ ignominioſa ſicut in paſſiõe. Vñ Eſa.liij.dictum eſt de paſſiõe.Ecce nõ eſt ei ſpecies neq; decor &c.

Quis in vniuer= ſali iudi cio iu= dex.

Duplici ratione Chriſto iudicare cõpetit.



decor &c.Vñ ad oſtẽdendũ gloriam ſui aduentus in iudicio dicit ipſe Luc.xxj.Tunc videbunt filiũ hoĩs veniẽtẽ cũ po teſtate magna & maieſtate in nube.ſ.humanitatis apparens ſed maieſtas & poteſtas ꝑtinet ad gloriã.Vel in nube.ſ.cla= ra & lucida.ſ.ſocietate ſanctoꝝ:ſed ſancti tunc habebũt cor pora glorioſa qui iudicabũtur ab eo.ergo multo magis ipſe Chriſtus iudex eoꝝ.Pro cuius declaratione dicit bea. Tho. vbi.ſ.ꝙ Chriſtus dr̃ mediator dei & hoĩm inquãtũ pro hoĩ bus ſatiſfacit & interpellat apud patrẽ:& ea q̃ ſunt patris ho minibus cõicat ſ'm ꝙ ipſe ait Io.xvij.Claritatem quam dedi ſti mihi dedi eis ſ'm hoc vtrũq; ei conuenit ꝙ cũ vtroq; cõi= cat extremorũ.Inquãtum em̃ cũ hoĩbus cõicat:vices hoĩm gerit apud patrẽ.Inquantũ vero cũ patre cõicat:dona patris tranſmittit ad hoĩes.Quia ergo in primo aduentu ad hoc ve nit vt pro nobis ſatiſfaceret apud patrẽ:ideo in forma infir= mitatis noſtræ apparuit:qa vero in ſcd'o aduẽtu ad hoc ve niet vt iuſtitiã patris exequat̃ in hoĩes gloriam demonſtra= re debet q̃ ineſt ei ex cõione eius ad patrem:& ideo in forma glorioſa apparebit.Et qd' dr̃ Ioan.xix.Videbunt in quẽ trãſ fixerunt.vbi gloſ.qa in ea carne venturus eſt in qua crucifi= xus eſt.intelligẽdũ eſt qa in ea carne apparebit & natura:ſed non in eadem qualitate.ſ.infirma & ignominioſa:ſed ſpe=

Qd' ap= parebit cũ ſigno crucis & quare: & quõ ĩ telligit̃.

cioſa.Tertio ſciendum ꝙ apparebit iudex cum ſigno crucis: quia dr̃ Mat.xxiiij.Tunc apparebit ſignum filij hoĩs.i.ſignũ crucis.vbi Chryſ.dicit ꝙ veniet Chriſtus in iudicio non ſo lum vulnerum cicatrices:ſed ipſam mortem exprobratiſſi= mam oſtendens.Hoc tñ(vt dicit bea. Tho.)non eſt intelli= gendum de iſto ligno crucis in quo fuit crucifixus:qa illud ſicut & oĩa ligna & irrationabilia reſoluentur in elementa: ſed aliqd' ſignum repreſentans iſtrumentum paſſionis.Nec hoc apparebit ad indicium tunc exiſtẽtis infirmitatis:ſed p̃= teritę:vt ꝑ hoc iuſtior appareat eorum condẽnatio q tãtam miſericordiã neglexerunt.& eorũ præcipue qui Chriſtũ pſe cuti ſunt iniuſte.Cicatrices aũt quæ in eius corpore appare= bunt non ꝑtinebunt ad aliquã infirmitatẽ:ſed erunt indicia maxime virtutis qua Chriſtus ꝑ paſſionis infirmitatem de hoſtibus triũphauit.Exprobratiſſimã aũt mortẽ oſtẽdet nõ ſenſibiliter oculis eã ingerens:acſi tunc eam pateret̃:ſed ex his q̃ apparebũt iudicijs præteritæ paſſionis:homines:in re cogitationẽ præteritæ eius mortis adducet.V nde & dr̃ ꝙ ex ipſis cicatricibus nulla deformitas apparebit:ſed radij luci= diores ſole exibunt.Quarto ſciendum ꝙ iudex Chriſtus & ſi in humanitate ab oĩbus videatur.& ideo dr̃ ſibi dari iudiciũ ſ'm illud Pſ̃.lxxj.Deus iudicium tuum regi da:& iuſtitiam tuam filio regis.i.Chriſto.Iudicabit tñ reſuſcitãs oẽs & ſen= tentiam proferens glorificationis & dãnationis v'tute ſuę di uinitatis:quæ cũ vna ſit eius & pr̃is & ſpũſſancti & cõis ope ratio eorũ.ideo a tota trinitate fiet opus iudicij.Dicitur tñ pa ter iudiciũ dare filio:quia ipſe origo ſeu principium trinita

Qd' ſoli filio da= tũ eſt iu diciũ fa cere & quare.

tis pruducens alias perſonas & non ꝓducta.Et dr̃ dare iudi= ciũ ſoli filio:qa ipſe ſolus cum incarnatus fuerit ſolus in hu manitate noſtra oĩbus oſtẽdetur.Decet em̃ vt iudex ab oĩb⁹ iudicandis videat̃.Sed a malis eius diuinitas non videbitur. qa cũ de⁹ ſit eſſentialiter ipſa bonitas:ſine gaudio videri nõ põt:ſed gaudiũ omne excluditur a dãnatis.Eſa.vlt.Tollatur impius ne videat gloriam dei.In videndo aũt humanitatẽ Chriſti:& ſi in ſe glorioſam nullã inde ꝯſolationẽ habebũt mali.In poteſtate em̃ eſt corporis glorioſi demonſtrare ſe vl' occultare vt non videatur:qnimmo habebunt inde ex viſio ne illa mali maximã pœnam:ita vt dicant montibus:cadite ſup nos:& collibus cooperite nos:& abſcõdite a facie agni. vt dr̃ in Apoc.vi.Sicut em̃ gloria amici maxime delectat:ita per contrariũ glia & poteſtas inimici maxime contriſtat:ma li aũt Chriſtum odiunt inquantũ punientem:& ideo gloria eius in iudicio eſt eis pœnoſa.Vñ Eſa.xxvi.dr̃.Videãt & cõ= fundant̃ zelantes ppl'i.i.inuidentes:& ignis.ſ.in iudicio eos deuoret.Sed electi etiam de viſa humanitate valde gaude= bunt.ſ'm illud Ioan.x.Ingredietur & egrediet̃ & paſcua inue niet.ſ.refectionis æternæ.Ingreditur quo ad diuinitatem cõ

Qd' chri ſtus oẽs iudica= bit quõ intelligit̃ & q̃re.

tẽplandã.egreditur quo ad humanitatem.Quinto videndũ eſt quos iudex Chriſtus iudicabit.Et dicendum ſ'm.b.Tho. in.iiij.diſt.xlvij.ꝙ oẽs hoĩes.Vñ dr̃ Apoc.i.Ecce venit in nu bibus.ſ.ad iudicandum & videbit eum oĩs oculus.Sed no= tandum ꝙ ad iudicium duo ꝑtinent.ſ.dicuſſio meritorũ:& retributio præmioꝝ.i.gloriæ vel pœnę:ꝑut egit qſq;.Quã

tum ergo ad ſcd'm.ſ.recæptionẽ præmioꝝ oẽs iudicabũtur boni & mali:perfecti & imperfecti:fideles & infideles:eo ꝙ vnuſqſq; recipiet ex diuina ſñia præmiũ correſpõdens meri to.Et hoc eſt qd' ait apl's.ij.Coꝝ.v.Oẽs aſtabimus ante tribu nal Chriſti:vt referat vnuſqſq; ſ'm ea q̃ geſſit in corpore ſiue bona ſiue mala.Oẽs ergo in iudicio apparebunt.Et ratio hu ius eſt:qa poteſtas iudiciaria Chriſto hoĩ collata eſt in præ= mium humanitatis:quam in paſſione exhibuit.Ipſe aũt ſua paſſione ꝓ oĩbus ſanguinẽ ſuũ fudit quantũ ad ſufficientiã. licet nõ in oĩbus habuerit effectum ꝑpter impedimentum ĩ aliquibus inuentũ.& ideo cõgruum eſt vt oẽs hoĩes ad iudi cium congregentur:ad videndũ eius exaltationem in hũana natura ſ'm quã cõſtitutus eſt a deo iudex viuoꝝ & mortuoꝝ. Quãtũ vero ad primũ.ſ.diſcuſſionẽ meritorum:hoc nõ fit niſi vbi eſt aliq̃ cõmixtio meritorũ bonoꝝ cũ malis.Vñ illi qui ædificant ſup fundamentũ fidei:aurũ & argentũ & lapides p̃cioſos diuinis ſeruitijs totalr̃ inſiſtẽtes:qa nullã admixtio nẽ alicuius mali meriti habent:in eis diſcuſſio meritorũ nõ habet locũ:ſicut illi qui rebus mundi penitus abiectis ſolici te cogitãt ſolũ q̃ dei ſunt.& ideo ſaluabuntur:ſed nõ iudica bunt̃ pfecti pauperes.de qb⁹ in.§.ſeq.dicet̃.Illi aũt q ædifi= cant ſup fundamentũ fidei viuæ:lignũ:fœnũ:& ſtipulã:q.ſ. amãt ſæcularia & implicantur terrenis:ita tñ ꝙ Chriſto ni= hil p̃ponant.In eis diſcuſſio meritorũ locũ habet.& hi vtiq; iudicabunt̃:ſed ſaluabunt̃.Sed qa in infidelib⁹ non eſt fidei fundamẽtũ:q̃ ſublato oĩa opa ſequẽtia rectitudine pfectę in tẽtionis caret:cũ nulla permixtio bonorũ ſit in eis cum ma= lis:qa oĩs actio infidelium pctm̃ eſt.i.ſine merito.ideo infi= deles dicuntur non iudicari.ſ.quo ad diſcuſſionem merito= rum:nõ quo ad cõparitionẽ & punitionẽ.Qui em̃ nõ credit iam iudicatus eſt.ait Chriſtus Ioan.iij.Iam em̃ nota eſt eccle= ſiæ eius dãnatio.Et ſic intelligitur illud.Ideo non reſurgunt impij.i.infideles in iudicio.ſ.quo ad diſcuſſionem.Sed fide= les mali in qbus manet fidei fundamentum:ad minus fidei actũ laudabilem habẽt:q̃uis nõ ſit meritori⁹ ſine charitate tñ quantum eſt de ſe eſt ordinatus ad meritũ.ideo ipſi iudicã tur quo ad diſcuſſionẽ ſed dãnãtur.Sexto de qbus iudicabit conſiderandũ.Et dicendũ ꝙ de oĩbus actibus interioribus & exterioribus.Eccl's vlt.Cuncta q̃ fiunt adducet dñs in iu= dicium:ſiue bonũ ſiue malũ.& Sap.i.dr̃.Qui loquit̃ iniqua nõ põt latere:nec præteriet illũ corripiens iudiciũ & in cogi tationibus impij interrogatio erit.Sed & de bonis operibus iudicabuntur hoĩes:videlicet ſi cũ debitis oĩbus circunſtan= tijs facta fuerint.Vñ dñs ꝑ Pſ̃.lxxiiij.Cũ accæpero tp̃s.ſ.in fi ne mundi:tũc em̃ tempus qd' mẽſurat̃ motu primi mobilis ſubtrahet̃:ceſſante motu ipſius mobilis primi.ego inqt iu= ſtitias iudicabo.i.diſcutiã opa iuſta:ſi cum debito modo ſint facta.vñ bea.Greg.ad Mauritiũ Impatorem.Multa ſunt quę de illius iudicio hoĩes ignorant.Nã fortaſſe q̊s vos laudatis ille reprehender.& quos vos vituperatis ille laudabit.xj.q. j.ſacerdotibus.Et quantũ qdem ad iudiciũ diſcuſſionis:hoc locũ non habet in angelis bonis vel malis.b.Tho.vbi.ſ.qa nihil ꝑmixtũ eſt in eis:in bonis oĩa bona:& in malis oĩa ma la.Sed ad iudicium retributionis cũ ſit duplex eorum retri= butio;vna reſpondens ꝓprijs meritis angelorum:& hæc fuit ab initio vtriq; parti facta.alijs in beatitudinem ſubli= matis.alijs in infernum demerſis.Alia retributio eſt quæ re ſpondet bonis & malis meritis ꝑ angelos ꝓcuratiſ ad homi nes.Et hæc retributio in iudicio finali fiet:qa & boni ange= li amplius gaudium habebunt de ſalute eoꝝ quos ad bonũ meritũ induxerũt:& mali angeli amplius torquebunt̃ mul tiplicata maloꝝ ruina quos ad malũ incitauerunt.Et ſic in angelis fiet iudicium indirecte inquantum act⁹ angelorum fuerunt quodãmodo cõmixti actibus hoĩm:incitãdo ad bo nũ vel malum.Septimo videndũ in quo loco iudicabit.Et videtur ꝙ in valle Ioſaphat quæ videtur eſſe ĩter mõtẽ.Oli= ueti vñ dñs aſcendit in cœlum:& mõtẽ Siõ vbi facta fuit vl tima cœna & deſcendit ſpũſſctũs ſup apl'os die Pẽtecoſtes. Dicit̃ em̃ Iohel'.iij.Congregabo oẽs gentes & deducã eas in vallẽ Ioſaphat & diſceptabo cũ eis.Et q̃uis ad literã poſſit intelligi cõprehẽdẽdo etiã circũſtãtias dictæ vallis:qa valde multi ibi contineri poſſint:pñt in dicto ſpatio iudicari præ cipue cũ mali in terra reſurgãt iudicandi:boni vero in aera ſubleuandi:qa celeſtia dilexerunt Chriſto occurrẽtes in aere apparenti.Beatus Aug.tñ videt̃ in lib.xx.de ciui.dei magis

De qui= b⁹ iudi= cabit.

De loco vbi chri ſt⁹ iudi= cabit in valle Io ſaphat.

hoc referre ad interpretationē nois ꝙ ad locū illum noiatū.
Interpretatur em̄ Ioſaphat iudiciū dñi: vel dñs iudicat. q. d.
Congregabo oēs & deducā eos in iudicio nō cuiuſcūq; ſed
dñi abſolute. ſ. oīm. Et ſic incert⁹ videt̄ eſſe locus iudicij ter
reſtris in quo pctōres terrenis dediti manebunt iudicandi.
Paruuli etiā reſuſcitati: & ſi hic nil audierunt & cognouerūt
de Chriſto ꝓpter defectū aetatis in qua mortui ſunt: tñ ipſi
Chriſtū videbunt iudicē & deū eſſe cognoſcent. Dicit aūt b.
Tho. vbi. ſ. ꝙ licet p certitudinē ſciri non poſſit de loco: tñ
ꝓbabiliter colligi pōt ex ſcripturis ꝙ circa mōtē Olivetí de
ſcendet ad iudicandū ſicut & inde aſcendit in coelum. Vnde
angeli dixerunt. Sicut vidiſtis eū aſcendentē in coelū: ita ve
niet. Cum ergo Chriſtus ſit iudex: in hoc iudicio cui oia ſunt
nuda & aperta: & nil inultū dimittat de peccatis: quātus tre
mor eſt futurus quando iudex eſt venturus: cuncta ſtricte di
ſcuſſurus. vñ bea. Greg. in moral. Hi qui in corporibus repe
riri poterunt: quis fortes & pfecti ſint qa in carne ſunt poſi
ti: nō pñt in tanti terroris turbine nullius formidie concuti.
Sed mia eius a ꝓgenie in ꝓgenies timentibus eū. ait beata
Maria Luc. i. ſ. timore initiali.

Aſſeſſo res iudi ces qui erunt.

## §. VI. QVINTO TRACTANDVM

eſt de iudicibus aſſeſſorib⁹ cū qbus Chriſtus iudicabit. Dici
tur em̄ Eſa. iij. Dñs ad iudicandū veniet cū ſenatoribus po
puli ſui. Et qui ſint hi aſſeſſores dūs Ieſus expreſſit dicens.
Mat. xix. Vos q reliquiſtis oia & ſecuti eſtis me: in regenera
tione. i. in vltima reſurrectione in quo hoīes iterū generabū
tur reſurgentes ad vitā immortalē: cū ſederit filius hoīs. ſ. ad
iudicandū: ſedebitis & vos ſup ſedes. xij. iudicantes. xij. trib⁹
Iſrael &c. Pro hoꝶ declaratione ſciendū ꝙ iudicare dr̄ ſeptē
pliciter. Primo ex ſe & autoritatiue. & hoc modo. ſ. iudicare
autoritatiue eſt ꝓprie dei trinitatis. Nam iudicare ſm bea.
Tho. in. iiij. diſt. xlvij. ar. ij. quaeſito. i. eſt ꝓprie illius qui ha
bet poteſtatem & dñiū in alios: cuius regimini ſubduntur q
iudicant̄. Vñ eius eſt in alios ius ferre ſeu dicere vel dictare:
Iudicare em̄ eſt ius dicere vel dictare: & hoc agere ex propria
autoritate eſt dei. Ps. xcv. Iudicabit orbē terrae in aequitate. ſ.
deus: & populos in veritate ſua. Scd'o iudicare fit delegati
ue. i. ex alio accipe autoritatē iudicandi. & hoc cōuenit Chri
ſto inquantū hō: qui vt dr̄ Act. x. conſtitutus eſt a deo iudex
viuorum & mortuorū. Et Io. v. Poteſtatem dedit ei pater iu
dicium facere: qa filius hoīs eſt. Ipſe em̄ in illa aſſumpta hu
manitate oībus ſe manifeſtabit & oēs boni & mali eū vide
bunt & talē poteſtatem ſibi ad iudicandum collatā. Tertio
dr̄ aliqs iudicare quaſi cauſaliter & comparatiue. vt dicatur
illud iudicare vñ apparet aliquis iudicandus. Et ſm hoc di
cuntur aliqui iudicare ſm Tho. inquantum ex cōparatione
eoꝶ alij iudicandi oſtenduntur: ſicut dicuntur Niniuitę iudi
care generationē Iudaeorum. ſm illud Chriſti. Viri Niniui
tae ſurgent in iudicio: & iudicabunt generationē iſtam: quia
pniam egerunt ad pręedicationē Ionę. Mat. xij. Sic aūt iudica
re eſt cōe bonis & malis in iudicio. Nam Niniuitae & ſi tunc
praedicante Iona conuerſi ſunt: poſtea recidiuantes & peio
ra agentes: reprobi facti ſunt ſm bea. Hiero. de poe. diſt. iij. ſi
cut ait. cū. c. ſeq. & a Babylonijs exterminati. Sic ergo iudica
bunt Iudaeos: qa ex illo opere ſuae conuerſionis ad ſimplex
verbū Ionae oſtēdent ꝙ iuſte condēnandi fuerint Iudęi: qui
Chriſtū dñm prophetarum toties audire praedicantē nolue
runt. Sic etiam pōt intelligi illud apli. i. Coꝶ. vi. An neſcitis
qa angelos iudicabimus. ſ. malos: qa cū hō in corpore fragi
li tot incitamenta ad malum habeat & bella patiatur: & ta
men ſuperat oia. a deo nō recedens: oſtenditur per hoc ꝙ iu
ſte angeli mali condēnentur: qui nullam carnis fragilitatem
habentes vt incitamentū ab alijs a deo per ſuperbiā receſſe
runt. Quarto dr̄ iudicare q ſi interpretatiue. interp̄tamur ali
quē aliquid facere: qui facienti conſentit. Vñ illi qui conſen
tiunt iudici: ſniam eius approbando vt iuſtam: ſm be. Tho.
iudicare dicuntur. Et hoc eſt cōe oīm electoꝶ ſic iudicare ap
probatiue. Vñ dr̄ Sap. iij. Iudicabunt ſancti nationes & do
minabuntur pplis. Et in Ps. cxlix. de ſanctis dr̄. Gladij anci
pites in manibus eorum ad faciendam vindictam in na
tionibus: increpationes in populis &c. Vt faciant in eis iu
dicium conſcriptū: gloria haec eſt omnibus ſanctis eius. iu
dicando. ſ. p modū approbationis. Quinto dicitur iudicare
declaratiue: ſicut ſi liber in quo continetur lex dicatur iudi
care: qa lex declarat qd & quō iudicandū. Et ſic cum Chriſt⁹
dicat. Quos deus coniunxit homo nō ſeparet cū fit diuortiū
legitimo modo non dr̄ hō ſeparare ſed lex: qa lex ſic iudicat
& declarat faciendū. Et ſic Chriſtus ait Iudęis Io. xij. Qui me
ſpernit & non accipit verba mea: ego nō iudico eum: ſed ſer
mo meus quē locutus ſum iudicabit eum in nouiſſimo die.
Sexto dr̄ iudicare teſtificatiue. Cum tota vis iudicij ad feren
dum ſniam conſiſtat in teſtium dictis. qa in ore duorum vel
trium ſtabit omne verbum. Mat. xviij. ſ. vt verū & firmum
habebitur. ideo teſtes in dicendo ſup quo fit iudiciū poſſunt
aliquo modo dici iudicare: qa ex dictis eorū reus abſoluitur
vel condēnatur. Et qa in finali iudicio magis mentaliter ꝙ
vocaliter exercebitur illud iudiciū: vel etiā ſi vocaliter virtute
diuina vnicuiq; innoteſcent merita & demerita ſua: di
ctante conſcientia. ideo conſcientia vniuſcuiuſq; quodāmo
do iudicabit eum Apl's Ro. ij. Teſtimoniū illis reddente con
ſcientia ſua & cogitationū accuſantiū q̄ ad mala. ſ. aut defen
dentiū quo ad bona. in die qua iudicabit deus &c. Vñ bea.
Aug. Qñ deus iudex erit: teſtis alius non erit: niſi cōſcientia
tua. Inter deū iudicē & cauſam tuā noli timere niſi conſcien
tiā tuā. ij. q. iij. cuſtodi. Septio dr̄ iudicare qs aſſeſſorie. Et de
iſto vltimo modo nunc agimus. Hi p ſimilitudinē dicūtur
iudices inquantum ſedent in loco eminenti tales aſſeſſores.
vt iudex facit. Et ſm hunc modum quaſi pfecti viri quibus
iudiciaria poteſtas promittit̄. ſm illud. ſ. inductum. Sedebi
tis ſup ſedes duodecim iudicantes: p honorabilem cōſeſſio
nem: qa ſuperiores caeteris in iudicio apparebunt occurren
tes Chriſto in aera. Sed iſtud ait be. Tho. vbi. ſ. non videtur
ſufficere ad ꝓmiſſionem dñi complendā cū dr̄: qa ſedebitis
iudicātes. Videtur em̄ iudiciū conſeſſionis ſupaddere aliqd.
Eſt igitur alius modus iudicandi aſſeſſorie qui perfectis vi
ris cōuenit inquantum in eis cōtinentur decreta diuinae iu
ſtitię. vñ Apoca. xx. dr̄. Iudicium ſedit. & libri aperti ſunt. Et
p hunc modum hanc iudicationem Richar. de ſancto Victo
re exponit. vñ dicit. Qui diuinae contēplationi aſſiſtunt, qa
in libro ſapientiae quotidie legunt velut in cordiū volumi
nibus tranſcribunt: quicqd iam pſpicua veritatis intelligē
tia cōprehendūt. Quid em̄ ſunt iudicantiū corda in oī verita
te diuinitus edocta niſi quaedā canonū decreta. Sed quia iu
dicare ꝓprie importat actionem in aliū ꝓcedentem. ideo ꝓ
prie loquendo iudicare dr̄ qui ſniam loquendo in aliū fert.
Sed iudex principalis hoc agit propria autoritate: delegatus
aūt ſibi cōmiſſa. Aſſeſſor in ꝓpoſito quaſi ſniam iam pro
latam in alios manifeſtat. Eorū igitur iudicare eſt ſniam alte
rius autoritate latā in alioꝶ notitiam quaſi ſniam latā pro
nuntiare. Et hoc modo perfecti viri iudicabunt aſſeſſorie
qa alios ducent in cognitionem diuinae iuſtitiae. vt ſciāt qd
eis ꝓ meritis debeat̄. vt ipſa reuelatio iuſtitiae iudiciū dica
tur. Nec eſt inconueniens dicit be. Tho. vbi. ſ. aliquos ſctōꝶ
quaedam alijs reuelare: vel per modum illuminationis: ſicut
ſuperiores angeli inferiores illuminant: vel per modum lo
cutionis: qñ inferiores ſuperioribus loquunt̄. Aduertēdum
aūt ꝙ illa dignitas aſſeſſorie iudicandi non datur oībus ſan
ctis: ſed ſolū pauperibus ſm illud Iob. xxxvi. Pauperib⁹ tri
buit iudicium. Et dñs Ieſus. Vos qui reliquiſtis oia & ſecuti
eſtis me ſedebitis &c. Ratio aūt quare paupertati debetur iu
diciaria poteſtas eſt triplex ſm bea. Tho. vbi. ſ. Primo rōne

Iudiciaria poteſtas paupertati debetur rō triplex.

congruitatis: quia voluntaria pauptas eſt eorum: qui oīb⁹
quae mūdi ſunt contemptis: ſoli Chriſto inhaerēt. & ideo nō
eſt in eis aliquid qd' eoꝶ iudicium a iuſtitia deflectat. vñ ido
nei ad iudicandum reddunt̄ quaſi veritatem iuſtitiae prae oī
bus diligentes. Scd'o congruit hoc p modū meriti quia hu
militati reſpondet exaltatio ꝓ merito. Inter oia aūt quae ho
minē deſpectū faciunt in mūdo praecipue eſt paupertas. Vñ
excellentia iudiciariae poteſtatis pauperibus promittitur. vt
ſic qui ſe propter Chriſtum humiliat exaltetur. Tertio quia
paupertas diſponit ad praedictum modum iudicādi. Ex hoc
em̄ ꝙ aliquis recte iudicare & ſententiare dicetur: requiritur
ꝙ cor habebit edoctū omni diuina vtute: & qa alijs potens
erit manifeſtare. In progreſſu aūt ad pfectionem primū qd'
relinquendum occurrit ſunt exteriores diuitiae: qa haec ſunt
vltimo acquiſita: qd' aūt eſt vltimū in conſtructione eſt pri
mū in deſtructione. & ſic paupertati reſpondet iudiciaria po
teſtas: inquantum eſt prima diſpoſitio ad poteſtatem prędi
ctam. Sciendū tertio ꝙ nō quibuſcūq; pauperibus tribuitur
iſta iudi-



iſta iudiciaria poteſtas aſſeſſorie. Nec etiam ex hoc ſolum ꝙ
voluntarie ſunt pauperes. ſicut Socrates & Diogenes. Sed il
lis q relinquētes oia ſequunt̄ Chriſtū ſm pfectionem vitae
ſm beatū Thomā. vbi. ſ. diſt. xlvij. art. ij. q. ij. Et ſm aliquos
tria requirunt̄ ad iudiciariā poteſtatē iſtā conſequendā. Pri

De trib⁹ q ad hāc iudiciariā ptātem requirūt̄.

mum eſt abdicatio curarū tēporaliū ne impediatur animus
a ſapientiae percaeptiōe. Secūdo requirit̄ habitus erga diui
nā iuſtitiā ſcitā & obſeruatā. Tertio ꝙ illam iuſtitiam alios
docuerit. Et ſic doctrina erit pfectio complens meritum iu
diciariae poteſtatis. Et q̄uis fuerit aliqui multum diuites vt
Abraā Dauid & huiuſmodi qui fuerunt maioris meriti vt
aeſtimari poteſt q̄ aliqui veri pauperes pfecti: non eſt incō
ueniens ſi hoc quaſi accidentale praemiū pauperibus detur:
vt iudicent alios q etiā ſunt excellētioris meriti quantū ad
praemiū eſſentiale. Nam & inferior poteſt iudicare ſuperio
rē nō ex ſua auctoritate ſed ſibi delegata. Ponit Albert. Ma

Septem gradus paupta tis ſm Albert.

gnus ſuper miſſus eſt: ſeptē gradus paupertatis. Quorū pri
mus eſt dare ſuperflua perſonae prout pſona ſonat indigni
tatē. ſm illud Tob. iiij. Da eleemoſynā & nō auertas faciem
tuā ab vllo paupe. Si multū fuerit tibi abundanter tribue: ſi
parū & illud libēter impartiri ſtude. Secūdus eſt dare ſuper
flua: nō ſolū perſonae ſed & naturae ſm illd' Lu. xi. Quod ſu
pereſt. ſ. naturae date eleemoſynā: & ecce oia mūda ſunt vo
bis. gloſ. praeter victū & veſtitū. Tertius gradus dare etiam
neceſſaria. glo. etiā valde neceſſaria cū proximis diuidam⁹.
Quartus eſt dare non ſolū ſua: ſed & ſeipm ſequendo Chri
ſtum pura intētione. ſ. ꝓpter deū. nō ꝓpter mundi gloriam
vt veri religioſi ſm illud. Si vis pfectus eſſe: vende omnia
quae habes & da pauperib⁹ & ſequere me. Mat. xix. Quint⁹
eſt paſſionibus ſedatis mente deo inhaerere. ſm illud ad Phi
lip. iij. Noſtra cōuerſatio in coelis eſt. Sextus gradus eſt relin
quere ſua & ſeipm & vltra hoc laborare proprijs manibus
vt neceſſitatē tribuat patiēti prout fecit Paulus apl's qui la
borabat proprijs manibus vt prouideret ſibi & ſuis de ne
ceſſarijs. ꝓut ipſe refert. i. Coꝶ. iiij. Septimus gradus eſt dare
omia & ſeipm ſpū & corpore & labore: vt paſcat proximū
cibo ſpūali doctrinae: qui gradus melior eſt priori. Nam vt
dicit be. Greg. Melius eſt reficere aīam ſemper victurā q̄ cor
pus moriturum. Et ad hunc gradum videtur pertinere pau
pertas cui dat̄ iudiciaria poteſtas quem gradū ponit beatus
Tho. ſ. in tertio mēbro immediate. Sciendū etiā ſm beatū
Tho. poſt bea. Aug. in. xx. de ciui. dei. ꝙ cū dicitur a Chriſto
ſeſſuros ſup duodecim ſedes: intelligendū eſt non ſolū duo
decim hoīes iudicaturos cū Chriſto: vt aſſeſſores. Cū em̄ lo
co Iudae annumeratus ſit Matthias cum vndecim apoſtolis
reliquis: vbi erit ſedes Pauli qui plus omnibus laborauit.
Sed per duodenariū numerū ſignificata eſt iudicantiū om
nium multitudo. propter duas partes ſeptenarij. ſcilicet tria
& quatuor. Nā tria ducta per quatuor & ecōuerſo cōſtituūt
duodecim. Septenari⁹ autē eſt numerus ſignificās vniuerſi
tatē. Nā oē tps currit p ſeptenariū hebdomadaꝶ. vel ꝓpter
hoc duodenariū ſignificat vniuerſitatē iudicātium: quia cō
ſtat ex duplici ſenario. & ſenarius eſt numerus perfectus ſi
gnificans vniuerſitatem: vel quia ad literam. xij. aplis loq
batur: in quoꝶ perſona hoc oībus eoꝶ imitatorib⁹ ꝓmitte
bat. Et p. xij. tribus Iſrael intelligunt̄ oēs fideles iudicandi.
Ex q̄tuor em̄ ptib⁹ mūdi: ſ. oriēte: occidēte: auſtro: & aquilo
ne: erunt fideles in fide trinitatis ſancti homīes iudicandi a
Chriſto & aſſeſſorib⁹ ei⁹ pfectiſſimis viris paupibus. vt de
claratū eſt. Tria em̄ repſentāt fidē viuā trinitatis & quatuor
partes mūdi. quatuor vt dictū eſt. & tria ducta p quatuor cō
ſtituunt nūerū duodenariū. Seruite ergo (ait Ps. ij.) dño in ti
more: & exultate ei cū tremore. ſ. initiali vel filiali: quia bea
tus vir q metuit dñm in mandatis ei⁹ cupit nimis. ait idem.

## §. VII. SEXTVM QVOD EST VALDE

Accuſatores in iudicio finali q erunt.

timendum in finali iudicio: eſt accuſatorum multiplicatio.
Quia em̄ iudiciū iſtud erit ornatiſſimū & ſm ordinē iuris:
vt ait Amb. iudicis nō eſt ſine accuſatore damnare. & ideo
dñs Ieſus Iudam cū fur eſſet non abiecit: quia accuſatus nō
fuit. ij. q. i. manifeſta. Erit igit̄ ī illo iudicio accuſator diabo
lus qui eſt peſſimus & calidiſſimus. de quo dr̄ Apo. xij. Pro
iectus eſt ī terrā ſcilicet īfernalē accuſator noſter ſathanas q
accuſabat fratres ante deum die ac nocte. Et beatus Auguſt.
ad Iulianū comitem ait. Prę̄ſto tunc erit diabol⁹ recitās ver
ba profeſſionis noſtrae obijciens nobis quaecūq; fecerimus
& in quo loco & in qua hora peccauimus: & qd boni tunc
facere potuimus. Dicturus em̄ ille aduerſarius. Equiſſime iu
dex iudica hunc meū eſſe ob culpā: qui tuus eſſe noluit per
grām. Tuus eſt per naturā: meus eſt ob miſeriā: tuus ob plaſ
mationē: meus ob ſuaſionē. tibi inobediēs: mihi obediens:
a te accaepit immortalitatis ſtolā: a me accaepit hanc panno
ſam qua indut⁹ eſt tunicā: tuā dimiſit: cum mea huc venit.
Equiſſime iudex iudica hunc eſſe meū & mecū eſſe damnan
dū. Heu heu poterit ne talis aperire os qui talis erit vt cum
diabolo deputet̄. Legitur in libro de ſeptē donis aedito a fra
tre Raymūdo ordinis Praedicatorū: qui aſſerit vidiſſe illum

Aq̄ fuerit edit⁹ liber de ſeptem donis.

epm cui contigit flebilis caſus iſte. Quidam eps cum egro
taret apparuit ei diabolus dicens ꝙ citabat eum ſumm⁹ pa
pa per eū: & aſſignauit ei diē quā ei noiauit: in qua vt dice
bat oportebat eū rationem reddere de adminiſtratiōe ſua.
Cui in die aſſignata viſum eſt ei ꝙ ipſe traheretur corā pa
pa in cauſa. & ꝙ diabolus qui ei apparuerat contra de eo pe
tebat ius a papa de adminiſtrationibus ſuis: quaſi. ſ. admini
ſtrauerat in officio prioratus qd' pri⁹ habuerat: deinde ab
batiſſatus qd' poſtea habuerat & demū in officio epatus: fue
rat em̄ niger prior albus abbas & poſtea eps. Cū autē requi
reretur de officio priorat⁹: & neſciret reddere rationē & poſt
ea de officio abbatiſſatus: in qua reſpōſiōe magis deficiebat
& poſtea maxime in rñſione de epatu. Cum ergo deficiēs in
reſpōſione peteret aliā diē ſibi aſſignari: allegans ꝙ nō fue
rat in dicta reſpōſione praemeditatus: aſſignatur ei alia dies
perēptorie illi diei valde ꝓxima in qua debebat iudex pro
cedere ad ſniam diffinitiuam. Cum autem anxius ſuper hoc
eiularet fortiter ad clamorē eius cōuenit familia eius: cū au
tem hoc indicaſſet pluribus die ſequenti apparuit ei diabo
lus qui prius ei apparuerat: vrgens eū ad veniendū coram
ſummo iudice pro ratione reddēda. Qui cū nondū ſe para
tū clamaret & ei⁹ aſpectū horreret: & diabolus eū ad hoc ma
gis vrgeret inuitū: oībus aſtātib⁹ ſurrexit de lecto in quo ia
cebat volēs effugere demonē. Cū aūt fugeret cū impetu im
pegit in colūnā: petēs inducias & eliſo in eo capite cecidit
& expirauit. Secūdus accuſator eoꝶ erunt ſancti homines a

De ſecūdo accuſatore.

quorū cōſortio peccantes receſſerunt. vel quos in praeſenti
cōtumelijs affecerūt vel iniurijs: vel quoꝶ feſta fregerūt vel
quorū loca profanauerūt. Vnde dr̄ Sap. v. Stabunt iuſti in
magna conſtātia. ſcilicet ad accuſandū aduerſus eos qui ſe
auguſtiauerūt: et q abſtulerūt labores eoꝶ. Videntes autem
ſ. reprobi turbabuntur timore horribili. Et Apoc. vi. dr̄ ꝙ
ſancti clamant. Vſq; quo dñe ſauctus & verus nō iudicas &
vindicas ſanguinem noſtrum ab his qui ſunt in terra. Et di
ctum ē illis. Suſtinere modicū donec impleat̄ nūerus fratrū
veſtroꝶ vſq;. ſ. ad iudiciū. Ad hoc etiā facit qd' narrat Gre.
Turoñ. videlicet ꝙ duo neq̄ preſbyteri. cū conſpiraſſent cō
tra ſctm̄ Sidoniū Aluernoꝶ epm. Alter eorū egeſtiōes emi
ſit. ſicut Arrius haereſiarcha ſubito. Et viſus eſt a ſummo iu
dice accuſatus a ſancto Sidonio damnari: vinciri: et in imis
carceris in anguſtijs detrudi. Alius vero cum mortuo beato
Sidonio ambitioſe et violenter occupaſſet epiſcopatum:
cū inuitaſſet ciues ad cōuiuiū p picernā citatus a ſummo iu
dice cadente de manu eius calice ſubito expirauit. Tertius

De tertio.

accuſator erit totus mundus. Sap. v. Armabit creaturam. ſ.
ad accuſandū ad vltionē inimicoꝶ de⁹. bea. Greg. Si quaeris
qs te accuſabit. dico totus mūdus: offenſo em̄ creatore offen
ditur totus mundus. Chryſ. In illa die nihil eſt quod reſpō
deam⁹. vbi coelū et terra: aqua: luna: ſol: dies: et noctes: et to
tus mundus ſtabunt contra nos: ſcilicet ad accuſandum. Di
cerere poſſet terra ſi loqueret̄. Ego iſtos iniquos peccatores
ſuſtinui vt ſuper me ambularent. Ego eis dedi virides her
bas: pulcherrios flores: ſuauiſſimos fructus ex arborib⁹. Ani
malia plurima: metalla precioſa et lapides. vt cōmuni crea
tori ſeruirent et ipm ex his laudarēt. Et ipſi omnibus abuſi
ſunt. nō deo ſed ſuo vētri ſeruiendo: et iō a me abſorbeant̄.
Et aqua dicere poterit. Ego meipam praebui eis ī refrigeriū
cōtra aeſtus: in lotionē contra maculas. In materia ſacramen
torum contra peccata. In tranſitū per naues ad negotiandū.
Piſces in me natantes in cibū. At ipſi in malum vſi ſunt. &
ideo a me ſubmergantur. Aer etiam dicere poſſet ego dedi
eis ſpiramentū vitae pluuias auiū multitudinē innumerabi
lem. Et qa in his conditorē ſuū et noſtrū nō cognouerunt in

me ſuſpendant & ſuffocent. Ignis autē qa ſine calore meo viuere non potuiſſent: ſed ingrati de vſu meo fuerūt a me ſine cōſumptione exurant. Sol luna & ſtellæ ac cœli cœloꝝ: quia lumine noſtro non ſunt vſi ad quærendum lumē æternum, eo priuati perpetuis tenebris occupent. Et quia in ore duoꝝ vel triū ſtabit oē verbū. vt dr̄ Mat. xviij. Non deerūt teſtes in iudicio iſto. Et vnū quidē habebit ſupra ſe. ſ. deum Hiere. xxix. Ego ero iudex & teſtis dicit dn̄s. Mal. iij. Ero teſtis velox oībus maleficis: adulteris: ꝑiuris: &c. qui non ſolū eſt verus: ſed ipſa veritas: & nō ex auditu: ſed ex viſu. ad Heb. iiij. Oīa ſunt nuda & aperta oculis eius: nihilqꝫ ei ignotū. Vn̄ ipſe Chriſtus deꝰ & homo verꝰ iudex & teſtis. Nō ei repugnat in hoc iudicio vt in humano. ſ. vnā ꝑſonā ſimul eſſe iudicē & teſtē. qui veritas eſt & vt teſtis manifeſtabit occulta hoīm: vt iudex ſentētiabit. Et ſentētiādo exprobrabit peccatores. vt ait Chryſ. in hæc verba. Ego propter vos homo factus ſum: ꝓpter vos deluſus: alligatus: cæſus: & crucifixus. Vbi eſt tātarū iniuriarū mearū fructꝰ. Ecce preciū ſanguinis mei quē dedi in redemptionem animarum veſtraꝝ. Vbi eſt ſeruitus veſtra quam mihi ꝓ pretio ſanguinis mei dediſtis. Ego ſuꝑ gloriā meā vos habui cū eſſem deus apparens homo & viliorē me oībus rebus veſtris feciſtis. Nam oēm rem viliſſimā dilexiſtis ampliꝰ qꝫ iuſtitiā meā & fidē. hæc Chryſ. Scd's teſtis eſt intus. ſ. cōſciētia. ad Rom. ij. Teſtimoniū illis reddēte ꝯſciētia ſua: & cogitatiōibꝰ accuſantibꝰ & defendētibꝰ in die q̄ iudicabit dn̄s. Accuſantibꝰ. i. remordentibus: quo ſcilicet ad mala opera. defendētibꝰ. i. excuſantibus a malo quo ad bona opera. bea. Aug. xi. q. iij. ſenti. Sēti de Auguſtino quicqd libet ſola me in oculis dei cōſcientia nō accuſet. i. teſtificetur. Vbi notādum ſm̄ Tho. in. iiij. diſti. xliij. quæſt. vlti. ꝙ quia oportet ꝙ in omni iudicio teſtis & accuſator habeat eorum notitiā q̄ in iudicio verſant. in illo autē cōi iudicio oīa opa hoīm in iudiciū venient: ideo oportet ꝙ oīm ſuorū operū quiſqꝫ tunc notitiam habeat. Vnde conſciētiæ ſingulorū erūt quaſi quidā libri cōtinētes res geſtas ex quibus iudiciū ꝓcedet. ſicut etiā in iudicio humano regeſtis vtuntur hoīes. Et iſti ſunt libri de quibus Apoc. xx. dr̄. Aperti ſunt libri & alius liber apertus eſt qui eſt vitæ & iudicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erāt ī libris ſm̄ opa illorū. Et ſm̄ bea. Aug. xx. de ciui. dei per libros ſic apertos ſignificantur ſancti noui & veteris teſtamēti in quibus deꝰ oſtendet quæ mandata fieri iuſſiſſet. Sed per librū vitæ de q̄ ſubiungit intelligunt cōſciētiæ ſinguloꝝ quæ dicunt ſingulariter liber vnus: qa vna virtute diuina fiet: vt cunctis ad memoriā ſua facta reuocent. Et hæc vis inquātum reducet ad memoriā hoīm facta ſua liber vitæ dicitur. Vel aliter dici pōt & planius ꝙ per libros primos intelligant conſciētiæ ſinguloꝝ: & ꝑ aliū librū itelligat ſn̄ia iudicis in eius ꝓuidētia deſcripta. Reprobat Augu. xx. lib. de ci. dei. vt quod dr̄ de libris apertis intelligatur de aliquo libro materiali et materialibus literis ſcripto: quia nimis magnus eſſet liber ille in quo ſcripta eſſet oīa facta pura vnius hominis nedū oīm hoīm mundi: & nimiū tēpus requireret ad legendū ab oībus tantum librum. Sed intelligēdū eſt modo prædicto. Quāuis em̄ ſm̄ bea. Tho. vbi. ſ. multa merita vel demerita a memoria excidant: tamē nullū eorum erit quod non remaneat aliquo modo in ſuo effectu: qa merita quæ nō ſunt mortificata remanebūt in præmio quod eis redditur. Quæ autem mortificata ſunt manent in ingratitudinis macula: quæ augetur ex hoc ꝙ homo poſt per gratiam ſuſcæptā peccauit. Similiter & demerita quæ non ſunt ꝑ pœnitentiā deleta remanēt in reatu pœnæ quæ eis debet. Quæ autē pœnitētia deleuit manet ī ipſa pœnitētiæ memoria: quā ſimul cū alijs meritis in notitiā habebūt. Vnde in quolibet homine erit aliquid ex quo poſſit ad memoriā ſua opa reuocare: & tñ vt beatus Augu. dicit: principaliter ad hoc diuina virtus operabit. Tertius teſtis erit angelus bonus: & præcipue qui datus eſt vnicuiqꝫ ad cuſtodiā. de quo poteſt intelligi illud Iob. xvi. Ecce teſtis meus in cœlo: & conſcius meus in excelſis. Et illud reuelabunt cœli. i. angeli iniquitatem eius: ſcilicet teſtificādo ꝯtra peccatores de malis eorū. Quāuis aūt angeli nūc nō ſciāt cūctas cogitationes hoīm: tñ diuina virtute operante tunc ſcient. Nā vt dicit bea. Tho. in. iiij. di. xliij. q. vlti. In vltimo & cōmuni iudicio oportet ꝙ diuina iuſtitia omnibꝰ euidēter appareat quæ nunc in plæriſqꝫ latet. Sētentia autē damnātis vel præmiantis iuſta eſſe non poteſt niſi ſm̄ merita vel demerita proferatur. Et ſicut oportet ꝙ iudex & aſſeſſor iudicis merita cauſæ cognoſcāt ad hoc ꝙ iuſtam ſententiam proferant. ita oportet ad hoc ꝙ iuſta ſententia appareat ꝙ omnibus ſententiam cognoſcentibus merita innoteſcant. Vn̄ ſicut vnicuiqꝫ nota erit ſua p̄miatio vel dānatio & oībus alijs īnoteſcet ita oportet ꝙ ſicut quilibet ſua merita vel demerita reducet ad memoriā. ita etiā & aliena eius cognitioni ſubiaceāt. Et hæc eſt cōmunior & ꝓbabilior opinio q̄uis magiſter ſentē. in litera īducta diſt. xiiij. dicat contrariū. ſ. ꝙ peccata quæ deleta ſunt ꝑ pœnitentiam in iudicio alijs nō pateſiant. Sed ex hoc ſequeret ꝙ nec etiā pœnitentia de peccatis illis perfecta cognoſcat in quo multum detraheretur glīæ ſanctorū & diuinæ laudi: q tā miſericorditer ſanctos ſuos liberauit. Quia ergo omnia merita vl' demerita præcedētia faciēt aliquā qualitatē in gloria vel in miſeria reſurgentis: ideo exterioribus viſis poterunt cuncta in ꝯſcientijs videri ab oībus & angelis & hoībus. Et ex hoc angeli boni videntes aperte peccata malorū quātūcūqꝫ occulta: poterunt contra eos teſtificari vt dictum eſt: & præcipue diuina virtute hoc operante: vt ſententia iudicis omnibus appareat iuſta. Si quis vult ſaluare dictū magiſtri ſententiaꝝ poteſt dicere ꝙ peccata iuſtorū non venient in notitiā vt peccata ſed vt dimiſſa. Dictū eſt qa tres ſunt accuſatores & tres teſtes: ꝯſcīa: angeli & hoīes: conſequenter videndum eſt quō hoc erit ꝙ oīa merita & demerita ꝓpria & aliorum a quolibet vno intuitu videantur. Nam de dānatis dr̄ Sap̄. v. ꝙ intra ſe gemētes & pœnitentiam agentes dicent. Quid nobis profuit ſuperbia noſtra & iactātia diuitiarū? Et ſic deſcendunt ad particularia ſigillatim conſideranda. Et gloſa ſuꝑ illud Iob. viij. Induet cōfuſione. dicit ꝙ viſo iudice mala oīa ante oculos mētis verſabuntur. Iudex autem videbit ſubito. Et tñ phūs dicit in. ij. Topic. ꝙ non contingit ſimul plura intelligere. Circa hoc igit dicit beatus Tho. vbi. ſ. ꝙ duplex eſt opinio. Quidam enim dicūt ꝙ oīa merita & demerita ſimul aliqs videbit ſua & aliena in inſtanti. Quod q̄dem de beatis facile credi poteſt quia oīa ī vno videbūt. ſ. deo & ſic nō eſt inconueniēs ꝙ plura ſimul videant & intelligant. Sed de damnatis quorū intellectus non eſt ita eleuatus vt poſſit deū videre: & in eo omnia alia eſt magis difficile. Et ideo alij dicunt ꝙ mali ſimul oīa videbunt peccata ſua in genere: & hoc ſufficit ad accuſationem illam & teſtificationē quæ debet eſſe in iudicio vel abſolutionem. Non autem videbunt omnia ſimul deſcendendo ad ſingularia. Sed hoc non videtur conſonum dictis beati Auguſt. in. ij. de ciui. dei. qui dicit oīa mentis intuitu enumerabuntur. Quod aūt in gñe cognoſcitur nō enumeratur. Vnde poteſt intelligi via ſcilicet ꝙ ſingula cōſiderabunt non tamen in inſtanti: ſed in tēpore breuiſſimo diuina virtute ad hoc adiuuante. Et hoc eſt ꝙ bea. Auguſt. dicit ibidē: ꝙ mira celeritate enumerabūtur. Nec hoc eſt īpoſſibile: qua in quolibet paruo tempore ſunt infinita inſtantia in potētia. Et ſic qd' ait apl's. i. ad Coꝝ. xv. Omnes quidem reſurgemus: ſed non omnes immutabimur. In momento: in ictu oculi: in nouiſſima tuba. Tuba iſta vt dictū eſt. ſ. eſt virtus diuina ad reſuſcitandum. In momento dicit. i. in breuiſſimo tempore: & quaſi impercæptibili. non autē oēs immutabimur. i. de ſtatu miſeriæ ad ſtatū glīæ: qa non mali ſed boni tantum.

De teſtibus ī iudicio finali. ſ. ꝗ erūt.

Chriſtꝰ erit ī iudicio teſtis & iudex vñ.

libri cōſciētiæ ī iudicio quō &c.

Qualr merita & demerita videbunt.

## §.VIII. SEPTIMVM VALDE TIMEN

dum circa iudicium eſt ſn̄iæ iuſtiſſimæ irreuocatio. Voluntati em̄ eiꝰ (ait apl's) qs reſiſtit. q. d. nullus. In humanis iudicijs: quia iudex poteſt errare. ideo inuentum eſt remediū appellatiōis: per quā ſn̄ia lata pōt retractari & pluries: ſed per ſuperiorē. vt patet. ij. q. vi. per totū. Sed a ſentētia chriſti iſta appellari nō poteſt quia ſuperiorē non habet. Tum quia in notorijs a correctione & punitione criminū non releuat vt illa eſt: tñ qa errare nō poteſt. Vn̄ dr̄ extra de ſen. excō. a nobis. ꝙ iudiciū eccleſiæ fallit & fallitur: ſed iudiciū dei nec falli nec fallere pōt. Timeat ergo eū omnis terra: ab eo autem cōmoueantur oēs inhabitātes orbē. ait Pſ. Quamuis autem diſcuſſio illa finalis iudicij magis credat eſſe mentalis ſm̄. b. Aug. qꝫ vocalis. ſ. vt repræſentatis vniuſcuiuſqꝫ conſcientiæ meritis & demeritis: quilibet ex ſe videat q̄ iuſte iudicādus ad præmiū vel pœnā: tñ in prædicatione ad pp'los qui

Appellare ī iudicio finali q̄s nō poterit q̄re

Diſcuſſiones ī iudicio finali fieri q̄mō itelligitur.

cōiter



cōiter ſunt rudes: nec intelligere valent interiora & ſpiritualia niſi ꝑ exteriora & corporalia: magis etiam mouent. ideo magis cōgruit prædicare diſcuſſionē eſſe vocalē: & cū prædicto ordine q̄ ſolū mētalē. Et p̄cipue etiā qa nō reperit expreſſe contrariū ſcilicet qn poſſit ibi eē aliqua diſcuſſio vel increpatio: vl' dulcis ad ſanctos Chriſti inuitatio: etſi in breuiſſimo tpe: qa dicit. In momento qd' etiā referri poteſt ad ipſam generalē reſurrectionē. Et in euangelio etiam dicitur Mat. xxv. Tūc dicet rex his q a dextris erūt electis. Venite benedicti patris mei ꝑcipite regnū &c. Non ſolum autem diſcuſſio erit & retributio de operibus miſericordiæ corporalibus de quibꝰ fit mentio ibi. Eſuriui em̄ & dediſtis mihi mādūcare. Sitiui & dediſtis mihi bibere &c. quæ continētur in hoc vſu. Viſito poto cibo redimo tego colligo condo. Vltima tñ iſtarū ſeptē quæ eſt ſepelire mortuos non ponitur in euāgelio: quia minꝰ vtilis & neceſſaria: & qa hoīes ex ſe ad hoc inclinant. nō ſolū ex humanitate: ſed etiā ex neceſſitate ne remanentibus cadaueribus inſepultis aer corrumpatur: & alios inficiat: ſed etiam fiet diſcuſſio & retributio & magis de opibus quibuſcūqꝫ iuſtis: q̄ ſub illis cōp̄hēdunt ſpūaliter intellectis. Eſurit em̄ Chriſtꝰ ſalutē noſtrā & ſitit. Qui ergo ſe exercet in operibus bonis arduis iſte fameſcentē paſcit: q operibus bonis magis facilibus inſiſtit: hic potat chriſtū ſitientē. Faciliꝰ eſt em̄ bibere qꝫ comedere. Qui ergo iſta negligit chriſtū eſurientē. i. auide deſiderātē bona opera eiꝰ non paſcit: ſed famelicū dimittit. Similiter qui ignorantem docet viā ſalutis. hic paſcit vbo pane. ſ. vitæ & itellectus: & aqua ſapiētiæ ſalutaris potat. Quē nudū vides vtutibus manifeſte: & bonis monitis & exēplis habitibus virtutū cooperis: Chriſtū nudū veſtis. Si vagabūdū per diuerſos errores inuenis: & ad domū tuam eccleſiæ reducis: Chriſtum hoſpitē colligis. Si infirmū in via dei & imperfectū toleras & in infirmitatibꝰ eius prouides admonendo vel corrigendo orandū: infirmū chriſtū viſitas. Si in captiuitate poſitos obſtinationis eruis: vel in captiuitate purgatorij ſubuenis miſeris incarceratos redimis. Cum mortuo in peccatis ne infamia putreſcat vitia eius occultas: nec diuulgas indebite manifeſtando: mortuū ſepelis. Cōtraria agendo. ſ. diffamando peccatores: non iuuādo in purgatorij carcere detētos. & maxime de his legatis quæ ipſi fecerūt: non tolerādo infirmos ſed adiuuando ecōtrario ad infirmandū ꝑ mala exempla & ſuaſiones illicitas ad errores inducēdo: virtutibus ſpoliando alios bonis incitamentis & inſpirationibꝰ Chriſti non aſſentiendo: Chriſto per hæc ſubuenire recuſas: & ideo pœnas æternas formidare habes ſicut miſericordes miām glīæ. ſm̄ illud Pſ. cxi. In memoria æterna erit iuſtus: ab aud. ma. non timebit. Auditio mala erit illa quam audient reprobi cū audiēt Chriſtum dicentē. Ite maledicti in ignē æternum. Mala vtiqꝫ erit illis: quia nociua: ſed bona: quia iuſta. Quarto ſciendū iudiciū illud fore iuſtiſſimū. Vnde Pſ. ix. Iudicabit orbē terrarū in iuſtitia: & populos in æquitate. Septem ſiquidē modis peruertitur iudiciū. vt not. xi. q. iij. quatuor. Et quatuor ponit in textu beatus Grego. dicēs. Quatuor modis humanū peruertitur iudicium: timore: cupiditate: auaritia: odio & amore amicitiæ vel cōſanguinitatis. Addit glo. tres alios: ſcilicet imperitia ſeu ignorantia: nimia compaſſione miſeriæ alterius: rigoris ſeueritate. Sed nil horum poterit eſſe in Chriſto veridice. Nam quo ad primum nullum timebit. Nam vt dicit Iob. ix. Si fortitudo quæritur robuſtiſſimus eſt. Et Dan̄. vij. dicitur ꝙ antiquus dierū dedit poteſtatē filio hoīs venienti in nubibus. ſ. ad iudicandum honorem & regnum & omnis populus tribꝰ & linguæ ſeruiēt ei Et poteſtas eius poteſtas æterna quæ nō auferetur. Nullum ergo timebit: qa potentior oībus: ſed oēs eum timebūt. Pſ. lxxxix. Quis nouit poteſtatē iræ tuæ & præ timore tuo iram tuam dinumerare. Ira dei (ait beatus Hiero.) non eſt cōcitati animi furor vt noſtra: ſed iuſti ſupplicij cōſtitutio. de pœ. di. i. Chryſ. Plangent ſuꝑ ſe oēs tribus terrę: quia nec reſiſtēdi vtus ꝯtra eum: nec fugiēdi facultas ante faciē eius nec pœnitentiæ locus nec ſatiſfaciendi tempus. Ex āguſtia em̄ oīm rerum nihil remanet in eis pręter luctum. Cupiditate diuitiarum corrumpi non poterit iudicium Chriſti: quia ditiſſimus eſt. Mecum ſunt diuitiæ & gloria. ait ipſe Prouerb. viij. opes ſupernæ & iuſtitia. Et propterea mandauit dn̄s in veteri lege de iudicibꝰ. Nō accipietis munera a quoqꝫ: quia munera excæcant oculos ſapientū: & ꝑuertūt verba iuſtoꝝ. Vnde narrat Iuſtinus ꝙ cū Cyrus rex inſtituiſſet quēdā ad iudicandū. cum ſemel reperiſſet cupiditate pecuniæ corruptum & muneribus iniuſte iudicaſſe: fecit eum decoriari: & pellem eius fecit deſiccatam ponere ſuper ſellam. vbi filius illius iudicis ſedebat ad iudicandum loco patris: vt ſibi caueret a cupiditate munerū. Prouerb. vi. Non accipiet pro redemptione dona plurima. Bea. Aug. Expectatur dies iudicij ille æquiſſimus iudex: qui nulliꝰ potentis perſonam accipit: cuius palatium auro argentoqꝫ nullus ep̄s abbas vel comes corrumpere poterit. Et bea. Bern̄. Veniet dies illa ī qua plus valebunt pura corda qꝫ aſtuta vba. Ille enim iudex eſt qui non falletur verbis nec flectetur donis. Non ergo poterit iudiciū illud peruerti pecunia ſicut fit ſæpe in humanis iudicijs. Vnde dicit Iſido. in lib. de ſummo bono. Cito violatur auro iuſtitia: nullamqꝫ pertimeſcit reus culpam quam redimere numis æſtimat. xi. q. iij. pauper. Odio peruertitur aliqn̄ iudiciū dum. ſ. iudex odit reū: ſicut ip̄e dn̄s Ieſus iudex futurus odio Iudæorum iniuſte iudicatus & condemnatus eſt. ꝓpter quod dicit de eis ipſe per Pſ. Odio habuerunt me gratis. i. ſine cauſa & ratiōe. Sed deus iudex nullam ſuā creaturam odit. Dicit em̄ Sap̄. xi. Nihil odiſti domine eorū quæ feciſti. Nec obſtat qd' ait Salomon. ſcilicet altiſſimus odio habet peccatores: qa hoc refert ad eorū culpā non naturam quæ in ſe bona eſt. & hāc diligit deus: culpā deteſtat. Quō ei odio haberet quos tanta diligētia creauit: tanta benignitate gubernauit & ſupportauit: tāto labore crucis redemit? Vn̄ & eos exprobrans dicet ſm̄ Aug. Ecce manus quas perforaſtis. Ecce pedes quos ꝯfodiſtis. Ecce latus qd' aperuiſtis: & tñ intrare noluiſtis. ſ. per dilectionē veram. Dicuntur peccatores oīa hæc feciſſe: quia ꝓpter eorū peccata hæc paſſus eſt Chriſtus: Apoca. i. Dilexit nos & lauit nos a pc̄tis noſtris in ſanguine ſuo. Quarto iudicium contingit iniuſtum fieri propter amorem amicitiæ vel parentelæ. Et ſic Herodes vt placeret Herodiadæ vxori vel potius adulteræ: iniuſte iudicauit Ioannem Baptiſtam ad mortē. Et Herodes antipas occidit Iacobum & apprehendit Petrum ad idem. vt Iudæis placeret. Sed amicitia parentela vel preces nil ibi valebunt vnde virginibus fatuis quæ rogauerunt ſapientes vt darēt eis de oleo ſuo. Reſponderunt ne forte nō ſufficiat nobis & vobis. Ite potius ad vendētes & emitte vobis. Mat. xxv. Et be. Hiero. Cum ante tribunal Chriſti venerimus nec Noe nec Iob nec Daniel ſcimus nos poſſe iuuare. ſ. orōnibꝰ vel meritis: ſed vnuſquiſqꝫ onus ſuum portabit. xiij. q. ij. in præſenti. Nullus ergo ſanctorum quantūcūqꝫ amicitia vel parentela coniunctus in hoc ſæculo orabit pro damnato aliq̄ in illo iudicio: nec ipſa pijſſima virgo Maria mater miſericordiæ quæ nunc aſſidue interpellat pro nobis: quia cognoſcunt hoc deum nō velle. Et ſi per impoſſibile poſito rogarent: non exaudirentur. Prouerbio. vi. zelus & furor viri. i. Chriſti nō parcet in die vindictæ. ſ. iudicij: nec acquieſcet cuiuſqꝫ precibꝰ. Chryſ. Nec parentes pro filijs nec angeli pro hoībus intercedent. Quinto peruertitur iudiciū per imperitiā ſeu ignorantiā. b. Aug. Iudiciaria poteſtas hoc expoſcit vt qd' habet iudicare diſcernat. i. intelligat. de pœ. di. vi. qui vult. vltra medium. Iudex autē iſte oīa nouit. In ipſo em̄ vt ait apl's. ſunt oēs theſauri ſapiētiæ & ſciētiæ dei. Et ad Heb. iiij. Oīa nuda ſunt & aperta oculis eiꝰ. Leo pa. Iſta eſt ſciētia ſummi iudicis. Iſte tremēdus eius aſpectus. cui peruium eſt omne ſolidū: & apertum: oīe ſecretum: cui obſcura clarēt: muta reſpondent: ſilentium confitetur & ſine voce mēs loquitur. Vn̄ cōtra ipſius ſapientiam nil valebunt allegationes aduocatorū: ſophiſmata ph'orum: nec præclariſſima eloquia oratorum nec aſtutiæ verſutorū. ſm̄ em̄ bea. Tho. i. iij. ſen. Nouit Chriſtus etiā inquantū homo omnia quæ vnqꝫ fuerunt ſunt & erunt in actu. Vn̄ & oēs operationes humanas cogitationes & affectus malorū & bonorū: cum de his oībus hēat iudicare. Nō ergo per ignorantiā aliquā fiet aliq̄ iniuſtitia alicui: ſed regnabit rex & ſapiens erit (ait Hiere. ꝓpheta de eo) & faciet iudiciū & iuſtitiā in terra. Sexto peruertitur iudiciū cum iuſtitia per nimiam compaſſionem & miſericordiam: cū videlicet ex cōſideratiōe paupertatis vel familiæ alicuiꝰ reus nō punit vt decet. Vnde bea. Amb. xxiij. q. iiij. eſt iniuſta. Eſt īiuſta mīa de qua in lege diuina ſcriptū eſt. Non miſereberis illius. Saul qa ex mīa Agag' hoſtium

De qbꝰ in iudicādo finali diſcuſſio ſiue examinatio fiet.

Iudiciū puertit ſeptem modis.

Iniuſtū iudiciū fit ꝓpē odium.

Iniuſtū iudiciū aliqñ fit propter parētelam.

Aliqñ ꝑ īperitiā

Per nimiā cōpaſſionem.

tegē non occidit:offenſam incurrit:q̄a cōtra diuinā ſñiam
quæ hoc ꝓhibuerat ſeruari eũ fecit.Vñ & bea.Aug.c.ſeq̄n.
Ne amiſſo iudicio ſis in mala cauſa pauperi miſericors: cu-
ius ſi parcis ſaccello ꝑcutis cor:& tanto audaciorē reddis:q̄-
to videri tſibi iuſtũ fauere.Et bea.Gre.Qui dei iudiciũ ocu-
lis ſuis proponit ſemꝑ timēs & tremēs in om̄i negotio for-
midat.ne de iuſtitiæ tramite deuians cadat.Idem diſtĩ.xlv.
oĩs.Oĩs qui iuſte iudicat:ſtaterā in manu portat & in vtro-
q; penſo iuſtitiā & miſericordiā geſtat. Sic iudex Chriſtus
in ſuo iudicio miſericordiā præſtat iuſtis:remunerās vltra
meritum.Iuſtitiā reddens vnicuiq; mercedē ſ̄m ſuum labo-
rem & amorē.pc̄tōribus ſil'r iuſtitiam puniēs ſ̄m demerita.
miſericordiā crucians citra cōdignũ.Non tñ ita miſeret̄ ꝙ a
pœnis æternis liberet vnq̄:vt Origenes & quidā alij dixe-
rũt & falſo:quia eſſet iniuſta mīa & iuſtitia eſſet ſepulta:ſed
miſericors & miſerator & iuſtꝰ.ait pſ̄.Septimo offenditur
in iudicio ex nimia ſeueritate cum punit mala quis vltra de
bitum iuſtitiæ.puta meret̄ q̄s mēbri amiſſionē ex malefi-
cio & eum condemnat ad mortē.Sed deus iudex vt oĩm reꝝ
ita & ſuppliciorꝝ & grauitatē peccatorũ habet & nouit men
ſurā:& vnicuiq; reddet ſ̄m opera ſua mala menſurā conue-
nientē pœnæ correſpondētē grauitati culpæ.Et licet in ip̄o
iudicio ſeueriſſimꝰ appareat:hoc erit reprobis.Nam electis
totus benignus & dulcoroſus:ad qđ innuendũ angelꝰ qui
ad monumētũ nuntiauit Chriſti reſurrectionem erat aſpe-
ctus eius vt fulgur:& veſtimēta eius vt nix alba:quia vt di
cit ibi Greg.Chriſtus in vltima vniuerſali reſurrectione vt
fulgur exterrens ſeueriſſimꝰ reprobis apparebit:electis ſua
uis & decorus vt nix alba.Albedo em̄ multũ habet de luce.
Malach.iij.Quis ſtabit ad videndũ eũ:ipſe quaſi ignis.Iudi
cabit ergo dñs in iuſtitia & æquitate. Dicitur autem æq̄tas
rigor iuſtitiæ:dulcedine miſericordiæ temperatus: & ſic nō
erit neq; tanta ſeueritas vt tollatur omnis miſericordia eiꝰ:
vt dictũ eſt:nec tanta miſericordia vt tollatur iuſtitia: quia
indebita eſſet.Quinto aduertendũ ꝙ terribilis & ſeuerus ap
pareat reis iudex iſte:apparet ex prolatione ſententiæ cōtra
eos cũ dicet.Diſcedite a me maledicti in ignē æternum q̄ pa
ratus eſt diabolo & angelis eiꝰ.Matth.xxv.Diſcedite(ait)ſe
parati a conſortio ſanctorũ:Qui vt dicit Eſa.xxxv.Gaudiũ
& lætitiā obtinebunt quo ad corpus & aīam: & fugiet ab
eis dolor quo ad miſerias corporis:& gemitus quo ad triſti
tiam mentis.Exibunt em̄ angeli in conſummatione ſæcu-
li(ait Chriſtus)& ſeparabunt malos de medio iuſtorꝝ.Mat.
xiij.Diſcedite a me qui ſum fons vitæ:veritas prima:ſapiē-
tia ſumma:bonitas vel benignitas immenſa:gaudium ꝑfe
ctiſſimũ:pax infinita:gloria æterna.Eſa.vlti. Tollatur im-
pius ne videat gloriā dei.Maior eſt hæc pœna ſubtractiōis
ſcilicet viſionis dei omni gehēna:ait Chryſ.Diſcedite a me
maledicti:ideo maledicti q̄a maledicti q̄ declinant a manda
tis dei.ait Pſ̄.Et quia tranſgreſſi eſtis mādata legis diuinæ:
ideo incurriſtis omes illas maledictiones peſſimas declara
tas in Deut.contra tranſgreſſores legis. Et q̄a afflixiſtis me
in decimis & primitijs:ideo in penuria oĩs boni vos male
dicti eſtis.vt dr̄ Malach.iij.Nam ſi quid boni feciſtis nō de-
diſtis primitias.ſ.intentionis rectæ:quod eſt primum in
fructibus operũ noſtrorꝝ deo:ſed mūdo faciēdo bona non
ad dei gloriā:ſed mūdi.Nec decimas dediſtis:vt.ſ.quod ꝑ-
fectum eſt in actibus vr̄is deo attribueritis: ſed vobiſipſis
retinuiſtis iō in penuria boni maledicti eſtis. Et quia male
dixiſtis Iſrael.i.fidelibꝰ eccl'iæ detrahēdo:irridendo:nocen-
do:malis exēplis ad mala opera inducēdo.ideo icurriſtis im
ꝓcationē Iſaac dicētis.Qui maledixerit tibi maledictionibꝰ
repleatur.Geñ.xxvij.Diſcedite ergo a me maledicti.Et quo
ire debeant ſubditꝰ in ignē.Diſcedite a me maledicti i ignē
æternũ:q̄a ignis cupiditatis exarſit in cor veſtrũ vt oīa terre
na magis dilexeritis q̄ me & iuſtitiā meā.Ideo ite i ignē ter
reſtrem qui etſi vilius cruciet aīas & corpora veſtra: & quia
igne concupiſcentiæ conſumpti eſtis:voluptatibꝰ vos im-
mergēdo.ideo in ignē ite q̄ ita vos affligat vt tædeat vos&
pœniteat ſed inutiliter delectationũ veſtrarum. Et quia cũ
ſupcecidit ignis malus nō vidiſtis ſolē rationis & iuſtitiæ:
iō & nũc ignis q̄ in ſe eſt lucidus ita ſit fumoſus & fetulētꝰ ꝙ
beata ſeraphin.qui non ceſſant clamare vna voce dicentes. Sctūs Sctūs Sctūs dn̄s de⁹ ſabaoth. Hoc refert Eſa.audiſſe.ſ. ſeraphin clamantia,Sctūs &c.ante thronum diuinæ maieſtatis.Eſa.vi.Et quid eſt iſte clamor:quædam admiratio cū reuerentia circa myſterium ſcilicet trinitatis.Et vt ait Bern̄. Trinitatē perſonarum in vnitate eſſentiæ quærere ſcilicet curioſe & per ratiōes temeritas eſt:ſcilicet in vita præſenti. Credere pietas eſt.Noſſe:vita æterna eſt.Equidē cum dominus mittere vellet Moyſen ad filios Iſrael ad ſignificādum eis ex parte ſua ꝙ volebat liberare eos de ſeruitute egyptiaca.dixit moyſes domino.Si interrogauerint me filij iſrael quis eſt qui mittit te:& quod eſt nomen eius . quid dicam? Reſpondit dominus.Ego ſum qui ſum.hæc dices filijs iſrl'. Qui eſt miſit me.hoc eſt nomen proprijſſimū dei:quod nulli alij conuenit.Nam cum omnis creatura mutetur ſaltē cogitatione & affectiōe etiā angelica:qa modo vnū:mō aliud cogitat.& dū cogitat aliud q̄ prius:iam non eſt illud quod prius:qa mutata eſt.Propter qđ dr̄ Eccl's.i.Oīa vanitas ideſt ſubdita mutabilitati:ſolus de⁹ eſt:quia ſemper eſt id quod nec vlla cogitatione vel affectiōe mutatur.Malach.iij. Ego deus & non mutor:& pſ̄.c.i.Tu autem idem ipe es.& Boeti⁹ Stabiliſq; manēs das cūcta moueri.Vn̄ & Ariſto. cum alijs phis vocauit deū cām primā & cām cauſarū: quæ immota mouet alias cauſas,vnde be.Bern̄.in.v.de conſideratiōe ad Eugenium.Quid eſt deus?Reſpondit.Qui eſt.Merito nihil cōpetentius certificat quid deus eſt.Si em̄ bonum:ſi magnū ſi verū:ſi ſapientem dixeris:vel aliquid aliud:in hoc verbo inſtaurat qđ eſt.Nēpe hoc eſt ei eſſe:qđ oīa hæc eſſe.Si cētū milia addas non receſſiſti ab eſſe. Si ea dixeris nihil addidiſti.Si non dixeris nihil minuiſti.Quid eſt deus ſine quo nihil eſt tam ſine ipo eſſe:q̄; ipſe ſine ſe eſſe non poteſt.Ipſe ſibi:ipſe oībus eſt.Et per hoc quodammodo ſolus eſt: quia ſuum eſſe:& oīm eſſe eſt ſicut oīa in ipſo:& ipſe in oībus eſt cui ſæcula nō acceſſerūt nec coæternū.Ex quo oīa per quem oīa:in quo oīa.Non eſt in deo niſi de⁹:qđ habet hoc eſt. Et ideo ſumme timendus eſt.pſ̄.xxxiij.Timete dn̄m oēs ſcti eius:qm̄ nihil deeſt timētibus eū.qm̄ qui deum timet eū habet.Deus autem eſt omne bonū:& ideo nihil deeſt timentibus eum.Et genus cum ſimus dei(dixit quidam poeta: vt iducit Paulus in ſua p̄dicatione:vt habet in lib. Actuum) in ipo viuim⁹:mouemur & ſumus.bea.Ber.ſup Cāti.Deus nō lōge eſt ab vno quoq; noſtrū:qui eſſe oīm eſt:ſine q̄ oīa nihil ſunt.Sed vt magis mireris.Nihil eo eſt præſentius nihil eo incōprehēſibilius.Quid eſt em̄ vnicuiq; rei p̄ſentius q̄; eſſe ſuū:qd incōprehenſibilius q̄; eſſe oīm?Sane eſſe oīm dixerim deum:non ꝙ illa ſint q̄ deus eſt:ſed quia ex ipſo:ꝑ ipſum & in ipſo ſunt oīa.Item oīm factor:a quo ſunt oīa facta.hæc ille.Et ideo debemus timere ne peccando ſe ſubtrahat a nobis:& nihil ſimus.Nā pc̄tm̄ dr̄ nihil ſm.b.Aug. quia.ſ.nō eſt aliqua natura:& nihil fiūt hoīes.i.merētur annihilari cū peccāt:vl' nihil ſunt in eſſe ſpūali qđ ē ꝑ grām.

De⁹ dr̄ cā cārū ſm Ari.

Actuū xvij.

Exēplū

Legitur de quodam tyrāno ꝙ cū multa mirabilia audiſſet dici de deo:vocauit ad ſe phm̄ doctiſſimū qui talia dicebat: mādans ei vt oīno ſibi declararet quid eſſet iſte deus. Rn̄dit phūs.Rem eſſe difficillimam:& ideo multo tēpore egere ad ipſum oſtēdēdū.Dedit ſibi multū ſpatiū tpis:poſt quod illud ſibi demonſtraret:Adueniente autē termino conuento cū q̄reret a phō reſponſionē.dixit ille ſe adhuc non potuiſſe inuenire:immo adhuc plus tpis indigere.Qui & aliū terminum prolixum ei prorogauit:& cum ſemper in fine termini aliud adhuc poſceret.dixit tyrannus. Me irrides . At ille. Non irrideo priceps.Sed quanto plus de eo cogito ad inueniendū tanto magis immenſitatem maieſtatis video ineffabilem eſſe:nec poſſe attingi ad eum diffiniendum.

De⁹ ē timēd⁹ timore reuerētiali.

## §.II.SECVNDO TIMENDVS EST DEVS

timore reuerētiali ꝓpter eius potentiæ immenſitatem.Vnde cū dn̄s dixiſſet.Deut.x.Quid deus petit a te niſi vt timeas eum.Et quaſi rōnē huius timoris aſſignans Moyſes ait.Ipe em̄ eſt deus deorū & dn̄s dn̄antium:deus magnus potens & terribilis.& Eccli.i.Vnus em̄ eſt deus oīpotens rex potēs & metuendus nimis.Iob.xlij.Scio dn̄e quia oīa potes & Heſter.xiij in ditione tua dn̄e cuncta ſunt poſita:& non eſt qui reſiſtat maieſtati tuæ.Poteſt autem de⁹ oīa niſi quæ important defectū indecētiā vel ɔdictionē.ſm be.Thom.in ſum. qa hmōi poſſe ꝑtinet ad defectum potētiæ.vn̄ deus peccare nō pōt:qa ſm Aug,Solus ille dr̄ oīpotēs ſcilicet de⁹: q cum omnia poſſit peccare non poteſt:quia peccare poſſe non eſt aliquid poſſe:ſed impotentiæ.de pœni.diſt.ij.in fi . Similiter ambulare per ſe non poteſt:nec eſurire nec comedere: qa hæc conueniunt corpori:nec decent iſta ſpm̄:cū & ſpūs exiſtat deus,Ioan.iiij.Habet tn̄ & dat virtutem creaturis huiuſmodi faciendi. Similiter cum dicit bea.Hiero.Cum oīa poſſit deus,hoc non poteſt.virginem ſuſcitare poſt ruinam: vt ſcilicet ſit virgo integritatē carnis habens cum ſit corrupta. hoc em̄ implicat contradictionem: ꝙ ſit aliqua virgo & nō virgo.poteſt tamen coronare corruptā.ſ.pœnitentem & dare ſibi aureolam virginitatis:& carnem reitegrare. Et q̄uis omnipotentia patri attribuatur per appropriationem. tamen non ſolum omnipotens pater:ſed omnipotens filius omnipotens ſpiritusſanctus.Nec tres tamen oīpotētes : ſed vnus omnipotens.inquit Athanaſius.Et vna eſt omnipotentia.Eccli.iij.Magna potentia dei ſolius & ab humilibus honoratur.Hæc autem omīpotentia dei manifeſtatur in cūctorum creatione.In impiorum iuſtificatiōe & gloriatiōe. In miraculorum operatione.Quātum ad creationem dicit. Qui viuit in æternū creauit oīa ſimul.Viuit in æternum ſolus deus q ſol⁹ cūcta creauit.Creare eſt de nihilo aliquid facere quod requirit infinitā potētiam.Nulla autem creatura habet potentiā niſi finitā.nec poteſt operari niſi in præiacētem ſeu p̄ſuppoſitā materiā.ſicut faber cultellū facit ex ferro p̄exiſtēte.Nec etiā natura operatur in inſtanti ſicut deus: ſed ſucceſſiue.deus autē creauit oīa ſimul in principio mundi.Nec obſtat qđ in.i.c.Gen̄.dr̄. deum in ſex diebus creaſſe diuerſa genera rerū:qa Moyſes loquebatur populo rudi:q de operibus imaginat deū opari ad modū hoīm. homines autem vt apparet nō faciunt plura ſimul:ſed vnum poſt aliud:& ideo ſm capacitatē illorū dixit deum illa in pluribus dieb⁹ feciſſe ſm bea.Augu.vel dr̄ deū creaſſe oīa ſimul q̄tum ad materias rerū & formas ſubſtantiales:ſed in illis ſex diebus additæ fuerunt illis rebus creatis quædam proprietates accidentales reſpectu cui⁹ dicunt factæ in illis reb⁹ ſm be.Tho.in ſumma.vel ſic ſm.b.Greg.& Bedam fuerunt factæ ſucceſſiue totaliter ꝑ interualla illorū dierū:tunc intelligitur creaſſe oīa ſimul in mēte ſua idealiter qđ fuit ab æterno.Scđo apparet dei oīpotentia in iuſtificatiōe impiorum. hoc.ſ.iuſtificare(dicit be. Aug.)maius e ē q̄ creare cœlum & terrā.i.melius.Potior em̄ eſt gratia q̄; natura.Natura eſt data in creatione rebus:grā datur in iuſtificatione hominibus q̄ habiles facit ad gloriā diuinæ fruitionis:ad quam inducere non poteſt tota virtus naturæ.Hoc autem.ſ.iuſtificare eſt ſolius diuinæ potētiæ infinitæ.Nam per iuſtificationē tollit culpa mortalis quæ hēt debitū pœnæ infinitæ extenſiue ideſt perpetuæ:qa ɔtra bonū infinitū.Et ſilr ɔferre gratiam quæ eſt valoris infiniti:quia ɔducit ad infinitum præmiū. Oīs autē creatura eſt virtutis finitæ in ſe.& iō nulla pōt producere effectū infinitū.ſ.remittere culpam & dare gratiam. Vnde Ioānes Baptiſta ait.Potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios abraæ.Mat.iij.i.infideles & quoſcumq; induratos vt lapis in peccatis:iuſtificare & ratiōabiles facere imitatores fidei & virtutum Abraæ:cui & filijs fuit facta promiſſio terræ promiſſionis.Nec obſtat qđ ait Chriſtus Mat. ix,Filius hominis habet poteſtatem in terra dimittēdi pctā. nā filius hoīs eſt filius dei.& in quātum deus pōt dimittere pctā & iuſtificare : qa virtute deitatis:non virtute humanitatis.Tertio apparet eius omnipotentia ex miraculorum opatione.Deus em̄ qui creauit oīa:etſi omnib⁹ dedit certas virtutes & proprietates:& vt cauſis ſecundarijs poteſtatem producēdi quoſdam effectus naturales . Retinuit tamē ſibi poteſtatem agendi ad placitum in rebus ſupra curſum conſuetum naturalis virtutis.Et hac poteſtate vtitur in miraculis.Non em̄ habet natura vel aliqua creatura poteſtatem reducendi priuationem ad habitum : vt ꝙ mortuus ſuſcitetur:cæcus videbat mut⁹ loquatur: ſurdus audiat:& ꝙ ſol firmet in cœlo ſicut ſub Ioſue:vl' reuertatur retro:ſicut ſub Ezechia vel fit eclipſis ſolis in luna quintadecima ſicut in paſſiōe xp̄i & alia inūera.Hoc fieri nō p̄t a creatura:ſed ſolū diuīa potētia q̄ miracl'a de⁹ inūera fecit in varijs tpib⁹ ad cōfirmationē fidei per ſe & ꝑ ſctōs ſuos.nō ꝙ ipſi ſancti ꝟtute ſua hoc facerēt:ſed virtute dei vt inſtrumenta ducta ab eo.

ɔcordat. glo.i.c. ſi pau. apl's in ꝟbo ſuſcitare. xxxij.q. v.

Dei oīpotētia in trib⁹ manifeſtatur.

vnde



vn̄ orōne p̄miſſa ad deū quē cognoſcebant auctorē eorum. Omniū autē miraculorū maximū ipſa vnio diuinitatis cū noſtra hūanitate in vnitate perſonæ.Ad hoc vt canit eccleſia.Tremunt videntes angeli verſa vice mortalium culpat caro:purgat caro:regnat deus dei caro.Quod pauet cœlum ſtupet terra:omnis creatura miratur etiam cœleſtis:vſus nō obtinet:ignorauit ratio:mens non capit humana. ait beat⁹ Hierony.In hoc myſterio implet̄ incarnatiōis repræſentatio in ſacro euchariſtiæ.vbi dn̄s fecit memoriā mirabilium ſuorꝝ:eſcam dādo timētib⁹ ſe.timore initiali . Videntes ergo turbæ miracula(vt dr̄ Mat.ix.)timuerunt dicentes vidimus mirabilia.Dicebat Philippus rex Francorꝝ(vt habetur in libro de ſeptē donis)cū audiret tonitrua magna & tremeret.Recte iſte eſt dicendus rex potentiſſimus : qui ſolo nutu ſuo facit alios tremere & timere.pſ̄.ciij. Qui reſpicit terram & facit eam tremere.

De⁹ timetur a ſctis & āgelis timore reuerētiali.

## §.III. TERTIO TIMETVR DEVS A SAN

ctis etiam patriæ & angelis timore reuerentiæ ꝓpter ſuam immēſam ſapiām.Semp in mundo apud quaſcūq; natiōes ſapientes in quacumq; facultate habiti ſunt in timore,reuerentiæ a principibus & ppl'is.vn̄ & Sap̄ . viij. dicit ſapiens. Habebo ꝓpter hāc ſapiam claritatē ad turbas & honorem apud ſeniores.Facies principum mirabuntur me & ĩfra.Timebūt me reges horrēdi audientes & in multitudine bonus videbor:& in bello fortis.Quod totū per exēpla patet. Nā Ioſeph filius Iacob venditus in ſeruū:& poſtea opprobrioſe incarceratus. Demū propter ſapientiā diuinam quæ reperta eſt in eo exponens ſomnia prophetica Pharaoni de futura fame per ſeptem annos:ac prudentia prouidens:exaltatus fuit mirabiliter ſaluator nuncupatus:& habit⁹ in timore & reuerentia apud fratres & alienigenas.Sic Moyſes propter ſapientiam ſuam apud egyptios & apud hebræos reueritus omnes metuere faciebat. Sic Daniel cum Anania Azaria & Mizaele pleni diuina ſapientia in ſumma reuerētia erant apud Darium & alios principes.Ariſtoteles in philoſophia ſapientiſſimus habitus eſt in timore & reuerentia apud Alexandrum:& ſic de alijs.Sed quia omnis ſapientia a domino deo eſt.& cum illo fuit ſemper & eſt ante æuum. Eccl'i.i.Et omnis ſapientia huius mūdi ſtultitia eſt apud deum:ideſt in comparatione diuinæ ſapientiæ ignorantia eſt ideo ſumme metuendus eſt & reuerendus deus propter immenſitatem ſuæ ſapientiæ.Vnde dicitur Eccl'i.i.Arenā maris pluuiæ guttas & dies ſæculi quis dinumerauit? q.d.nullus.Altitudinem cœli & latitudinē terræ & profundū abyſſi quis dimenſus eſt.q.d.nullus.Sed tanta eſt ꝓfunditas diuinæ ſapientiæ:vt omnia iſta dinumeret & ſciat & guttas aquæ maris & grana arenæ:& capillos capitum :& frondes arborum:& cogitationes & affectus hominum omnia diſtincte nouit in ſapientia ſua.Oīa quæ facta ſunt & q̄ fiunt & q̄ erunt circa act⁹ hoīm interiores & exteriores omnia anima chriſti nouit:in quo ſunt oēs theſauri ſapientiæ & ſciētiæ dei.diuinitas autē eius cū patre & ſpūſancto vna nouit non ſolū creata quæcūq;:ſed etiā infinita alia q̄ de⁹ pōt facere quæ tamē nō faciet.Magnus igitur dn̄s & magna virtus eius:& ſapiētiæ eius non eſt numerus.ait pſ̄.Et oculi dn̄i lucidiores ſole(vt dr̄ Eccl'i.xxiij.)circunſpicientes omnes vias hoīm & ꝓfundū abyſſi & corda hoīm.Et ideo vt ait be. Hiero.Oīa q̄ faciūt ſancti in cōſpectu dei faciūt:ſiue comedāt ſiue bibāt:ſiue aliud faciāt.de pœni.di.i.& venit.Et vidēt.i.cōſiderāt deū oīa facta eorū ſcire:& ideo timēt & reuerētur ſicut & q̄libet timet & erubeſcit corā ſapiēte viro peccare.vn̄ & Boe.in de phi.ɔſola.in fine ait.Magna eſt vobis indicta neceſſitas ꝓbitatis: cum agatis ante oculos iudicis cuncta cernentis. Et ſi vis ſcire notabilitates huius ſapientiæ:nota ꝙ hr̄ Sap̄.vij.vbi dr̄.Eſt in illa ſapia ſpūs intelligētiæ ſanctus:vnic⁹:multiplex:ſubtilis:mobilis:diſcretus:nobilis:coinquinatus:certus:ſuauis:amans bonū:acutus : qui nullum vetat benefacere:humanus:benignus:ſtabilis: certus:ſecurus:omnem habens virtutē:omnia proſpiciēs quæ capiat oēs ſpūs intelligibiles &c.Et qa ſapientis eſt ordinare ex maximo ordine vniuerſi qui nunq; deficit oſtenditur maxima ſapia eius:pſ̄.cxlviij.Statuit ea in æternū quæ creauit:permanētia in ſæculū ſæculi.i.ſemper duratura:p̄ceptū poſuit & nō præteribit.Iſtud p̄ceptū eſt naturalis inclinatio & ordinationis diuinæ executio q̄ nunq; deficit.Sed qđ mirabilius & incōprehēſibilius eſt:cū homo vel angelus q̄cūq; ſapiētia ſua nō videat actu & intelligat:niſi vnum diſtincte in vna applicatione intellectus ad cognoſcendū:nec illud qđ intelligit ſit ipſe intellectus:ne intellectiua potentia ſit eſſe eius:ſed diſtincta realiter . Non ſic eſt de ſapientia dei:ſed oīa cognoſcit diſtincta vnico actu ītellectus: nec intellectus eius vel intellectu ab eo prout eſt in ipſo eſt aliud q̄ eſſe & eſſentia eius vna ſapientia ſicut & eſſentia in tribus perſonis q̄uis filio attribuatur per appropriationem. Eccl'i. i.Fons ſapientiæ verbum dei in excelſis . Timete ergo eum omnes angeli eius. ait pſ̄.

## §.IIII. QVARTO TIMENDVS EST

De⁹ ē timēd⁹ ꝓpter ipius bonitatem.

deus:& reuerendus propter ſuā ſummam bonitatē & bn̄uolētiā ſm Diony.Bonū eſt ſuijpſius diffuſiuū & cōicatiuum & q̄to bonū eſt maius:tanto magis eſt ſui cōicatiuum.ſicut etiā experientia hoc docet in bonis hoībus:qui bona ſua tēporalia vel ſpūalia vt doctrinā cōicant alijs.Deus igit̄ glīoſus cū ſit ſummū & infinitū bonū:volens ſuam bonitatem cōicare:mundū creauit cū innumeris creaturis cuilibet conferēs bonitatē aliquā ſm capacitatē creaturæ ipſius:adeo vt melior eſſe non poſſet in ſpecie illa.Dei enim perfecta ſunt opera.Deut.xxxij.ait Moyſes.Perfectum dr̄ cui nihil deeſt ad eius ɔpletum eſſe tale.Vn̄ & plato phūs.Quæ cauſa deo faciendi mundū.Et rn̄dit.Bonus eſt.bona fecit.q.d.Bonitas ſua induxit ad mundū faciendū.Et vidit deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona.Gen̄.i.Singula inquit be.Auguſt. in enchiri.bona.oīa ꝟo ſimul valde bona:qa ex his reſultat vniuerſitatis ordo.in quo id quod malum dr̄ loco ſuo poſitum bene ſtat:vt cōparatione ei⁹ eminētius ɔmēdat bona. Oppoſita em̄ ſm phm̄:iuxta ſe poſita magis eluceſcunt,q̄tū em̄ præſtat vituperationis conſideratio alicuius vitij:tanto exinde ſequitur maior commendatio & laus virtutis ſibi cōtrariæ.Sed & adeo potens & bonus eſt deus glorioſus.inq̄t idē.b.Auguſt.in enchiri.ꝙ nō permitteret aliquod malū eē in operibus ſuis niſi inde eliceret maius bonū.ad ꝑfectionē ſ.vniuerſi vt perſecutionē tyrannorū ad coronationē martyrū & hmōi.Spēs autē rerū ſunt ſicut numeri ſm phm̄ . In numeris autem hoc reperitur:quia numerus ſupior cōtinet inferiorem: & ad minus in vno excedit.Sicut denarius numerus cōtinet nouenariū & octenariū & alios inferiores: & ad nouenariū addit vnum:& ad octenarium addit duo.Nouem & vnū couſtituūt decem.Ita accidit in ſpecieb⁹ creaturarum.q̄libet ſpecies habet ſaltē vnū gradū eſſentialē bonitatis.Alia ſpēs nobilior illū gradū cōtinet in ꝟtute ſaltem: & addit aliū gradū bonitatis eſſentialem:al's eſſet eiuſdem ſpeciei:vt verbi grā.Lapis habet vnum gradum bonitatis eſſentialis:quia habet eſſe vt planta quæ eſt alia ſpecies vel genus creaturæ quæ habet vltra eſſe alium gradum bonitatis ſcilicet vegetari.aīal genus creaturæ nobilius habet vltra eſſe & vegetari aliū gradū bonitatis ſcilicet ſentire . Et cū animalia beſtiarū terræ volatiliū cœli & piſcium maris ſint innumerabilia.habent etam inter ſe diuerſos gradus: & bonitates eēntiales ꝑꝑ qđ differūt ſpecie.licet nobis ſunt ignoti.vnde vna eſt maioris bonitatis eſſentialis & nobilior altera ſicut mus perfecti⁹ animal muſca.muſcipula nobilior mure.canis perfectior muſcipula . equus perfectius animaal cane:& ſic de alijs.Homo vero vltra eſſe vegetare & ſentire habet alium gradum bonitatis eſſentialis naturaliter ſcilicet intelligere.Et licet omnes homines ſint eiuſdē ſpeciei natura.propter quod dicit Porphorius participatione ſpeciei omnes homines ſunt vnus homo: tamen ſunt valde differentes in bonitate accidentali gratiæ ſm quā collocantur poſtea boni in diuerſis ordinibus angelorum.ſm be.Gre.Perfectiōe autē grǽ maxim⁹ ſctūs in via eſt minor infimo oīm āgelorū btōꝝ:qa hic viator ille cōprehēſor: ꝓpter quod dixit chriſt⁹ de Io.Bap.Mat.xi.quo nemo maior inter natos mulierum . Qui minor eſt in regno cœlorum maior eſt illo.tūc nō erāt in regno niſi angeli . Angeli autē ſm Diony.&.b.Tho.in prima parte differūt non ſolū nūero ſed ſpecie vnus ab altero: ſicut differt equ⁹ a boue & bos a leone:& hmōi.Vnde oportet dicere ꝙ quilibet immediate ſupior hēt vnū gradū bonitatis eēntialē maiorē imediate ad iferiorē:& ſic etiā maiorē gradū bonitatis grǽ & glīæ.

Nota ſm Porphiriū ꝙ oēs hoies ꝑticipatiōe ſpeciei ſūt vn⁹ hō.

Habet ergo infimus angelus maiorē ꝑfectionē q̄ maximus
ſctũs in mundo.ſecũd⁹ maiorē ꝑfectionē prio āgelo.tertius
maiorē ſecũdo:& ſic de alijs.Et cũ āgeli infimi ordinis ſint
plures numero q̄ oẽs hoies mũdi:q̄ñ plures fuerũt:quia qli
bet habet āgelũ ꝓpriũ ad ſui cuſtodiã:cum ſint milia miliũ
quaſi innumerabiles:aſcendendo gradatim de gradu boni-
tatis vnius ad aliũ,maiorē per ſingulos angelos . Quis iam
valeat cõprehendere nedũ effari quot gradus maxime bo-
nitatis ꝑfectionis grãe & decoris habebit ſupremus in ordi-
ne angelorũ infimo aſcendendo ad alios ordĩes ſuperiores:
qui quãto ſunt in ordie ſuperiori:tãto ſunt in numero mul
to maiori ſupiori inferiori ordĩe ſm dñm Ioannē Dñici:qa
maior ꝑfectio ſine cõparatione eſt in ſpiritib⁹ q̄ in corpori
bus.Sed in corporib⁹ elementaribus & cœleſtib⁹ hoc oſtē-
ditur q̄ ſuperiora corpora ſunt notabiliter maiora q̄ infe-
riora ſicut in aqua maior terra:aer maior aqua:ſphera ignis
maior eſt aere.Primũ cœlum ſcilicet lunæ maius ſphera to-
ta elementari.Et ſecũdũ cœlum maius prĩo:& ſic de alijs:&
hoc quantũ ad quantitatē cõtinuã q̄ in corporib⁹ reperitur.
Et cũ quantitas cõtinua nõ ſit in ſpiritib⁹:videt̃ q̄ hæc ꝑfe
ctio quãtitatis debeat ſaluari ſaltē in q̄titate diſcreta : ideſt
numerali:vt ſuperior ordo ſit maior numero iferiori mlto
magis.Quãtus ergo & qualis erit ſupremus archangelus.q̄
excelſior ſuprem⁹ in ordine prĩcipatuũ:& ſic de alijs. Quid
ergo erit de ſupremo ſeraphin bonitatis: pulchritudinis:&
ꝑfectionis.Et qa ſup oẽs choros angelorum exaltata eſt btã
Maria mater dñi:multo maior bonitas & perfectio grãe &
gliæ reperit̃ in illa.Et ſine ꝯparatione in chriſti humanitate
permaxima.Non tñ ꝑuenies ad infinitã bonitatē & omnē
ꝑfectionē deitatis q̄ vna eſt ĩ p̃re filio & ſpũſancto.ita ergo
trinitas beata cõicauit gradus varios bonitatis in creaturis
q̄ nihil ab ea diminutum eſt:ſed om̃es illas ꝑfectiones ſine
mixtura alicui⁹ defectus.q̄ tñ mixtura eſt in creaturis ſibi re
tinuit & excellentiora.Cũ em̃ infinita bonitas:dulcedo:pul
chritudo & ſapiẽtia:& potẽtia eius nulli totum cõicauit: qa
creatura cũ ſit finita non eſt capax infiniti. In creaturis etiã
angelis & hoĩbus bonitas eſt accidentalis.vñ poteſt adeſſe
& abeſſe ſubiecto præter ſubiecti corruptionē. In deo autē
eſt eſſentialis & mutari non põt.ſicut nec eſſentia ſua.Et iõ
dixit chriſtus cuidã vocãti eũ magiſtrũ bonũ.Nemo bon⁹
niſi ſolus deus.ſ.ꝑ eſſentiã.Nã etſi oĩs creatura bona ſit: nõ
tñ ꝑ eſſentiã:ſed ꝑ accidēs additũ eſſentiæ.Et quia beati ap-
te vidēt illã infinitã bonitatē auerti ab ea non poſſunt: ſed
timore reuerẽtiæ ſubditi clamãt.Bñdictio & claritas & ſapiã
& gratiarũ actio honor virt⁹ & fortitudo deo noſtro.Apoc.
vij. Mittentes coronas ſuas ante thronum eius ex timore re
uerentiæ:admirantes immenſitatē bonitatis eius.Et quili-
bet etiam viator dicere hēt cũ pſ̃.lxv.Introibo in domum
tuã ecclĩæ militantis.adorabo ad tẽplũ ſanctũ tuũ eccleſiæ
triũphãtis in timore tuo.Bonitas em̃ virtutis eſt quæ maxi
me debet reuereri ſm etiam Ethnicos Ariſto.& alios.

## §.V. QVINTVM QVOD VALDE EST

De⁹ ē re-
uerēdus
ꝑp ipi⁹
infinitã
miam.

reuerendum in deo eſt quo ad ſuã infinitã pietatē & miam.
Nã ſm apl̃m pater eſt miſericordiarũ & de⁹ toti⁹ ꝯſolatiõis
Per effectũ & ꝓprietatē rei deuenit̃ in cognitionē cauſæ ei⁹
ſicut per fumũ deuenimus in cognitionē ignis. Om̃es autē
creaturæ ſunt quidã effectus primæ cauſæ ipſius.ſ.dei . Illa
aũt creatura clari⁹ nos ĩducit ĩ cognitionē diuinã q̄ melior
eſt & infinitati magis ꝓpinqua.hæc autē proculdubio mĩa
eſt.Quid em̃ p̄cioſi⁹ vita.Pellē ꝓ pelle.& cũcta quæ habet
hõ dabit ꝓ aĩa ſua.i.vita.Iob.j.Et tñ pſ̃.lxij.ait . Melior eſt
mĩa tua ſuper vitas.vtiq̄ ſuper vitas quaſcumq̄.Nam vita
carnis:vita tp̄is:vita aĩæ:vita gliæ:& ſi qua alia vita eſt:ex
mĩa dat̃ ab illo q nulli qcq̄ debet.Hęc ergo mr̃ vitarũ & ra
dix.Vñ ſeruata illa regula cõi.Propter qd' vnũquodq̄ & il
lud magis.Patet q̄ melior eſt mĩa ſup vitas. Sed ſi vita eſt
precioſior cũctis opibus:qa opes ordinant̃ ꝓpter ĩpam cõ-
ſeruandã:& mĩa ſuper omnē vitã.Reſtat vt mĩa eius ſit ſup
oĩa opa ei⁹.Præterea nõ ſolũ mĩa dei eſt p̄cioſa valde:& in
finitati ꝓpinqua:ſed & ipſa infinita.Nã iuxta verbũ Eccl̃i
ij.Scd'm multitudinē magnitudinis eius.ſic & mĩa eius cũ
ipſo eſt.Et ſi q̄rat̃ vtrũ mĩa dei ſit aliqd diſtinctũ a deo & ꝑ
ꝯñs creatura.Et ſi ipſa mĩa prout eſt infinita cõicatur creatu
ræ.Rñ.ad primũ.q̄ cũ nihil ſit in deo præter deũ:mĩa & q̄-
cumq̄ alia perfectio:vt ſapiẽtia:iuſtitia: charitas & hmõi q̄
affirmant̃ de deo.nihil ſunt a deo diſtĩcta.& ſic oĩs creatura
in deo eſt deus.Hoc docuit Ioannes euangeliſta cum ait.
Qd' factum eſt in ipſo vita erat:& vita erat lux hoĩm. Et ex
hoc manifeſtũ eſt q̄ hõ in deo hõ non eſt ſed de⁹.Sed ĩ ſe nõ
de⁹ hõ ſed creatura.hoc non eſt difficile ad intelligendũ.Cũ
igit̃ intellect⁹ diuin⁹ ſit ſimplex & infinitus vnico actu cõ
tinuo vniuerſa vidēs.oĩa ſunt ibi ipſe intellect⁹ & deus . q̄
tñ in ſe ꝯſiderata ꝓut ſunt ĩ actu.neq̄ ſunt deus neq̄ ĩfinita
ꝓprie excæpta miſericordia:q̄ etſi creatura ſit infinita q̄ ad
ſuũ effectũ:vt ſubito dicet̃.Et ad ſcd'm rñdetur q̄ mĩa ꝓut
eſt infinita cõicat̃ creaturæ:quo ſcilicet ad ſuũ effectũ.Certũ
eſt aũt q̄ deus cõicauit creaturis ſuis ſuas ꝑfectiones infini-
tas:finite tñ nõ infinite:vt ſapientiã:charitatē:eſſentiam: &
hmõi.nulli tñ infinite vel infinitum.ſed & ſanctis in patria
cõicat ſe infinitũ ſed finite.Sola vero mĩa cõicatur homini
infinite.i.ad effectũ infinitũ.Quodlibet em̃ crimen morta-
le:vt probat Anſelmus ratione obiecti eſt culpæ infinitæ:
qa eſt ꝯtra illũ ꝯmiſſum q eſt bonũ infinitũ deũ vñ decedēs
in eo merito debet̃ puniri pœna infinita : vt reſpondeat
culpæ infinitæ.Quæ quidem pœna quia infinita non po-
teſt eſſe intenſiue:quia tale onus ferre,non poſſet:ſed infini-
ta eſt extenſiue:quia durat in perpetuũ.Cum igitur ſola mi
ſericordia abſoluat peccatorem pœnitentem ab illa culpa
actualiter infinita:& ei reddat deum ſimplr̃:bonum infini-
tum:atq̄ dignũ ſtatuat vt deo fruatur æterno.quod eſt bo-
nũ infinitũ intẽſiue.Concludit̃ tam q̄ notũ q̄ ſola mĩa ĩpa
eſt infinita.& paſſiue in pctõre exiſtens dici põt creatura: q̄
actiue eſt ipſe deus miſerator & miſericors : & præſtabilis
ſuper malitia hoĩm ſm̃ prophetã.Quid ſi dicerē ipſam mi-
ſericordiã actiuã infinitos producentē effectus.cõicatã via
toribus?Ecce qa iã ſacerdotibus collata eſt ptãs abſoluēdi
a ſceleribus malitiarum infinitarum.immo vere abſoluere
non vult deus niſi abſoluat homo ſacerdos:cui dictum eſt.
Quodcũq̄ ſolueris ſup terrã &c.Mat.xviij.Vnde & Leo pa
pa.Multiplex mĩa de ſic lapſibus humanis ſubuenit vt non
ſolum per baptiſmi gratiam:ſed etiam per pœnitentiæ me
dicinam ſpes vitæ reparetur æternæ vt qui regenerationis
dona violaſſent proprio ſe condemnantes iudicio ad remiſ
ſionē criminũ ꝑuenirēt.Sic diuinæ voluntatis præſidijs or
dinatis vt indulgentiã niſi ſupplicatione ſacerdotum neq̄-
ant obtinère.de pœ.di.j.multiplex.Præterea etſi multa ſint
ꝓpria deo q̄ ſcilicet ita conueniunt deo q̄ non alteri vt crea
re:beatificare:miracula ꝓpria virtute facere:nil tamē ita ꝓ-
priũ ſicut miſereri .Et ideo dicit bea.Greg.in collecta.Deus
cui propriũ eſt miſereri ſemper & parcere.hoc eſt em̃ deo ꝓ
prie ꝓpriũ.Dicitur em̃ ꝓprie propriũ alicui quod conuenit
omi.ſ.ſingulari illius naturæ ſeu ſpeciei: ſoli. ſ.illi naturæ
vbiq̄ hoc ei conueniat & ſemp in omi tẽpore hæc habeat.
Sic riſibile eſt ꝓprie ꝓpriũ hoĩ:qa ꝯuenit hoc.ſ.aptitudo ad
ridēdũ ſoli hoĩ & non alijs aĩalibus.& oĩ ſingulari hoĩ ſem-
ꝑ & vbiq̄ eſt riſibilis ſcilicet aptus natus ad ridēdũ:: etſi nõ
in omni tẽpore & loco actu rideat . Miſericordia dei igitur
quantũ ſcilicet ad hunc potiſſimũ effectũ cuius reſpectu dr̃
infinita.ſ.remittẽdi peccata cõuenit ſoli deo & nõ creaturæ.
Ego ait ipſe ꝑ Eſaiã.ſolus deleo iniquitates tuas ꝓpter me-
metipm̃.Qd' cognoſcẽtes Iudæi dicebant.Quis põt pecca-
ta dimittere niſi ſolus deus?Nec eſt cõtra quod dicit dñs Ie-
ſus ibidē.ſ.Matt.ix.Filius hoĩs.i.virginis habet ptãtem in
terra dimittẽdi pctã.Hoc em̃ poterat inq̄ tũ deus : quia vna
pſona erat deus & hõ.Cõuenit iſta mĩa omi pſonæ naturæ
diuinæ:qa p̃ri cui vt p̃ri mĩarũ :dixit fili⁹ in cruce.Pr̃ igno-
ſce illis quia neſciunt quid faciunt. Luc.xxiij .Cõuenit filio
dicẽti ipſi magdalenæ.Remittunt̃ tibi peccata tua:& a q̄ niſi
ab eo qd' aduertẽtes q aſtabãt dicebãt.Quis ē hic q etiã pec-
cata dimittit.Luc.vij.Cõuenit & ſpũiſancto.vñ apl̃is dictũ
fuit a xp̃o.Accipite ſpiritũſanctũ:quoꝝ remiſeritis peccata
remiſſa ſunt.qa ip̃e ſpũs eſt remiſſio oĩm peccatoꝝ cauſaſr.
Cõuenit mĩa deo:& in eo repit̃ ſemp.Nũqd obliuiſcet̃ mi-
ſereri de⁹.pſ̃.q.d.nũq̄.Nõ ſemp creat:ſed in prĩcipio deus
fecit cœlũ & terrã & quæ in eis ſunt:Geñ.j. Nec ſemp mira
cula facit:ſed ſemp miſeret̃.Quinimmo vt plus dicã añ tp̃s
& poſt tp̃s de⁹ miſericors inuenit̃.Nã in principio cũ deus
creauit ante non erat tp̃s:& tñ mĩam fecit mũdum creando.
Quæ maior eſt miſeria q̄ non eſſe:& de hac ad eſſe produxit
creaturas

Vtrum
mĩa dei
ſit aliqd
ſepatũ
a deo.

Eſa.xli-
ij.



creaturas.Ecce mĩa dei.Iurauit angelus vt refert Io.in Apoc.
quia tẽp⁹ nõ erit amplius:ſcilicet poſt iudiciũ finale ceſſan-
te.ſ.motu primi mobilis:& tñ pſ̃.lxxxviij.ait . Mĩas dñi in
æternũ cantabo.Vbiq̄ de mĩa reperit̃.Nã mĩa dñi plena eſt
terra.ait pſ̃.xxxv .Et dñe in cœlo mĩa tua.remunerans vltra
cõdignũ.Sed nec abeſt in inferno mĩa dei de quo minus vi-
detur:qa etſi nõ liberat illos a pœna:punit tñ citra ꝯdignũ.
vt dicere valeant illud Threñ.iij.Mĩæ eius q̄ non ſum⁹ cõ-
ſumpti.i.annihilati.Quis ergo nõ timeat reuerẽdo tam infi
nitã miam & pietatē?Commẽdat Tulli⁹ Cæſarem dicens.
Nulla de ꝟtutibus tuis cæſar pietate maior.Dimitto autem
q̄ ſuſcæpit iſrl̃ puerũ.ſ.de⁹ ſurſũ accæpit:qa ſibi vniuit car
nē ex iſrael puero.i.ſuo ſuo:& hoc qa recordat⁹ ē mĩæ ſuæ.

## §.VI. SEXTO EST DEVS TIMEN

De⁹ ē re-
uerēdus
ꝑp ipi⁹
iuſtitiã.

dus timore reuerẽtiæ ꝓpter ſuã maximã æquitatē & iuſtitiã
pſ̃.x.Iuſtus dñs & iuſtitias dilexit:æquitatē vidit vultus ei⁹
Iuſtus eſt in ſe nulli vitio ſubiacēs.Qui em̃ alios habet rege
re male poteſt exercere iuſtitiã.iuſtitiã.ſ.in alios & corrige-
re qui in ſe malus eſt.Qui ſine peccato eſt veſtrum prim⁹ in
illã adulterã lapidē mittat.Io.viij.q.d.Reus debet puniri vt
iuſtitia dictat:ſed nõ eſt ſm iuſtitiæ obſeruantiam vt punia
tur ab his qui maiori ſunt crimine irretiti . vnde & maiori
pœna digni.Remota em̃ iuſtitia.inquit bea.Aug.in. iiij . de
ciui.dei.quid ſunt regna niſi magna latrocinia?Et vt ait. b.
Amb.in lib.de officijs.Dũ vni parcit̃ indigno:ad ꝓlapſio-
nis contagiũ prouocat vniuerſos.Facilitas em̃ veniæ incē-
tiuũ p̄bet delinquẽdi.xxiij.q.iiij.eſt iniuſta . Quod iuſtitias
dilexerit & diligat patet:quia nullũ malũ dimittit impuni
tum.Et quia iuſtitiam debet temperare moderatio.i. pietas
qd' ꝑtinet ad æqtatē q̄ eſt rigor iuſtitiæ miſericordiæ dulce
dine tẽperatus:ideo ſubdit.Equitatem vidit vultus ei⁹.Vis
ne videre rigorē huius regis & dñi iuſtitiæ.Conſidera quan
do angelus ille primus Lucifer dictus & Cherub plen⁹ de-
core & ſapientia:cui⁹ operimẽtum erat oĩs lapis precioſus:
ſardius:topazius:iaſpis:chryſolitus:onix:beryllus:ſaphyr⁹
carbunculus & ſmaragdus.Nouem exprimit noĩa lapidum
precioſoꝝ deſignãtia nouē ordines angelorũ.ſm Grego.in
moral'.de pœ.di.ij.c.vlti.qbus ille opert⁹ dr̃:qa ſublimitate
virtutis oẽs ſupauit.hic talis & tantus ſubito cũ dixit in cor
de ſuo.Siĩs ero altiſſimo.non eſt operat⁹:nõ eſt ore locutus
tm̃ cogitauit ſuperbiã:& expulſus a regno in ĩfernũ demer-
ſus eſt.Licet autem deus vt iuſtus dñs omnia de generibus
ſingulorum vitia diuerſis temporibus ſeuere puniuerit: vt
quodlibet ſibi diſplicere oſtendat: & impunitum credatur
nullum:permaxime tamen ſuperbos.Siquidem fratricidiũ
in Abel factum a Cain dñs inultum non permiſit.Nam va
gus & profugus & tremulus diſcurrens loco fere a Lamech
ex eo deſcendente ſagittatus eſt.Geñ.iiij.Mũdum totum lu-
xuria infectum:quia omnis caro corruperat viam ſuam:do
minus iuſtus diluuio peremit.Geñ.vij.Sodomitas peſſimo
vitio laborantes cum quatuor alijs ciuitatibus igne & ſul-
phure combuſtos ſubuertit.Geñ.xix.Iſraelitaꝝ cum Moa-
bitis fornicantium.xxiij.milia perierunt.Num̃.xxv.Propt̃
adulterium cum vxore leuitæ in Gaba perpetratũ pene ex-
tincta fuit tribus Beniamin occiſis ex eis pluſq̄ quinquagĩ-
ta milibus.Iudicum.xx.Propter ſtuprum & inceſtum perpe
tratum ab Amon cum ſorore ſua Thamar:occiſus fuit a ſer
uis Abſalon fratris ſui.ij.Regũ.xiij.Propter molliciei pecca
tum Onan a dño interfectus eſt.Geñ.xxxviij.Non permiſit
diuina iuſtitia Hiezi ex auaritia magnam ſubſtantiã a Naa
man ſyro mundato a lepra petẽtem ex parte Heliſæi.ſed cõ-
tra voluntatem eius tranſire impunitum:immo lepra hor-
ribili percuſſus eſt.iiij.Reg.v.Hæc Heliodorum ſacrilegum
inchoantem Hierl̃m ſpoliare ſub Onia ſummo ſacerdote
vſq̄ ad mortem per angelos duos flagellauit.ij. Macha. iij.
Iaſonē emẽtē ſummũ ſacerdotiũ a rege Antiocho ac etiam
Menelaum inultos non dimiſit.ij.Machab.iiij.Sed et Iudas
proditor ex cupiditate magiſtrum tradens in manus Iudæo
rum.xxx.argenteis:laqueo vitam finiuit.Matt.xxvij.Achi-
or qui furatus eſt regulam aureã palliũ coccineũ.&.cc.ſiclos
lapidatus eſt a populo.Ioſue.vij.Gulæ deditos Iſraelitas cũ
adhuc eſcæ carnium eſſent in ore eorum ira dei deſcendit ſu
per eos & occidit pingues eorum.Num̃.xj.Propter qd' & fi-
lij Heli.Ophni:& Phinees ĩ bello gladio ceciderũt.j.Reg.ij.
Inuidia ducti fratres Ioſeph eum vendentes & tradentes in
manus gentium.poſt humiliationem ei iniuſte factam ex-
altatum ſuper omnes dure ab eo increpati:demum ſubditi
ei facti ſunt .Geñ.xliiij.Propter quam cauſam Iudæi Chri-
ſtum tradentes in manus Pilati ad mortem duris flagellis
caſtigati & diſperſi:demũ ipſum dominum & ſaluatorem
confitebũtur ſe ei per fidem ſubijciẽtes.Interea Maria ſoror
Aaron propter inuidiam contra ipſum murmurans lepra
percutitur.Nume.xij.Ab accidia deuicti tædio itĩeris multi
ex Iſrael in deſerto murmurãtes ſeueritate diuinæ iuſtitiæ
igne conſumpti ſunt. Numeri.x. Ira & odio furens Saul
rex primus Iſrael contra Dauid mortemq̄ ei pluries inten-
tans necnon & Phitoniſſam maleficam conſulens : diuina
exigente iuſtitia ſeipſum in vtroq̄ peremit.j.Reg.vlti.Qua
permoti illi de tribu effraim & iniuſte contra Iepte qui vi-
ctoriam habuerat contra Ammonitas ſeditionem faciẽtes:
& bellum contra Galaaditas qui iuuerant in prælio Iepte
occiſi ſunt de effraim quadragintaduo milia.Iudicum . xij.
De populo Iſrael idololatrante ad vitulum aureum dum
Moyſes ſtabat in monte occiſa ſunt.xxiij .milia ex eis.Pro-
pter incredulitatem populus ille qui egreſſus eſt de Egypto
numero ſexcenta milia abſq̄ paruulis & mulieribus . Pro-
pter murmurationem non eſt ingreſſus terram promiſſio-
nis niſi duo:Caleph & Ioſue.Nume.xiiij.Sed & Moyſes &
Aaron ad aquam contradictionis propter infidelitatem pri
uati ſunt.Nume.xx.Sunt & alia vitia diuina iuſtitia iudica
ta:vt patet ex ſacris oraculis & libris gentilium.Sed nullum
ita ſeuere ſicut ſuperbia:& congrue:quia magis directe bel-
lat contra eum.Vnde deus ſuperbis reſiſtit.inquit Iacob.in
epiſtola ſua.Regula etiam tradita per Virg.in.vj.Eneid.ro-
manis principibus fuit.Parcere ſubiectis & debellare ſuper
bos. Et dei mater maria. Diſperſit ſuperbos mente cor-
dis ſui.Luc.j.Vnde primos parentes poſtq̄ inuaſit ſuperbia
edentes pomum vt eſſent ſicut dij iuſtitia dei de paradiſo ex
pellens in has mundi miſerias exiliauit.Geñ.iij.In ſecunda
ætate Nẽroth cum ſuis volẽtes turrim Babel ad cœlũ vſq̄
pertingentem ædificare:quaſi exiſtimantes ſe contra deum
poſſe defendere ſi aliud diluuium inundaret:ex diuina iuſti
tia cõfuſi ſunt a ſuperbia ſua diuiſis linguis:vt ſe intellige-
re non valerent.Geñ.xj.Diſperſis autem Nẽroth vt tyrañ⁹
cœpit alijs dominari & opprimere.In tertia ætate creuit ſu-
perbia.Nam Pharao domini mandatis reſiſtens:nec decem
plagis humiliatus:ſed obduratus contra dominum præliãs
in mari rubro cum ſuis ſubmerſus eſt.Exod'.xiiij.Et in po-
pulo illo pertranſeunte per deſertum cum ſuperbia exurre-
xiſſet in Dathan & Abyron ambientibus Moyſi ducatum
& Chore anhelante ad Aaron ſacerdotium:ſchiſma facien-
tibus & rebellionis contemptum:diuina iuſtitia inultã tan
tã elationē abire non voluit:ſed aperta eſt terra & degluti-
uit Dathan & operuit ſup congregationē Abyrõ:& exarſit
ignis in ſynagoga eorũ:& flamma cõbuſſit peccatores Cho
re cum complicibus ſuis.Nume.xvj. In quarta ætate Saul
ſupbũ q mãdatis dei & Samuelis noluit obedire: humilia-
uit a regno reprobãs.j.Reg.xv.Superbũ illũ immaniſſimũ
gigantē Goliath Philiſtæũ:deũ iſrael ex ſuperbia blaſphe-
mantē Dauid humilis & adoleſcens inermis ꝯ eũ præualuit
in funda & lapide.j.Reg.xvij.Ozias rex iuda(etſi als bon⁹)
in ſupbiã elatus : quia præſumptuoſe ſe ingeſſit in officio
ſacerdotali offerens incẽſum dño leproſus effectus eſt.ij.Pa
ral'.xxvj.Sennacherib cum innumerabili multitudine obſi
dens hierl̃m & dicens:qa de⁹ eorum non poſſet liberare eos
ab eo in vna nocte ſuperbia eius occiſa ſunt ab angelo cen
tũoctogintaquinq̄ milia.vt patet Eſa.xxxvij.Sed magis ef
frænata eſt qñ ambitioſiſſim⁹ ille Abſalon & van⁹ vſurpa
uit ſibi dñium & regnũ p̃ris eũ vſq̄ ad mortē pſequens.Sed
neſcit diuina iuſtitia patrociniũ p̄ſtare criminibus & tantæ
temeritati.Nã elatũ illum quercus ꝑ vanos capillos tenuit
ſuſpenſum:mula quã æquitabat eũ dimittente donec Ioab
prĩceps exercitus Dauid hoc ſciens & applicãs lanceis ſuis
tranſfodit.ij.Reg.xviij.Adonias etiã hoc regnũ affectãs cõ-
tra Salomonē fratrē quē Dauid pater vtriuſq̄ ſtatuerat regē
occiſus eſt.iij.Regũ.ij.In quinta ætate adhuc magis oſtẽtata
eſt ſuperbia ipſa.Nam Nabuchodonoſor elatus in ſuper-
biam vt ſibi aſcriberet monarchiam:non deo:in mẽtem fe
ralem mutatus eſt:inter feras a regno ſegregatus ; in deſer-

Iſti no-
uē lapi-
deſp̄cio
ſigd de
ſignant

to habitans per ſeptē tēpora quouſq; ſuā ſuperbiā cognoſceret & pœniteret. Dan̄.iiij. Alius Nabuchodonoſor forte nepos qui Holofernē principē exercitus ſui miſerat per regiones cū innūerabili multitudine vt ſibi ſubiugaret oēm terrā dn̄io ſuo ac deos extermiāret: vt ſolus ipſe deus haberetur in terra: quē mirabiliter diuina iuſtitia humiliauit. cōfudit tātā ſuperbiā ꝑ Iudith caſtiſſimā & magnanimē quæ illi⁹ caput abſcidit: & oīs exercitus eius debellat⁹ eſt Iudith xiij. Aman q̄q; Agagites q̄ volebat adorari a Mardocheo: & quia ſuperbiæ illius nolebat ille fauere: quæſierat totum genus vna die vbicūq; eſſet per orbē ſub Aſuero gladio exponi: cū magna æq̄tate iudicatus eſt vt in cruce quā parauerat Mardocheo ad ſuſpendiū in ea ipſe appenderet̄: liberatione facta a morte in populo Iudæorū. Quid de Antiocho qui cū tanta ſupbia efferatus eſt in Iudæos: & ↄminatus eſt hieruſalē deſtructionē: & leges dei mandauit nō ſeruari: ſed gentilium & non deū: ſed iouē adorari. nonne morte dira a vermibus ſcaturiens conſumptus eſt. Cōfeſſus demū: quia iuſtū eſt ſubditū eſſe deo: & mortalem nō paria ſentire deo. ij. Machab. ix. vbi multa de eius ſupbia & punitione & de Nicanoris ſuperbia & punitione habes. ij. Machab. vlt. In ſexta ætate etſi deus ad ſuperbiam ſuperandam humiliauerit ſeipſum formā ſerui accipiēs: & demum vſq; ad mortē ignominioſiſſimā crucis: non tamen in peccatoribus ſupbia eſt extincta: verū & repullulās eſt humiliata & cōfuſa. Nam Herodes iniquus antipas qui Iacobū decapitauit: & petrū incarcerauit. cū quadā die cōncionaret̄ coram populo & veſte aurea & argentea indutus radijs ſolis ſuper eum reuerberantibus: valde glorioſus & fulgidus appareret populo ei acclamante laudes dei: & non hoīs: indeq; elatus in ſuperbiam: iuſte punitus eſt: angelo eum percutiente: & cum magnis cruciatibus ſpiritū emittente. Non minori ſuperbia Herodes ſecundus aſcalonita chriſtum in paſſione deriſit indutū veſte alba. qui prius Ioannē baptiſtā decapitauerat. Sed & primus qui innocētes occidi fecit vt chriſtū regem verū cū eis extingueret: æquali ſupbia vſus & iuſtitia ↄdemnatus eſt. De Gaio imperatore qui voluit coli vt de⁹. Et de Coſdroe qui crucē ſecū tulerat i pſidē. Et poſtea de Iuliano apoſtata imperatore. Et de Diocletiano & maximiano quanto ſtudio ſuperbiæ ſuæ ſunt conati extinguere nomē chriſti: exterminare eccleſiam: conculcare fidem. Quoꝝ tamen ſuperbia & malignitas ad nihilum redacta eſt: & iuſte punita: & eccleſia magis ac magis exaltata. Timebunt ergo gentes nomen tuum domine. ait pſ̄. ſcilicet videntes iuſtitiā tuā: q̄a nil inultum dimittis malum. Et oēs reges terræ gloriam tuam cum magna reuerentia adorantes.

## §. VII. SEPTIMO TIMENDVS EST DEVS

De⁹ ē timēd⁹ t[i]more reuerētiæ. ii.

timore reuerentiæ ꝓpter ſuam æternitatem & prouidentiā Eccl'ſ. v. Ne dicas corā angelo non eſt ꝓuidētia: ne forte iratus dn̄s ſup ſermones tuos diſſipet omnia opera manuum tuaꝝ. Vbi ſunt multa ſomnia & plurimæ vanitates & ſermōes inumeri: tu vero deū time. hæc ibi. Somnia appellat Salomō diuerſas phantaſias aliquoꝝ male ſentientiū de diuina prouidentia: q̄a ſicut in ſomnio videt̄ aliq̄d eē qđ in veritate nō eſt: ita aliquib⁹ viſum eſt bene ſentire de his q̄ eueniūt in mūdo: & tn̄ nō ſic eſt. Quidā em̄ euentum rerum humanarū attribuebant fatis dicentes. Fatis agimur: credite fatis. Et illud. Te tua fata premunt. vocantes fatū conſtellationem ſeu influxum ſyderū. ſub quibus nati ſunt hoīes: q̄bus moueant̄ neceſſario ad bonū vel malū. Alij dicebant oīa euenire a caſu & fortuna. In quorū perſona loquit̄ ſalomō dicens. Verti me ad alia ⁊ vidi ſub ſole nec velociū eſſe curſum: nec fortiū bellū: nec ſapientū panē: nec doctorū diuitias: nec artificū gratiā: ſed tēpus caſuſq; in omnibus. Alij vt plato poſuerunt diuinā prouidentiam non ſe extendere ad res humanas & minima: ſed tm̄ circa cœleſtia. In quorū pſona dicit Iob. xxij. Circa cardies cœli perambulat: noſtra autē nō cōſiderat. Sed iſta oīa ſunt ſomnia & vana & nō credēda. Et ideo ſignāter ſubdit. tu ꝟo deū time. tāq̄ eū qui oīa videt: de oibus ꝓuidet: oīa recte diſponit. Vnde dr̄ Sap̄. xij. c. Tu autē dn̄e dn̄ator ꝟtutis omnia cum tranquillitate iudicas: & cū magna reuerētia diſponis nos. Subeſt em̄ tibi poſſe cum volueris. Et Petrus in can̄. ſua. Omnē ſolicitudinem veſtram proijcientes in eū: qm̄ ipſi eſt cura de vobis. Et pſ̄. Iacta cogitatū tuū in dn̄o & ipſe te enutriet. Quinimmo vt ſcribit Sap̄. xij. Ipſi eſt cura de oībus. Nec; em̄ quia cum magna cura & diligētia diſponit de corporibus cœleſtibus de angelis & hoībus, ideo minus curat de inimicis & vilibus reb⁹: ſed de q̄buſcūq; infimis vſq; ad ſingularia intēdit. Vn̄ & bea. Augu. in. ij. de ciui. dei. ait. Deus ſummus & verus cū ꝟbo ſuo & cū ſpūſancto. q̄ tria ſunt vnus deus omnipotēs creator & factor oīs aīæ oīſq; corporis cuius participatione ſunt fœlices oēs: q̄ ſunt ꝟitate non vanitate fœlices. Qui fecit hoīem rōnale aīal ex aīa & corpore. qui eū peccantem nec impunitū dimiſit: nec abſq; mīa dereliquit. qui nō ſolū cœlū & terrā: nō ſolū angelū & hoīem: ſed nec exigui & contēptibilis animātis viſcera: nec auis pennulam: nec herbæ floſculū: nec arboris foliū ſine ſuarū partiū cōuenientia: & quadā veluti pace dereliquit. Nullo modo credendum eſt regna hoīm: eorūq; dn̄ationes & ſeruitutes a ſuæ prouidentiæ legibus alienas eſſe voluiſſe. Et Boe. de phīca conſolat. O qui perpetua mundum ratione gubernas. Terrarum cœliq; ſator q̄ tp̄s ab æuo Ire iubes: ſtabiliſq; manens das cuncta moueri &c. Cū quāta autē reuerētia ꝓuideat nobis & diſponat: q̄s nō obſtupeſcat, q̄t varietates herbarū: fructuū: animaliū: piſciū: auiū: in cibū dedit: quot aromatica cōceſſit vini: quantas diuerſitates veſtium: habitationū: documenta: interiora incitamenta ad bonū: ſancta ſacranenta: ſanctorū exēpla: flagellorū erudimēta quis enarrabit. Myſteriū autē incarnationis & dn̄icæ paſſionis ad noſtram redemptionē tam immēſam ad nos ſpecialem dilectionem q̄s comprehēdere nedum exprimere valeat: vt merito dicere valeat illud Micheæ. Popule meus q̄d tibi vltra facere potui & nō feci ad ꝓuidendū tuæ ſaluti. Sed valde timendū: ne ingrati inueniamur. Nā quāto plura nobis beneficia collata ſunt: tanto maiora ſupplicia p̄parata ſi ſalutē noſtram neglexerimus. Sed ecōtra vltra p̄dicta bona multa habemus hic & in p̄ria ſi timuerim⁹ deū & fecerim⁹ bene. vt ait Tobias filio. Tob. iiij. c. De hmōi ꝓuidētiæ bn̄ficijs dicit. b. Ber. in lib. de conſidera. Amat deus vt charitas: nouit vt veritas: ſedet vt æq̄tas: dn̄atur vt maieſtas: regit vt principiū: tuet̄ vt ſalus: opatur vt virt⁹: rutilat vt lux: aſſiſtit vt pietas. Quid ergo eſt deus quo ad vniuerſos ſpectat finis. Quo ad deitationem ſal⁹ Quo ad ſe ipſe nouit. Quid eſt deus: voluntas: oīpotentia: beneuolentia: virtus: lumē æternū: incommutabilis ratio: ſumma btūdo: creās mētes ad ſe participandū: viuificans ad ſentiendū: afficiēs ad appetendū: iuſtificans ad promerēdū: dilatās ad capiendū: accēdēs ad zelū: fœcūdās ad fructū: dirigēs ad æquitatē: informās ad beneuolentiā: moderās ad ſapientiā: roborās ad virtutē: viſitās ad ↄſolationē: illuminans ad cognitionē: perpetuans ad immortalitatem: impellens ad fœlicitatē: circundans ad ſerenitatem. Hæc bea. Ber. Hæc oīa ſumma prouidet beneuolētia. Vnde ſ̄m Io. dama. deus grece dr̄ theos. Et theos vno mō dr̄ a then. quod eſt circumire & fouere: q̄a ꝟtute & influxu ſuo oīa circūiens. oīa fouēs oībus prouidet. ſ̄m illud Pſ̄. cxlvij. Aperis tu manum tuā. ſ. ꝓuidentiæ & imples oē aīal benedictione. Timeat ergo deū oē ſemē iſrael. i. oēs fideles. ait pſ̄. xxi. Qm̄ non ſpreuit neq; deſpexit dep̄catione pauperis. Pauperis dico naturali ſenſu: pauperis terrena ſubſtantia: pauperis virtue gratiæ: pauperis ſpū: ſed omnib⁹ ꝓuidet ꝓ capacitate ſua. Et timor dn̄i p̄cipue reuerētialis: de q̄ eſt ſermo. gloria & glīatio lætitia & corona exultationis. vt dr̄ Eccl'i. i.

quid ſit deus.

# TITVLVS XV. DE DONO PIETATIS.

¶ De pietatis eminentia & dignitate. Caplm̄. I.

## DE DONO PIETATIS VIDENDA

ſunt tria. Eminentia dignitatis. exiſtentia eius q̄litatis: & permanentia æternitatis. Pro declaratione primi ſciendum ſecundum Thomam. ij. ij. quæſt. cxxi. articu. i. q̄ dona ſpūſſancti ſunt quidam habituales diſpoſitiones animæ quibus anima eſt prompte mobilis a ſpiritu ſancto. Inter cæteras autem motiones q̄ ſunt a ſpiritu ſancto mouet ſpirituſſanctus ad hoc q̄ affectum quendam filialem habeamus ad deum vt patrem ſecundū illud apl̄i ad Rom̄. viij. Accæpiſtis ſpiritū adoptiōis filiorū dei: in quo clamamus abba pater. Pietas ergo ſecundum q̄ cultum. i. reuerentiam exhibet deo per inſtinctū ſpūſſcti eſt donum



Pietatis excellētia ↄſiderauit q̄ntum ad tria.

donū ſpūſſancti. Pōt autē ↄſiderari excellētia huius doni q̄tum ad tria. ſ. quantū ad ſuā regulā. quantum ad ſuam differentiā. & quantū ad efficaciā ſeu vtilitatē. Quantū ad primū certum eſt q̄ quanto regula dirigens eſt nobilior: tanto act⁹ ad illa regula regulatus & mēſuratus eſt nobilor. Sed virtus accipit pro regula aliquid humanū. ſ. dictamen rationis. Donum vero accipit pro regula aliquid diuinū ſcilicet inſtinctū ſpirituſſancti. verbi gratia. In horribilib⁹ fugiendis vel ꝓſequēdis differēter dirigit fortitudo quæ eſt virtus & fortitudo quæ eſt donū: q̄a per fortitudinē quæ eſt virtus homo aggredit̄ terribilia ſ̄m virtutē humanā. Sed per fortitudinē quæ eſt donū hō aggredit̄ terribilia vtens diuina potentia ꝑ cōfidentiā quaſi ſua. Siſr ſe habet in communicationib⁹ quæ ſunt ad alterū: pietas: virt⁹: & pietas: donū: quia pietas quæ eſt virtus accipit pro regula & mēſura aliquid humanū: puta obſeruās vel debitū vl' ↄgruū ei⁹ q̄ cōicationē facit. Sed pietas quæ eſt donū in cōicationib⁹ accipit pro regula ip̄m deum: q̄a cōicat ſe ad alterū vtens deo quaſi ſeipſo: vt ſ. ea q̄ ip̄m decent in hmōi cōicationib⁹ quaſi deo vnit⁹ exequatur. Vn̄ dn̄s ad bn̄ficētiā exemplo cœleſtis patris exhortatur: q̄ ſolē ſuū oriri facit ſup bonos & malos. Sic ergo patet differētia: q̄a in alijs cōicationibus poteſt attendi aliqua hūana ratio cōicādi alteri: vel liberalitas in paruis donis vl' magnificentia in magnis. vel iuſtitia in debitis. vel decentia in gratuitis: q̄a tale dare decet. vel vtilitas vel aliquid humanū. Sed q̄ rō his terminis non claudit̄: vt homo tantū tribuat homini q̄tū debet vel quantū expedit ei q̄ tribuit: ſed quātū eſt a deo accæptū diuinū bonū qđ in ſe vl' in proxīo relucet: hoc ſupra humanū bonū eſt. & hoc fit per donū pietatis. Hæc btūs Tho. in ſcripto ſup. iij. ſen. diſt. xxxiiij. art. ij.

Scd'o pōt cōſiderari excellētia huius doni pietatis quantū ad ſuā differētiā. Poſſet em̄ aliq̄s dicere q̄ pietas non eſt donū. ſed virt⁹: q̄a Greg. i. moral'. dicit q̄ pietas idem eſt quod mīa: ſed mīa eſt virtus: ideo operatur ſ̄m humanum modū: ergo & pietas non eſt donū: ſed virtus operans ſ̄m humanū modū nō diuinū. Rn̄detur q̄ mīa & pietas in hoc differunt. q̄a mīa ſtudet ad releuandū miſerias ꝓximorū ex eo q̄ proximi ſunt ei coniuncti vel propinquitate ſanguinis vel familiaritate vel ſaltem naturæ ſimilitudie. In oibus em̄ miſericordia accipit pro mēſura aliquid humanū: ſicut aliæ virtutes. Sed pietas quæ eſt donū ſpūſſancti mouet̄ ad releuandas miſerias proximorū ex aliquo diuino. ſ. inquātum ſunt in filio dei vel diuina ſilitudine inſigniti: ita q̄ mīa in ſuo actu vtit̄ aliqua regula humana: ſed pietas quæ eſt donum vtitur regula diuīa. Et per hoc patet q̄ pietas eſt potior mīa: ſicut donū perfecti⁹ virtute. Hæc btūs Tho. ſup. iij. ſen. diſt. xxxiiij. ar. v. Tertio pōt cōſiderari eminētia hui⁹ doni quantum ad reuerentiā ſic. Quanto aliquid modo nobiliori deo cultū & reuerentiā exhibet: tanto eſt excellētius. Sed hoc facit pietas ꝓut eſt donū ſpūſſancti. quod quidē probatur. tū cōparando pietatē ad virtutē religionis. tum comparando ipſam pietatē ꝓut eſt donū ad eā quæ eſt virtus. Et inquantum ad religionē cōparatur: licet religio q̄ exhibet cultum deo ſit potior pietate quæ eſt virtus exhibens cultum & reuerentiā patri carnali: tamen pietas quæ eſt donum eſt nobilior religione: quia exhibere cultū deo vt patri: quod facit pietas quæ eſt donū: excellentius eſt q̄ exhibere cultum deo vt creatori & dn̄o: qđ facit religio. Ex quo patet pietatē donum excellentius religione virtute ſ̄m beatū Tho. ij. ij. q̄ſt. cxxi. ar. i. Comparādo autē pietatem donum ad ipſam prout eſt virtus: etiam probatur pietatem donū excellētiorē ea inquantum virtus. Ex eo videlicet q̄a pietas donum reſpicit in actu ſuo aliquid diuinū vt filiationē diuinā per gratiam: vel diuinā ſimilitudinē. Sed pietas virtus aliquid humanū vt familiaritatem propinquitatem vl' naturæ ſimilitudinē. Et ſic patet q̄ eſt potior vt dictum eſt ſupra.

## §. I. IN QVO AVTEM CONSISTAT

Pietas donum h[abe]t v. actus in via.

tione in qua dr̄ Obeth genuit Ieſſe q interpretatur incēſum. Eſt em̄ oratio & gratiarū actio velut quoddam incēſum coram dn̄o. hoc optime peregerunt Ioachim & Anna parētes btē virginis. Nam obuiantes & occurrentes ſibi ad portam auream gratias egerunt deo de conſolatione eis facta. ex promiſſione talis filiæ: & cum timore dn̄i vtentes matrimonio genuerunt Mariam.

## §.II. IN SECVNDA PARTE PRINcipali

De.xv. ꝑfectionibꝰ grę btē Mariæ ex interpretatiōe.xv. regum.

cipali notantur quindecim ꝑfectiones gratiæ quæ fuerunt in ipſa virgine ex interpretatione noīm quindecim regū q fuerunt in populo illo dei a Dauid vſqꝫ ad Iechoniam regē qui cū populo ductus eſt captiuus in Babylonem: vt conuenientiſſime dicere valeat thema propoſitum In me oīs grā vitę. Prima igitur gratia eſt poſt cōcæptum ſc̄tificatio. Poſtq̄ꝫ em̄ Anna concæpit ex Ioachim virginem Mariam anima eius a deo creata & corpori infuſa q̄ꝫcitiſſime & forte eadem die fuit ſanctificata ab originali mundata ſ̄m illud. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. Nos per nouem menſes moramur in pctō in vtero materno: in quo ſi morimur deſcendimus propter illud originale ad limbū inferni. Sed btā virgo q̄ꝫcitiſſime fuit facta ſancta poſt animæ infuſionē qđ figuratur in Dauid. ſequitur enim ī ipſa genealogia dn̄i. Ieſſe autem genuit Dauid regem. hic interpretatur pulcher aſpectu. Et de virgine ait ſp̄uſſanctꝰ Cant.iiij. Tota pulchra es amica mea: & macula non eſt in te.ſ.peccati. purgato originali: & actuali non perpetrato. Secunda eius gratia eſt na-

Secūda gratia.

tiuitas gaudioſa. Natiuitas tua ſc̄tā dei genitrix virgo gaudium annuntiauit vniuerſo mundo. Videntes enim angeli natam tam ſanctam creaturam: magnum gaudium fecerunt. Et ita quolibet anno in cœlo fit vt reuelatum fuit cuidam ſancto eremitę: vnde in genealogia domini ſubditur. Dauid genuit Salomonem qui interpretatur pacificās merces: quia angelos dolentes modo ſuo de perditione hoīm & eorum ruina: natiuitas huius lætificauit. Vnde in introitu miſſę canitur. Gaudeamus omnes in dn̄o diem feſtum &c.

Tertia gratia.

de cuius natiuitate gau. angeli &c. Tertia gratia quæ diſponit ad generationem chriſti eſt in templo pręſentatio ſeu dedicatio. In mundi quidem conuerſatione non bene pōt mēs in diuinis dilatari. Nemo enim militans deo implicat ſe negotijs ſæcularibus. Vnde & Chriſtus inter turbas fuit cum eſſet duodēnis amiſſus & in templo reptꝰ. Virgo igitur Maria ablactata fuit tribus annis: hæ em̄ ſunt fortiores ꝑ totam vitam ſuam q̄ꝫ ſi per duos annos. Et ablactata fuit ab Anna proprijs mamillis. Deus & natura nihil fruſtra operātur ſ̄m Philoſophum propterea aūt datæ ſunt mamillæ mulieribꝰ vt valeant de lacte ſuo nutrire filios ſuos: nō vt oſtēdant eas ppl'o. Fruſtra igitur videnẽ eſſe in illis q nō nutriūt filios ex eis cum poſſint: ſed tradūt alijs nutriendos. Qđ.b.Greg. papa in decre.diſt.v.ad eius: multū rep̄hēdit in mulieribꝰ. Nā ex malo lacte nutriti ꝯhunt malas ꝯditiones naturales. Poſt ablactationem igitur eius duxerunt parentes eius ad tēplū ipſam offerendo. Nō expectarunt ꝙ prius diſceret mūdi vanitates. Nec obtulerūt filiā claudā: illegitimā: turpē vel pauperē quā dotare nō poſſent: ſicut hodie faciunt qui offerunt filias in monaſterijs vel filios in clauſtro ſeruituros. Indignum eſt dare deo qđ dedignatur hō: ait.b.Hiero. ſuper prophetas: ſed dederunt deo Mariā vnicā filiā pulcherrimā honeſtiſſimā: ab oībus amabilē: hoc figuraẽ in Roboā quē genuit Salomō: & īterpretaẽ latitudo ppl'i: qa ꝟgo fuit dilatata

Quarta.

in virtutum ppl'o. Quarta grā eius fuit ſancta conuerſatio: quod figurauit qn̄ ducta ad templū: dū parentes incederent ad mutādas & aptādas veſtes: qa ab extra veniebant.b. Maria ita puula.ſ.trium annorum ꝑ ſe aſcendit: & erecta ꝑ.xv. illos gradus per quos ab imo aſcēdebatur ad templū: vbi ſacerdotes officia exercebāt: & ſignificāt.xv. ſtatus beatorum qui ſunt in tēplo glię infra diuinā maieſtatē: videlicet nouē ordines angeloꝝ: & ſex ſanctoꝝ.ſ.patriarchaꝝ: ꝓphetarum: apl'oꝝ: martyrū: cōfeſſoꝝ: & ſanctarum virginū: quoꝝ oīm perfectionem trāſcēſura erat: vn̄ Prouer.vlti. Multæ filiæ.i. aīæ cōgregauerunt diuitias: dignitates.ſ.virtutum: tu ſola ſ.b.Maria ſuꝑgreſſa es vniuerſas: & in tēplo cum alijs virginibus in omni ſanctitate conſeruabaẽ. Et ſignificatur in

Quinta

Abia filio Roboā: qui interpretatur ipſe dn̄s. Quinta eſt viſitatio frequēs angelorum. Cū em̄ in templo inſiſteret multū orationi: angeli viſitabāt eā cōſolantes & deferentes orationes eius ante deū & referētes ei dona gratiarum a deo. A

mane



mane em̄ vt dr̄ in hiſtoria eius vſqꝫ ad tertiam diuinis laudibus vacabat: & a tertia vſqꝫ ad nonā in textrino opere ſe exercebat dans exemplū vitandi otiū. Panē inquit Salomō Prouer.vlti. otioſa nō cōmedit: ſed operata eſt. Lectioni ſcripturæ partim vacabat. Cibum ſumebat: vt ait.b.Amb̄. in lib. de virginibus. qui mortem arceret: non qui delicias miniſtraret. Sicqꝫ virtutibus quotidie magis eleuabaẽ in deū:

Sexta.

qđ innuitur in Aza: qui interpretatur attollens ſe.ſ. in deū. Abia em̄ genuit Aza. Sexta conditio quæ valet ad generationem Chriſti etiam in mente noſtra eſt cura ſalutis alioꝝ. Vnicuiqꝫ mādauit deus de proximo ſuo.ſ.vt curam habeat de ſalute eius: & ſi non eo modo ſtricto quo & pręlati tn̄ modo charitatiuo. Vnde Anacletus papa Oēs ſummā debent habere curam de his qui pereunt: vt aut eoꝝ redargutione corrigantur a pctīs: aut ſi incorrigibiles ſunt eijciantur de eccleſia.xxiiij.q.iij. tam ſacerdos. Solicita autem erat btā Maria ne quam ex ſodalibus offenderet: admonens eas ne cōtumelioſæ eſſent altera alteri: ſed inuicem ſeruiētes & honorātes: ab otioſis verbis abſtinerent ſemꝑ deū laudarent. Vnde & ipſa cū vocabaẽ: reſpondere ſolita erat per deo gratias: vt illud modicum verbum nō eſſet ſine dei laude: vnde in ea regnabat Ioſaphat: qui interpretatur iudicans genitꝰ ab Aſo:

Septīa.

quia ipſa cuncta iudicans & diſcernens a nemine poterat reprehendi. Septima eſt propoſitum virginitatis. Propoſuit em̄ in mente ſua virginitatē ſeruare: niſi ſibi deus aliter reuelaret: quia inſolitum tunc illud erat. Et ideo angelo ſalutāti dixit. Quomodo fiet iſtud: qm̄ virum nō cognoſco.i. propoſui nō accipere virum: vt exponit Beda. Poſtea aūt ſumpto ſponſo ex dei reuelatione votum virginitatis cum ſponſo Ioſeph emiſit. Et vterqꝫ vt dicit btūs Aug. in virginitate permāſit. Et ſic fuit Ioram ſp̄ūaliter qui interpretatur excelſus. qa virginitas facit hoīes ſimiles angelis. Nuptiæ vt ait be. Amb̄. replent terram: virginitas paradiſum: res eſt voti nō præcæpti: & ſic facit excelſum. Ioſaphat em̄ genuit Ioram.

Octaua

Octaua conditio eſt robur.i. firmitas propoſiti in bono cōcæpto. Vt em̄ dicit.b.Greg. ſuꝑ Ezech. qui bona agūt & meliora agere proponunt: ſi non faciūt licet in bonis prioribꝰ perſeuerent: in conſpectu tn̄ dei: ceciderunt. Multa em̄ diabolus ꝓponit ad impediendū: ne quis exequaẽ bona propoſita: ſed viriliter age & eſto robuſtus ad ea exequendum. Iorā em̄ genuit Oziam: qui interpretatur robuſtus: qa ex celſitudine propoſiti boni debet generari robur & firmitas in eo. Vn̄ & cum iam eſſet nubilis ætatis facta.b. Maria: & ſacerdos admoneret domum reuerti ad nuptias cōtrahendas. Rn̄dit ſe hoc agere non poſſe propter ꝓpoſitum virginitatis: &

Nona.

ſic firma & robuſta fuit in ſc̄tō propoſito. Nona eſt cōtinuꝰ profectus in virtutibꝰ ad maius bonum. Nam vt dr̄ Prouer. iiij. Iuſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplendens ꝓficit & creſcit vſqꝫ ad ꝑfectū diē. Vn̄ & aīalia q vidit Ezechiel in viſione ſignificantia ſ̄m.b.Greg. ſc̄tōs viros cū ꝓficiſcerenẽ non reuertebanẽ: ſed vnūquodqꝫ ante faciem ſuā gradiebaẽ. Ezech.i. qa videlicet hoīes iuſti non redeunt ad mala q cōmiſerunt: nec firmāt ſe deſiſtēdo a bonis operibꝰ: ſed continue ad meliora ꝓcedūt. Et hic eſt Ioathā q interpretatur ꝑfectus quē genuit Ozias. Sic btā Maria ſemꝑ ad ꝑfectiora opera ſe extendebat

Decima

facta oībus ſc̄titatis exēplum &c. Decima eſt inquiſitio circa dubia ex qua declaratur quid agendum: ne incaute agēdo exponat ſe periculis. Deuẽ.xxxij. ait Moyſes. Interroga p̄res tuos & annuntiabunt tibi maiores tuos & dicent tibi.ſ. qd ſit recte faciendum. Et hoc eſt qđ Tobias admonebat filium ſuum dicens. Conſilium ſemꝑ a ſapiente inquire. Tob̄.iiij. Et ſignanter dicit a ſapiente.i. perito in illa re de qua quęris. Vnuſquiqꝫ em̄ bn̄ iudicat q nouit: ait philoſophꝰ in Ethi. Sicut nō poſſet tibi bene cōſulere lanifex de arte pictoria: aut miles de negotiatione: ita nec de ꝑtinentibꝰ ad cōſcientiā vl' cultū diuinū qui vacat mundanis. Hic eſt Achaz genitus ab Ioathan: qui interpretatur comprehendens: qa ex inqſitiōe cōprehēditur veritas rei. Summus igiẽ ſacerdos: vt legiẽ audito ꝓpoſito virginitatis.b. Mariæ: qa res dubia erat: quæſi-

Vndecima.

uit a dn̄o: & cōprehendit voluntatē eius. Vndecima eſt diuinum oraculū ſeu diuina inſpiratio. Cum em̄ (ait Ioſaphat) ignoremus qd agere debeamꝰ: hoc reſidui habemus: vt oculos nr̄os ad te.ſ. dn̄m erigamus. Aliqn̄ em̄ res eſt ita obſcura ꝙ homines nō ſufficiunt declarare: & ideo tunc ad deum recurrendum eſt vt reuelet vel inſpiret qd pro meliori agere debeat. qđ innuiẽ in eo ꝙ Achaz genuit Ezechiam. qui interpretatur auxilium dei. Ex inquiſitione em̄ ꝑ orationē qn̄ nō ſufficit virtus & ſcientia humana deus auxiliatur inſpirādo qđ fieri oportet. Reuelauit em̄ deus ſummo ſacerdoti ꝙ oēs de tribu Iuda afferrent virgas ligneas: & tunc manifeſtareẽ

Duodecima.

cui deſponſanda erat. Duodecimo eſt obliuio mūdanorum vt.ſ. in agendis nō habeaẽ reſpectus ad aliqd mundanū ſed dei beneplacitum. Obliuiſcere ppl'm tuum (ait dn̄s ꝑ Pſ̄. ad animā deo deditā) & domū patris tui. Et hic eſt Manaſſes rex filius Ezechiæ qui interpretaẽ obliuioſus: oblita erat in opere oīm paſſionum & conſanguineorum beata Maria & ſolum attendebat ad dei voluntatem. & Ioſeph etiā quaſi oblitus eſſet & non curaret ꝯhere matrimoniū cū ſenex eſſet: nō attulit ipſe virgam: vel ſi attulit non dimiſit ſacerdoti vt dictum fuerat. q̄ꝫuis & ip̄e eſſet de tribu Iuda & familia Dauid. Vn̄ reuelatum fuit a dn̄o ꝙ non dederat ille virgam ad quē

Decima tertia.

ſpectabat virgo beatiſſima. Tertiadecīa eſt fidelitas ad deū. Debet em̄ quis fideliter deo ſubijci in his quæ exigit ab eo quantumcumqꝫ videatur ineptus & impremeditatus: iuxta illud Eſa.lix. Dn̄s aperuit mihi aurem: ego autem non cōtradico: retroſum nō abij.ſ. reſiſtendo voluntati dei. Et hic eſt Amō quē genuit Manaſſes rex Iuda: qui Amō interp̄tatur fidelis. Ex quo em̄ ꝑpendit Ioſeph deum velle & ipſam virgā cum cæteris ſacerdoti tradere eam ſcđo attulit. Et tunc frondiut & floruit ac fructū fecit: & columba apparuit ſuꝑ eam: iuxta illud. Virga ieſſe floruit &c. Vn̄ manifeſtū fuit oībꝰ ad

Decima quarta.

Ioſeph ſponſam illā ꝑtinere. Decimaquarta eſt deſpōſatio facta inter Mariā & Ioſeph caſtiſſima: q iō facta fuit ad cælādum diabolo hoc myſteriū: ne machinamēta q̄reret ꝯ chriſtum. Viſo em̄ miraculo illo fuit deſponſata Maria Ioſeph. Et hoc ſignificatur in Ioſia filio Amō. q interp̄tatur ſalꝰ dn̄i: qa ꝑ illā deſponſationē ſaluatꝰ eſt honor dn̄i Chriſti ne abijcereẽ vt illegime natꝰ & ſaluata fuit fama ꝟginis & vita: ne putareẽ fornicaria & lapidareẽ. Et ml'ta alia myſteria ibi ſūt.

Decima quinta.

Decimaquita & vltima grā ꝑfectionis eſt p̄paratio ad filiū dei cōcipiendū: q p̄paratio fuit ꝑ ꝓfundam humilitatē qđ ipſa inſinuat dicens. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Nō dixit ꝟginitatē: benignitatē: charitatē. quę oīa grata deo erāt in ea: ſed humilitatē: b.Aug. O fœlix ancilla. O humilis gratia: quæ dū fidē humiliter dedit: cœli in ſe opificem incorporauit: qđ innuitur in Ioachim qui interpretaẽ p̄paratio. Per humilitatē em̄ p̄parauit ꝟgo ſe ad recipiendū filium dei in vtero. Et ſic patent.xv. conditiones vel gratiæ beatæ Marię. vnde bene dr̄. In me oīs gratia &c.

## §.III. QVANTVM AD TERTIVM

De.xiiij ꝑfectiōibus grę qbꝰ beata Maria ſubuenit hominibꝰ in diuerſis ſtatibus conſtitutis. Religſoſis in tribus gratijs ſubuenit.

principale notanẽ.xiiij. ꝑfectiones grę qbꝰ.b. Maria ſubuenit hoībus in diuerſis ſtatibus cōſtitutis: vt merito poſſint dicere illud. De plenitudine eius nos oēs accæpimꝰ gratiā. Io.i. Eſt em̄ quadruplex ſtatus hoīm qbus.b. Maria ſubuenit grā ſua. In me ait oīs grā vitæ. Primus eſt ſtatus religioſorum: quibus ſunt neceſſariæ tres grę ad ſalutem eorum: & ad eas habendas & cōſeruandas btā Maria ſuis exemplis & meritis ac precibus iuuat. Primū eſt voluntaria paupertas vt illud inueniaẽ in eis qđ ait apl's.ij. ad Coꝝ.vi. tanqꝫ nihil habentes & oīa poſſidentes: tanqꝫ nihil habentes.ſ. ꝓpriū: & Hiero. Habens victum & veſtitū his cōtentus ero: nudā crucem nudus ſequar. Hæc ſignificaẽ ꝑ Iechoniam q interpretatur p̄paratio qa paupertas p̄parat hoīem ad ꝑfectionē: & ſi in ea nō ſit ꝑfectio. Scđm eſt caſtitas q figuraẽ in Salathiel. Nam vt dr̄ in genealogia dn̄i: poſt trāſmigrationem Babylonis Iechonias Salathiel: hic interp̄tatur petitio mea deus: hoc em̄ petit deus a religioſis.ij. Coꝝ.vi. Exhibeamus noſmetipſos ſicut dei miniſtros in caſtitate. Per hāc oñdit ſe petere deum. Nam vt dr̄ Sap̄.vi. Incorruptio facit proximum deo. Tertium eſt regularis diſciplina ꝑ quā coercetur ſenſualitas ab appetitibus plenis cōfuſione: ꝑ ieiunia: vigilias: ſilētia: obedientiā: exercitia & hmōi. Et hæc eſt Zorobabel. Salathiel em̄ genuit Zorobabel: qui interpretatur magiſter cōfuſionis: quia diſciplinat & corrigit ea quæ confuſione ſunt digna. In diſciplina ꝑſeuerate: ait apl's ad Heb̄.xij. qa hæc cōſeruat religionem: vn̄ multis religioſis btā Maria ſæpe apparuit: vt.b.Bernardo: Dn̄ico: Thomæ: & alijs eos in religione confortans. Scđs ſtatus eſt prælatorum ad quoꝝ debitū officiū pertinent quatuor gratiæ. Primū eſt paterna ſoli-

Prẹlatis in quatuor ſubuenit.

citudo ad ſubditos.Ro.xij.Qui præeſt in ſolicitudine ad ꝓuidēdum neceſſaria vtiq̧ homini.Et hic dr̄ Abiud fili⁹ Zorobabel qui interpretatur pater meus iſte.ſ.ſolicitus de me. Scd'm eſt doctrina excitans pigros ad operandum bene.ij. ad Timo.iij.Argue:obſecra:increpa in omni patiētia & doctrina.Et hæc eſt Eliachim genitus ab Abiud: q interpretat̄ reſuſcitās.Per doctrinam em̄ reſuſcitantur mortui pctōres ad vitam gratiæ& euigilant ad operandum.Tertiū eſt ſcientia cōſulens imperitis.Male em̄ pōt docere ſubditos qui eſt ignorans.Cæcus em̄ ſi cæco ducatū præſtet ambo in foueā cadunt.Vnde btūs Augu.Caueat ſpūalis iudex:vt ſicut non commiſit crimen nequitiæ:ita non careat munere ſcientiæ hic eſt Azor.Eliachim em̄ genuit Azor:qui interpretatur videns lumen:Ignorantes autem cæci ſunt & duces cæcorum. Quartum eſt ſanctitas vitæ. Sicut em̄ Chriſtus cœpit facere & docere.Act.j.ita mandauit p̄latis eccleſiæ illud Mat.v.Sic luceat lux veſtra.i.vita clara & ſancta coram hoībus vt videant opera veſtra bona & glorificent patrē veſtrū:vnde dr̄ Azor genuit Sadoch q interpretatur iuſtus:qa ſciētia debet generare iuſtitiam vitæ.

Actiuis i q̄tuor ſubuenit.

Tertius ſtatus eſt actiuorū ad quoꝝ bonā actionē ptinent quatuor grāæ: ad quas.b. Maria adiuuat:Primum eſt demonſtratio dilectionis ad ꝓximū: debet em̄ quis diligere ꝓximum ſicut ſeipſum:vt oēm hoīem quē pōt bn̄ficētiæ cōſolatione:moꝝ informatione:vel coertiōe diſciplinę inducat ad colendum deū:ait.b. Aug.xxiij.q.iiij. debet.Sadoch em̄ genuit Achim q interpretat̄ frater meus quia vt fratrem debet tractare ſubueniēdo. Scd'm eſt dulcis amor ad deū.Achim em̄ genuit Eliud qui interpretat̄ deus meus:vt quodā intimo affectu dicat illud.Deus meus & miſericordia mea.Tertium fidutia in deo ī aduerſis:vt dicat cū Iob.xiij.Si occiderit me ſperabo in eum:dicit em̄ Pſ̄.ix.Adiutor in oportunitatibus in tribulatione. Sperent in te qui nouerunt nomen tuum:qm̄ non derelinquis q̄rentes te dn̄e hoc eſt Eleazar filius Eliud qui interpretatur Deus adiutor eius q confidit in eo.Quartū eſt cōſeruatio humilitatis in ꝓſperis:vt nihil ſibi attribuat boni:ſed omnia a deo recognoſcat.Tua em̄ dn̄e ſunt oīa & quæ de manu tua accæpimus dedimus tibi:dixit Dauid.ij.Regū.ij.Eleazar em̄ genuit Nathā qui interpretatur donum.Oē donū perfectum deſurſum eſt ait btūs Iacobus apl's.j.c.

Perſeuerātib⁹ i tribus ſubuenit.

Quartus ſtatus eſt ꝑſeuerantiū: vt em̄ dicit.b.Greg.lib.j.moral.Incaſſum bonū agit̄ ſi ante vitæ terminum deſeratur.Et non q inceperit: ſed qui perſuerauerit &c.hæc conſiſtit in ſupplantatione & ſuperatione vitiorum.Nathā em̄ genuit Iacob q interpretatur ſupplātator. Apl's.j.Coꝝ.ij.Non coronabit̄ niſi qui legitime certauerit: vt.ſ.ſuperet vitia.Scd'm eſt in augmentatione virtutū Pſ̄. lxxxiij.Ibunt de ꝟtute in virtutē:videbit̄ deus &c.Iacob genuit Ioſeph q interp̄tat̄ augmentū.ſ.virtutū.Tertium eſt cōſtantia in his q̄ ſunt fidei & virilitas:qd' ſignificatur in hoc ꝙ Ioſeph eſt vir Mariæ:in qua terminat̄ genealogia dn̄i:& interpretat̄ illuminatrix:qa ꝓfert lumen veritatis cæcis:mala vitioꝝ pellit:bona cunctarū virtutū nobis poſcit. In omni igitur ſtatu adiuuat ad ſe recurrentes & ſubuenit.In me ergo ait oīs gratia vitæ & veritatis.

¶De deſponſatione Mariæ. Cap.VII.

QVIA DESPONSATIO BEATę Mariæ fuit an̄ annuntiationem & chriſti incarnationem:& vt patet in euangelio Luc.j.qa miſſus eſt angelus ad mariam deſponſatam Ioſeph. Ideo de eius deſponſatione & coniugio cū Ioſeph hic agendum.de quo etiā dr̄ Mat.j.in fine genealogiæ chriſti. Iacob genuit Ioſeph virum Marię:de qua natus eſt chriſtus:vbi dicit.b.Hiero.Cū virum audieris ſuſpitio tibi non ſubeat nuptiarum:ſed recordare conſuetudinis ſcripturarū: ꝙ ſpōſi viri & ſponſæ vocātur vxores.xxvij.q.ij.genuit.Et ab eodem euangeliſta Matthæo dr̄ immediate poſt prædicta. Cū eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph inuenta eſt in vtero habens de ſpirituſſancto. In quibus tria de virgine notantur.

¶Coniugij eius deſcriptio : ibi. Cum eſſet deſponſata mater Ieſu.

¶Viri eius noīs expreſſio:qa Ioſeph priuſq̧ conuenirent.

¶Filij eius ſupernaturalis concæptio:qa inuenta eſt habens in vtero de ſpirituſancto.

## §.I. QVANTVM AD PRIMVM VT

dicit.b.Aug.ad Voluſianū.Ipſa dei virtus ꝑ inuiolata mentis virginea viſcera mēbra infantis eduxit: q̄ ꝑ clauſa oſtia mēbra iuuenis introduxit.Si rō quærit̄ non erit mirabile.Si exemplum poſcit̄ non erit ſingulare.Et licet inquit.b.Tho. miracula q̄ ſunt ad confirmationem fidei debeant eſſe manifeſta:voluit tn̄ dn̄s hoc maximum miraculum.ſ.ſuæ concæptionis & natiuitatis ex virgine ꝑ deſponſationē mr̄is obūbrare ſeu occultare:vt hoīes inde cogitare poſſent Chriſtum non concæptū a virgine:ſed a Ioſeph cōiuge. Et hoc multiplici rōne.Quas rationes aſſignat.b. Tho.in.iij.par.q.xxix. ar.j.quare voluit matrē ſuā deſpōſari:& nō copulari.

¶Quædam ſumuntur ex parte Chriſti naſcentis.

¶Quædam ex parte matris concipientis.

¶Quædam ex parte vtilitatis nobis prouenientis.

mariæ deſpōſatiōis rō quadruplex.

Propter Chriſtum quare voluit eſſe matrē eius deſponſatā: aſſignat̄ quadruplex rō.Prima eſt ne ab infidelibus tanq̧ illegitime natus abijceret̄.Si em̄ mater nō habuiſſet coniugē oēs arbitrati eſſent de fornicatiōe Chriſtū fuiſſe ꝯcęptum:& ſic chriſtū tanq̧ illegitimū deſpexiſſent.Nam iura tales deteſtantur & honorib⁹ priuāt:vn̄ btūs Amb̄.ſuper Lucā.Quid Iudæis:quid Herodi poſſet aſcribi.ſ.mali & iuſtitiæ:ſi natū viderentur ex adulterio ꝑſequi?Scd'a rō vt conſueto modo genealogia eius ꝑ virū deſcriberetur:vn̄.b.Amb̄.ſuꝑ Lucā. Qui in ſæculum venit ſęculi debuit more deſcribi : viri aūt perſona quærit̄:qui in ſenatu& reliq̄s curijs ciuitatum gn̄is aſſerit dignitatē.Conſuetudo etiā nos inſtruit ſcripturarum quæ ſemꝑ viri originē quærit.hęc ille.Quia igitur ſ̄m legē deſponſari non poterat:niſi viro q eſſet de tribu Iuda & familia Dauid ex genealogia ſponſi.i.Ioſeph deprehendit̄ genealogia Mariæ &Chriſti filij eius.Vbi etiam aduertendum cōſuetudinē in his q̄ mala nō ſunt in agēdo & ſcribēdo ſeruādā.Tertio ad tutelā pueri nati ne diabol⁹ ꝯ eum vehemētius nocumenta ꝓcuraſſet.Sciebat em̄ diabolus dei filiū incarnandū pro redemptiōe humani gn̄is: ſed tp̄s ignorabat. Vnde caute obſeruabat ad ſciendum qn̄ mundum intraret: vt redemptionem noſtrā impediret.Et ideo vt btūs Hiero. refert ſuꝑ Mat.hanc cauſam aſſignauit Ignatius martyr deſponſationis matris dei:vt.ſ.partus eius diabolo cælaretur. Dum em̄ vidit diabolus mariam ſponſum hr̄e : putauit Ieſum non de virgine ſed de vxore & Ioſeph generatū.Et Orige.Coniugem dico vt diabolo virginitatem eius occultem xxvij.q.ij.inuenta.Quāuis em̄ diabolus ea quæ corporaliter fiunt ꝑſpicacitate ſenſus cognoſcat ꝑ ſigna exteriora : multa tn̄ vt dicit.b.Aug.in.iij.de tri. quæ poteſt virtute naturæ ſuæ a virtute diuina ꝓhibet̄.Et hoc modo ſ̄m btm̄ Tho.vbi ſ̄.poteſt dici:ꝙ & ſi virtute ſuæ naturæ cognoſcere potuiſſet matrem dn̄i non fuiſſe corruptam ſed virginem : ꝓhibitus tn̄ eſt a deo cognoſcere modum partus diuini.Quāuis enim poſtmodū eo prædicante aliqualiter virtutē ei⁹ agnoſcerēt: propter qd' clamabāt:qa tu es filius dei.Lu.iiij.Nō ita incōgruū:qa iam virtutē ſuā oſtendendi ꝯ diabolū tp̄s erat. Sed in infantia oportebat impediri malitiā diaboli:ne eū acrius perſequeret̄:qn̄ nec Chriſtus pati diſpoſuerat:necdū virtutē ſuam oſtendere:ſed ꝑ oīa ſimilē alijs infantibus.b.Amb̄.tn̄ dicit hoc factū vt falleret principem mūdi:non ſolū diabolū:ſed & principes ſæculi:ad innuendū.ſ. ꝙ qui ſæcularib⁹ vanitatib⁹ occupant̄ ſcire diuina nō poſſunt. Quarta ratio vt a Ioſeph nutriretur paruul⁹ ipſe.Debuit enim per oīa ait apl's fratrib⁹ ſimilari:ad Heb̄.ij.Et ideo ſicut pueri indigent nutritijs:& ip̄e voluit habere Ioſeph ſanctum:vt nutritium ſponſum matris ſuæ.Et ideo pater Chriſti dictus eſt:non effectu geniturae:ſed officio & cura ꝓuidendi:vt dicit Gratia. xxvij.q.ij.§.iuxta.Eſt pater hic cura:dicit Græciſmus.

Ex parte mr̄is triplex ratio aſſignat̄.

Ex parte matris aſſignat.b.Tho.tres rōnes quare fuit deſponſata: vbi.ſ̄.Harū prima eſt:quia redditur ꝑ hoc īmunis a pœna: ne.ſ.lapidaretur a Iudæis tāq̧ adultera:vt dicit.b.Hiero.ſeu ex ſtupro.Si enim non habuiſſet maritum æſtimaſſent oēs ex fornicatione cōcæpiſſe:& ſic fuiſſet lapidata. Nā vt dicit btūs Tho.in iudicio adulteroꝝ condēnabat̄:nō ſolum quæ nupta erat in adultero deprehenſa:ſed etiā virgo q̄ fornicata fuiſſet in domo patris quæ cuſtodiebatur vt virgo qn̄q̧ nuptura:vt patet Deut̄.xxij.vel etiā ſ̄m quoſdā virgo de genere ſacerdotali propter ſtuprum occidebat̄:vt Leuit̄.xxj.Et beata



beata Maria aliquo modo erat ex ſtirpe ſacerdotali deſcendens.Poteſt etiam referri dictum Ioannis de lapidatione ad lapidationē infamiæ.Igit̄ habuit ſponſum beata Maria: vt ſaltem crederent hoīes eam ex ſponſo non ex fornicatione concępiſſe:vt a pœna & infamia liberaret̄.Scd'a ratio eſt vt ab infamia liberaret̄. Hanc rationem aſſignat.b.Amb̄.ſuꝑ Lu.dicens.Ideo deſponſata eſt ne temeratæ virginitatis adureretur infamia:cui grauis aluus corruptelæ videretur inſigne præferre.Maluit aūt dn̄s de ortu ſuo.i. ꝙ non eſſet nat⁹ ex virgine q̄ de matris pudore dubitari.i.caſtitate ſi non habuiſſet ſponſum & grauida appareret. Sciebat em̄ teneram eſſe virginis verecūdiam & lubricam famam pudoris. Nec putauit ortus ſui fidem matris iniurijs aſcribendam. Hæc btūs Amb̄.Tertia ratio vt ei a ioſeph miniſterium exhiberetur in occurrentibus quæ expediebant:vt eam aſſociando cū acceſſit in Bethleem vbi peperit:& cū ea ad tēplū in purificatione ꝓficiſceretur.In Egyptum pergens& inde rediens in Nazareth.In his em̄ quæ neceſſaria erant ad ſubſtentationem coꝝ & paruuli ipſe ꝓcurabat de labore manuū ſuarū. Nam ſ̄m Chryſ̄.carpētarius erat.in hoc oēs laborare docēs ꝓ ſuſtentatione ſui & ſuoꝝ.Addatur & quarta quæ eſt Alb̄. vbi.ſ̄.ſ.vt dignitas matris humilitati ſociet̄.vt ſit ſilijs mater dei & vxor fabri.i.Ioſeph:vnde in vilipenſionem Chriſti dicebāt Phariſæi.Nonne hic fabri filius eſt.i.Ioſeph?Nōne ſorores eius ſunt apud nos:quę erant pauperculæ? Et ſic hoc exemplo obſeruetur a nobis illud Eccl'i.iij.c.Quāto maior es tāto magis humilia te in omnibus & inuenies gratiā. Quanto em̄ quis maior eſt tanto magis humilitas laudatur in eo.

Ex parte noſtræ vtilitatis quadruplex rō.

Ex parte noſtræ vtilitatis quadruplex etiam ratio aſſignatur ſ̄m beatū Tho.vbi.ſ̄.Prima: qa teſtimonio Ioſeph ſponſi comprobatum eſt Chriſtum ex virgine natū.Vn̄ beatus Amb̄.ſuper Lucā.Locupletior teſtis pudoris.i. caſtitatis maritus adhibetur: q poſſit & delere iniuriam & vindicare opprobrium ſi non cognoſceret ſacramentum. Et.b.Greg. in homil. Sicut diſcipulus dubitans & palpans.ſ. Thomas apoſtolus factus eſt teſtis veræ reſurrectionis : ſic ſponſus.ſ. Ioſeph fuerat cuſtos ītegerrimę virginitatis.xvij.q.ij.ſic qp pe.Ex quo magis cōfirmamur in fide huius myſterij.ſ. ꝙ cōcæptus ex virgine tanto teſtimonio.Ipſa etiam verba virginis magis credibilia redduntur ſuā virginitatem aſſerentis. Vnde btūs Amb̄.Fides Mariæ verbis aſſeritur magis & mēdacij cauſa remouetur.Cauſam em̄ mentiendi deſpōſata nō habuit cū cōiugij prēmiū & gratia nuptiarū ſit partus fœminarum.Scd'a ratio eſt vt tolleretur excuſatio virginib⁹ quæ propter incautelam ſuam non vitant infamiam.Vnde beatus Amb̄.Non decuit virginibus fruſtra opinione viuentibus velamen excuſationis relinqui ꝙ infamia mater dn̄i notaretur.O q̄ pulchra eſt caſta generatio (ait ſapiens) cū claritate.Sap̄.iiij.i.cum clara fama.Nam vt ait.b.Augu.Duæ res ſunt:conſcientia & fama:conſcientia neceſſaria eſt tibi : ſed bona fama proximo tuo. Quiſquis confidens conſcientiæ ſuæ : negligit famam ſuam nimis crudelis eſt.xij.q.j. nolo. Tertia ratio eſt:qa per hoc deſignatur vniuerſa eccleſia:quæ cum virgo ſit .ſ. integritate fidei & gratiæ:deſponſata tn̄ eſt vni viro Chriſto ex quib⁹ generantur filij ſpūles.ſ.fideles fratres Ieſu Chriſti. iuxta illud Pſ̄.xxj. Narrabo fratribus meis nomen &c.Quarta ratio eſt : quia ꝙ mater dn̄i fuit deſponſata & virgo:in perſona eius honorat̄ virginitas ſimul & matrimoniū:& ſic reprobat̄ error eoꝝ q alteri detraxerūt.ſ.matrimonio dicentes non poſſe tales ſaluari.

De ætate deſpōſationis Marię.

Alij dixerūt virgines non eſſe maioris meriti q̄ coniugatos : ſed falſum eſt:vnde & mater fuit coniugata & virgo. In qua aūt ætate beata Maria deſponſata fuerit ex euangelio haberi non poteſt.Sed Epiphanius dicit ꝙ in.xiiij. anno. & in.xv . peperit Chriſtum.Alb̄.autem vbi.ſ̄.videtur dicere ꝙ in maiori ætate:licet non exprimat quoto anno. Dicit em̄ ꝙ cum ſupponatur ꝙ in beatiſſima virgine fuerit omnis cōgruentia tam ex parte naturæ q̄ ex parte gratiæ ad hoc vt eſſet mater dn̄i: credimus ꝙ deum concæpit tali ætate:qua perfecta fuit ſtatu corporis & quantitate.Et ꝙ cum eadem ætate deſponſata fuit tantum ante quantū matrimonia ſolent præcedere ſpōſalia:ſcilicet circa duos menſes.Cum enim nihil ſit laudabile:niſi aliquo modo depēdeat a liberi arbitrij voluntate:nō ſtatim illud fieri debuit cum beata Maria libero arbitrio vti potuit:ſcilicet anno.xj.vel.xij.ſed interuenire debuit tēporis ꝓtractio in quo fieret & meritorū accumulatio & purificationis ſuę factæ in vtero maior ſuccederet depuratio & virtutū exercitatio:vt oīm virtutū apice ſublimata ſuo ſingulari merito mundo ſuccurreret ꝑdito Chriſtum gignēdo. Item ꝯ grauitatem & honeſtatem moꝝ eſt nimia acceleratio mr̄imonij:vn̄ & in adoleſcentia fuit.Ad qd' facit qd' ait Salo.Prouer.penul.Tria ſunt mihi difficilia ad cognoſcendū &c.Quartū penitus ignoro.ſ.viā viri in adoleſcētia ſua ſ̄m aliam trāſlationē:qd' exponit Nic.de Ly.i.Chriſti in virginis vtero in ſua incarnatione.Nec attendit.b.Maria ꝙ ſponſus eſſet ſenex:ſed ad voluntatem dei ſibi reuelatam & dei legem diſponentem hoc conſenſit.Nunq̧ em̄ debet puellę dari ſponſus inuitę:al's mala ſequuntur plura.

Addę Prima tria:viā aquilæ in cœlo viā colubri ſuꝑa petrā viā nauis in medio mari.

## §.II.SECVNDO NOMEN VIRI EIVS

exprimitur cum dr̄ Ioſeph:ſic em̄ vocabatur.Quā deſponſationē non eſt ſecuta illo tp̄e copula carnalis : vn̄ qd' dicitur priuſq̧ cōuenirent:ly prius non notat ordinē rei.ſ.poſtea.i. ꝙ nondū cōuenerint carnaliter commiſcēdo ſed poſtea.Sed ſimpliciter negat factum ꝙ non fuerit.ſ.cognita carnaliter: vnde dicit Chryſ̄.Non dixit priuſq̧ in ſponſi induceret̄ domū.Hūc em̄ morem ſeruabat antiq̄tas:vt ſpōſæ in ſpōſoꝝ domibus haberent̄:vt generi Loth apud ſocerum legūtur habitare cū ſponſis nondū ſibi copulatis lege coniugij. Sic Maria habitabat cū ſponſo.ſ. Ioſeph.xxvij.q.ij. priuſq̧. Ex quo clare patet quantum excreuerit malitia & concupiſcentia hoīm:qa cū tunc manerent ſpōſę in domo ſpōſoꝝ:nulla cōmixtio:nulla impudicitia erat inter eos ante tp̄s nuptiaꝝ: ſed vt frater & ſoror in omni caſtitate ſimul conuerſabant̄. Nunc ſponſæ vix in domo parentum ſuoꝝ poſſunt tute cuſtodiri:quin ſponſi earum cum viſitāt faciant multas turpitudines.Et ideo matres debent hm̄oi obuiare.Sed nedū ſpōſæ ſunt tutæ a ſponſis & maritis eaꝝ in domibus parentum niſi in magna cuſtodia teneant̄:immo germanæ quo ad fratres ſuos vel germani.Nec filiæ a parentibus : nec mulieres a cognatis:nec nouercę a præuignis ſeu filiaſtris:nec ſeruæ a dn̄is.Et ideo vt dicit Hiere.ix.c.Vnuſquiſq̧ a proximo ſuo caueat:& in oī fratre ſuo non habeat fidutiam:ſed oēm diligentiam habeat in cuſtodiendo.Sed ex quo ſponſus Ioſeph nunq̧ carnaliter cognouit ſponſam ſuam:merito quæritur. Si fuit verum matrimonium inter Mariam & Ioſeph?

An fuerit verū mr̄imonium inter Mariā & Ioſeph.

Ad qd' r̄ndet.b.Tho.in.iij.p.q.xxix.ar.ij.ꝙ matrimoniū dr̄ eſſe verum qn̄ ſuam perfectionem attingit.Duplex eſt autē ꝑfectio rei.Prima quidem perfectio in ipſa forma rei conſiſtit a qua ſortitur ſpeciē.Scd'a ꝑfectio cōſiſtit in operatione rei ꝑ quā res aliqualiter finem ſuū attingit.Modo ad propoſitum forma matrimoniū conſiſtit in quadā indiuiſibili coniunctiōe amboꝝ.ſ.expreſſa per verba vel ſigna ꝑ quā vnus coniugū fidem alteri ſeruare tenetur.Finis aūt mr̄imonij eſt ꝓles generanda & educanda.Ad quoꝝ primū ꝑuenit̄ ꝑ cōcubitū cōiugalē.Ad ſcd'm.ſ.educandū prolē peruenit̄ ꝑ alia opera viri & vxoris:quibus ſibijnuicē obſequunt̄ ad nutriendū ꝓlē. Dicendū igit̄ ꝙ quantū ad primā ꝑfectionē q̄ eſt eſſentialis mr̄imonij:oīno fuit verum matrimonium inter Mariā matrem dn̄i & Ioſeph:quia vterq̧ cōſenſit in copulā cōiugalē: nō aūt expreſſe in copulā carnalem:niſi ſub cōditione ſi deo placeret:vn̄ & angelus ad Ioſeph vocat Mariam coniugem ſuam dicens.Noli timere accipe Mariā cōiugē tuā.vbi btūs Aug.Coniunx vocat̄ ex prima deſponſationis fide:quā cōcubitu nec cognouerat:nec cogniturus erat.Quantum vero ad ſecundā ꝑfectionē quæ eſt ꝑ actū matrimonij : quantum ad carnalē cōcubitū nō fuit illud matrimoniū ꝯſummatū.ſ. per quē ꝓles generat̄.Fuit tn̄ quātū ad ꝓlis educationem.Et vt dicit.b.Aug.hoc exemplo manifeſte inſinuatur fidelib⁹ coniugatis:etiā ſeruata pari cōſenſu cōtinentiā poſſe ꝑmanere & vocari cōiugiū etiā nō ꝑmixto corporis ſexu.Poteſt addi & tertia ꝑfectio matrimonij.ſ.quātum ad ſignificationem quæ eſt in matrimonio.Vn̄ apl's. hoc autem dico magnum in Chriſto& eccleſia ſacramētum.ſ.eſſe matrimoniū. Significat em̄ cōiunctio animoꝝ coniunctionem Chriſti cū eccleſia ſeu cū aīa per fidē viuā.Sed coniunctio corpoꝝ quæ facit matrimoniū oīno inſolubile ſignificat coniunctionē Chriſti cū eccleſia ꝑ humanitatē aſſumptā q̄ nūq̧ ſeparata eſt vel ſeparari pōt.Prima igit̄ ſignificatio fuit in mr̄imonio Mariæ & Ioſeph:ſed non ſcd'a:qa nulla ibi copula : vn̄

completa ſignificatio in illo m̃rimonio nõ fuit. Sed iã vidẽdũ eſt aliqd de qualitate & magnificentia huiꝰ ſpõſi. Et primo videndũ eſt quare dr̃ deſponſata viro. Vbi Berñ. Si nec foliũ de arbore ſine cã: nec paſſer vnus ſine pr̃e cœleſti cadat ſup terrã: multo magis non põt de ore euangeliſtæ ſupfluũ defluere pſertim in ſacra hiſtoria verbum. Plena qppe ſunt oĩa ſupnis myſterijs ac cœleſti ſingula dulcedine redundantia: ſi tñ habeant diligentẽ inſpectorẽ qui ſciat mel de petra ſugere oleũq; de ſaxo duriſſimo. Nõ ergo ſine cauſa dictum eſt viro: qđ ſm Alb̃. non dictũ eſt ad denotãdũ ſexus diſcretionẽ: ſed ad tangendũ ſpõſi beatiſſimæ virginis cõmendationẽ & ſponſæ in ſpõſo honorationẽ. Non ergo vir notat ſexũ vel ætatẽ: ſed virtutẽ. Fuit ergo Ioſeph vir ꝑ cõſtãtiã fidelitatis quantum ad iuſtitiã ptinet: per virtutem caſtitatis quãtũ ad tẽperantiã: ꝑ excellentiã diſcretionis quantum ad prudentiã: ꝑ ſtrenuitatẽ opationis quantũ ad fortitudinem. Et ſic vir hic dr̃ a virtute: qa excellenter habuit virtutes cardinales. Scđo cũ natura nihil fruſtra agat: nec abundet in ſuꝑfluis: ſicut nec deficit in neceſſarijs ſm Philoſophũ. Multo magis hoc videt̃ de gr̃a & ſcriptura ſacra: vtpote dictata a ſpũſancto. Quare ergo dicit Lucas. ad ỽginem deſponſatam viro. cui nomen erat Ioſeph. Videtur eñ iſtud ſupfluũ cui nomen erat. Sufficiebat eñ dicere deſponſatam Ioſeph. Ad qđ reſpondet Alb̃. vbi. ſ. ꝙ non ſupflue & fruſtra hoc exprimit̃: ſed magno myſterio & multis de cauſis: videlicet ꝙ eſſet notabile ipſum nomen deſignare voluit tali mõ: vt ſ. plenius & ordinabilius res deſcribatur: vt ꝓbabilius credatur totũ preelectum: monſtrat̃ locus. ſ. Nazareth: & ꝑſona etiã noĩe honoret̃: vt eccleſia exercitetur ad indagãda myſteria: vt euangeliſta familiaris & fidelis cõprobet̃: vt humilitas ſponſæ declaretur: cum ita noĩatim & expreſſe humilis ſponſus deſcribat̃: vt iuſtus apud deũ demonſtretur: cuius nomen tanq̃ in libro vitæ ſcriptũ in euangelio tam ſignanter exprimit̃: vt notus hoĩbus intelligat̃: qui teſtis virginitati beatæ Mariæ adhibetur: vt in memoriam hoĩm digne vertatur qui in patrem dñi aſſumitur putatiuum. Item cum rota ſit in medio rotæ. i. nouũ teſtamentũ in veteri figuratum: & multi ſunt in quibus figuratur iſtud coniugium incarnationis: vt Aſuerus ſponſus Heſter. Abraam maritus Sarę quæ miraculoſe peperit Iſaac Chriſtum deſignantem. Iſaac ſpõſus Rebeccæ Manuæ pater Sanſonis: videtur ꝙ potiꝰ debuerit vocari aliquo aliorum noĩm: vt Abraam: Aſuerus: Iſaac & hmõi q̃; hoc noĩe Ioſeph: cũ hoc nomẽ interpretetur augmentum: & nullum augmentum factum ſit in iſto cõiugio: & Ioſeph filius Iacob magis figuret & aptius Chriſtum vt venditum a iudęis & deiectum & ſaluatorem mundi factũ. Sed reſpondet Alb̃. ꝙ vna perſona ſm diuerſas ꝓprietates ſui plures figurat ꝑſonas: vt Abraam qui in immolatione Iſaac figurat deum patrem qui proprio filio nõ pepercit. In eo ꝙ egreſſus eſt de terra ſua: & poſtea ingreſſus eſt Egyptũ: ſignificat filium qui egreſſus a patre venit in mundum. In eo ꝙ in oſtio tabernaculi ſedebat in feruore diei: & recæpit hoſpitio tres & vnum adorauit: ſignificat ſanctos patres expectantes intenſo deſiderio Chriſti aduentum qui eſt vna ꝑſona in tribus ſubſtantijs. ſ. deitate: anima: & carne. Sic & Ioſeph patriacha in ſui venditione: incarceratione: liberatiõe & ſaluatione Egypti Chriſtum figurauit. Sed in fidelitate: in caſtitate: in myſteriorum reuelatione: in procuratiõis cõmiſſione: in cibi conſeruatione: huius Ioſeph ſponſi Mariæ figura fuit. Non autem decuit eum præfigurari per aliquem antiquorum qui maritus per carnalem copulam extiterit: cũ ipſe Ioſeph ſine carnali copula ſanctus cõiugium per actionem coniugalem contraxerit: & coniunx virgo virginẽ cuſtodiuit & matri & filio paterno affectu coniunctus fuerit. Proprietas etiam noĩs ex interpretatione ei cõgruit optime qui in ipſa deſponſatione quantum ad deum. quantum ad proximum. quantum ad ſeipſum ſublimatus eſt virtutum augmentatione. famæ celebritate: hoĩm reuerentia & dilectione. matris dei familiaritate & diuina vt putabatur paternitate. Vñ Ber. Ad tp̃s Ioſeph appellatus eſt & putatꝰ eſt pr̃ Chriſti. Conice. ex hac appellatione & qualibet diſpenſatione meruit honorari: a deo vt pr̃ dei: & dictus & creditus eſt Conice. ex proprio vocabulo: qđ augmentum non dubites interpretari: quis & quantus fuerit iſte Ioſeph. Memento ſimulq; magni illius patriarchæ venditi in Egypto: & ſcito ipſius non ſolum vocabulũ fuiſſe ſortitum: ſed & caſtimoniam adeptum. innocentiam aſſecutum & gratiam. Siquidẽ ille Ioſeph fraterna ex inuidia venditus & ductus in Egyptũ Chriſti venditionem p̃figurauit. Iſte Herodianã inuidiã fugiens Chriſtum in Egyptũ portauit. Ille dño ſuo fidẽ ſeruãs dñæ ſuæ noluit cõmiſceri. Iſte dominã ſuã dñi ſui matrem virginem agnoſcens: & ipſe cõtinẽs fideliter cuſtodiuit. Illi data eſt intelligentia myſterioꝝ ſomnioꝝ: iſti datũ eſt ꝯſciũ fieri: & participẽ cœleſtiũ ſacramentoꝝ. Ille frumenta ſeruauit: nõ ſibi: ſed oĩ pplo. Iſte panẽ viuũ de cœlo ſeruandũ accæpit: non ſibi ſed toti mũdo. Nõ eſt dubiũ qn fidelis & bonus hic fuerit iſte Ioſeph cui mater deſpõſata eſt ſaluatoris fidelis ſeruus & prudens quẽ cõſtituit dñs ſuæ matris ſolaciũ ſuæ carnis nutritium: ſolum deniq; in terris magni conſilij adiutorem ſibi fideliſſimũ. Hæc ille. Dicit̃ aũt Ioſeph de domo Dauid. Lu. i. deſponſatam Ioſeph de domo Dauid: non tm̃ ꝓpter ſucceſſionẽ in gñe: ſed principalius ꝓpter virtutũ imitationẽ. Et tales ꝓprie dicunt̃ eſſe de vna domo: iuxta illud Pſ̃. lxvij. Qui habitare facit vnius moris in domo: ſm Alb̃. Vñ & Berñ. Vere de domo Dauid: vere de ſtirpe regia deſcendit vir iſte Ioſeph gñe nobilis: mente nobilior: plane filius Dauid: non tm̃ carne: ſed ſanctitate & deuotione: quẽ tanq̃ alterũ Dauid dñs inuenit ſm cor ſuũ: cui cito committeret ſecretiſſimũ atq; ſacratiſſimũ ſui cordis arcanũ. Cui tanq̃ alteri Dauid incerta & occulta ſapientiæ ſuæ manifeſtauit: & dedit illi non eſſe ignarum myſterij: qđ nemo principum huius ſæculi cognouit. Cui datum eſt qđ multi reges & ꝓphetæ voluerũt videre & non viderunt. Nec ſolũ videre & audire: ſed etiã portare: deducere: amplecti: deoſculari: nutrire: & cuſtodire. Et ideo nõ tm̃ Ioſeph: ſed & Mariam de domo Dauid credendum eſt aſcẽdiſſe: alioqn nõ fuiſſet deſpõſata viro de domo Dauid. hæc. b. Ber. Recte ergo ait Alb̃. ſpõſus virginis de demo Dauid dr̃ vt ſcandalum euitetur: vt eadem tribus eſſe probet̃: vt amor legis in vtroq; oſtendat̃: vt humilitas nobilitate regia exaltetur: vt paupertas nobilitati nõ repugnare doceat̃: vt Dauid humilitas euangelizetur: vt imitatio humilitatis in Ioſeph inſinuetur: vt veritatis ꝓmiſſio adimpleatur: vt genealogia dñi deſcribatur: vt paupertas mirabiliter demonſtretur: vt nobilius exẽplum pauꝑtatis & humilitatis det̃. Nec ꝓpter pctĩ maculã quã pœnitẽtia deleuit: minus in genealogia dñi debuit noĩari: ſed audacter prædicari: cum hoc peccatoribus confidentiam generet & miſericordiam augmentet dicente domino. In quacumq; hora peccator conuerſus fuerit omnium iniquitatum eius non recordabor.

Maria q̃re fuit deſpõſata viro.

Noĩs viri expõſio ponit̃ multis de cauſis.

Quare dr̃ de domo Dauid.

## §. III. QVANTVM AD TERTIVM

ſ. ſupnaturalis concæptio. b. Mariæ notatur: cum dr̃ Inuẽta eſt in vtero habens de ſpũſctõ. i. grauida: vbi Orig. ait Inuẽta eſt a btõ Ioſeph habens in vtero. i. prægnãs: q licet eã non cõtingeret futuræ tñ vt putabatur vxoris, oĩa nouerat. Et. i. Si tibi vxor noĩat̃. Si tibi in deſponſatione eſſe dr̃ non tibi tñ vxor eſt: ſed dei vnigeniti mater eſt æterni. In ſequentibꝰ demonſtrabo ꝙ nec iſta tua cõiunx ſm cõſuetudinẽ cõiugij habeat̃: nec iſte q generat̃ tuus filius eſſe credat̃. xxvij. q. ij. inuenta. Fuit ergo concæptus virginis non a Ioſeph: ſed ſupernaturalis: qa de ſpũſctõ. i. ope ſpũſctĩ cui attribuit̃ opatio miraculorum: quorum oĩm iſtud fuit maximũ. Et ex hoc ait btũs Aug. in lib. de bono cõiugali. Omne nuptiarum bonũ impletum eſt in illis parentibus Chriſti: fides. ſ. proles & ſacramentum. Prolem cognoſcimus ip̃m dñm Ieſum. Fidem: qa nullũ adulteriũ. Sacramentũ: qa nullũ diuortium. Solus ibi nuptialis concubitus nõ fuit: qa in carne pctĩ fieri nõ poterat ſine pudenda cõcupiſcentia carnis q̃ accidit ex peccato ſine quo cõcipi voluit qui futurus erat ſine pctõ. xxvij. q. ij. omne. Prolis tñ illius. ſ. chriſti mater vera & naturalis fuit btã Maria. Ioſeph autem non naturalis pater: ſed putatiuus. Quod aũt dr̃ in euangelio. Ioſeph aũt cum eſſet iuſtus & nollet eam traducere voluit occulte dimittere eam: exponitur tripl̃r. Vno mõ traducere. i. in domum ſuã ducere. Nam ſm aliquos non duxerat in domũ ſuã: ſed in domo erat parẽtũ. Alio mõ dr̃ traducere. i. nuptias ſolẽniter celebrare. Nam iã Ioſeph induxerat virginẽ Mariã in domum ſuã: vt erat moris tunc tp̃is de ſponſis erga ſpõſas. Et hæc melior expoſitio ſm btm̃ Tho. Nam minꝰ ſuſpecta haberi poterat de adulterio ꝙ

Nollet eã traducere exponit̃.

rio ꝙ



rio ꝙ in domo Ioſeph cõcæpiſſet: vt pote magis zelantis ꝓ honeſtate ſpõſæ q̃; in domo parentũ & melior teſtis caſtitatis ſuę. Tertio modo exponitur traducere. i. publice accuſare in iudicio ſeu denuntiare: Vñ btũs Aug. in lib. ſeu homil̃. de pnĩa: ait. Attende quẽadmodũ iuſtus Ioſeph tanto flagitio qđ de vxore fuerat ſuſpicatus tanta benignitate pepercit anteq; ſciret vñ illa concæperat quam grauidam ſenſerat: & ſe ad illam acceſſiſſe non nouerat. Reſtabat ergo ei certa adulterij ſuſpitio: & tñ qa ip̃e non nouerat qđ dicit euangelium Ioſeph cum eſſet iuſtus & nollet eam diuulgare voluit occulte dimittere eam. diuulgare. i. in iudicio denuntiare. Ergo quæ peccant̃ coram hoĩbꝰ corripienda ſunt corã hoĩbꝰ. i. publice. Et q peccant̃ ſecretius: corripienda ſunt ſecretiꝰ. Diſtingue tp̃a & concordabis ſcripturã. Hæc. b. Augu. ij. q. i. ſi peccauerit. Ex quibꝰ videt̃ ſm Aug. ꝙ habuit ſuſpitionẽ de adulterio forte leuẽ. Et ideo cogitabat dimittere. non aũt denuntiare ex quo certus non erat præcipue attendendo ſanctam cõuerſationem: nec etiam retinere ne videretur particeps ſeu aſſentiens adulterio. Sed angelus cũ in ſomnis illuminauit & declarauit veritatem cõcæptionis: qa non de hoĩe. ſed qđ in eo natũ eſt. i. cõcæptum de ſpũſancto eſt: q cõcęptus ſaluaret populum ſuũ a pctĩs: & quod dixit. Noli timere accipere Mariã cõiugem tuam exponit̃. i. acceptã iam in domũ retinere. Sed btũs Berñ. aliter ſentit de iſta cauſa diuiſionis. Dicit eñ. Si quæritur quare Ioſeph voluit dimittere Mariam. Rñdetur ꝙ iſte Ioſeph cõſiderans ſanctitatem ſponſæ ſuæ: modeſtiam & pudicitiã dicebat intra ſe. Comeſſatrix nunq̃ fuit: nec vinolenta: nõ ſaltatrix: nunq̃ oculũ ſup virũ erexit: nõ diſcurrens: nõ leuis in riſu: vel verbo ſcurrilis. Vñ ergo iſta p̃gnatio? Non a me q ad eã nõ acceſſi: nõ ab alio: qa nunq̃ mãdatũ dei p̃teriſſet: ergo a deo eſt iſta opatio. O inæſtimabilis laus Mariæ. Potius æſtimabat virginẽ poſſe cõcipere q̃; Mariam peccare. Stupens ergo de tanta ſanctitate ꝙ mater dei eſſet voluit occulte dimittere eã: reputãs ſe indignũ cũ tanta manere ſanctitate. Ea ratione voluit dimittere eam qua & Petrus Chriſtum viſo miraculo de captura piſciũ plurima dicens. Exi a me dñe qa peccator homo ego ſum. Lu. v.

Qualr̃ Ioſeph volebat relinq̃re Mariã.

¶ De annuntiatione dñica. Cap̃. VIII.

## MISSVS EST AD MARIAM

Lu. i. Quia in myſterio incarnationis quoddam matrimoniũ ſpirituale fiebat inter deũ & humanã naturã: quæ aſſumenda erat ex virgine: iõ debuit in iſto ſummo matrimonio cõſenſus virginis reqri tanq̃ ſponſæ faciendæ. Nec eñ eſt laudabile opꝰ niſi cõſtitutũ aliquo modo libero arbitrio. nã & ſi prophetia prædeſtinationis vt erat prophetia incarnationis a multis prænuntiata impleatur ſine noſtro arbitrio. vt dicit glo. ſuper Mat. hoc intelligendum eſt ſm Alb. ſine noſtro arbitrio operante: ſed non ſine noſtro arbitrio cõſentiente. Et ideo decuit mitti q hoc annuntiaret & requireret conſenſum virginis. Vnde in figuram huius procurator Abraæ Eleazar miſſus ab Abraã qui interpretatur pater multarum gentium: de terra promiſſionis procurandam vxorem ſeu deſponſandam filio ſuo Iſaac in aram Rebeccam pulcherrimam virginem & incognitam viro ad aquarum fontẽ rep̃tã ſubito eam in ſpõſam Iſaac diſpoſuit aſſumere: prius tñ q̃; hoc faceret quæſitus eſt aſcenſus eiꝰ: quẽ exprimẽs clare facta eſt ſpõſa. Geñ. xxxiiij. Iſte ꝓcurator fuit archangelus Gabriel miſſus a deo pr̃e de terra ꝓmiſſionis. ſ. ſupnæ q in mundũ veniẽs inuenit pre cęteris ỽginẽ pulcherrimã mente & corpe: ad fontem aquarũ viuentiũ grãꝝ & diuinoꝝ eloqoꝝ: q etiã ſua liberalitate ipi angelo nuntio deſpõſationis ſitienti ſalutẽ humanã & camelis eius. i. hoĩbus q ab eo dirigebant̃ & gubernabant̃: potũ dedit ſatiſfaciens deſiderio ſuo cũ nuntiaſſet aduẽtus ſui cauſam & miſſionis: vt. ſ. eam deſpõſaret filio dei cum cõſenſit dicens. Ecce ancilla dñi &c. ꝯctũ eſt m̃rimoniũ: & ỽbũ caro factũ eſt. Multi ſctĩ hoĩes in veteri & nouo teſtamento ante concæptum fuerunt nũtiati: & miſſi angeli vel ſctĩ hoĩes ad hoc nũtiandũ: vt Iſaac: Sanſon: Ioãnes: Remigius: Thomas. vñ multo magis ſctũ ſctõrũ debuit nuntiari ꝑ aliquem miſſum. Et ideo miſſus eſt. Non obſtat ſi dicat̃: inter ea in quibꝰ nulla eſt diſtantia: nulla eſt neceſſaria miſſio: ſed inter deum & beatam Mariã nulla erat diſtantia: qa in illa erat non ſolũ per eſſentiam: p̃ſentiam: & potentiã vt in cunctis eſt: ſed etiã ꝑ gratiã ꝓut eſt in electis: & ꝑfectius q̃; in cunctis puris creaturis. Ergo non oportuit vel potuit mitti. Sed rñdet Alb. ꝙ q̃uis miſſio ſit inter diſtantia: qa tñ gr̃a habet plurimos gradus: ideo contingere põt deũ habitare in aliquo ꝑ gratiã aliquam: a quo diſtat reſpectu aliarum gratiarũ: quarum eſt capax & nondum habet. Licet ergo deus inhabitaret virginẽ per gratiam: diſtabat tñ ab ea quo ad maiorem etiam gratiã quã in concipiendo percæpit. & per corporalem præſentiã quam prius in ea non habuit. Miſſus eſt ergo ad Mariam angelus: videlicet nuntians ei verbum bonum. Quæ nuntiatio ex miſſione iſta fuit neceſſaria & congrua propter tria.

Abraã pr̃ multarũ gentium.

Arguit̃ nõ fuerat neceſſaria miſſio.

Rñſio.

¶ Propter dei venerationem.
¶ Propter virginis cõmendationem.
¶ Propter noſtræ vtilitatis conſecutionem.

Neceſſaria & cõgrua ꝓpter tria

## §. I. QVANTVM AD PRIMVM SE

cundũ Alb. honorabat̃ deus in iſta annũtiatione tripl̃r. Primo quantũ ad eiꝰ potentiã eo ꝙ angelos ſuos miniſtros habuit q ſunt valde potentes. Pſ̃. Oẽs angeli eius potentes virtute facientes verbum illius ad audiendã vocẽ ſermonũ eiꝰ. Et q̃uis ſolẽnior videat̃ nuntiatio tãto magis: quanto ꝑ plures & ſolẽnes miſſos: hoc eſt verũ: niſi illud qđ nuntiat̃ ſit arcanum ſeu ſecretũ: hoc eñ repugnat multitudini. Nõ eñ dr̃ arcanum qđ multis eſt cognitum. Nec eſt familiariter intimatum & amicabiliter qđ multis eſt prius intimatũ. Quia igitur iſtud erat valde ſecretum non decuit per multos nuntiari. ſed ꝑ vnum ex angelis qui miſſus eſt ad Mariam. ſ. Secundo honoratus eſt deus in iſta miſſione & annuntiatione quo ad eius ſapiam: in eo ꝙ mõ ꝑditionis obuiauit directe ꝑ viam liberationis: qa ſicut angelus malus ỽginem Euã decæpit ꝑ malã nuntiationẽ: ſic ꝑ angelũ bonũ deꝰ ỽginẽ Mariã docuit: nũtiãs ei ỽbũ bonũ ſummã btitudinẽ inde hoĩbꝰ cõſequẽdã. Et ſic ſatis credi põt ꝙ malus angelꝰ q nuntiauit Euæ verbũ falſum fuit vnus ex maioribus dæmonijs: ita & nuntiãs ỽbũ optimũ Marię: nõ fuit ex ordine ĩferiori: ſed de ordine archãgeloꝝ: & forte primꝰ illoꝝ q dr̃ princeps archãgeloꝝ. Tertio honoratus eſt deus quantũ ad bonitatẽ in iſta nuntiatione. Vñ Dama. Magnũ circa amorẽ hoĩm clemẽtiæ dei demõſtrat̃ pelagꝰ. Ipſe eñ cõditor & dñs eã quã proprio plaſmate fecit reiteratione & ope magiſter fuit. Et qui bonitatis ſpẽ decæpit hoĩem carnis problemate deciperetur. Et mõſtratur bonitas & iuſtitia dei. Nam bonitas quidẽ qa nõ deſpexit ꝓprij plaſmatis infirmitatẽ: ſed viſcera eius cõmota ſunt in ipſo cadente manũ porrexit. Iuſtitia etiam oſtenſa qm̃ hoĩe victo non aliũ vincere fecit natura. Neq; vi eripuit hoĩem ex morte: ſed quẽ quõdã ꝑ pctm̃ in ſeruitutẽ redegit mors hunc bonꝰ & iuſtus victorẽ fecit: & ſimilẽ ſibi reſeruauit. Hæc Io. Dam̃. Et ideo miſſus eſt Gabriel ad Mariam: qui interpretatur fortitudo dei: qa ad nuntiandũ veniebat eum qui eſt fortis & potens in prælio ad diabolũ vincendum.

Honorabatur deꝰ ĩ iſta miſſiõe tripl̃r.

## §. II. SECVNDO FVIT NECESSA

ria & cõgrua iſta annuntiatio facta. b. Mariæ a miſſo ad eam propter eius cõmendationẽ. Et hoc in tribus oſtenditur.
¶ Primo qa virtus virginis manifeſtatur.
¶ Scđo qa meritum virginis augmentatur.
¶ Tertio qa intus & extra illuminatur.

Propter ỽgĩs cõmendationẽ: & hoc in tribus.

Quantũ ad primũ manifeſtatur in iſta annũtiatione virtus virginis. Et primo virtꝰ humilitatis in turbando ſe & timẽdo: non qdem ꝑ iram vel deiectionẽ puſillanimitatis: ſed ꝑ admirationẽ ex tãta laudatione. Sicut eñ ſupborũ ꝓpriũ eſt ex laudibus alioꝝ ſe extollere: ita econtra humiliũ eſt laudes horrere: & minora de ſe ſentire. Et ſic in eis virtꝰ laudata creſcit: vt dicit Sen̄. Scđo virtus prudentiæ & diſcretionis manifeſtatur ex eo ꝙ denuntiãtis ſibi q̃rit nõ dubitans: ſed modũ pie q̃rens: inqt Io. in can̄. Nolite oĩ ſpũi credere. ſ. loqrẽti intus vel extra: ſed ꝓbate. i. examinate ſpũs vtrum ex deo ſint. Nã ip̃e ſathanas ait apl̃s transfigurat ſe in angelũ lucis. Tertio manifeſtat̃ ỽtꝰ fide in cõſentiendo. Btã ait Elizabet quæ credi. qm̃ pfi. in te q̃ di. ſunt ti. a dño. Et. b. Tho. i. iij. parte. q. iij. dicit ꝙ congruum fuit btẽ virgini nuntiari ꝙ eſſet Chriſtũ cõcæptura vt ꝯſeruaret̃ ꝯgruꝰ ordo cõiunctiõis filij dei ad ỽginẽ: vt. ſ. priꝰ mẽs eiꝰ de ipo iſtrueret̃ q̃; carne eũ ꝯciperet. vñ. b. Aug. dicit ꝙ beatior fuit Maria in ꝯcipiẽdo fidem Chriſti q̃; cõcipiendo carnẽ Chriſti. Tũ etiã vt volũtaria ſui

Quare cõgruũ fuit ỽgini nũtiari rõ ponitur.

obſequij munera offerret ad q̃ promptã ſe reddidit. Tum vt tactũ eſt. ſ. cũ ꝯheretur q̃ddã mr̃imoniũ ſpũale inter dei filiũ & humanã naturã: ꝑ annuntiationẽ expectabat̃ conſenſus virginis loco totiꝰ humanę naturæ. Scd'o meritũ v̾ginis in hac annuntiatione augmentat̃: & hoc in credẽdo nũtio: cum em̃ aliq̃d nuntiat̃ credẽdũ: quãto illud eſt magis arduũ & lõge ab hũana opatiõe vel ab vſu naturæ: tãto magis q̃s meretur aſſentiẽdo ab credẽdũ. Et q̃a maxĩe arduũ & iuſitatũ erat v̾ginẽ cõcipe: & deũ hoĩem fieri: iõ aſſentiẽs huic rei ſibi nũtiatę: augebat̃ & meritũ. Scd'o augmentatũ eſt meritum in aſſentiendo nũtiato: cũ ait. Fiat mihi ſm̃ v̾bũ tuum. Stabat tota cœleſtis curia expectans rñſum ſuũ: auidiſſime cupiebat aſſenſum ſuũ. Angelus Gabriel orator ꝓ cunctis beatis ſpiritibꝰ ſitiebat amoris ardore ad vltimũ v̾bũ ſuũ. Clamabant pr̃es oẽs in limbo illud Eſa. xlv. Apiat̃ terra & germinet ſaluatorem: apiat̃ terra v̾ginalis in ore ſuo ꝑ cõſenſum cordis corpis ꝑ vocale v̾bũ dicens. Fiat mihi ſm̃ v̾bum tuũ. & imediate germinabit ſaluatorẽ Chriſtũ. Quo v̾bo ꝓlato reuerſus eſt angelꝰ miſſus ad dñm ſuũ totã ciuitatẽ lætificãs nuntio ſuo. Tertio augmentatũ eſt meritũ in ſe deo totaliter humiliando dicens. Ecce ancilla dñi: nõ ait mr̃ vl' filia vl' ſpõſa dei: ſed ancilla. Ancilla totum qd' lucrat̃ dño vt ſuum tribuit. Si bona eſt ſeruit in cũctis ac reuerer̃ dñm ſuũ: ſic. b. Maria. Quãtũ ad tertiũ. ſ. ꝙ intus & extra illuminat̃ in iſta nuntione. Fuit em̃ illuminata in potẽtijs ſenſitiuis ꝑ allocutionẽ & viſionem angeli. Si em̃ angelus apparens paſtoribꝰ cũ magna claritate ſe illis oñdit ad annũtiandũ Chriſtũ natũ: multo magis credendũ eſt apparuiſſe cũ magno ſplendore v̾gini q̃ cõcẽptura erat: nõ luce q̃ oculos offẽderet vt offẽdit̃ aſpiciens in ſphera ſolis: ſed luce reficiẽte viſum & oẽs ſenſus. Illuminata eſt in potẽtijs medijs. ſ. imaginatiuis & cogitatiuis circa q̃s multũ opat̃ miniſteriũ angeloꝝ in purgãdo phãtaſmata & ſuggerẽdo bonas imaginationes: q̃s aũt cogitationes ſctĩſſimas q̃ꝫ altiſſimas q̃ꝫ feruidas erga diuina hr̃et ipa ſola nouit: nob̃ aũt incognita ſunt. Quãtũ aũt ad vltĩas potẽtias. ſ. intellectũ & voluntatẽ: ꝑ inſpirationẽ deꝰ opabatur: q̃ ſolꝰ ĩ volũtate opat̃: & aĩæ illabit̃. Tñ di. Alb̃. Deꝰ eſt ĩ hac miſſiõe negotij iuẽtor ꝑ ſeipm̃ ſalutatiõis dictator: ĩtelligẽtiæ inſpirator: & mẽtis ad cõſenſum ꝓuocator modi executiõis expoſitor. Vñ angelꝰ req̃ſitꝰ de mõ trãſmiſit eã ad. ſſ. dicẽs. Spũſſctũs ſupueniet in te: q. ſ. modũ docebit & ſeruabit: vñ nihil ĩ hoc ab ãgelo illuminatiõis accẽpit: ſed a deo.

## §. III. TERTIO FVIT NECESSARIA

iſta miſſio & nuntiatio ſic facta ad noſtræ vtilitatis conſecutionem. Et hoc tripliciter.

Propter noſtrã vtilitatẽ & hoc eſt tripliciter.

¶ Primo ad fidei confirmationem.

¶ Secundo ad deuotionis accenſionem.

¶ Tertio ad actuũ informationem.

Quantũ ad primũ fides confirmat̃ in nobis ex hoc ꝙ origo exordiũ & ꝓceſſus nr̃æ redẽptionis ſeriatĩ & ordinate deſcribit̃: & ſacri euãgelij teſtimonio cõprobat̃. Fides em̃ ex auditu. ait apl's ad Ro. x. Auditus aũt per verbũ Chriſti prædicatum & in ſcriptis euangelioꝝ redactũ: & ꝑ miracula multa approbatum. Cũ aliq̃s audit ordinate aliquã hiſtoriã enarrari & deſcribi ꝓuinciã & ciuitatẽ vbi res geſta eſt: & q̃ tẽpore & quibus pſonis: & quibꝰ locutionibꝰ & reſpõſionibꝰ & exẽplis notis: nõ ſolũ cõfirmat̃ ad credẽdũ illa: ſed q̃ſi cogit̃ ꝓbabiliter q̃ mõſtrari aliter nõ poſſunt: & cum referuntur a pſonis grauibꝰ & iuſtis. Cũ iſta enarrata ſunt ab euangeliſtis: diſcuſſa & approbata ꝑ apl'os ſanctos opatores ꝓdigiorum: cõfirmat̃ ex his fides magis ac magis in nobis q̃ꝫ ſi ſolũ audiremus incarnationẽ: ſed nõ ordinem eius. Quantum ad ſcd'm deuotio accendit̃ cũ toti humano generi mediãte beatiſſima virgine Maria ꝑfecta pax & recõciliatio nuntiatur. Et hũana natura deo & angelis inimica abiecta a deo prior etiam ꝑ angelum ſalutatur. Certe ſi quis dñs recæpiſſet magnas iniurias a ſeruis ſuis rebellantibus ſe ab eo: & inimico eiꝰ adhærentibus: qui ſerui in nullo poſſunt ei dño nocere: nec eget eis: ſed ipſi ſine eo viuere non poſſunt. Si talis dñs mitteret ad ſeruos illos vnũ ex principibus ſuis ad ſalutãdũ eos oñdens ſe velle eos reconciliari ſibi: & facere eos familiares & regni ſui conſortes nonne ſine dubio accẽderentur ad deuotionem & affectionem eius ſicut ait apl's. Cõmendat

Rom. v. deꝰ. i. cõmendabilẽ oñdit charitatem ſuã in nobis. q̃a cũ inimici eſſemus recõciliati ſumus. Et iõ miſit vnũ de principibus. ſ. Gabrielẽ ad ſalutandũ v̾ginẽ: vt in ea & ꝑ eam fieret reconciliatio nr̃a ꝑ incarnationem. Quãtũ ad tertiũ. Actus nr̃i in iſta nuntiatione informantur. Nã ꝑ illud qd' btĩſſima v̾go geſſit q̃n ad ipſam angelus venit: & ꝑ id qd' angelo dixit: & ꝑ illud qd' poſt receptionem plenitudinis fecit inſtruimur q̃les debemus ad gratiã habendã ꝑparari. videlicet primo vt ſimus ſeparati a turbis clauſi in interiori domo ꝯſciẽtiæ: clauſi a ſenſibꝰ & ſenſibilibus: & clauſo oſtio. ſ. ſenſuum ora patrẽ tuũ: ait Chriſtus Mat. vj. Et cũ timore audire diuinas inſpirationes q̃ fiunt ꝑ angelũ vt loquentẽ. Audiã inq̃t pſ. quid loquat̃ in me dñs deus: q̃m loquet̃ pacẽ. Ad hoc inſtigat vt recõciliet̃ homo cũ deo ſuo. Sic Maria non in turba vel platea inuenta eſt ab angelo: ſed in domo: non ad feneſtram vel oſtium: ſed in cubiculo orans vel legens ad verba angeli timẽs. Scd'o inſtruimur q̃liter gratiã recæptã augmẽtare debeamus: videlicet interrogando de vtilibꝰ: humiliando ſe in oĩbus & obediendo diuinis iuſſionibꝰ & inſpirationibꝰ. Sic em̃ Maria poſt ſalutationem interrogauit angelũ de modo concæptionis. Ancillã ſe noĩauit: diuinæ volũtati obediuit dicens. Fiat mihi ſm̃ verbum tuum. Tertio inſtruimur quõ auctã gratiã cõſeruemꝰ: videlicet ſemꝑ aſcendẽdo de bono in meliꝰ. Nã ſm̃. b. Berñ. In via dei non ꝓficere eſt deficere ſaltẽ diſpoſitiue. & Chryſ. nemo repẽte fit ſummus ſed a minimis q̃ſq; inchoat: vt ad maiora ꝑueniat. de pœ. di. ij. charitas eſt aqua. Sic beata Maria poſt concæptũ filij aſcẽdit in montana. ſ. virtutum ꝓficiendo: & ad Elizabeth ſeruiendum ꝓficiſcendo. Quæritur in quo actu fuerit btã Maria q̃n ſalutata fuit ab angelo. Vtrum in actu cõtemplatiõis vel actionis? Et videt̃ ꝙ in actu cõtẽplationis. Nã ad contẽplationẽ ꝑtinet qd' dr̃ in Threñ. iij. Sedebit ſolitariꝰ & tacebit & leuabit ſe ſuꝑ ſe. Dicit em̃ philoſophꝰ ꝙ aĩa ſedẽdo & quieſcẽdo fit prudẽs. i. ſapiens. Sed beatiſſima virgo Maria ĩ cõcipiẽdo debebat fieri v̾go prudẽtiſſima & mater ſapiẽtiæ. Ergo cõgruebat ei ſedere mente & q̃eſcere. qd' fit ꝑ contemplationem. Cũ etiã dñs appropiquaret in illo myſterio beatiſſimæ virgini deſcendendo: & ipſa debuit obuiare ei aſcẽdendo. ſ. eleuando ſe ſuꝑ ſe ꝑ contẽplationẽ. ſm̃ illud Amos iiij. Præparare in occurſum deo tuo. Nam nobiliſſima operatio fuit conceptio filij dei. ideo debuit fieri in nobiliſſimo ſtatu: q eſt ſtatus contẽplationis. Præterea dantis & recipientis debet eſſe adinuicem cõuerſio. ſm̃ illud Cant̃. vij. Dilectꝰ meꝰ mihi. i. ame diligit̃: & ad me ꝯuerſio eius vt me diligat. Anima aũt habet duas facies ſm̃ rationẽ. ſ. partẽ ſuperiorẽ & partem inferiorem. Superiorẽ. ſ. ſm̃ quam ſuperioribꝰ inſpiciendis & conſulendis inhæret. Inferiorem ſm̃ quã inferioribus tractãdis & diſponẽdis intẽdit. Si ergo dei & btĩſſimæ virginis tamq̃ꝫ dãtis & recipientis debet adinuicẽ fieri conuerſio: neceſſariũ eſt ꝙ ſm̃ illã partẽ comparet̃ ſm̃ quã anima ad deũ cõuertitur. ſ. ſm̃ partẽ ſuperiorẽ: qd' pertinet ad contẽplationẽ. Sed ꝙ fuerit actione tunc beata Maria. ſ. deſcendendo per humiliationem ſui. videtur ex hoc qd' dr̃ Cañ. j. Cum eſſet rex in accubitu ſuo. ſ. quieſcẽdo in virgine ꝑ incarnationem nardus mea dedit odorem ſuũ. Nardus eſt herba medicinalis parua & multum odorifera: & ſignificat beatã virginẽ: parua per humilitatem: medicinalis per curationem infirmitatũ ſpũalium & corporaliũ: odorifera ꝑ exẽplorum vitæ ſuæ diffuſam ſuauitatẽ. Et ſic videt̃ ꝙ humilitas beatæ Mariæ fuerit præparatoria ad concæptionem: vñ & beatus Aug. dicit ꝙ humilitas genuit nobis deum. Humilitas aũt eſt in deſcendendo: q̃a recumbit in nouiſſimo loco inferiorem ſe alijs exiſtimans. Sicut aũt aſcenſus eſt in contẽplatione: q̃a eleuat ſe ſupra ſe. ita humilitas videtur eſſe in actione deſcendendo ad inferiora: q̃a humilis dr̃ quaſi humi accliuis. Item Geñ. xix. dixit Abraam. Loquar ad dominũ meũ cum ſim puluis & cinis. Ergo pulu erizatio & incineratio qua ſe hõ humiliat & annihilat eſt ꝑparatio qua hõ loquat̃ cũ deo: & deꝰ cũ eo. Sed deꝰ in hoc myſterio familiariſſime locutus eſt cũ virgine in ipſa ſalutatione. ergo maxime debuit incinerari & humiliari. Qd' etiã patet ſe feciſſe ex vltimis verbis cũ ait. Ecce ancilla dñi. Non ait mater vel ſpõſa vel filia ſed ancilla: quo ſtatũ. ſ. ancillarum nil infimius vel vilius: hoc autem. ſ. humiliando ſe fit deſcẽdẽdo: ergo in actione erat. Exercitiũ em̃ moralium virtutum cuiuſmodi eſt humilitatis pertinet ad vitam actiuam: ſm̃ bea. Tgo. ij. ij. Sic me

Pſalmꝰ lxxxiiij.

Querit̃ ĩ q̃ actu btã Maria fuerit q̃n ſalutata fuit.

Arguit̃ ꝙ fuerit ĩ actiõe.



Si em̃ deꝰ humilibꝰ dat gratiã ſuã: vt ait Petrꝰ apl's & Iac. ergo maxime humili dat maximã gr̃am. Sed maximam gratiã dedit deꝰ beatæ v̾gini in concæptione filij: ergo tunc maxime humiliata fuit. Solutio Alber. vbi. ſ. cuius etiam ſunt rõnes ꝓ & ꝯ. Concedimus ꝙ btã v̾go fuit in iſta annuntiatione in actu cõtẽplationis. Sed cũ quærit̃ ꝑ quem actum ad gr̃am iſtã maxime ꝑpararet̃: dicimꝰ ꝙ btã virgo in hac annũtiatione in ſummo puræ creaturæ eleuabat̃ cauſaliter in ſummã ptãtem: in ſummã dignitatem: in ſummã charitatẽ. In ſummã ptãtem eleuata fuit eo ꝙ ſuper naturã deum genuit. Et ad hanc ptãtẽ eleuauit eã fides. iuxta illud. Oĩa poſſibilia ſunt credenti. Marc. ix. vñ Elizabeth. Btã q̃ credidiſti. q̃m perficient̃ ĩ te q̃ dicta ſunt tibi a dño. Lucæ. j. In ſummã dignitatem eleuata eſt: eo ꝙ totius creaturæ ꝑ recreationem mater effecta eſt. Et ad hanc dignitatẽ eleuauit eam hũilitas: ſm̃ illud Mat. xxiij. Qui ſe humiliat exaltabit̃: & quanto magis ſe humiliat tanto magis exaltat̃. Vñ quia filius eiꝰ Ieſus ſumme humiliauit ſemetipſum factus obediẽs vſq; ad mortẽ crucis: vt ait apl's ad Phil. ij. mortem ignominioſiſſimã. Ideo deus exaltauit illũ & dedit illi nomẽ qd' eſt ſuꝑ omne nomen &c. Et q̃a poſt eum mater eius maxime ſe humiliauit iõ exaltata fuit ad hoc vt ſit mater totius creaturæ: exaltata ſuꝑ choros angeloꝝ. In ſummã charitatẽ eleuata eſt per hoc ꝙ deo in oĩ ꝓpinquitate ꝓpinquiſſima fuit vt pote q̃a eius filia: mater: ſoror: & ſponſa fuit. Et ad charitatẽ eleuauit eã charitas. ſm̃ illud Prouerb. viij. Ego ait ſapiã diligentes me diligo. Et q̃a charitas eſt ignis diuinus conſumens & deſiccãs oẽm humorẽ carnalitatis vt ſibi ꝯtrariũ. Ideo caſtitas eius eleuabat eã ad ſummã cum deo familiaritatẽ. ſm̃ illud Sap̃. vj. Incorruptio facit ꝓximum deo. Inter iſtas ergo v̾tutes præparantes beatã v̾ginem ad iſtã cõcæptionem. Fides eleuauit potentiã rõnalẽ: humilitas potentiã iraſcibilẽ ſiue ardui appetitiuã: & charitas affectiuã: v̾ginitas ex parte corporis pręparabat gñatiuã ſuſcæptiuã. Et ſic tota eleuabat̃ q̃ tota replebat̃ & tota glorificabat̃. Si autem quærit̃ vtrũ iſtis motibus ſimul moueret̃. Dicimus ꝙ non. Sed aliæ v̾tutes ꝑparabant ſuas potentias eleuãdo habitualr̃: Charitas autem tanq̃ꝫ forma aliarum & vinculum ꝑfectionis ex parte btĩſſimæ virginis fecit coniunctionem actualr̃. Vñ charitas fuit complementum vltimum ex parte ſuſcipiẽtis: ſicut & complemẽtũ vltimũ ex parte dãtis & mouentis ad mouendũ & dãdũ: vñ Hugo de ſctõ Victore. O charitas q̃ꝫ forte eſt vinculum tuum. Tu deũ de cœlo ligatũ traxiſti in mũdũ. Ad obiecta ergo rñdeo ꝙ aſcenſioni ꝑ cõtẽplationẽ non ꝯriat̃ deſcenſus ꝑ humilitatẽ. Sed deſcẽdere ad opa actionis propter deum: hoc eſt aſcendere ꝑ humilitatem ad deum. vñ Anſ. in lib̃. de ſimilitudinibus aſſimilat humilitatem mõti: q̃a ꝑ eã aſcendit̃ ad deum ꝑ quoſdam gradus. Et hæc mutuo ſe cõſequunt̃: q̃a quãto magis quis eleuat̃ in cognitionem dei tanto magis deſcendit in humiliationem ſui: q̃a quãto magis videt magnitudinem dei tãto magis reſpectu eiꝰ cognoſcit vilitatẽ & paruitatẽ ſui. vñ pſ. cxv. Ego dixi in exceſſu meo ſ. deum contẽplando: oĩs hõ mẽdax. i. q̃a nõ ſit. & Eſa. lxiiij. Oẽs iuſtitiæ noſtræ q̃ſi pãnus menſtruatę: quo nihil abominabilius dici põt. Vñ frequẽter legit̃ de ꝓphetis: vt Dañ. & Ezech. ꝙ q̃n diuina conſpiciunt in terram cadũt. & Diony. dicit ꝙ tenebræ occultant̃ a lumine & magis a multo lumine. Et ſic patet ꝙ ꝑ humiliationẽ deſcẽſus nõ impedit cõtẽplationis aſcenſum. Erat ergo beatiſſima v̾go in ipſa annũtiatione & cõcæptione in ſummo cõtẽplationis aſcẽſu tota ꝑ dilectionẽ in deũ transformata. Et notandũ ꝙ Beda ſuper illud Luc. xj. Btĩ q̃ audiũt verbũ dei &c. dicit. Hoc ĩ loco btẽ dei genitricis excellentia commẽdat̃: q̃a in tanta ſpeculationis cuſtodia dño famulabat̃: ꝙ ipſius humilitati & ſctĩtati nullus ſctõꝝ cõparat̃: ſed & tota ſctõꝝ btĩtudo ex gratioſę virginis vtero proceſſit. O veneranda dña electa & ꝑelecta q̃ eſt mr̃ & virgo eẽ nõ deſinit. O admiranda puella q̃ ſalua virginitatis pudore ſuum genuit genitorem. O fœlix ancilla q̃ creatorem & gubernatorem genuit vniuerſoꝝ: & v̾go ꝑmãnſit in æternũ. O benedicta mr̃ q̃ inferni vaſtatorẽ: cœli reparatorẽ: nr̃m ſaluatorẽ: mũdi redẽptorẽ: deũ oĩpotẽtẽ: dñm cœli & terræ & oĩa continentẽ ſuo ꝓtulit ex vtero. Angeloꝝ lętitiam: hoĩm vitam: cœloꝝ glĩam: ſctõꝝ coronam: ꝑadiſi lucernã. O btã fœmina q̃ regis vniuerſoꝝ mr̃ eẽ meruit. Sedet in gremio v̾ginis mr̃is q trinã reꝝ machinã palmo ꝯcludit. Gaudet itaq̃ꝫ mr̃ q̃ tm̃ ſe hr̃e filiũ ꝯtẽplat̃. O admirandum magnæ pietatis miraculum. Hæc Beda.

Rñſio.

Qõ.

Rñſio ad obiecta.

¶ Alius ſermo de miſſione in genere. Ca. IX.

MISSVS EST AD MARIAM VIRginem. Lucæ. j. Miſſio alicuiꝰ ad aliquem ĩportat quẽdam ꝓceſſũ ſeu emanationẽ ipſiꝰ miſſi a mittẽte. Et q̃a pr̃ æternꝰ a nullo ꝓcedit: iõ nõ dr̃ mitti: ad creaturam: nec vſq̃ꝫ legit̃ miſſus. Sil'r trinitas nõ dr̃ mitti: q̃a includit pſonam pr̃is q̃ nõ mittit̃. Sed q̃a filiꝰ dei ꝓcedit a pr̃e: iõ mittit̃ a patre & mitti dr̃ in mũdũ. ad Gal. iiij. Miſit deꝰ filiũ ſuũ. Spũs q̃q; ſctũs q ꝓcedit a patre & filio mitti dr̃ ad ſctĩficandam creaturam. Ioan. xvj. Mittam vobis a pr̃e ſpm̃ v̾itatis. Angeli q̃q; a deo ſæpe mittũt̃ ad diuerſa officia. Heb̃. j. c. Oẽs adminiſtatorij ſpũs ſunt in miniſteriũ miſſi eorum q hæreditatem capiũt ſalutis. Qd' ergo dr̃. Miſſus ẽ ad mariam v̾ginem. ſm̃ Alb̃. põt intelligi de angelo & de ſpũ ſctõ: & de dei filio in iſta annũtiatione: ſed aliter & aliter.

Miſſio q̃d ĩportat.

¶ Primo miſſus eſt dei angelus ad Mariam: vt ræparationẽ noſtram de ea intimaret.

¶ Secũdo miſſus eſt dei ſpiritus ad Mariam: vt præparationem ad hoc adaptaret.

¶ Tertio miſſus eſt altiſſimi filius ad Mariam.

## §. I. QVANTVM ERGO AD PRIMVM

de miſſione angeli in hoc ſermone. Sciendum ꝙ iſta nũtiatio fuit ſuprema & finis & cõplementum oĩm nuntiationũ ꝓphetaliũ de incarnatiõe loquẽtium. Et q̃a beatitudo quæ nũtiat̃ immediate btæ mariæ: & in ipſa & ꝑ ipam annũtiat̃ toti humano generi ꝯſequenda ꝑ incarnationẽ cum homo in hoc fuerit vt recipiens eam: nõ decuit vt hõ huiꝰ eſſet nũtius. Hoĩm etiam eſt recipere illuminationes: angeloꝝ autẽ eſt nuntiare. Sed vt cũ nullus hoĩm fuerit ſupior. b. maria: ſed ipſa oẽs excelleret. Inferioꝝ aũt eſt recipere illuminationes a ſuperioribus: apparet ꝙ non debuit iſta reuelatio vel nuntiatio incarnationis fieri ꝑ hoĩem: cum quilibet eẽt inferior virgine. Et ſi diceret̃ ꝙ eadem rõne nõ debuit fieri ẽt ꝑ angelum: q̃a fuit maior angelis perfectione gr̃æ ſuper eos exaltata. Rñ. b. Tho. in. iij. p. q. xxx. ꝙ mater dei erat ſuperior angelis quantũ ad dignitatẽ ad quam diuinitus eligebatur. Sed quantum ad ſtatum vitæ pñtis inferior erat angelis: ſicut etiam xp̃s ꝓpter paſſibilitatem aſſumptam dr̃ paulominus angelis minoratus. Sed q̃a xp̃s erat viator ſimul & cõprehenſor: iõ non egebat quantũ ad cognitionem diuinoꝝ ab angelis inſtrui. Mater autem dei in vita nondum erat in ſtatu cõprehenſorũ: & ideo de concæptu diuino erat ꝑ angelũ inſtruẽda. Fuit ergo ad hoc miſſus angelꝰ Gabriel. & hoc triplici rõne ſm̃. b. Tho. in. iij. pte. q. xxx. Fuit conueniens myſteriũ incarnatiõis nũtiari ꝑ angelum miſſum: vt dr̃ in euãgelio. Primo vt in hoc ſeruaret̃ diuina ordinatio ſm̃ quam mediantibus angelis diuina ad hoĩes ꝑueniũt: vñ oẽs reuelationes diuinorum fctẽ ſunt miniſterio angeloꝝ: vt patet in Dañ. & Apo. xij. c. & lege diuina data per angelos ſm̃ apoſtolũ. vñ Diony. dicit in li. cœleſtis hierarchiæ. iiij. c. ꝙ diuinũ Ieſu benignitatis myſteriũ angeli primũ edocti ſunt: poſtea ꝑ ipos ad nos cognitionis gr̃a tranſiuit. Sic diuiniſſimꝰ Gabriel ad Zachariam q̃dem dicebat ꝓphetam eſſe vẽturũ ex ipſo. Mariã autẽ quõ in ipſa thearchicum ineffabilis dei formationis myſterium. Nec eſt ꝯ qd' ait idẽ Diony. c. vij. ſ. ꝙ Chriſto aſcendente angeli quærunt de ipſo. Quis eſt iſte q venit de Edõ? Eſa. lxiij. quaſi ignorantes myſteriũ incarnatiõis. Non em̃ quærũt quaſi ignorantes tale myſterium. ſed perfectius ſcire cupientes huiꝰ myſterij rõnes quæ ſunt incomprehenſibiles intellectui creato ſm̃ btm̃ Tho. vbi. ſ. vñ Maximus dicit. vtrum angeli cognouerint futuram ĩcarnationẽ ambigere non oportet latuit aũt eos inueſtigabilis dñi ꝯcæptio atq̃ꝫ modus qualiter totus in genitore totus manebat in omnibus: necnon & in virginis cellula. Secũda rõ eſt: q̃a cõueniẽs fuit reparationẽ q̃ futura erat ꝑ xp̃m nũtiari ꝑ angelum vt correſponderet reparatio lapſui: vt ſicut ꝑ angelũ: ſed malũ nuntiatum eſt verbũ fœminæ. ſ. Euæ vñ ſecuta eſt mors: ſic ꝑ angelũ bonũ nũtiaret̃ verbum mariæ: vñ reparata eſt vita. Et hoc eſt q̃d dicit Beda in homil'. Aptũ humanæ reſtaurationis principium vt angelus a deo mitteret̃ ad mulierem partui conſecrandam diuino: quia prima

Annuntiatio non debuit fieri ꝑ hominem quare.

Angelꝰ gabriel miſſus ẽ triplici rõne.

perditionis humanæ cauſa fuit:cũ ſerpens a diabolo mittebatur ad mulierẽ ſpũ ſupbiæ decipiẽdam. Poteſt huic rõni addi:& hoc qa cum ex ipſa reparatione humani generis per incarnationẽ reſtaurabanť & ruinæ angelorꝝ ex hoib⁹ aſſumendis in eorꝝ cõſortium: decens fuit ꝙ etiam angeli cõcurrerẽt in hoc myſterio:videlicet nuntiãdo ipm. Tertia rõ eſt: qa cõueniebat hoc virginitati matris dei. Omne em̃ aĩal diligit ſibi ſimile:& delectabiliter ꝯuerſať cũ eo: ouis cũ oue: homo cũ homine:iniquus cũ iniquo:caſtus & innocens cũ pudico & ſancto. Hãc rõnem tãgit btũs Hiero. in ſermone de aſſumptione dicens. Bene angelus ad virginem mittitur: qa ſemp angelis cognata eſt virginitas. Profecto ĩ carne eẽ: & præter carnem viuere.i.in virginitate:nõ terrena vita ẽ: ſed cœleſtis. Hæc ille. De vita em̃ cœleſti dr̃ ꝙ in futura reſurrectione neq; nubent, neq; nubentur: ſed erunt ſimiles angelis dei. Mat.xxij. Et alius dicit. Virginitas eſt ſoror ãgelorꝝ. Apte ergo miſſus eſt angel⁹ virgo ad Mariam virginẽ deſponſatam Ioſeph virgini.

## §.II. SED NVNC VIDENDVM EST circa ipſum nuntium.

De q̃ ordie miſſus eſt.

¶Primo de quo ordine miſſus eſt.
¶Scđo in qua ſpecie miſſus eſt.
¶Tertio in quo tempore miſſus eſt.
¶Quarto in quo loco miſſus eſt.
¶Quinto qua locutione vſus eſt.

Quãtum ad primũ cũ ſint ordines nouẽ in cœleſti hierarchia: deq̃ illorꝝ miſſus ſit dicendũ. Et quidam dixerũt circa hoc fuiſſe hũc Gabrielẽ de ſupmo ordine.ſ.ſeraphin. Mouẽtur ad hoc.qa.b.Grego.dicit ꝙ ſummum angelũ venire dignũ erat q̃ ſummum oĩm nũtiabat.ſ.dñm incarnandũ. Gabriel em̃ ſiue ſit nomen ꝓpriũ alicuius angeli:ſiue nomẽ cõmune deſignãs officiũ ad qđ mittitur:non exprimit magis vnũ ordinem q̃ aliũ. Si em̃ ſeraphim miſſus fuit ad Eſaiam ad purgãdũ calculo ignito labia eius. Eſa.vj. quare nõ multo magis ad virginem:ad ſignificandũ purgationẽ toti⁹ mũdi? Et ſi dicatur illũ miſſum ad Eſaiã nõ fuiſſe de ſupmo ordine:qa illi nõ mittunť:ſed ſemp aſſiſtũt:ſed dictus eſt ſeraphim ex exercitio ad qđ miſſus fuit.ſ.incẽdẽdũ mẽtẽ illi⁹ & locutionẽ. Poſſet dici ꝙ hoc eſt de cõi lege ſupmos nõ mitti ſecus ex aliqua cã ardua et maxima:vt fuit myſterium ĩcarnationis. Sed cõior opinio eſt ꝙ fuit iſte de ordine archãgelorũ:qđ & .b.Berñ.dicit. Hoc expſſe notat Aug.in quodam ſermone.in quo inducit btãm virginem ſic loquentem. Venit ad me Gabriel archãgelus facie rutilans:veſte coruſcãs: inceſſu mirabilis. Et aſſignat tres rõnes vñ eccleſia canit. Archangelũ Gabrielẽ credim⁹ tẽ diuinit⁹ affatũ. Et iterꝝ in officio. Gaude Maria virgo q̃ Gabrielis archãgeli dictis credidiſti.& ipſe.b.Greg.ait in homil. ꝙ archãgeli ſunt q̃ ſumma nuntiant. vñ credibile eſt ſm.b.Tho.vbi.ſ. ꝙ fuit iſte ſummus in ordine archãgelorꝝ.& ſic põt intelligi dictum beati Grego.cum dicit ꝙ debuit venire ad annuntiandum ſummum angelum:nõ reſpectu oĩm ordinũ:ſed reſpectu angelorꝝ & archangelorꝝ. Gabriel aũt dr̃ ꝙ interpretať fortitudo dei:qa annũtiabat dñm fortiſſimum in plio ad dęmones expugnandos. Dicit aũt Alber.vbi.ſ. ꝙ ideo iſte angelus non fuit de maioribus:ſed archangelus:qđ factum fuit in honorationẽ btẽ mariæ:qa ſi qs de ſupiorib⁹ mitteret:ab illo illuminari crederet. de inferioribus aũt mittiť vt oñdať ꝙ angelus tm̃ eſt myſterialis negotij nũtius: & exterior delator. Deus aũt p ſeipm eſt negotij inuẽtor & intelligentiæ inſpirator:& mẽtis ad ꝯſenſum illuminator. nihil ergo illuminationis in hoc ab angelo ꝟgo accæpit. Vñ in euãgelio ãgel⁹ dr̃ p totum:nõ archãgelus:ad tollendã talẽ opinionem.

## §.III. SECVNDO VIDENDVM EST IN qua ſpecie miſſus eſt angelus ad mariã.

In q̃ ſpẽ fuerit miſſus ãgel⁹ ad mariã.

ſm.b.Tho.iij.par.q.xxx. ꝙ in ſpecie corporali appareret hoc cõueniens fuit. Primo quantum ad id qđ nũtiabať. Venerat em̃ angelus nuntiare incarnationem inuiſibilis dei:vñ etiã conueniens fuit vt ad hmõi rei declarationem inuiſibilis creatura.ſ.angel⁹ in ſua ſubſtantia inuiſibilis oculis nr̃is corporeis formam aſſumeret in qua viſibiliter appareret. Cum etiam oẽs apparitiones veteris teſtamenti ad hãc apparitionem ordinentur qua filius dei in carne apparuit. Scđo hoc ꝯgruũ fuit dignitati mr̃is dei q̃ non ſolũ mẽte ſed in corporeo vẽtre erat dei filiũ recẽptura:& iõ nõ ſolũ mẽs ei⁹:ſed etiã ſenſus corporei erant viſione angelica refouendi. Tertio congruit certitudini eius qñ nũtiabať. Ea em̃ q̃ ſunt oculis ſubiecta certius apprehendim⁹ q̃ ea q̃ imaginamur. Vñ dicit Chryſ.ſup Mat. ꝙ angelus non in ſomnis:immo viſibiliter virgini aſtitit. Nam qa magnam valde relationem ab angelo accipiebat egebat tantę rei euentus viſione ſolẽni.ſ.corporali. Quãuis autẽ intellectualis viſio ſit potior: q̃ viſio imaginaria vel corporalis.tñ btũs.Aug.dicit ꝙ eſt excellẽtior viſio ſeu prophetia q̃ habet ſimul intellectualem & imaginariam viſionẽ q̃ illa q̃ habet alterã tm̃. Btã aũt ꝟgo nõ ſolum pcẽpit viſionẽ corpalẽ in angelo nũtio:ſed etiã intellectualẽ illuminationẽ:vñ talis apparitio nobilior fuit. Et adhuc nobilior fuiſſet ſi angelũ intellectuali viſione in ſua ſubſtãtia vidiſſet:ſed hoc nõ patiebať ſtatus eius cum eſſet viatrix. Nõ em̃ viator hõ angelum p eſſentiã videt.

In q̃ ſpecie ãgel⁹ appuit.

Apparẽs aũt angel⁹ in ſpecie corporali quã ipe aſſumpſit ex aere denſator: ſe obtulit virgini in humana forma magis q̃ in alia forma corpea. Et rõ eſt ſm Alb.vbi.ſ.quia virgo ſenſibiliter ab angelo illuminari debuit. Illuminatio autẽ ſenſitiua ad cognitionẽ fit mediante locutione:ergo medium illuminationis debet eſſe locutiuum:ſed nullũ ſenſitiuum eſt locutiuum niſi hõ.

Quare ĩ ſpecie hũana.

Et ideo decuit vt ipſe in ſpecie hũana non alia appareret vt ſicut nobiliſſimũ intellectiuum erat qđ illuminabat eã interius.ſ.de⁹:ſic nobiliſſimum eſſet inſtrumẽtũ p qđ illuminabať exterius.ſ.ſpecies humana. Et hæc forma hũana fuit in ſexu virili ſm Alb. qđ patet ex ꝟbis.b.Amb.dicẽtis ſup Luc. Trepidare virginum eſt:& ad oẽs viri ingreſſus pauere:& oẽs viri affatus vereri. qđ ideo dicit: qa euãgeliſta ait. ꝙ turbata eſt in ſermone ãgeli:quia ſpeciem viri habebat. Patet etiam hoc ex eo qđ in oĩbus alijs apparitionibus ãgelorꝝ figuratiuis huius annuntiationis angeli apparuerũt in forma virorꝝ. Vñ qñ apparuerunt tres viri.i.angeli Abrahæ Geñ.xviij. Rõ etiã hui⁹ ẽ ſm Alber. qa ſexus fœmine⁹ nõ eſt illuminatiuus:ſed magis illuminabilis ſm aplm dicentem. Mulieres in eccleſia taceãt:ſed domi viros ſuos interrogẽt. Caput em̃ mulieris eſt vir. Vñ cum illuminans inquãtum hmõi dignior fit illuminato:poti⁹ illuminatio fieri debuit btẽ mariæ in ſexu digniori.ſ.virili q̃ fœmineo.

Quare ĩ forma hũana & virili

Miſſus aũt angelus apparuit in forma humana virili: non quidem in ætate puerili nec ſenili:ſed iuuenili. Cuius rõ eſt ſm Alber. qa ſenex inquãtum hmõi dicit defectũ.& ſilr puer:ſed iuuenis dicit nouitatẽ cũ pfectiõe. Hic aũt nũtiabať ille qui fuit nouus ſm humanitatem:perfect⁹ ſm diuinitatem. Ergo in ſpecie iuuenili debuit nũtiari. Et ad idẽ facit quod dicit Diony.dicens. Signa innouantis & ſemp vitalis virtutis. Innouantis:ecce nouitas humanitatis. Semp vitalis virtutis:ecce æternitas deitatis. Et ſic iuuenile nomen complectiť humanitatem æternãq; deitatem quam vtramq; xp̃s nũtiatus habuit. Congruebat ergo forma iuuenilis illuminationi ſenſibili:nõ autem pueri vel ſenis forma: qa pueri non perfecte vtuntur diſcretiõe ſenſuum:& ſenes deficiunt ſm ſenſum. Neutra ergo ætas conueniebat illuminationi ſenſibili:vbi neceſſaria eſt & diſcretio ſenſuum & vigor organorũ.

Quo habitu miſſ⁹ ẽ.

Miſſ⁹ etiam credẽdum eſt appuiſſe indutus: qa in ſcripturis ſic leguntť apparuiſſe. Nam in reſurrectione viderunt mulieres in monumẽto duos angelos in albis ſedentes. Et poſt aſcẽſionem Chriſti immediate apparuerunt duo viri in veſtib⁹ albis. Act.j.id eſt angeli dei. Et vt dicit btũs Greg. Candor veſtis iocunditatem indicat futuræ ſolẽnitatis. Et quia maximũ feſtũ fuit hoĩbus qñ diuinitas fuit copulata noſtrę hũanitati in iſto myſterio. iõ poſſet videri ꝙ angelus iſte debuit apparere Mariæ albis idut⁹. Sed qa quẽ nuntiauit.ſ.Ieſum Zacharias ꝓpheta in figuram vidit indutum veſtibus ſordidis Ieſum magnum ſacerdotem. iõ videť ꝙ ad conformãdũ ſe ei debuerit apparere potius in veſtibus ſordidis. In Eſa.quoq;.lxiij.c.quærunt angeli a Chriſto aſcẽdẽte: vt cõiter exponiť. Quare rubrum eſt veſtimẽtum tuũ. Ex quo videť ꝙ debuit apparere in veſte rubea. Sed dicit Alb.vbi.ſ. ꝙ apparuit angelus iſte in veſte clara non alba nec nigra vł rubea. Et hoc propter annuntiationẽ & ꝓpter recipientem & ꝓpter nuntiatũ. Propter nuntiationẽ qdẽ angelus q̃ claritatẽ cognitionis & puritatẽ habet. Quãtũ ad ꝟginẽ recipiẽtẽ nũtiũ cõgruębat veſtis clara:qa illa q̃ concæpit ſine tenebra pcti

bra pcti



bra pcti fuit:& ſine pctõ concæpit qui peccare nõ potuit Ieſum. Et qa ſine libidine concæpit:& ſine dolore peperit:ergo ſine paſſiõis rubore hæc cõcæptio cõſummata fuit. ergo cũ angelus non intẽderet nũtiare niſi incarnationem nõ debuit hr̃e veſtem rubricatam vel bicoloratam:ſed tm̃ clarã. Itẽ modus ꝓcedendi in iſta incarnatiõe fuit ſine corruptiõe: ſine diminutione:ſine mixtione:ſicut lux ꝓcedit de luce:ergo quo ad omnia q̃ fuerunt in iſta incarnatiõe ꝯgruebat angelum venire in veſte clara. Autoritates autem quæ loquũť dñm veſtitum vel ſacco.vt illud.Pſ.xix. Cõcidiſti ſaccum meum.vel ſordida veſte vel rubea loquuntur de ipſo Chriſto ſm ſtatum paſſionis non incarnationis.

## §.IIII. TERTIO CONSIDERANDVM eſt quo tpe miſſus eſt.

quo tpe miſſ⁹ ẽ.

Et dicendum ꝙ miſſus eſt eo tpe quo pnuntiatum fuerat meſſiã.i. xp̃m mittendum ſm ꝓphetiã Iacob patriarchæ dicentis Geñ.peñ. Nõ auferetur ſceptrum de Iuda & dux de femore ei⁹:donec veniat q̃ mittendus eſt. Alia tranſlatio habet Meſſias:q̃ dr̃ xp̃s. Et qa tunc tpis iam erat ablatum ſceptrũ de Iuda.i.dignitas regalis de tribu Iuda.& dux de femore eius.i.ducatus & regimẽ illius populi: p duces Leuitas Machabæos: qui aliquo modo ptinebant ad tribum Iuda ꝯhentes adinuicẽ ꝯnubia.& aſſumpſerat ſibi regnum Iudææ Herodes alienigena q̃ non erat de gñe Iudæorum.vt patet Mat.ij. Sed diffuſe declarať p magiſtrum in hiſtoria ſcol. Ideo vt impleretť ꝓphetia:miſſus eſt angel⁹ ad nuntiandum ſubitum aduentũ regis p incarnationem.

Quoto ãno miſſus eſt.

Et ſi quæratur quoto anno ab initio mũdi. Rñdeo ſm Bedã. lxx. interpꝛetes. qnquies milleſimo cẽteſimo min⁹ vno. Fecerat ſiqdẽ de⁹ cũctas creaturas in principio mũdi vt narrat lr̃a Geñ.j.in qnq; dieb⁹. & in parte.vj. in qua creauit beſtias terræ & hoĩem faciens eũ dñm oĩm:& a paradiſo terreſtri tranſlaturus humanum gen⁹ ſi obediſſet in gloriã cœleſtem. Sed qa vt ingratus tranſgreſſus eſt præcæptum:puniuit eos Adam & Euam cũ oĩ poſteritate ſua q̃ tota erat in eis ſm ꝟtutẽ ſeminalẽ p qnq; milia.xcix.annos vt nullus eorꝝ quantũcũq; ſctẽ viueret poſſet intrare ĩ gloriã cœleſtem ita ꝙ p ſingulis diebus data eſt pœna mille annorum. Et ꝓ illa parte ſextæ diei reſiduum.q̃ tpe pene tranſacto miſſus eſt angelus ad annũtiandũ:qa tp̃s miſerẽdi eius hoĩs: qa venit tp̃s vt incarnatus paſſione ſua aperiret oĩbus ianuam regni cœleſtis:remoto ãgelo a cuſtodia viæ paradiſi ne poſſet adiri.

quo mẽſe anni.

Si ſcire cupis quo anni:menſe vniuerſalis tenet eccleſia: qa de mẽſe Martij q̃ erat ſextus menſis a cõcæptione Ioãnis baptiſtæ.vt dr̃ Luc.j. Et apte in ſexto menſe a Ioannis cõcæptu dr̃ miſſus angelus ad annuntiãdũ Chriſti incarnationẽ: qa lex & ꝓphetę.i.vetus teſtamentũ vſq; ad Ioannem cõtinens qnq; mũdi ętates. primã ab Adã vſq; ad Noe. ſcđam a Noe vſq; ad abraam. tertiam ab Abraã vſq; ad Dauid. quartam a Dauid vſq; ad tranſmigrationem Babylonis. quintã a trãſmigratiõe Babylonis vſq; ad xp̃m. in quo inchoatur ſexta ætas:cuius finem de⁹ nouit. Habem⁹ aũt de ea.M.cccclxxix.annos cum hoc ſcriptũ eſt. Eſt aũt ſenari⁹ numer⁹ pfectus:ſignificans pfectionẽ gr̃æ quam xp̃s adduxit. Mẽſis autem Martij eſt tp̃s vernum quo terra ſicca & indecora ꝓpter frig⁹ reuiuiſcit in herbis:floret in arboribus:lætať auium cõcẽtu:abũdat in humoribus. Et qa p ĩcarnationem xp̃i renouatio facienda in hũano gñe:qđ olim ꝓpter frigus pcti erat aridũ grã indecorꝝ:qa ſine virtutibus reuiguit in bonis cogitationibus:refloruit in ſctĩs affectionibus:augmentatum eſt in ſctĩs doctrinis:lætatum ex pmijs. ideo apte hoc mẽſe miſſus eſt.

quo die menſis.

Dies aũt hui⁹ menſis in quo miſſus eſt dies.xxv. Martij.& ſexta feria qua die creatus eſt primus hõ:& qua die reuolutis.xxxiij.annis ætatis dñi nr̃i:& crucifixus & mortu⁹ eſt ꝓ nobis ſm.b.Aug. Ea igitur die qua primus hõ de terra terrenus Adam fact⁹ eſt:voluit ſecundus Adam de cœlo cœleſtis Ieſus fieri vt terrenum faceret cœleſtem.b. Aug. Deus factus eſt homo:vt homo fieret deus redimendo eũ ſua paſſione illa die eam ſuſcipiendo. Et ideo præ cæteris in maxima deuotione habenda eſt:& vbiq; ꝓpter reuerentiam eius abſtineť a carniũ eſu. de conſe.diſt.iij.de eſu carnium. Sed antiquitus etiam ieiunabať:ita vt crucifigere Chriſtum reputaretur q̃ ſanus non ieiunaſſet. de cõſe.diſt.iij.ieiunia.

Qua hora.

Demũ hora in qua miſſus eſt:etſi nobis non ſit certa:tñ ſm Alber. vbi.ſ.conuenientior videtur fuiſſe in ortu ſolis. dicit em̃ ꝙ circũſtantiæ nũtiantis debẽt exprimere ꝓprietatem nũtiati ſm Diony. vnde cum annuntiet angelus iſte ipam incarnationem cũ ꝓprietatib⁹ ſuis:illa autem ſit ort⁹ veri ſolis ſup terrã illuminãtis oẽm hoĩem venientem in hunc mũdũ. qđ tp̃s.ſ.mane eſt initium diei:ſine p̃iudicio pſumptionis credimus ꝙ hæc annũtiatio ſit facta ĩ ortu diei. Ad qđ facit qa opus creationis cœpit a luce. Geñ.j. Fiat lux. quod videtur fuiſſe in principio diei artificialis. Ergo multo fortius opus recreationis qđ eſt nobilius. in incarnatiõe incipit dies grę. Oĩs aũt dies ĩcipit a luce.ſ.artificialis dies qui eſt ab ortu ſolis vſq; ad occaſum ſup nr̃m hemiſpherium. dies enim naturalis qui eſt.xxiiij.horarꝝ comprehendens etiam noctẽ in veteri teſtamẽto inchoabať a luce.ſ.in mane. vt patet ex textu lr̃æ. Geñ.j.& ideo decẽs fuit ꝙ recreatio q̃ eſt per gratiam allatam inchoaret a luce. Qđ aũt dr̃ Sap.xviij. Dum mediũ ſilentium tenerent oĩa.& nox in ſuo curſu medium iter haberet. oĩps ſermo tuus dñe.i.filius de cœlis a regalibus ſedibus venit. Ex qua autoritate poſſet videri ꝙ iſta annũtiatio fuerit facta in media nocte. Rñdeo ꝙ non intẽdit ſapiẽs ibi notare tp̃s ſeu horam incarnationis:ſed ſtatum eorꝝ quibus venit qui omnes vna catena tenebrarum errorum & vitiorum erant compediti. Angelus autem magis debuit nuntiare:& ex hora annũtiationis deſignare ꝓprietatem & effectũ incarnationis.ſ.initium ſeu ortum veri ſolis potius q̃ ſtatũ eorum quibus ortus eſt. nec etiam in veſpere.i.ſero debuit nũtiare ſignificans finem ſæculi.i.ſextam ætatem in qua incarnatus eſt. ſm illud Apoſtoli ad Gal.iiij. Poſtq̃ venit plenitudo temporis miſit deus filium ſuum.i.penultima ætas & alibi. Nos ſumus in quos fines ſæculorum deuenerũt:qa tempus non nuntiabat incarnationis. Iam em̃ illud fuerat nũtiatum per Gabrielem Danieli.ſ.ipſam tunc faciendam incarnationem. Si autem diceretur ꝙ conuenientior videť hora in meridie:ex eo ꝙ Abrahæ ſtanti in oſtio tabernaculi in feruore diei.i.in meridie apparuerunt angeli nũtiãtes cõceptum Iſaac qui fuit figura chriſti. Illa etiam hora.ſ.nona Chriſtus expirauit in cruce. per cuius mortem redempti & illuminati ſumus. In meridie etiam ſole exiſtẽte in altiſſimo poli:maximum calorem generat ſuper terram. Maximum autem calorem ſuæ dilectionis oſtendit in mittẽdo filium ſuum ĩ mũdum. ergo illa hora debuit potius nũtiari. Reſpõdet Alber. ꝙ Abraam deſignat feruẽtem affectum patrum antiquorum:quem habebãt ad iſtam ĩcarnationem faciendam. Sed angelus non ad hoc fuerat miſſus nũtiare.ſ.deſiderium patrum:ſed impletionem vñ & initium illuminationis. Quod autem hora paſſiõis fuerit meridies facit ad ꝓpoſitum videlicet quia ſicut ſole mũdi materiali ad occaſum tẽdẽte cõgruebat verum ſolem chriſtũ mũdũ relinquere quo ad vſum vitæ humanæ. Ita ꝯgruebat ꝙ ſole materiali oriẽte.ſ.in prĩcipio diei:ſimul oriretur ab ĩtra verus ſol iuſtitiæ xp̃s deus nr̃ p ĩcarnationem. Et licet in ope redẽptiõis charitas mõſtrareť ĩ ſummo:op⁹ tñ ĩcarnatiõis ſine paſſione non fuit op⁹ redẽptionis. vñ licet ĩcarnatio magis in ſe eẽt q̃ paſſio:tñ magis mõſtrata eſt charitas ĩ paſſiõe dicẽte dño. Maiorem charitatem nemo habet &c. Ergo nõ fuit ſummum qđ recæpit augmentum. vñ charitati oſtẽſę in ĩcarnatiõe: facta eſt additio ſm demõſtrationẽ exteriorẽ in paſſiõe p quã charitas vltima eſt in oſtenſiõis pfectiõe:& ideo in meridie paſſio magis q̃ incarnatio cõgruit fieri.

## §.V. QVARTO VIDENDVM EST DE loco ad quem miſſus eſt.

De loco ad quẽ miſſ⁹ ẽ.

ſ.in qua ꝓuĩcia. In qua ciuitate. In qua domo. Et quantum ad prouĩciam oſtẽditur expreſſe ex euãgelio iſto Luc.& quo ad ciuitatem quia diciť ibi. Miſſus eſt angel⁹ ĩ ciuitatẽ Galilææ.ſ.talis ꝓuĩciæ. q̃ ciuitas dr̃ Nazareth. Ideo autem anuũtiatio iſta & ꝯcæptio chriſti fieri debuit ĩ prouĩcia Galilææ ſm Alb.vbi.ſ.& propter factũ qđ fiebat & ꝓpter finẽ p quẽ fiebat. Incarnat⁹ em̃ fuit dñs vt Iudæos & Gẽtiles ſaluaret. Propterea ĩ regiõe quæ ab vtroq; ĩhabitabatur:ãnũtiari & ꝯcipi voluit. Qđ autem ab vtriſq; ĩhabitareť:patet p Eſaiam dicẽtem.ix.c. Primo tpe alleuiata terra Zabulõ & terra Neptalim &c. trãs Iordanem Galilææ. gẽtium ppl̃s qui ambulabat ĩ tenebris vidit lucem magnam. Ductis em̃ ĩ magna parte dictis tribubus in captiuitatem ĩ Niniuem: miſſi ſunt a rege multi gẽtiles ad habitandum ĩ Galilea.& ſic mixti erãt Gẽtiles cum Iudæis qui remã

ſerāt. Qđ habitaret a Iudęis Galilæa: patet ex euangelio vbi
dr̄. ꝙ aſcendit Ioſeph a Galilæa in Iudæam. & ſic in regio-
ne communi cōcipi voluit qui ꝓ oībus naſci voluit. Non
em̄ Iudæorum deus tm̄ ſed & Gētilium. Item regio illa ſuo
noīe ꝓprietatem incarnatiōis ꝓpriſſimæ expreſſit. Galilęa
em̄ interp̄tatur reuelatio ſeu trāſmigratio. In hac autē annū
tiatione fiebat ſummi ſecretoꝝ reuelatio qñ verbum in prī
cipio ꝙ erat apud deum: & lucem inhabitat inacceſſibilem:
caro factum eſt. Et vidit oīs caro ſalutare dei nr̄i: qui librum
aperuit & ſoluit ſignacula oīa: & q̄cūqꝫ audiuit a pr̄e nota fe
cit nobis. Similr̄ & hic fiebat tranſmigratio maxima: qa de
ignorantia in ſciētiā: de culpa in gr̄am: de vmbra in verita
tē: de auſteritate in benignitatē: de ſeruitute in libertatē: de
timore in amorem: de grauitate in leuitatē: diuinitas in hu-
manitatem: q̄ maxima tranſmigratio fuit: qa in ea primum
ad vltimū in vnā pſonā trāſmigrauit. Nec obſtat ſi dicat̄ ꝙ
Iudæis ꝓmiſſus eſt. ergo ibi in Iudæa cōcipi debuit. falſum
em̄ hoc eſt qa & gētibus. vt patet ꝑ ꝓphetas p̄cipue Eſa. ſed
bn̄ ꝓmiſſum eſt ꝙ de eoꝝ ſemine xp̄s naſceret̄: quod eis ſo-
lutum eſt. Et ſic ſalus ex Iudæis eſt originaliter: ſed non ꝓp̄

*Quare ī ciuitate nūtiari & ꝯcipi voluit.*

cos. Quātū ad ciuitatem clarum eſt: qa nuntiatus eſt in ciui
tate hoc teſtāte euangelio. Et qa natus eſt extra ciuitatē Beth
leem: paſſus, ſepultus & reſuſcitatus extra ciuitatē. ſ. Hierl̄m
poſſet alicui videri ꝙ etiam extra ciuitatem debuiſſet cōcipi
ſicut & alia p̄dicta facta ſunt. Sed rn̄det Alb̄. vbi. ſ̄. ꝙ dn̄s in
oībus principalibus factis q̄ in mundo geſſit quare in mū-
dum veniſſet oſtendit. Inter hoīes em̄ pc̄tōres natus fuit: na
tus ante bouem & aſinum iacuit. Inter pc̄tōres ꝯuerſat⁹ fuit:
& cum eis comedit. Inter Latrones crucifixus fuit. Reſurgēs
primo Mariæ peccatrici apparuit: omnibus ꝑ hoc oſtēdere
volens qa venerat Ieſus in mundum pc̄tōres ſaluos facere.
Non ergo in mari qđ eſt locus piſciū debuit nuntiari. Non
in aere q̄ eſt locus auium: non in cāpo q̄ eſt locus aīaliū ſyl-
ueſtrium: ſed in ciuitate ꝯcipi debuit: q̄ eſt locus hoīm pro-

*De duplici natiuitate.*

prius q̄ propter nos & ꝓpter nr̄am ſalutem deſcēdit de cœ-
lis. Ad obiecta rn̄det̄: ꝙ duplex eſt natiuitas. ſ. in vtero & ex
vtero. Prima congruit myſterio. Sc̄da exēplo. Prima in ſe-
creto. Sc̄da ī manifeſto. In ciuitate ergo cōcipi voluit vt oñ
deret ꝙ ꝓ oībus venit. In via aūt natus vt oſtenderet qa na
tus nobis factus eſt via ad regnum cœlorum. Extra portam
paſſus ad oſtēdendum ꝙ ꝑ ipſius paſſionem nō liberemur
niſi a conuerſione pc̄ti ad ipm̄ & poſt ipm̄ egrediamur. Iō
etiā in ciuitate cōcipi voluit ad oñdendum ꝙ qñ de cœlis ve
nit: nō ſine cœlis & ciuitate regni cœleſtis venit: ſed ipām ci
uitatem regni nobis ſecum tulit. Nō ſic Lucifer deſcēdit: ſed
ſicut fulgur de cœlo ipm̄ cœlū deſerēs: & ſecū vbicūqꝫ ignē

*Quare ī Nazareth.*

portans: dn̄s aūt ad nos veniens id qđ erat ꝑmāſit: & de bo-
nis paternis nō expulſus fuit: ſed in vtero matris vt in ciui-
tate dn̄i regnum cœloꝝ fuit. Quātum ad nomen ciuitatis di
cit euāgeliſta ꝙ erat Nazareth: qđ etiā nō vacat a myſterio.
Interpretatur em̄ Nazareth flos. Sicut autem diuinæ genera
tioni: ita & humanæ aſſimilat̄ gn̄atio floris de flore. flos em̄
pullulat de vno & in decore eſt: cum ſpe vtilitatis in fructu.
Similr̄ ſm̄ diuinam gn̄ationem ꝓcedit filius de vno. ſ. patre
qui eſt in cœlis ſine matre: & ſm̄ generationem humanam
de vna. ſ. matre in terris ſine patre: vñ ipſe ſponſus eccleſiæ
ait in Cañ. Ego flos campi. Bn̄ ergo in Nazareth concæptus
fuit: qui ſicut flos de flore ſine mixtione de vna matre ſaluo
virginitatis decore: & matris vtilitate ꝓceſſit. Vñ btūs Ber.
Semina diuinæ cognitionis videntur eſſe allocutiones &
promiſſiones factæ ad patres. Floruit autem hoc ſemen in
mirabilibus: q̄ oſtenſa ſunt in exitu de Egypto. ſuſcæptio
autem huius ſeminis iſta & horum florum fructus eſt Naza
reth. Nūtiat̄ ergo Chriſtus Nazareth naſciturus: qa in flore
ſeparat̄ fructus proceſſurus. Nomen ergo ciuitatis in qua cō
cipitur exprimit & ſtatum tp̄is & finem operis ad quem ve-
nit. Cum em̄ Chriſtus concipit̄ hyems tranſijt: tp̄s iuocatio
nis aduenit: fructus appropinquauit: omnibus ſe exhibuit:
medicinam confecit: ſenſum refecit: coronandus pauperib⁹
venit. Hæ autem ſunt ꝓprietates floris ꝓpter quas cōgruit
Nazareth ad locum diuinæ cōcæptionis. Nō obſtat qđ Mi
chæas ait. Tu Bethleem terra Iuda &c. ex te exiet dux qui re-
gat populum meum. qa loquitur de exitu eius ex vtero. i. na
tiuitate quæ fuit in Bethleem. Et qđ ait dn̄s in Ps̄. cxxxi. De
fructu vētris tui ponam ſuper ſedem tuam. quæ ſedes regni
Dauid fuit in Hieruſalem: loquit̄ de modo obtinēdi regnū
Dauid ſpūale ſm̄ ius & actum: & vtrumqꝫ fuit factum in Iu
dæa & Hierl̄m: qa ibi eſt paſſus dn̄s. Et ꝑ ius redemptiōis re
gnū accæpit ſuper eos: ꝓ quibus paſſus eſt. Ibi etiam reſurre
xit & tunc actualiter in throno regni ſedit. Quātū aūt ad lo-

*De loco habitatiōis ad quē miſſus eſt.*

cū habitationis dicēdum ꝙ fuit miſſus ad domū vbi habita
bat btā maria. Dicit em̄ euāgeliſta. Ingreſſus eſt angelus ad
eam. ſ. in oſtium domus ſuæ. Sed videt̄ ꝙ poti⁹ debuerit fie
ri iſta nūtiatio in templo: qa dignior opatio debet fieri in
digniori loco: vñ oratio q̄ eſt opus valde dignum. nam tūc
loquimur cum deo: fit cōis in tēplo: qđ Chriſtus oſtendit di
cens. Lu. xix. Domus mea domus orationis vocabit̄. ſed iſta
nūtiatio & cōcæptio fuit digniſſima operatio. ergo &c. Cō-
cæptio etiā Ioānis baptiſtæ fuit nūtiata in templo. vt patet
Luc. i. ergo multo magis iſta q̄ ſine cōparatiōe fuit dignior.
Ad quæ reſpondet Alber. vbi. ſ̄. ꝙ locutus non ſanctificat
hoīem: ſed homo locum. vt dicit Chryſ. diſt. xl. c. multi. di
gnius ergo tēplum & loc⁹ in quo habitat maioris dignita-
tis & ſanctitatis pſona & in quo exercet̄ pfectior operatio.
Erat ergo digniſſima habitatio in terra illa ī qua habitabat
digniſſima & ſanctiſſima creaturarum quē ipſe ſanctuſſctō
rum ſemp inhabitauit: nuncqꝫ ſolā reliquit quam multitu-
do angelorum frequentauit. Exercebatur etiā ibi in nobiliſ
ſima opatione. ſ. ſanctiſſima cōtēplatiōis: orōnis: deuotio-
nis oblatione. Dignius ergo oratorium iſtud q̄ꝫ illud Iudai
cum: in quo fiebat tauroꝝ & vituloꝝ mactatio: thuris incen
ſio. Fiebat ergo iſta annūtiatio & incarnatio in digniſſimo
loco: in templo. ſ. ſacratiſſimo vteri virginalis. Vñ canit de
ea eccleſia. Tēplum dn̄i: ſacrarium ſpc̄tūſſc̄ti. Et beatus Ber.
ait ꝙ non fuit locus dignior vtero virginali. Et qa dicit in-

*Angel⁹ ad Mariā clauſis ianuis īgreſſus eſt.*

greſſus ad eā. dicit Alber. Credimus angelum clauſis ianuis
domus ad eā intraſſe. & hoc potuiſſe ꝓpter naturæ ſuæ ſub-
tilitatem: & aſſumpti ætherei corporis qualitatem. quod eli
cit ex verbis btī Bern̄. ſic dicentis. Ingreſſus ad eam puto in
ſecretarium pudici cubiculi vbi illa forſan clauſo ſuper ſe
oſtio orabat pr̄em ſuū in abſcōdito. Solēt angeli aſtare orā-
tibus & delectari in his quos vident puras manus in oratio
ne leuare: holocauſtum ſanctæ deuotionis gaudent ſe deo
offerre in odorem ſuauitas. Mariæ aūt orōnes quatum pla-
cuerint in conſpectu altiſſimi: angelus indicauit. q̄ ingreſ-
ſus ad eā reuerēter ſalutauit. Nec fuit difficile angelo ꝑ clau
ſum oſtium intrare: penetrare ad abdita virginis: qui vtiqꝫ
ex ſubtilitate ſubſtātiæ ſuæ hoc habet ī natura ꝙ nec ferreis
ſeris eius arceat̄ ingreſſus quocumqꝫ eum ſuus ferat impet⁹:
Angelicis em̄ ſpiritibus parietes non obſiſtunt: ſed cūcta il
lis viſibilia cedūt & ſolida & ſpiſſa penetrabilia ſunt eis &
peruia. Suſpicādū igit̄ nō eſt ꝙ aptū oſtium angelus inuene
rit virginis: cui nimirū in ꝓpoſito erat frequētias hoīm fu-
gere: vitare colloquia: ne vel orantis ſilētiū pturbaret: vel
continentis caſtitas tentaretur. Clauſerat inquā ſup ſe illa
hora habitaculum ſuū prudentiſſima virgo: ſed hoībus: nō
angelis. Et ſic potuit ad eā intrare angel⁹: ſed nulli hominū
facilis patebat acceſſus. Hæc beatus Bern̄.

## §. VI. QVINTO ET VLTIMO QVE

*De locutione q̄ eā allocut⁹ eſt angelus*

rēdū qua locutione locutus eſt ad eā in hac miſſione. Habēt
em̄ angeli ſuas locutiōes adinuicē & ad aīas beatas ſpūales
nobis ignotas manifeſtantes ſuas cogitationes & affectus.
Habent & ſuas locutiones ad hoīes: cum ad eos mittuntur a
deo. Aliqñ interiores. ſ. illuminando & īſtigando ad bonū:
ſicut Zacharias ꝓpheta dicit. i. c. Et dixit angelus q̄ loqueba
tur in me. i. in mente. Aliqñ vero cum mittunt̄ in ſpecie vi
ſibili: loquūt̄ etiam voce ſenſibili. ſicut patet de angelis ap-
parētibus Abraæ nūtiātibus cōcæptum Iſaac. & de angelis
apparētibus in forma humana in reſurrectione Chriſti ad
monumētum voce clara annūtiātibus eam Marijs: & ī aſcē
ſione diſcipulis. Ita dicēdum eſt hic ꝙ ſicut in ſpecie huma-
na: vt dictum eſt: apparuit Mariæ: ita & voce humana locu-
tus eſt: vt patet ex litera euāgelij. Licet em̄ angelus non ha-
beret dētes naturales vt homo: nec palatum guttur vel pul
monem ex quibus format̄ vox humana: tamen & ſine illis
potuit formare vocem humanam. i. ſimilem ei: ſicut & cum
facta eſt vox de cœlo quæ audita eſt. Hic eſt filius meus dile
ctus in aere. vbi illa inſtrumēta vocis humanæ non erant.
Decuit em̄ vt ſicut non ſolum illuminatiōe inuiſibili mēs
eius



eius illuſtrabat̄ & inflāmabat̄ a deo: ita etiam & viſione cla
ra & locutione ſenſibili: oculi eius & auditus eius: & oēs ſen
ſus reficerētur in dn̄o. Salutauit ergo eā voce humana dicēs:
Aue. Congruo aūt ordine iſta annūtiatio facta eſt. quæ em̄
a deo ſunt ordinata ſunt. Apl̄s ad Rom̄. xiij. Tria em̄ intende

*In ſalutatione tria āgelus intendebat circa mariā.*

bat angelus circa virginem. vt inquit btūs Tho. in. iij. par.
q. xxx. ar. iiij. Primo q̄dem reddere mētem virginis attentā
ad tantæ rei conſiderationem. qđ q̄dē fecit eā ſalutādo qua-
dā noua & inuſitata ſalutatione. Vñ Origen̄. ſup Luc. dicit:
ꝙ ſi ſciuiſſet Maria ad alium quēpiam fuiſſe factū ſimilē ſer
monem vtpote quæ habebat legis ſcienti: nuncqꝫ eam tanqꝫ
peregrinā talis ſalutatio terruiſſet: in qua ſalutatiōe p̄miſit
idoneitatem eius ad ꝯceptum in eo quod dixit. Gratia plena
Expreſſit concæpum cū ſubdidit. Dn̄s tecū. ſ. erit. Poſt nun-
tiauit honorē ꝯſequētē cū dixit. Benedicta tu in mulierib⁹.
Sc̄do intēdebat eā inſtruere de myſterio incarnationis qđ
in ea erat explendum. Qđ q̄dem fecit p̄nūtiādo cōcæptum
& partum dicens. Ecce concipies &c. Et in oſtendēdo digni
tatem prolis: dū ait. hic erit magnus &c. Et in demonſtrādo
modum cocæptionis: cum ait. Spūſſctūs ſuperueniet in te.
Tertio intendebat animum eius ad cōſenſum inducere. qđ
fecit exemplo Elizabeth & rōne ſumpta ex diuina oīpoten-
tia. Non aūt inductū fuit exemplū Elizabeth quaſi ex eo ꝙ
dubitaret. vt dicit bea. Amb. Nam ꝙ crediderit oñdit Eliza
beth dicens. Beata quæ credidiſti. & ideo punita non fuit in
aliquo ſicut Zacharias mutitate qui non credidit verbis an
geli. Vñ qđ btūs Aug. videt̄ dicere in lib̄. q. vete. & noui te
ſtamenti. ſ. ꝙ ambigenti Mariæ de concæptu poſſibilitatē
angelus prædicat intelligenda eſt ſm̄. b. Tho. iſta dubitatio
magis admirationis q̄ꝫ incredulitatis. Et ideo angelus pro-
bationem inducit non ad auferendam infidelitatem ſed tol
lendam admirationem. & ponitur vt quoddā figurale exē-
plum & ad confirmationem hui⁹ exempli ſubditur vt argu
mentum efficax dei omnipotentia. quia non erit impoſſibi
le apud deum omne ꝟbum. aſſignāt & infra aliæ rōnes hu-
ius exempli. In ipſa ſalutatione locutione & tandem aſſen-
ſu virginis. Dicit Alber. vbi. ſ̄. Credimus beatam virginē
in aduentu eius inclinatis genibus & eleuatis puris manib⁹
erectis ad cœlum oculis ad patrem miarum ꝓ incarnatione
filij ſui deuotiſſimas preces cum lachrymis fudiſſe: & ange-
lo venienti aſſurrexiſſe: & pcæpta eius annūtiatione creden
tem in eam aſſenſiſſe: & q̄ꝫ totius impleri flexis in terram ite
rum genib⁹: & eleuatis rurſum in cœlum oculis ac manib⁹
ex intimo corde erumpētibus præ gaudio ex oculis lachry-
mis deuotiſſime flagitaſſe. & ſic deum pariter & hominem
concæpiſſe qñ demum ait. Fiat mihi ſm̄ verbum tuū. & tūc
verbum caro factum eſt.

¶ De miſſione ſpūſſc̄ti ad Mariam virginem. Ca. X.

MISSVS EST ETIAM AD MA
riam virginem ſpūſſctūs. qđ p̄nuntiauit angel⁹
cū ait. Spūſſctūs ſupueniet in te. ſ. ad iſtud myſte
rium pficiendum. vnde dicere potuit ipa btiſſi-
ma virgo maria illud Thren̄. i. De excelſo miſit ignē in oſſi
bus meis & erudiuit me. Oſſa virginis potentiæ interiores
in quibus conſiſtit virtus animæ. De excelſo ergo cœlo mi
ſit deus ignem ſpūſſancti in potentijs virginis. in intellectu
ad illuminandum. In affectu ad flammādū. In ſenſitiua ad
deſiccandum. ſ. cōcupiſcētiam. In generatiua ad fœcundan
dū. de omnibus erudiuit eam deus de his quæ oportuit. Vñ
& articulus fidei eſt ꝙ concæptus eſt Chriſtus de ſpiritu ſan
cto: qđ trahit̄ ex eo qđ dixit angelus Ioſeph. Qđ in ea natū
eſt. ſ. in virgine cōcæptum de ſpūſancto eſt. Miſſus eſt ergo
ſpūſſanctus ad Mariam tripliciter.

¶ Primo ad ſc̄tificationem in ea pleniſſime perficiēdam.

¶ Sc̄do ad opationē ab ea pfectiſſime ꝓducendam.

¶ Tertio ad fœcūdationē ex ea ſingulariſſime cōferēdam.

Et in his ſpūſſanctus dixit angelus ſupueniet in te. i. ſuper
oēs alios ſctōs & ſctās veniet in te ad iſta efficiēdū: & nulli
alteri iſta ita ſublimiter cōcedēdum vel efficiendum.

## §. I. QVANTVM AD PRIMVM QVOD

*Maria dr̄ tabernaculū xp̄i.*

ſcilicet fuerit ſanctificata virgo maria oſtēdit Ps̄. xlv. Dum
ait. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. Dicta aūt
eſt beata Maria tabernaculum Chriſti: quia in ea habitauit
ingrediens campum huius mundi ad pugnandum in q̄ mi-
litamus. Vnde ſapiens in pſona eius dicit Eccli. xxiiij. Qui
creauit me requieuit in tabernaculo meo. Et. b. Augu. in ſer
mone de ea loquens ait. Thronum dei cœli: thalamum dei:
tabernaculum Chriſti neceſſe eſt ibi eſſe vbi eſt ipſe. Sāctifi
catio autem: vt dictum eſt. ſ̄. attribuit̄ ſpiritui ſancto: & tūc
dicitur mitti ad creaturam rōnalem: cum eam ſanctificat. Sā
ctificatio autem importat emundationem a peccato. Eſt em̄
ſm̄ Diony. ſanctitas perfecta mundicia. Iſta autem emunda
tio a culpa non fit niſi ꝑ gratiam quæ attribuitur ſpūſctō.
Et quia ſolum anima rationalis eſt ſubiectum culpæ & gra
tiæ propter qđ in brutis non eſt reperire culpam vel gr̄am:
qa ratione carent. ideo ante animationem ſeu infuſionem
animæ in corpus non poteſt eſſe in corpore cōcæpto culpa
nec gratia. Sed poſt infuſionem animæ contrahit culpa ori
ginalis: & ab ea per gratiam poteſt emundari. Et ſm̄ legem
ꝯmunem: q̄ non eſt natus. i. ex vtero matris egreſſus ſaltem
pro maiori parte vel notabiliori corporis: renaſci non pōt
ſm̄ Aug. de conſe. diſ. iiij. qui in vtero. Qđ oſtendit proprie
tas ipſius nominis. Nam renaſci eſt iterum naſci. vt prima
natiuitas ſit corporalis qua egreditur de vtero matris. Secū-
da ſpūalis qua naſcitur ad eē ſpūale ex matre eccleſia quod
fit per baptiſmum: & tunc quis ſanctificatur ꝑ gratiam ab
originali mundatus. & hoc xp̄s oſtendit dicens Ioā. iij. Niſi
quis renatus fuerit ex aqua & ſpūſancto non pōt introire
in regnum dei. Et hoc quia non habet gr̄am ſanctificatiōis
emundantem ab originali culpa. nihil autem coinquinatū
ſ. culpa introibit in illam. ſ. ſupnam patriam. Verum qa vt
ait magr̄ in. iiij. ſn̄iarum. Deus non alligauit potentiam ſuā Nota.
ſacramentis: quin. ſ. poſſit & per alium modum ſanctificare
creaturam rōnalem & mundare a culpa q̄ꝫ ꝑ ſacramenta. Iō
præter legem cōem aliquos etiam in vtero exiſtentes ſctifi-
cauit: vt patet de Hiere. de q̄ dr̄. i. c. Anteqꝫ exires de vulua ſā
ctificaui te. & de Ioanne baptiſta ait Angelus Luc. i. Spūſctō

*dr̄ īaīter ſctificatos modo cōis legis & ſctificatos ī vtero mr̄is*

replebit̄ ex vtero matris ſuæ. ſ. ꝑ ſanctificationem. Sed iſta
eſt differentia inter ſanctificatos & emundatos a culpa. quia
ſanctificati modo legis cōis. ſ. per gratiam ſacramentorum
a culpa liberantur vt non dn̄etur ſenſualitas rationi nec re-
gnet peccatum in eis. dum. ſ. ſequunt̄ inſtinctū gratiæ & cō
ſeruant eā. Remanet tn̄ in eis fomes qui non eſt aliud q̄ꝫ quæ
dam habitualis inordinata cōcupiſcentia ſenſualitatis: non
ſubdita ratiōi: ſed inclinans ad malum &, difficilem reddēs
ad bonum: quæ exijt in actum tp̄e vſus rationis & diuerſos
motus vitiorum: quibus & reſiſtere & aſſentire pōt. Sancti-
ficatio autē in vtero ſeu ex priuilegio ſpeciali vt in apl̄is die
pentecoſtes. hoc operatur vt non ſolum a culpa liberet: ſed
etiam fomitem talē ita reſtringit vt exire non valeat in actū
peccati mortalis ex munere gratiæ. Remanet tn̄ quo ad incli
nationem & ꝑpetrationem venialiū delictorum a quibus:
vt dicunt oēs: nec apl̄i nec ſanctificati in vtero fuerunt im-
munes. Sed in beatiſſima Maria ſanctificatio plus operata
eſt. Et ideo ſignāter dicit. Spirituſſanctus ſuperueniet in te.
i. plus q̄ꝫ in alijs veniēt in te ad ſctificādū. Nam in vtero ma
tris ita fuit ſanctificata: ꝙ nec venialiter potuerit peccare. Et
hoc eſt qđ dicit. b. Bern̄. in ſermone. Ego puto ꝙ copioſior
gratia ſanctificationis in eā deſcēderit q̄ꝫ in alijs in vtero ſcti
ficatis ad vincendum ex omni parte peccatum: quæ cōcipe-
re & parere meruit eum quem conſtat nullum habuiſſe pec-
catum: quod nemini in natis mulierum credimus eſſe datū.
Et licet fuerit in vtero ita ſanctificata & gr̄a repleta a ſpiritu
ſancto & fomes religatus: tn̄ ait angelus. ſpirituſſanctus ſup
ueniet in te: adhuc te magis ſanctificans & replens: & fomi-
tem ex toto extinguēs. Nā vt dicit. be. Tho. in. iij. parte. q̄ō.
xxvij. ar. iij. Credendum eſt in ipſa concæptione carnis chri
ſti in qua debuit refulgere immunitas peccati ꝙ ex pro-
le redundauerit in matrem totaliter fomite ſubtracto & ex-
tincto. Et hoc ſignat̄ Ezech. xliij. c. vbi dr̄. Ecce gloria dei in
grediebatur ꝑ portam orietalē. i. ꝑ beatā virginē. & terra.
i. caro ipſius ſplēdebat a maieſtate ipſi⁹. ſ. Chriſti: & nō ſolū
iſtam ſanctificationem ſeu purgationē fecit ſpūſſctūs in ma
ria in cōcæptione filij: ſed & aliam quaſi præparatoriam ad
Chriſti cōcæptionem q̄ non fuit ab aliqua īpuritate culpæ
vel fomitis. Sed mentē eius magis in vnum colligens & a
multitudine ſubtollens. Nam & angeli purgari dicunt̄ ī q̄
bus tn̄ nulla impuritas culpæ vel fomitis eſt. Fuit ergo btā

virgo ſctificata in vtero anteq̄ naſceretur. Nec em̄ ait bea.
Bern. Natiuitas eius feſtiuis laudibus celebraret̄: ſi non ſctā
naſceret̄. Et hoc ſignat Iob. iij. vbi ꝼm. b. Tho. de nocte pcti
originalis dr̄. Expectet lucē. i. xp̄m & nō videat: qa ip̄m nō
ꝓxit originale ſolus. Nec ortum ſurgentis auroræ. i. btē vir
ginis q̄ in ortu ſuo ex vtero ab originali mundata immu
nis fuit. Nō tñ ante aīationē in vtero ſctīficata fuit: quia ſic
nō incurriſſet maculā originalis culpæ: & ſic nō īdiguiſſet
redemptione & ſalute quæ eſt p Chriſtum. de quo dictū eſt
Mat. i. Ipſe ſaluum faciet pp̄lm ſuū a pctīs eorū. Et hoc eſt in
cōueniens dicere: qa ſic Chriſtus non eſſet ſaluator oīm ho
minum. vt dicit apl's. i. ad Tim. iiij. Qd' & figuratum fuit. ſ.
ſctīficationē factā poſt aīationē Exod'. vlti. vbi dr̄ ꝙ poſtq̄
oīa perfecta ſunt. ſ. circa tabernaculū: impleuit nubes taber
culum: teſtimonij & gloria dñi impleuit illud. Tunc autem
oīa ꝑfecta ſunt circa tabernaculū: qñ & corp⁹ organizatū &
aīa creata: btē mariæ infuſa eſt: & tunc originali cōtracto in
coniunctione aīæ ad corpus nubes culpæ originalis opuit
illud: & glīa dñi. i. gratia impleuit illud ab eo emūdans: vel
nubes grē operuit ſctīficās ab originali: & gloria dñi. i. di
uinitas impleuit in cōcæptione poſtea filij. Nec obſtat ꝙ in
aliquibus eccleſijs fiat feſtum cōcæptiōis: qa feſtū illud ē de
ſctīficatione nō cōcæptiōe: ſed qa neſcitur qñ fuit in vtero
ſctīficata: iō fit feſtū in cōcæptione referens ſe eccl'ia ad ſctī
ficationem q̄ forte fuit facta qua die aīa infuſa eſt corpori.

S. i. p. t. viij. c. ij & iij. de ꝯceptione btē Mariæ vtrum i pctō originali.

## §. II. SECVNDO SPIRITVS SANCTVS

Eſa. xxvj.

miſſus ſupuenit in eā ad opationis ꝑfectionem. Dicit Apl's
Roma. viij. Qui ſpū dei aguntur, hi filij dei ſunt. ſ. p adoptio
nē & grām. q̄uis em̄ qs habeat gratiā oportet ꝙ agat̄. i. mo
ueat̄ a ſpūſctō ad bñ agendum. Propter qd' dicit Eſa. ꝓphe
ta. Oīa opa nr̄a opat⁹ es in nobis dñe: te. ſ. mouēte ad bonū
opus: & libero arbitrio aſſentiente & concurrente. Multum
autem iuuat ad bene operandum bona complexio corpo
ris & debita diſpoſitiō organorum: vt qui meliora natura
lia habet: qd' eſt ex diſpoſitione corporis: ille inſtinctū gra
tiæ ꝑcæptæ ꝑfectius exequat̄. Et qa beata virgo optima na
turalia habuit perfectiſſimam corporis complexionem &
diſpoſitionē repleta gratia in ſanctificatione ꝑfecte opabat̄
& feruēter ex ardenti charitate: & in cōcæptiōe filij ſpūſſctūs
miſſus ſupueniens ad abundantiorē grām cōferendam ad
huc poſtea perfectius ſanctius & feruentius operabatur. To
tam em̄ eam: vt ait. be. Hiero. incanduerat diuinus amor: vt
nihil eſſet qd' in ea mūdanus violaret affectus: ſed ardor cō
tinuus & ebrietas perfuſi amoris. Qd' aūt eſſet pulcherrima
& optime in corpore diſpoſita patet tripliciter.

Maria optime i corpe diſpoſita & pulcherrīa patet. tripl'r.

¶Primo ex ſacra ſcriptura.
¶Ex antiqua figura.
¶Ex ratione plurima.

Ex ſcriptura Salomonis hoc oſtenditur dicētis in ꝑſona
dñi Cañ. iiij. Tota pulchra es amica mea & macula nō eſt in
te. Nulla amicitior deo & cōiunctior charitate beata Maria.
hæc tota pulchra: qa in aīa & corpore: pulchritudo aīæ & re
fulgentia grē cum debita ordinatione operū reſultat: ſicut
& pulchritudo corporis extat ex quadā claritate cum ꝯgrua
proportione membroꝝ: qd' totum fuit in btā Maria pręcæ
teris. Sicut em̄ ꝓpinquior fuit cunctis principio influxiuo
grē. ſ. Chriſto in oēs ꝼm diuitatem efficienter ꝼm humani
tatē inſtrumētaliter: qa mater eius ita copioſius cunctis recę
pit grē refulgentiam & oīm operum bonoꝝ ꝑfectiorē opa
tionē. Macula non fuit in ea nec corporal'r nec ſpūal'r. ſ. cul
pæ actualis: nec etiam venialis: qd' de nulla alia creatura pu
ra dici pōt. Qd' autem euangeliū nihil dicat de eius pulchri
tudine corporali: iō factum eſt ꝼm Alb̄. vbi. ſ. qa cum ipſa
dña nr̄a ſit nobis poſita in ſpeculū & exēplū ſaluos faciēdi
& bōa opa: n ōvoluit eā i talib⁹ laudari q̄rū inordinat⁹ ap
petitus vel abuſus multis eſt cauſa pereundi. Tū etiā quia
cū q̄cq̄d bonitatis & pulchritudinis fuit in alijs: i ipā pleni⁹
fuerit tacendo aliquo particulari de ea: vt de pulchritudine
& hmōi: magis eam laudat tacite ſupponendo q̄ explican
do: ſicut & angeli ſummi: qa donis melioribus denominā
tur & laudātur: nō tñ ab inferioribus bonis quæ etiā in eis
ſunt perfectius q̄ in inferioribus ordinibus excludūntur.
Scd'o patet hoc ex figura veteris teſtamēti. nam quatuor in
ueniūtur ibi mulieres beatā Mariā exp̄ſſiſſime figurātes. ſ.

De pulchritudine corpali in euang. nil dicat q̄re.

Heſter cōiugata: Iudith vidua: Rebecca & Rachel virgines.
Nam de Rebecca dr̄ Geñ. xxiiij. ꝙ fuit puella decora nimis:
virgoq̄ pulcherrima & incognita viro. de Rachel v͛o ꝙ erat
venuſta facie & decora aſpectu. De iudith dicit̄ ꝙ erat elegā
ti aſpectu nimis: & ꝙ erat ſtupor in oculis eoꝝ qui eius pul
chritudinem mirabantur nimis. Et iterum non eſt talis mu
lier ſup terram in aſpectu pulchritudine: & ſenſu verborū.
De Heſter autem cōiugata Aſuero regi ſcribitur ꝙ erat pul
chra valde & incredibili pulchritudine & gratioſa oīm ocu
lis & amabilis videbat̄. Signū aūt & figura debet aſſimilari
ſignato & figurato: & potior eſt veritas q̄ figura. Ex quo ſe
quitur ꝙ beata Maria figurata per iſtas tam pulchras multo
pulchrior fuerit. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ pulchritudo mulie
rum eſt magna occaſio mali. ꝓpter qd' dicit̄ Eccli. Ne aſpi
cias virginem ne ſcandalizeris in pulchritudine eius. Et ite
rum propter ſpeciem mulieris multi perierūt. Sed btiſſima
virgo debuit oībus eſſe cauſa ſaluandi non occaſio pereun
di. ergo nō debuit eſſe pulchra. Item q̄ ſumme fuit humilis
debuit habere omnes cauſas humilitatis. Sed pulchritudo
eſt occaſio ſuperbiæ & inanis gloriæ ꝼm illud. Faſtus ineſt
pulchris. et exēplum in vaſthi regina Heſter. ij. Rñdet Alb̄.
vbi. ſ. ꝙ pulchritudo corpalis in ſuo gñe eſt bona. Sed nihil
eſt a deo bonū qn ex eo poſſit malus ſcandalizari. vñ nō ſo
lum in hoīe Chriſto ſcandalizabāt̄ mali in doctrina & opi
bus eius. ꝓpter quod dixerunt ei diſcipuli ei⁹. Scis rabbi. &
Phariſei audito hoc verbo ſcādalizati ſunt. ſ. i ipō deo & gu
bernatione eius. Vñ glo. ſup illud Pſ. Quā bon⁹ Iſrael de⁹:
his qui recto ſunt corde. dicit ꝙ puerſis puerſus videt̄ deus.
Talis ergo occaſio mali ſiue ſcandali paſſiui non eſt vitium
bonam naturam habētis: ſed culpā patiētis: ſicut & ipſi dæ
mones de pulcherrima dei iuſtitia ſcādalizabant̄. Hic & be.
Augu. Abſit vt ea q̄ ꝓpter licitū & bonū facim⁹ & habem⁹
ſi quid p hoc cuiq̄ aliq̄d mali pter nr̄am volūtatē acciderit
nobis imputet̄. Quid em̄ eſt in vſu hoīm bono & licito vñ
non poſſit ꝑnicies irrogari. xxiij. q. v. de occidendis. ſicut au
tem grā eſt nobilior natura & ꝑfectior: ita & humilitas quæ
eſt ex gratia eſt ꝑfectior ea q̄ partim eſt ex natura partim ex
grā: vt ſi q̄ mulier eſſet humilis: tū qa habet grām: tum quia
turpis & deformis. vñ nō mirum nec laude ita dignum opi
nio iudicaret humana ſi virgo deformis humilis eſſet & q̄ſi
deſpecta viro virgo permaneret: ſecus ſi pulcherrima tunc
admirāda: qa ex ſola grā. Rōne ꝓbat̄ ſic ꝼm Philoſophum.
Natura eſt vis inſita reb⁹ ex ſimili ſimile ꝓcreās. Niſi ergo
natura impediat̄ vel erret, filius erit ſimilis patri vel matri:
vñ ſeq̄tur ꝙ filius qui naſcit̄ de matre & nō de patre: & tali
operante qui non poteſt impediri vel errare. ſ. deo: ibi neceſ
ſe eſt filiū fieri ſimilē matri & econuerſo. ſed ipſe eſt pulcher
rimus iuxta illud pſ. xliiij. Specioſus forma præ filijs hoīm.
itaq̄ in ip̄m deſiderāt angeli proſpicere. vt ait Pet̄. in cañ.
ergo & mater eius beata Maria eſt pulcherrima. Qui viderūt
Veronicam: dicunt ꝙ pulcherrimam & glorioſiſſimam fa
ciem repræſentat. Scd'o ſic probat̄. Corpus humanum pul
chrius eſt & nobilius oīb⁹ corporib⁹ brutoꝝ propter vnio
nem ad aīam rōnalē. Ergo nobilitas corporis intēdit̄ & au
get̄ ad nobilitatē aīæ ad quā ordinat̄ vt ſuū ꝑfectibile. For
ma em̄ & materia debēt eſſe ꝓportionabilia. Si aīa btē vir
ginis fuit nobiliſſima poſt animam filij. igit̄ & corpus ei⁹
fuit nobiliſſimum & pulcherrimum poſt corpus filij. Cor
pus eī filij: qa vnitum deitati: ideo ꝑfectiſſimū in pulchritu
dine: vñ corpus immediate ordinatum ad ip̄m erit ſecundo
loco pulcherrimū. Sed illud fuit corpus mr̄is: vñ aſſumebat̄
id quod vniebat̄ diuinitati; ꝓpter qd' ſequit̄ ꝙ fuit pulcher
rimum corpus btē mariæ. Tertio ſic. Ordo eſt in rebus natu
ralibus & in corporibus humanis. Natura facit aliquid pul
chrum & aliquid pulchri⁹: ergo & aliq̄d debet eſſe pulcher
rimum ꝼm naturā. Natura em̄ habet aliquē terminū ad quē
pōt & nō vltra. Aut ergo illū terminū ꝯtinget alicubi: aut
nuſq̄. Si nuſq̄: ergo deficit reſpectu ſuarum opationū: qd' ē
falſum qa philoſoph⁹ dicit ꝙ natura nō abūdat in ſupfluis
nec defecit in neceſſarijs. Natura igit̄ alicubi habet ſuū ſum
mū. Corpus aūt naturale aliqñ format̄ a corpe naturali ipſa
natura creaturæ operāte natural'r: & aliqñ ipō deo operante
ſupnatural'r. ergo alicubi eſt ſummū in corpe humano deo
operāte: & alicubi ſummū natura operāte. Sicut ergo corp⁹
dei qd' de⁹ p ſeip̄m formauit eſt ꝑfectiſſimum & pulcherri
mum

Argumētū ꝯ.

Rñſio.



mū in natura q̄d' deus potuit facere ꝼm ſtatū viæ: ita & cor
pus btē v͛ginis ad hoc imediate ordinatū erit pulcherrimū
ꝼm ſtatum vię ꝙ natura potuit facere ſe operante. Et dam̄. di
cit ꝙ ipſa a nullo illuſtriū. ſ. viroꝝ & mulieꝝ ſuperat̄. ſ. in
aliquo: vñ nec in pulchritudine: & caſtitas ipſa laudabilior
eſt in pulchris. Debuit ergo btiſſima v͛go maria oī laude di
gniſſima de vtraq̄ pulchritudie laudari: vñ & corporali ēt.
Primo ad ipſi⁹ cōmēdationē vt naturā ꝑficiat & grām aug
mentet: qa forma pudicitię rara ſed apta comes. Scd'o ad no
ſtrā ædificationē & deuotionē. Sap. iiij. Pulchra eſt em̄ caſta
gñatio cū claritate. Et tertio ad dñici corporis cōmēdationē:
qa nō pōt arbor bona & nobilis fructū malum & ignobilē
facere. Euangelium aūt non curauit de ei⁹ pulchritudine nar
rare ꝓpter rōnes iā dictas. Et qa magis in eo & ex eo intēdit̄
ꝑfectio & pulchritudo ſpūalis q̄ circa tpalia & corporalia.
Et ex his dicendum eſt ꝙ cū pulchritudo atteſtet̄ optimæ cō
plexioni & diſpoſitioni corporis q̄ cum grā perfectius opa
tur: natura grā iuuante pulcherrima corpora cum maxima
gratia ꝑfectiſſime opata eſt in oībus. Quantitas ſpūalis aīæ
q̄ ꝑtinet ad pulchritudinē eius eſt ꝙ ſit mediæ ſtaturæ: quia
mediū tenuere beati. i. ꝙ non ſit nimis paru⁹. i. puſillanimis
ad operandum: neq̄ nimis magn⁹ in ꝑſumēdo vltra vires
ſupbas vt ſupbi Gigantes. Qualitas non nimis pinguis &
carnoſa. i. delicijs affluens & diuitijs: nec nimis macilenta. ſ.
indiſcrete abſtinens: de cōſe. di. v. non mediocriter. & diſti.
xlj. quiſquis. Proportio debita mēbroꝝ. i. debita obſeruan
tia circunſtantiarum in operando: qd' ꝑtinet ad prudentiā:
contemperantia quatuor humoꝝ. i. moderatio quatuor paſ
ſionum. ſ. amoris: timoris: triſtitiæ & ſpei.

Maria debuit duplici pulchritudine laudari ſ. mētali & corpali ꝓpter tria

## §. III. QVANTVM AD TERTIVM SPI

Spūſſāctus q̄ſi in Mariā ſupuenit.

ritusſanctus miſſus ſupuenit in Mariā. i. ſup oēs alias modo
miraculoſo: dās ſibi fœcūditatem & virtutē generādi: quod
aliæ mulieres habēt ex viri cōiunctione. Vñ Io. Dam̄. li. iij.
dicit ꝙ dei filius ꝯſtruxit ſibi ipſi ex caſtiſſimis & puriſſimis
ſanguinibus virginis carnē aīatā aīa rōnali. Pro cuius decla
ratiōe. dicit. b. Tho. in. iij. par. q. xxxj. ar. v. ꝙ in concæptiōe
Chriſti aliquid fuit ꝼm naturā: aliq̄d ſupra naturam. Nā ꝼm
conditionem naturæ fuit ꝙ cōcæptus eſt ex fœmina: ſed ſu
pra cōditionē naturæ ꝙ cōcæpt⁹ & nat⁹ eſt ex virgine. Si or
dinē naturæ q̄ris. inq̄t. b. Amb̄. fœmina viro nupta genera
re cōſueuit: pter igit̄ naturæ ordinē eſt Chriſti partus ex vir
gine. de cōſe. diſt. ij. reuera. Cū aūt btā Maria fuerit eiuſdem
naturæ cum fœminis alijs cōſequens eſt ꝙ habuit carnē &
oſſa eiuſdem naturæ. Carnes aūt & oſſa in alijs fœminis ſūt
eſſentiales corporis partes ex q̄bus cōſtituit̄ integritas cor
poris. & iō ſubtrahi nō pñt ſine corruptiōe corpis vel dimi
nutiōe. Chriſtus aūt q̄ venerat corrupta reparare: nullā cor
ruptionē aut diminutionem integritati mr̄is inferre debuit
Et iō nō debuit corpus chriſti formari de carne vel oſſibus
virginis: ſed de ſanguine qui nondū eſt actu pars: ſed eſt po
tētia. vt dr̄ in lib̄. de gñatione aīaliū. Et iō dr̄ carnē de virgīe
aſſumpſiſſe. vt in collecta. De⁹ qui de btē Mariæ v͛ginis vte
ro v͛bum tuū angelo nūtiāte carnē ſuſcipe voluiſti &c. non
ꝙ materia corporis fuerit actu caro: ſed ſanguis qui eſt potē
tia caro. Non q̄dem ſanguis mēſtrualis quē natura vt ſup
fluū in mulieribus repellit: nec ex tali pōt eſſe cōcæpt⁹: qa i
mūdiſſim⁹ eſt: ſed ſanguis puriſſim⁹: q̄ eſt alio ſanguine pu
rior & ꝑfectior parat⁹ ad concæptū. Sic ergo in cōcæptione
corporis chriſti opatione ſpūſſctī talis ſanguis puriſſimus
in vtero virginali adunatus eſt & formatus in ꝑlē. Et iō dr̄
ex puriſſimis & caſtiſſimis ſanguinibus virginis illd' corp⁹
formatū. Nā in alijs mulieribus generātibus ſanguis ille de
ſcēdit in locū gñationis cū quadā cōcupiſcētia: ſed in virgi
ne nulla fuit cōcupiſcētia. & iō dr̄ caſtiſſimis. Et in euāgelio
virtus altiſſimi obumbrabit. i. refrigeriū p̄ſtabit vt nullum
ſentias calorem concupiſcētiæ. Quare aūt dicat̄ Chriſtus cō
cæptus de ſpūſctō & ſibi attribuat̄ iſta cōcæptio. Pro cuius
declaratione dicit. b. Tho. in. iij. par. q. xxxij. ar. i. ꝙ cōcęptio
nem Chriſti tota trinitas opata eſt. Attribuit̄ tñ ipā ſpiritui
ſancto vt dicat̄ cōcæptus de ſpūſctō triplici rōne. Prima qa
hoc cōgruit cauſæ incarnationis q̄ ex parte dei cōſideratur.
Spūs em̄ ſanct⁹ eſt amor patris in filium: & filij in patrē ꝼm
Hiero. non q̄dem accidentalis: vt eſt amor noſter: quia nul
lum eſt in deo accidēs ſed ſubſtantialis: hoc aūt ex maximo

de puriſſimo ſāguīe corpus xp̄i formatum eſt.

Quare ꝯceptio iſta attribuat̄ ſpirituiſancto ē rō triplex.

amore dei erga nos ꝓceſſit: vt dei filius ſumeret carnē nr̄am
ſibi in vtero virginali. vnde Io. iij. dixit Ieſus. Sic deus dile
xit mūdū vt filiū ſuū vnigenitū daret. & btūs Grego. O in
æſtimabilis dilectio charitatis: vt ſeruum redimeres filium
tradidiſti. Scd'a rō eſt: qa hoc cōgruit cauſæ incarnatiōis ex
parte naturę aſſumptæ: qa p hoc dat̄ intelligi ꝙ humana na
tura aſſumpta eſt a filio dei in vnitate ꝑſonæ: nō ex aliq̄b⁹
meritis: ſed ſola grā q̄ ſpūi ſancto attribuit̄ ꝼm illud. i. Coꝝ.
xij. Diuiſiones v͛o grarū ſunt: idē em̄ ſpūs. vñ beatus Aug. in
Enchiridion. Iſte modus quo natus eſt Chriſtus de ſpūſctō
i. concæptus inſinuat nobis grām dei qua hō nullis meritis
præcedentibus ex ipſo primo exordio naturæ ſuæ quo eſſe
cœpit: verbo dei copularet̄ in tantā vnitatem ꝑſonæ: vt idē
eſſet filius dei. Tertia rō eſt: qa hoc congruit termino incar
nationis. Ad hoc em̄ terminata eſt incarnatio vt hō ille qui
concipiebatur eſſet ſctūs & fili⁹ dei: vtrūq̄ autem hoꝝ attri
buit̄ ſpūiſctō. Nam per ip̄m efficiūtur homines filij dei: ꝼm
illud ad Gal'. iiij. Qm̄ eſtis filij dei: miſit deus ſpm̄ filij ſui in
corda veſtra clamātē abba pater. Ipſe etiam ſpiritus eſt ſpūs
ſanctificationis. vt dr̄ ad Roma. i. Sicut ergo alij p ſpm̄ſctm̄
ſctificantur ſpūaliter vt ſint filij dei adoptiui: ita Chriſtus p
ſpiritum ſanctum eſt in ſctītate concæptus vt eſſet filius dei
naturalis. Vñ ad Rom. i. ꝼm vnam glo. quod præmittit̄. Qui
prædeſtinatus eſt filius dei in virtute. manifeſtat̄ p id quod
ſequit̄ immediate. ſ. ꝼm ſpm̄ ſanctificationis. i. per hoc ꝙ cō
cæptus eſt de ſpūſancto: & ipſe angelus p hoc quod præmi
ſerat. Spūſſanctus ſupueniet in te: cōcludit. Ideoq̄ quod ex
te naſcetur ſanctum vocabit̄ filius dei. Eſt ergo opus cōcæ
ptionis huius vt dictū eſt: opus totius trinitatis commune:
ꝼm tñ aliquē modum attribuit̄ aliquid ſingulis ꝑſonis. Nā
patri attribuitur autoritas reſpectu perſonæ filij qui ſibi per
hmōi concæptionem naturam humanam aſſumpſit. Filio
attribuit̄ ipſa carnis aſſumptio. Spirituiſancto attribuit̄ for
matio corporis quod aſſumitur a filio. Nam ſpūſſanctus eſt
ſpūs filij. ad Gal'. iiij. Miſit deus ſpiritum filij ſui. Sicut autē
virtus animæ quæ eſt in ſemine p ſpiritum qui eſt in ſemi
ne concluditur. format corpus in generatione aliorum ho
minum: ita virtus dei quæ eſt ipſe filius: ꝼm illud. i. Coꝝ. i.
Chriſtum dei virtutem: per ſpm̄ ſuum corpus formauit. Et
hæc verba euangelij demonſtrant. vbi dicit̄. Spūſſanct⁹ ſup
ueniet in te. ſ. ad præparandam & formādam materiam cor
poris Chriſti. Et virtus altiſſimi. i. chriſtus obumbrabit tibi
i. corpus humanitatis in te ſuſcipiet incorporeum lumē dei
tatis. Vmbra em̄ a lumine format̄ & corpe: vt bea. Greg. ait:
xviij. moral'. Altiſſimus autem intelligit̄ pater: cuius virtus
eſt filius. & bea. Aug. dicit in Enchiri. ꝙ non eodem modo
dr̄ chriſtus concæptus aut natus de ſpūſancto & de virgine
maria. Nam de maria dicit̄ concęptus materialiter: qa. ſ. ma
teria corpis chriſti de corpore eius ſumpta eſt: ſed de ſpūſan
ctō concæptus dicit̄ effectiue. qa. ſ. ſpūſſanctus formauit il
lud corpus: & non qa de ſubſtantia eius ſit concæptus: vt fi
lius alicuius hoīs de patris ſui ſubſtantia: nec etiam pl⁹ ope
ratus eſt ſpūſſanctus in illo opere concæptionis q̄ pater vel
filius: ſed ſibi magis attribuit̄ rōne iam dicta. Illa ergo con
cæptio Chriſti ꝼm bea. Tho. in. iij. par. q. iiij. habuit tria pri
uilegia. ſ. ꝙ eſſet ſine pctō originali facta: & ꝙ eſſet non pu
ri hominis: ſed hominis & dei: & ꝙ eſſet cōcæptio virginis
i. a virgine. & hæc tria habuit a ſpūſancto. Et ideo dicit Da
maſ. quantum ad primum: ꝙ ſpūſſanctus ſupuenit virgini
purgans ipſam. i. ꝓſeruans ne cum pctō originali concipe
ret. Quantum ad ſcd'm dicit. & virtutem ſuſcæptiuā verbi
dei tribuens. i. vt conciperet v͛bum dei. Quantum ad tertiū
dicit ſimul & virtutem gñatiuam: vt. ſ. manēs virgo poſſet
generare. Nō quidem actiue ſed paſſiue: ſicut aliæ mulieres
hoc cōſequuntur ex ſemine viri. Et ſic ſpūſſanctus miſſus ē
ad virginem iſta faciendum.

Concæptio hęc habuit tria priuilegia.

¶De pulchritudine beatæ virginis. Ca. XI.

## SPECIE TVA ET PVLCHRITV

dine tua. Specie. ſ. corporali: pulchritudine ſpūa
li. & ideo dicit̄ Cañ. iiij. c. Tota pulchra es amica
mea & macula non eſt in te. Intende. ſ. ad indigē
tias noſtras: ad orationes noſtras: ad prouiſionem noſtram.
proſpere procede de virtute in virtutem: ſemp proficiendo
ſine defectu: ꝓcede ad orandum pro nobis: procede ad im

petrandum nobis bona:& regna in cœlis ſuper omnes: regna ſuper dæmones comprimendo:regna in terris nos tibi ſubijciendo:vitia deſerendo.

*Pulchritudo corpalis in trib⁹ cõſiſtit.*

§.I.PVLCHRITVDINE IN PARTICVlari dicit Alb̃.vbi.ſ̃.ꝙ hæc in tribus conſiſtit.ſ.

¶In debita corpis quantitate & qualitate.

¶In eleganti mẽbroꝝ diſpoſitione & ꝓportione.

¶In coloris venuſtate.

Cõueniens quantitas corporis eius poteſt ꝓbari a quantitate corporis filij ſui.qđ tanq̃ perfectiſſimum ĩ ſuis naturalibus debitiſſimam habuit quantitatem. Corpus enim filij formatur a corpore generantis:ita ꝙ de tali tale: & de tanto tantum:niſi error aut impotentia impediat:vel per viam accidentis aliter fiat.Sed naturaliter magnus magnum & paruus paruum:& tantus tantum.Cum ergo filius habuerit in ſummo debitam quantitatem: & mater eius virgo habuit debitam quantitatem conuenientem fœminæ: & ita credimus. Idem de qualitate dicentes. Modi qualitatis ſunt quinq;:ſcilicet groſſities nimia & extenuata macies: ſyntheſis: ſqualiditas & æqualitas. Pinguedo cauſatur ex frigiditate & humiditate. Squaliditas ex caliditate & frigiditate.Extenuata macies ex caliditate & ſiccitate. Syntheſis ex frigiditate & ſiccitate.Equalitas ex omnium humorum æqualitate: cuiuſmodi credimus fuiſſe corpus beatæ virginis. De membrorum diſpoſitione & proportione idem dicimus: ſcilicet ꝙ fuit congruentiſſima.quod probatur ex parte generati.In formatione enim corporis a generante:ſic formatur totum a toto:ꝙ a qualibet parte generãtis ſit formatio. Vnde inter generantem & genitum naturaliter & regulariter ſingulorum membrorum adiuicem eſt ſimilatio in forma & figura:niſi per viam accidentis impediatur. In corpore autem dominico formando nullum potuit intercidere impedimentum cum ſpiritusſanct⁹ formator extiterit. & ideo membra illius corporis fuerunt elegantiſſimæ diſpoſitionis & congruentiſſimæ proportionis:ita ꝙ oculi nõ fuerunt nimis grandes vel parui reſpectu aliorum membroꝝ. Similiter aures:genæ:os:brachia:manus:tibię:& hm̃oi alia ſed ſingula erant õmnib⁹ alijs correſpondentia.Et idẽ dicẽdum eſt de membrorum proportione beatæ virginis mr̃is eius.

*De colore beatę ꝟginis.*

De colore ſciẽdum ꝙ triplex eſt coloris diuerſitas ĩ corpore humano.In cute:in capillis & in oculis.Et de colore in cute videt̃ ꝙ fuerit mixtus ex albo & rubeo:quia ſicut autores medicinæ dicunt.In cute color ab interiorib⁹ duob⁹ accidit modis.Aut ex abundantia aut ex æqualitate humorum. Ille eſt ex æqualitate qui eſt compoſitus ex albedine & ex rubore. Alij colores ea inæqualitate. Sed nobilior eſt color qui procedit ex æqualitate humorum.ergo color in ea fuit ex albo & rubeo.Et quia iſta poſſunt reduci ſignificatiue ad pulchritudinem animæ:ideo aliquantulum diffuſius dicemus ſm̃ illud Cañ.iiij. Tota pulchra es amica mea ſcilicet in anima & corpore: & macula non eſt in te . Pulchritudo enim atteſtatur nobilitati & perfectioni complexionis. Vnde cum additione gratiæ quæ fuit in ſummo in Maria perfectius operabatur.Dicit ergo Alber.vbi.ſ̃. ꝙ ſex ſunt colores cutis.

*Sex ſũt colores ſm̃ alb̃.*

Primus ex albedine & rubedine compoſitus. Secundus niger. Tertius citrinus. Quartus glaucus.Quintus ſolus albus.Sextus ſolus rubeus.Ille autem qui eſt compoſitus ex rubore & albedine:vt dicit Ioannitius: eſt ab æq̃litate procedens. Omnes autem alij ex inæqualitate ꝓcedũt. humorum.

*Quis color nobiliſſimus.*

Vnde primus ſcilicet ex albo & rubeo eſt nobiliſſimus:& corpori euchratico id eſt bene diſpoſito determinatur. & a Galeno in temperata complexione poſitus. Dicit enim in Techni: ꝙ corpus euchraticum eſt ex albo & rubeo mixtum.& ſimiliter a conſtantino in Panthechni.Et hunc concedimus in corpore beatiſſimæ virginis fuiſſe.Et licet color niger ſit magis viſui congruus alteri ad videndũ non tamen eſt magis determinatus corpori euchratico ad habendum.Color enim corporis eſt principaliter ad corp⁹ proprium venuſtandum:& ſuam complexionem oſtendẽdum.Item cum viſus delectetur in pulchro & luce proportionabili:delectabilior & delicioſior ad videndum lumen ſi eſt color alb⁹ mixtus cum rubeo q̃ nigredo.Nec obſtat ẽt ꝙ colores extremi ſunt magis ſenſitiui.Illa enim ꝑeminentia ſunt reſpectu alterius videntis. Iſta autem reſpectu habentis.Natura aũt vt dicit Philoſoph⁹ magis intendit ſibi niſi ſit ebria.Et ideo color corporis magis debet determinari ſm̃ cõgruentiã ſui ſubiecti q̃ reſpectu alieni:vñ & de xp̃o filio virginis dicitur Cañ.iij.Dilectus meus candidus & rubicundus.Et in anima quidem color candidus deſignat puritatem ſm̃ doctores.Rubeus autem charitatem.Quæ virtutes puritas & charitas fuerunt in virgine in ſummo. Ea em̃ puritate nituit qua maior ſub deo nequeat reperiri:ſm̃ Anſel.ſ.in humana natura.Nam filius eius erat de⁹. & ideo maior in eo:quia nec originale.De charitate dicit beat⁹ Hiero. Totam incanduerant eam diuinus amor & ardor cõtinuus in ea & ebrietas perfuſi amoris. Ignis autem coloris rubei eſt & ebrietas rubeum facit &c.

*de colore capillorum.*

De colore capillorum ſciendum vt allegant Alber.Conſtantinus in Pantechni poſuit tres cauſas capillorum dicens . Capilli caput cuſtodiunt & defendunt & honeſtant:quibus ſi careat homo maxima eſt inhoneſtas:& præcipue in mulieribus quo ad caput. Et iuxta hoc fecit natura corpori iuuamenta & ornamenta.Cauſa autem quare maſculi barbeſcũt & non fœminæ eſt quia maſculi ſunt calidiores:in quibus fum⁹ qui eſt pilorum materia magis augmentatur:quem quia natura non ſufficit expellere:expellit per duo loca:per caput & barbam . vnde fit vt fœminæ calidiſſimæ barbeſcere videantur:& econuerſo in maſculis frigidis : vnde non barbeſcunt eunuchi: quia ꝑdiderunt membra calidiora.Pili ergo iſti facti ſunt a natura vt eſſent iuuamẽta & ornamenta.Et ex hoc patet ꝙ tres ſunt cauſæ pilorum. Expulſio ſuperfluitatis fumoſæ in natura: & defenſio a calore & frigore & ornatus capitis.Secundum autem autores medicinæ quatuor ſunt colores capillorum. ſcilicet niger : rubeus:glaucus & canicies.Cum autem glaucus conſtet ex humore abundante melancholico. Canicies autem ex nimia defectione naturalis caloris & ex effectu putridi phlegmatis: quod plurimum fit in ſenibus.

*De diſtĩctiõe capilloꝝ.*

de his duobus non fit quæſtio.ſed tãtum de nigro & rubeo. Nam videtur ꝙ capilli ad oſtendendum meliorem complexionem corporis debeant eſſe magis rubei q̃ nigri.quia dicit Galenus.Rubedo atteſtat̃ ſanguini.nigredo autem melãcholicæ vel cholericæ complexioni.Ergo cum nobilior ſit complexio ſanguinea q̃ cholerica:color atteſtans ſanguini ſ.rubeus nobilior:erit q̃ atteſtans cholericæ vt niger. Ergo nobilior erit rubedo q̃ nigredo.& ſic in nobiliori corpore erit rubedo.Et ſic concludit ſm̃ Galenum ꝙ in optimo cõplexionato cerebro capilli debent eſſe rubei.Econtrario videtur ꝙ in corpore euchratico.i.optime complexionato:capilli potius debent eſſe nigri q̃ rubei. Et primo quãtum ad vtilitatem capillorum quæ eſt expulſio fumoſæ ſuperfluitatis iuuatiua.Quæcumq; autem ſuperfluitas magis eſt nociua:illius expulſio magis eſt iuuatiua.Sed cholericum incẽſum & ſanguineum aduſtum magis eſt nociuum q̃ ſanguis non aduſtus:ergo magis eſt iuuatiua huius expulſio q̃ illi⁹. Sed ad iſtius expulſionem ſequitur generatio capillorum nigrorum non rubeorum.ergo quantum ad illam cauſam corpus euchraticum magis debet habere capillos nigros q̃ rubeos. Similiter quantum ad defenſionem . Capilli enim nigri fortiores ſunt q̃ rubei . Similiter quantum ad ornamentum pulchrior eſt enim & aptior proportio extremi ad extremum q̃ medij ad extremum . Oppoſita enim circa ſe poſita magis eluceſcunt. ergo ſuppoſito colore albi & rubei in cute magis venuſtat in capillis nigredo q̃ albedo vel rubedo.

*rubedo in pilis mobilitatẽ & infidelitatem ſignat: nigredo vero ſtabilitatẽ & firmitatem.*

Item quantum ad ſignatum rubedo atteſtatur mobilitati & infidelitati; nigredo ſtabilitati & firmitati : quia correſpondet elemento: quod eſt terra. Vnde & Conſtantinus doctor in medicina de æquali complexione & ſignificatione eius dicit : ꝙ corpus æquale neq; eſt multum macidum neq; pingue . Color autem eius inter album & rubeum medius . Pili autem in infantia rufi : in pueritia & iuuentute nigri . Et ſic eſſe videtur contrarietas inter Galenum & Conſtantinum de colore capillorum in corpore æquali . quia Galenus dicit eſſe rubeum: & Conſtantinus nigrum . Similiter inter illos qui loquuntur de corporis pulchritudine diuerſa ſentiunt de colore capillorum . vnus enim dicit . Fœmineum plene ſi vis formare decorem . Crinibus irrutilet nitet aurum . vult dicere ꝙ capilli debent eſſe aurei coloris qui tendit in rubeum. Alter dicit . Spectandum nigris oculis.Et in Canticis.



ticis.vbi deſcribitur pulchritudo ſpiritualis per exteriorem compoſitionem dicitur. Comæ eius ſicut elatæ palmarũ nigræ quaſi coruus.Et ſic videtur ꝙ nigredo in capillis pertineat ad pulchritudinem. Item ſoboles ſm̃ complexionem innatam ſolet aſſimilari parentibus:& econuerſo.Sed gens Iudæorum vt in pluribus habet capillos nigros.Et Veronica prætendit nigram barbam & nigros crines. Ergo & domina noſtra habuit capillos nigros. Concordat Alber. iſtã contrarietatem per iſtum modum dicens. Color in capillis immediate ſignificat ſuper diſpoſitionem cerebri. Vñ optimus color in capillis debet determinari ſm̃ optimam complexionem cerebri.Optima autem complexio cerebri determinatur ſm̃ duos modos.Vno modo cerebrum eſt optime complexionatum:quando eſt optime ordinatum ad actiones virtutis naturalis:ita ꝙ operationes cerebri maxime ordinantur ſm̃ æqualitatem ad operationes cordis & epatis: & aliorum membrorum principalium. Et ſm̃ hoc cerebrũ debet eſſe calidum & humidum.Et ideo capilli in infantib⁹ ſunt ſubrufi.In pueris rufi vel ſubrubei.In perfectis ſunt rubei.Et de his dicit Gale.ſ̃. ꝙ euchraticum corpus habet capillos rubeos . Et ille alius ꝙ habet capillos aurei coloris . Alio modo eſt cerebrum euchraticum ſecundum ꝙ eſt optime diſpoſitum ad operationes animales : quæ proprie ſunt in cerebro & mediante ſpiritu animali qui naſcitur in cerebro.Et ſm̃ hoc calidum & ſiccum debet eſſe cerebrum:quia illæ duæ qualitates maxime deſeruiunt cognitioni.A caliditate enim eſt velocitas apprehendendi.A ſiccitate autem firmitas retinendi.A calore eſt motus & mobilitas.A frigore quies & immobilitas.Et ſic magis congruſt ꝑfectioni cerebri ſiccitas q̃ humiditas.Et ſic nobilius eſt cerebrum ſm̃ virtutes animales ſiccum q̃ humidum.vnde & ſiccioris cerebri ſunt perfectiores ſenſibus & vigilantis naturæ.humidioris autem ſunt ſenſu hebetes & multi ſomni & profundi.Et ſm̃ hoc Conſtantinus dicit euchraticum corp⁹ habere capillos nigros.Cum autem ſint nobiliores operationes virtutis animalis q̃ operationes virtutis naturalis:ſequitur ꝙ perfectiſſimi corporis cerebrum debet eſſe ſiccum & calidum.Ergo cum beatiſſima virgo habuit corpus perfectiſſimum:ſequitur ꝙ cerebrum eius fuit ſiccum & calidum & per conſequens habuit capillos nigros.& cum color oculorum ſignificet ſuper complexione proprij ſubiecti : propter hoc cerebro ſicco determinabitur color oculorũ niger & dominabitur.& tali cerebro ſicco & calido tranſmittitur ſpiritus viſibilis ad oculum paucior & ſubtilior & fortior. Et ſimili modo nutrimentum paucius, ſubtilius & fortius. Paucitas autem ſpiritus & nutrimenti creat nigredinem. vt dicit auctor . ſed ſubtilitas eſt cauſa nobilioris & fortioris operatiõis. Et ſic tales oculi erunt nigri propter prędictorũ paucitatem: ſed clariores ad videndum. nobiliores propter ſenſuum ſubtilitatem & nutrimenti puritatem.& ſic cõcludit Alber. ꝙ beata virgo fuit in colore cutis alba & rubea mixtim.

*De pulchritudine ſpũali beatæ Mariæ.*

In capillis autem & oculis nigra temperata:ſicut & eius filium ſpecioſiſſimum credimus coloratum.Quantum aũt ad pulchritudinem aĩæ . capilli eius ſunt cogitationes. quia ſicut capilli a capite:ita cogitationes a mẽte quæ eſt caput animæ fluunt.de quo poteſt intelligi illud. Oẽs capilli capitis veſtri numerati ſunt.i.cogitationes deo notæ.Et iſtæ cogitationes fuerunt nigræ plenæ humilitate. Reſpexit ait humilitatem ancillæ ſuæ.Cañ.i.ait ipſa.Nigra ſum:ſed formoſa.Vel ſi ſm̃ aliam opinionem fuerunt aurei coloris : ſignificant cogitationes plenas ſapientia : quæ ſignantur per aurũ.Luc.ij.Maria autem conſeruabat omnia verba hæc cõferens in corde ſuo.ipa etiam dicitur mater agnitionis & ſapientiæ.Oculi ſignificant intentionem ſm̃ illud Mat.vi. Si oculus tuus fuerit ſimplex.i.intentio.totum corpus tuum.i. opus ſequens ab eo lucidũ erit.i.virtuoſum.Color eorũ niger eſt:quia mortificata quo ad mundũ:ſed ſubtile erecta ad deum:vt placeret deo in omnibus non mundo. iuxta illud Odilionis.Oĩs Mariæ actio ſemper intenta fuit in dño. Vel ſi ſm̃ illum qui ait loquens de pulchritudine oculorũ. Radiant vtriq; gemelli luce ſmaragdina vel ſyderis inſtar ocelli.tunc claritas oculorum deſignat intentionem ſupernorũ. quia optimam partem elegit.Hic ſatis congruit illud exemplum de illo deuoto clerico:qui audiens & dicens illam Antiphonam. Tota pulchra es.orauit vt ſemel poſſet videre eã non curans de amiſſione oculorum vt plenius poſſet intueri cum apparuit &c.

¶De miſſione filij dei ad Mariam. Cap.XII.

*Quare miſſus eſt filius dei & q̃ modo.*

MISSVS EST DEMVM DEI FIlius ad Mariam virginẽ vt ex ea carnem aſſumeret.De qua miſſione ait Pſ̃.cvi.oſtendens ei⁹ vtilitatẽ.Miſit verbum ſuũ & ſanauit eos:& eripuit eos de interitionibus eoꝝ.Miſſus dicitur dei filius non quia cœlum vel patrem reliquit:ſed quia carnem ſuſcępit noſtrã in qua viſibilis nobis apparuit.Et ex hac incarnatione hoc maximum bonum nobis ſecutum eſt : quia ſanauit genus humanum a cæcitate.Vna enim catena tenebrarum omnes tenebantur compediti , ſcilicet cæcitatis errorum : quibus plenus erat mũdus.quod ipſe Ieſus chriſtus figuratiue oſtẽdit quãdo cęco a natiuitate luto facto ex ſputo & puluere: & poſito ſuper eius oculos dixit. Vade ad natatoria Siloe. quod interpretatur miſſus. quo facto lotus in aqua viſum recæpit. Ioan.ix. Lutum enim ex ſputo ſignat myſterium incarnationis:in quo filius dei ſapientia tanq̃ ſaliua ex ore patris prodiens : vnita cum puluere noſtræ mortalitatis fuit.Ponitur ſuper oculos noſtros:cum credimus hoc:& loti aqua baptiſmi cum hac fide lumẽ gr̃æ recæpimus.Et crediderunt.ait ipſe dei filius.incarnationẽ.ſ. oẽs fideles : quia tu me miſiſti .i. incarnari inſtituiſti.Io.xvij.Eripuit etiam nos de interitionibus.i.mortibus noſtris.ſ. de morte inferni,de morte pc̃ti,& de morte corporis.In vltima tñ reſurrectione in cuius figuram in mundo cõuerſatus tres mortuos reſuſcitauit.Non em̃(ait ipſe Ioan.iij.)miſit deus filiũ ſuũ in mundum vt iudicet.i.condẽnet mundũ:ſed vt ſaluetur per eum ab his mortibus.Vbi bea.Aug.ſuper Io.Quãtum eſt in medico ſanare venit egrotum.immo & mortuũ ſuſcitare. Sed ipe.ſ.homo ſe interimit qui ꝑcæpta medici ſeruare nõ vult. Ergo ſi vis ad vitam ingredi. Mat.xix. tibi paratam : ſerua mandata.ſ.huius medici.O quanto deſiderio iſtam miſſionem antiq patres flagitabant dicẽtes per Moyſen. Obſecro dñe mitte quẽ miſſurus es.Exod.iiij.Sed ecce iam miſſum & cum tanta vtilitate de virgine concæptum & natum cõuerſatum :cultores vineæ.i.fideles non ſolum ſemel vt Iudæi: eiectum occiderunt:ſed quotidie iterũ crucifigunt malis moribus ſuis.Ita inquit apl̃s ad Heb̃.vi.Rurſus crucifigentes in ſemetipſis filium dei & oſtentui habentes. Videamus ergo circa iſtam miſſionem tria.

¶Primo quare dei filius miſſus.

¶Scd'o quare ad Mariam miſſus.

¶Tertio quare ad virginem miſſus.

*Quare ſit filius miſſ⁹ vl' incarnatus ſunt tres rationes.*

§.I.QVANTVM AD PRIMVM SCIlicet quare potius miſſus.i.incarnatus ſit filius q̃ pater vel ſpũſſctũs:qa dicit Pſ̃.cvi.Miſit verbũ ſuum : qui.ſ.eſt filius ſuus.Et angelus ad Mariam. virtus altiſſimi obumbrabit tibi.i.filius altiſſimi:qui eſt virtus eius.ad Heb̃.i.Portãſq; oĩa i.ſuſtentans deus:verbo virtutis ſuæ.i.filio q' eſt virtus ſua. Et iterum Chriſtum dei virtutẽ & dei ſapientiã.Iſta ergo virtus.i.filius dei obumbrabit tibi.i. corpus aſſumet ex te in q̃ poſſet lux videri.Aſſignat aũt b.Tho.i.iij.par.q.iij.art.viij. tres rationes cõuenientiæ huius:quare decuit magis filium mitti.i.incarnari q̃ patrẽ vel ſpiritũſanctum.

¶Primo ex parte vnionis.

¶Secundo ex fine incarnationis.

¶Tertio ex occaſione noſtræ perditionis.

Quantum ad primũ.ſ.parte vnionis ſatis patet : quia cõuenienter ea quæ ſunt ſĩlia ſibijnuicẽ vniuntur. Ouis cũ oue: homo cũ hoĩe:bonus cũ bono: malus cũ malo in conuerſatione ſibi vniuntur.Ipſius autẽ ꝑſona filij qui eſt ꝟbum dei attenditur cõis cõueniẽtia ad totã creaturã : qa verbũ artificis.i.cõcæptus eius eſt ſimilitudo exemplaris eorũ quæ fiũt ab artifice.Ita verbum dei qđ eſt æternus concęptus eius eſt ſimilitudo exẽplaris totius creaturæ:& ideo ſicut per participationẽ huius ſimilitudinis creaturæ ſunt in proprijs ſpeciebus inſtitutę:ſed mobiliter.ita per vnionẽ verbi ad creaturã nõ participatiuã:ſed perſonalẽ conueniens fuit reparari creaturam in ordine ad æternam & immobilẽ perfectionem.Nam & artifex per formam artis cõcæptã:qua artificiatum cõdidit ipſum ſi collapſum fuerit reſtaurat.Vñ Pſ̃.ciij.

Oĩa in ſapientia feciſti.& apl's.ij.Coꝝ.v. Deus erat in Chri
ſto mundũ reconcilians ſibi. Quod aũt dixit Mat.xv. Non
ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael intelli-
gitur quo ad predicandũ & miracula faciendum ipſe in per-
ſona ſua:ſed quo ad ſaluãdum ad oẽs miſſus eſt:per ſuos di-
ſcipulos prædicaturus per orbem.Euntes ait ite & prædica-
re euangelium omni creaturæ.i.oĩ generationi hoĩm & na-
tioni.Reminiſcere(ait Leo Papa)q̃a erutus de poteſtate tene
brarum tranſlatus es in dei lumen & regnũ. Pretium tuum
ſanguis Chriſti eſt q̃ in veritate te iudicabit.i.condẽnabit q̃
in miſericordia te redemit:ſi videlicet ingratus fueris tanto
beneficio incarnationis te ſibi nõ vniendo & incorporãdo
ꝑ dilectionẽ.Scd'o põt accipi ratio hui⁹ cõuenientiæ ex fine
incarnationis:q̃ eſt impletio ꝑdeſtinationis eoꝝ q̃.ſ.præor-
dinati ad hæreditatem cœleſtẽ quæ nõ debetur niſi filijs.ſm
illud ad Ro.viij.Si filij dei & hæredes.Et ideo cõgruum fuit
vt per eum q̃ eſt filius naturalis hoĩes participarent ſimili-
tudinem huius filiationis ſm adoptionem:ſicut apl's di.Ro.
viij.Quos pręſciuit hos & prædeſtinauit cõformes fieri ima
gini filij ſui.Cum etiã homo in ſapientia ꝓficiat quæ eſt ꝓ-
pria eius perfectio prout eſt rõnalis: ꝙ participat verbũ dei
a quo oĩs ſapientia hoĩm deriuatur: ſicut diſcipulus inſtruiẽ
per hoc ꝙ recipit verbũ magiſtri.Vñ Eccli.j.dr.Fons ſapiẽ-
tiæ verbum dei in excelſis.Ideo ad cõſummatã perfectionẽ
hoĩs conueniens fuit vt ipſum verbum dei perſonaliter hu
manæ naturæ vniretur:vñ ſi regina Auſtri ſeu Saba venit a
finibus terræ audire ſapiẽtiam Salomonis puri hoĩs:& Pla-
to multas regiones pagrauit vt audiret pħos de natura rerũ
diſſerentes:quanto magis fideles debent concurrere cum oĩ
auiditate audire ſapientiam incarnatam in euangelijs quoti
die reſonantem & illa ſeruare. Nam beati q̃ audiunt verbũ
dei & cuſtodiunt illud.Luc.xi.ait ipẽ.Tertio poteſt accipi ra
tio huius congruentiæ ex occaſione ruinæ noſtræ in pecca-
to primi parentis:cui per incarnationem remedium adhibe
tur.Peccauit em̃ primus homo appetendo ſcientiam: vt pa-
tet ex verbis ſerpentis antiqui promittentis ſcientiam boni
& mali:vnde cõueniens fuit vt per verbum veræ ſapientiæ
homo reduceretur in deũ:qui per inordinatum appetitũ ſciẽ
tiæ receſſit a deo.Hanc rationem tangit.b.Berñ.in ſermone
inducens figurã Ionæ.Nam cũ orta tempeſtate propter eũ:
& ſedari non poſſet:ait ipẽ Ionas.Si propter me:ſi ꝓ q̃a.tem
peſtas hæc venit tollite me & mittite in mare: quo facto tẽ-
peſtas ceſſauit.Ionas interpretatur filius columbæ:& ſignifi
cat filium virginis quæ colũba dicit̃ propter puritatẽ.Cum
igitur eſſet orta tempeſtas in mari mundi:ſeu humani gene-
ris multoꝝ malorũ quæ minabantur & trahebant ad ſub-
merſionẽ inferni.Ionas.i.dei filius & virginis cui attribui-
tur ſapientia:ait per effectũ ad patrẽ & ſpiritũſanctum.Ex q̊
propter ſapientiam inordinate appetitam proceſſit hæc mi
ſeria & afflictio in humano genere ; tollite me & mittite in
mare.i.operamini mecũ:vt in mundũ intrans carnem aſſu-
mã;quo facto.i.incarnato ceſſauit virtualiter ꝑditio huma-
na.vñ & ipſe ait per Eſa.xlviij.Me miſit dñs.ſ. pater & ſpũs
eius ſanctus.Sed cauendum eſt ne adhuc iſte inordinatus ap
petitus ſapientiæ tempeſtatem & perditionem inducant ali
cui qui.ſ.nimis curioſe quærit ſcire myſterium iſtud huma-
na rõne:cũ tñ excedat oẽm rationem.propter qd' Ioãnes ba-
ptiſta ꝓteſtatus eſt ſe hoc neſcire vel non poſſe.cum ait. Nõ
ſum dignus ſoluere corrigiam calciamenti eius.i. explicare
vel intelligere modum illius incarnationis. Calciamẽtum
em̃ quod fit de pellibus aĩalis mortui deſignat aſſumptã no
ſtram mortalitatẽ:pes qui corpus ſuſtẽtat & diſcurrit vbiq;
eſt diuinitas oĩa ſuſtentans : & per oĩa diſcurrens ad Heb.j.
Portans omnia verbo virtutis ſuæ.Quõ autem ſit coniun-
cta & vnita diuinitas humanitati non poteſt a nobis intelli
gi:ſed credi.Corrigia igitur eſt ligatura myſterij incarnatio-
nis quam null⁹ poteſt ſoluere.i.declarare:ſed credere debet.
ad Roma.xij.Non pl⁹ ſapere ꝙ̃ oportet ſapere:ſed ſapere ad
ſobrietatem.

Pecca-
uit Adã
appetẽ-
do ſcien
tiam.

Ionas i-
terpreta
tur fili⁹
colũbę.

## §.II.SECVNDVM SCILICET QVARE

miſſus eſt ad Mariam quæ mulier.i.fœmina erat.ad Gal.iiij.
Miſit deus filium ſuũ factũ ex muliere.i.ex fœmina. Nõ em̃
dicit mulier niſi ſexum fœmineum:nõ aũt corruptionẽ.Sed
cum ſexus virilis ſit nobilior ſexu fœmineo: videt̃ ꝙ poti⁹
de ſexu maſculino debuerit incarnari: ſicut & mulier prima
de viro facta eſt.Et cum ipſe dicat.cœlũ & terrã ego impleo:
quõ i vtero vni⁹ fœminæ clauſus eſt.Sed vt dicit bea.Aug.
ad Voluſianũ.Hoĩm iſte ſenſus eſt nõ aliud niſi corporalia
cogitare volentium:quoꝝ nullũ põt eſſe vbiq; totum:qm̃ ꝑ
innumerabiles partes alia alibi ꝙ̃ altera ſit neceſſe eſt.Sed
longe aliud natura aĩæ eſt ꝙ̃ corporis.quantomagis natura
dei qui creator animæ eſt & corporis:nouit vbiq; totus eſſe
& nullo contineri loco. Nouit venire non recedendo vbi
erat.Nouit abire non deſerẽdo quo venerat.Et licet dei fili⁹
carnẽ humanã aſſumere potuerit de quacũq; materia voluiſ
ſet:cõuenientiſſimũ tñ fuit vt de fœmina carnẽ acciperet tri
plici rõne.ſm Tho.in.iij.par.q.xxxi.ar.iiij.

¶Primo ꝓpter totius naturæ humanæ nobilitationem.
¶Scd'o ꝓpter veritatis incarnationis cõfirmationem.
¶Tertio ꝓpter oĩs varietatis genertionis cõpletionem.

Tripli-
ci ratiõe
carnem
de fœmi
na aſſu-
mere vo
luit.

Quantum ad primũ conuenientiſſimum fuit vt de fœmina
carnẽ dei filius acciperet:q̃a per hoc tota natura humana no
bilitata eſt.Vñ b.Aug.in lib.lxxxiij.q.ait. Hoĩs liberatio in
vtroq; ſexu debuit apparere.Et q̃a ſexus maſculinus eſt no-
bilior ſeu honorabilior oportebat eum.ſ.dei filiũ ſuſcipere
virum.Sed vt fœminei ſexus liberatio appareret in hoc my
ſterio incarnationis:ideo ille de fœmina concæptus & nat⁹
eſt:qd' etiam longe ante prædixerat.Hiere.xxxi.dicens.No-
uum faciet dñs ſuper terrã.fœmina circundabit virum.Fœ-
mina beatiſſima Maria circundabit.i. in vtero concipiet &
habebit.non a viro:ſed a ſpũ ſancto :virum.ſ. Ieſum Chri-
ſtũ maſculũ omni gratia & ſapientia perfectũ.Et ſicut fœmi
na fuit prima cauſa perditionis humanæ.ſ.Eua prima tranſ
grediendo dei præcæptũ:ſic beatiſſima fœmina Maria eſſet
prima cauſa reparationis noſtræ generãdo filiũ ſcd'm Adã
per quẽ oẽs mortui a primo viuificantur.Scd'o per hoc veri
tas incarnationis aſtruit̃.vnde.b.Amƀ.in lib.de incarnatio
ne ait.Multa ſm naturam in hoc myſterio:& multa vltra na
turam.Scd'm em̃ cõditionem naturæ in vtero fœminei cor
poris fuit:ſed ſupra conditionem virgo cõcæpit, virgo ge-
nerauit:vt crederes q̃a deus erat qui innouabat naturam : &
homo erat qui ſm naturam naſcebatur ex hoĩe.i. fœmina.
Vñ bea.Aug.dicit ad Voluſianũ.Si omnipotẽs deus hoĩem
vbicũq; formatum:non ex materno vtero cauſaret:ſed repẽ
tinum inferret aſpectibus. nonne opinionem confirmaret
erroris ne ſuſcæpiſſe verũ hoĩem crederet̃ vllo modo: & dũ
oĩa mirabiliter facit auferret qd' miſericorditer fecit:nunc ve
ro inter deum & hoĩem ita mediator apparuit : vt in vnita-
te ꝑſonę copulans vtramq; naturam & ſolita ſublimaret in
ſolitis:& ſolita ſolitis temperaret. Tertio q̃a ꝑ hunc modũ
completur oĩs diuerſitas generatiõis humanæ.Quatuor em̃
modi ſm Anſel.inueniuntur generationis ſeu ꝓductionis
humanæ.Primus eſt ſine muliere & viro vt Adam factus ex
limo terræ.Secundus eſt ſine fœmina ex maſculo:vt Eua fa
cta eſt ex coſta pectoris Adæ ſoporati.Tertius modus eſt cõ
munis omnibus alijs naturaliter genitis.ſ.ex viro & mulie-
re carnaliter copulatis.vñ dicũtur filij hoĩm. Pſ. Filij hoĩm
ſcitote &c.i.geniti ex muliere & viro.Reſtabat quartus mo-
dus generationis.ſ.ex muliere ſine viro.Et hęc eſt Chriſti ge
niti ex Maria ſine viro:ſed opere ſpũſſancti.Et per iſtum ſic
genitum reuertimur in terram noſtram promiſſionis fluen
tem lac & mel.i.in vitam beatam.In cuius figuram dictum
fuit Abraæ cui promiſſa fuerat terra illa & generi ſuo.Gene
ratione autem quarta reuertentur huc.i. per iſtum quartum
modum generandi reuertuntur Iſraelitæ ad patriam ſuper-
nam.Geñ.xv.Non debet ergo contẽni ſexus fœmineus : &
ſi infirmior:quia & ſi Chriſt⁹ vir de fœmina tñ naſcitur.Vñ
bea. Aug. in lib. de agone Chriſtiano ait nolite contẽnere
vos viri quia filius dei virum ſuſcæpit.Nolite vos contem
nere mulieres quia & Chriſtus natus eſt ex fœmina.Contẽ-
nunt ſeipſos viri cũ effœminati ſunt delicijs & concupiſcen
tijs inſiſtendo nil virile agentes.Contẽnunt ſe fœminę quã
do liniunt facies ſuas ceruſa & purpuriſſo cõtẽnendo ꝙ de⁹
tales fecerit;& cum vtuntur ornamentis virorum.Et ſic pa-
tet quare ad fœminam miſſus.

Quatu-
or mo-
di gña-
tiõis hu
manæ.

## §.III.TERTIO DECLARANDVM QVA

re ad virginem miſſus eſt dei filius:quia ad Mariã virginę
dicit euangeliſta.vbi inquit.b.Berñ.Virginem mente:vir-
ginem



ginẽ corpore:virginẽ talẽ qualẽ deſcribit Apl's.Virgo cogi
tat quæ dñi ſunt:vt ſit ſancta mente & corpore quõ placeat
deo.Vbi notandum ꝙ quælibet ꝟtus principaliter cõſiſtit
in mente & voluntate.Vñ cũ virginitas ſit virtus ſeu excel
lentia virtutis caſtitatis:& ipſa principaliter conſiſtit in mẽ
te:qui igitur vel quæ eſt virgo corpore immunis.ſ. ab actu
venereo:ſed tñ mente corruptus habẽs.ſ.cogitationẽ & deſi
derium deliberatum ad perpetrandũ actũ carnalem quõcũ-
q;:ꝙ̃uis non exequat̃ opus tale:tñ nõ eſt virgo mẽte ſed ſilis
diabolo qui cũ virginitate habet infernũ.Vñ bea.Hiero.ad
Euſtochium.Timeamus & illã prophetiã : ne in nobis im-
pleatur:& virgines bonę deficient.Obſerua q̃d dicat & ꝟgi
nes bonæ:qd' ideo dicit:q̃a ſunt & ꝟgines malę.Qui viderit
inquit mulierẽ ad cõcupiſcẽdũ eã iam mœchatus eſt eam in
corde ſuo.Perijt ergo & mẽte ꝟginitas. Iſtæ ſunt ꝟgines ma
lę virgines carne non ſpũ.virgines ſtultæ quæ oleũ nõ ha-
bentes excluduntur a ſpõſo.xxxij.q.v.ſi Paulus.Qui aũt vir
vel mulier eſt corpore ꝟgo nõ tñ habens ꝓpoſitũ eã ꝟgini-
tatẽ ſeruandi:ſed tpe ſuo ad ſtatũ coniugalẽ peruenire licito
modo & actũ coniugalẽ exercere. Talis & ſi ꝟgo ſit corpore
nõ tñ habet virginitatis virtutẽ & excellentiã & aureolã q̃
reſeruat̃ habẽtibus firmũ hmõi ꝓpoſitũ.Recuperari tñ põt
talis virginitas quæ ſolũ mente amiſſa eſt per pœnitentiam
& propoſitum eius.Sed quæ corpore amittitur voluntarie
nunq; recuperari põt.Vñ bea.Hiero.in di.ca.ſi Paulus.Au-
dacter dicam:q̃a cũ cætera poſſit deus:hoc nõ põt virginem
ſuſcitare poſt ruinã.Valet liberare de pœna.ſ. pctĩ per pœ-
nitentiam:ſed non valet coronare corruptã.i.non congruit
ſm gloſ.vel nõ cõſueuit ſm Hug.cardi. Erat igitur beatiſſi-
ma Maria ad quã miſſus eſt dei filius & de ea incarnatus:vir
go corpore in ipſo cõcæptu:virgo mente:virgo & voto.Nã
vt dicit bea.Tho.in.iij.par.q.xxviij.arti.iiij.Cum opera per
fectionis magis ſunt laudabila ſi ex voto celebrant̃:& virgi
nitas in matre dei præcipue debuit pollere : ideo cõueniens
fuit:vt virginitas eius ex voto eſſet deo conſecrata.Verum
quia tempore legis oportebat generationi inſiſtere tã viros
ꝙ̃ mulieres:q̃a ſm carnis originem cultus dei ꝓpagabatur:
anteꝙ̃ ex illo pp'lo Chriſtus naſceretur:iõ mater dei non cre
datur anteꝙ̃ deſponſaret̃ Ioſeph abſolute vouiſſe virginita
tem.licet eam in deſiderio habuerit:ſup hoc tamen volũtatẽ
ſuã diuino cõmiſit arbitrio.Poſtea vero accæpto ſponſo Io
ſeph ſm morẽ illius tẽporis ſimul cũ eo votũ virginitatis
emiſit.Vouit ergo prius ſub conditione & non abſolute.ſ.ſi
deo placeret.Poſtꝙ̃ aũt hoc innotuit deo reuelante ei eſſe ac
cæptum:tunc abſolute vouit & anteꝙ̃ ab angelo annuntia
retur.Miſſus eſt ergo dei filius ad virginẽ vt ex virgine cõci
peretur Chriſtus.ſm illud Eſa.vij.Ecce virgo cõcipiet & pa
riet filiũ.ſ.permanens virgo.& vocabitur nomen eius Ema
nuel.quod interpretatur nobiſcum deus.i.deus humanatus.
Contrarium ſentire & dicere eſt hæreticum.ſ. ꝙ eſſet concæ
ptus ex viro & muliere Maria.Hoc autem cõueniens fuit.ſ.
Chriſtum concipi ex virgine propter quatuor rationes ſm
be.Tho.in.iij.par.q.xxviij.

Virgini
tas vbi
pricipa
liter cõ-
ſiſtit.

¶Ptimo ex patris dignitate.
¶Secundo ex filij proprietate.
¶Tertio ex aſſumpta humanitate.
¶Quarto ex incarnationis finalitate.

Ex vir-
gine cõ-
cipi &
naſci
Chriſt⁹
voluit
propter
q̃tuor
atiões.

Quantũ ad primum fuit conueniens Chriſtũ ex virgine con
cipi ꝓpter patris mittentis dignitatem conſeruandã. Cum
em̃ Chriſtus ſit verus & naturalis filius dei pr̃is:non fuit cõ-
ueniens vt alium patrem haberet ꝙ̃ deum ne dei dignitas
transferretur in alium.Nam ſi concæptus fuiſſet ex Maria &
Ioſeph:vt blaſphemant perfidi Iudæi:vel ex alio:ille etiam
ex quo concæptus fuiſſet eſſet pater eius.Et ſic homo dicere-
tur pater filij dei:ſicut & deus pater:quod nõ videtur decẽs.
Scd'o fuit hoc conueniens.ſ.de virgine concipi:quia conue
nit proprietati ipſius filij qui eſt verbum dei : verbum autẽ
abſq; omni corruptione cordis concipitur:quinimmo cor-
dis corruptio perfecti verbi corruptionem non patitur.Pſ.
xliiij.Eructauit cor meũ verbũ bonum.Quia igitur caro ſic
fuit aſſumpta a verbo dei:vt eſſet caro verbi dei. conueniẽs
fuit ꝙ etiam ipſa caro ſine corruptione matris conciperetur
Et ſic verbum caro factum eſt de virgine Maria.ait b.Berñ.
Trtio fuit cõueniens dignitati humanitatis Chriſti:in qua
locum peccatum habere nõ debuit:per quam peccatũ mun-
di tollebatur.ſm illud Io.i.Ecce agnus dei.ſ.innocens q̃ tol-
lit pctã mundi:nõ potuit aũt eſſe ꝙ in natura iam corrupta
ex concubitu maris & fœminæ naſceret̃ q̃s ſine infectione
originalis pctĩ.vñ.b.Aug.dicit.Solus ibi nuptialis concu-
bitus non fuit.ſ.in matrimonio Mariæ & Ioſeph: qui in car
ne pctĩ fieri non potuit ſine vlla concupiſcentia carnis qui
accidit ex pctõ:ſine qua eſſe voluit:q̃ futurus erat ſine pctõ.
Quarto ꝓpter finem incarnationis:q̃ finis ad hoc fuit vt ho
mines renaſcerentur in filios dei:non ex volũtate carnis ne
q; ex voluntate viri:ſed ex deo nati ſunt.i.dei virtute.Cuius
rei exemplũ apparere debuit in ipſa concæptione Chriſti.
Vñ.b.Aug.de ſctã viginitate.oportebat caput noſtrum in-
ſigni miraculo ſm corpus naſci de virgine . vt ſignaret ſua
mẽbra naſci de eccl'ia ꝟgine ſm ſpm̃ naſcitura.apl's.ij. Coꝝ.
xi.Deſpondi vos.ſ. fideles vni viro. virginẽ caſtã exhibere
Chriſto.ſ.eccleſiam integram fide & a pctõ incorruptã.Nec
obſtat ꝙ Ioſeph aliquãdo dr̃ pater Chriſti:vt Lu.ij.quia di-
ctus eſt pater.i.nutritius vel ſm opinionem vulgi.

¶De angelica ſalutatione.ſ.Aue. Cap̃.XIII.

## D E SALVTATIONE FACTA

virgini Mariæ cũ dei filium concæpit.Aue ei di
xit angelus.Mos antiquiſſimus eſt cũ q̃s amico
occurrit vel literã aut ambaſiatam mittit i prĩci
pio ſermonis ſalutare eũ.Hinc eſt ꝙ glorioſus deus mittens
nunciũ ſuũ Gabrielẽ ad annunciandũ mirabile ſacramentũ
incarnationis faciendæ in virgine amiciſſima ipſi deo ſalu
tat eam ex ꝑſona ipſius dei dicẽs.Aue.Equidẽ diuerſus mo-
dus ſalutatiõis vſitatur & reperitur in ſcripturis.videlicet ꝑ
Aue.ꝑ Salue.per Gaude.Nã dñs Ieſus reſuſcitatus occurrẽs
mulieribus venientibus a monumento:& euntibus diſcipu
lis nuntiare eius reſurrectionem.ſalutauit eas:dicens.Auete
Matth.vlti.& Ioab princeps exercitus Dauid occurrẽs Ama
ſe vt amicum ſalutans ait.Salue mi frater.ij.Reg.xx.Et iudęi
qui erant Hieroſolymis mittẽtes literas eis qui erãt in Egy-
pto amicis ſuis & generis ſui ſalutauerunt dicentes. Salutẽ
& pacem bonã.Angel⁹ autẽ Raphael ingreſſus ad Tobiam
ſalutans ait.gaudium tibi ſemper ſit.Et primus quidẽ mo-
dus ſalutationis conuenit ſalutatis incipientibus:q̃ optatur
ex modo loquendi vt ſint ſine ve ꝑcipuę culpę.ab a qd' eſt ſi-
ne & ve quod importat malum.Secundus cõgruit proficiẽ-
tibus:quia optatur ſalus.i.ꝓfectus & firmitas in virtutibus.
Terti⁹ aſcribitur perfectis.ſ.gaudere in dño. Et quia hoc nõ
poteſt eſſe ſine pace mentis quæ eſt cauſa eius.ideo Chriſtus
diſcipulos qui ſtatum tenebant perfectorum ſalutabat ꝑ pa
cem.dicens:pax vobis.Angelus ergo Gabriel qui annũtia-
bat virgini in perſona humani generis incarnationem: per
quẽ inchoabatur ꝓcuratio ſalutis humanæ. Profectus autẽ
& perfectio noſtræ ſalutis poſtea facta eſt per ſacramenta in
ſtituta ab eo per doctrinam & paſſionem.Ideo magis decuit
ſalutationem iſtam fieri per aue ꝙ̃ per ſalue vel gaude.Hæc
Alƀ.Magnus ſuper Miſſus eſt.Ex hoc aũt verbo multa my-
ſteria inſinuantur.

De di-
uerſo
modo
ſalutãdi

¶Primo ſalutationem mittentis maieſtas.
¶Secundo incarnationis & vnionis ſublimitas.
¶Tertio humanationis huius vtilitas.
¶Quarto recipientis ſalutationẽ ſingularitas.

## §.I.QVANTVM AD PRIMVM SCIEN

dum ꝙ angelus Mariæ dixit aue ex parte ipſius dei:qd' ver-
bum ſeu dictio habet tres literas innuentes ꝑſonas diuinæ
maieſtatis.ſ. patris & filij & ſpũſſancti.Nã prima litera quę
eſt a,ſignificat ſpiritũſanctũ.ipſe em̃ ſpũſſanctus(ait Grego
rius)amor eſt.Secunda litera eſt u.ſignificans perſonam filij
qui eſt verbum patris & quaſi medius.non ſitu ſed numero
inter patrem & ſpiritũſanctũ.Nam tres ſunt.ait Io.in epl'a.i.
c.v.qui teſtimonium dãt in cœlo.Pater verbum & ſpũſſan
ctus.Tertia litera eſt e. & ſignificat patrem. Nã vt dicit Hi-
larius in libro de trini.Eternitas eſt in patre : non ita tamen
q̃n filius & ſpũſſanctus etiam ſit æternus cũ eo:ſed q̃a ei ap-
propriatur magis:ęternũ importat quid ſine principio,fili⁹
autem & ſpũſſanctus ꝙ̃uis non habeant principium creatio
nis nec factionis:habent tamen principium emanatiõis:q̃a
emanat filius a patre & ſpũſſanctus ab vtroq;:& ſi ab ęter-
no : ſolus aũt pater eſt ſine aliquo principio:q̃a a nullo ipſe:

Tres li-
terę aue
quid de
ſignant

emanat.Dicit ergo angelus:Aue.q.d.tota trinitas me mittit ad te:qa & ipſa tota operabit̃ iſtam incarnationẽ in te.

§.II.VNIONIS SVBLIMITAS ETIAM hoc denotat. A litera eſt prima litera alphabeti ,in quo oẽs ſcientiæ cõprehenduntur.Eſt prima ſm oẽ idioma.Nam literarum Hebræarũ quã literã vocant Aleph: & Græcorũ q dicunt alpha:& Latinorũ qui exprimũt eã per a.vltima aũt litera alphabeti ſm Latinos eſt u,& u adiungitur & coniungitur a,in vnã dictionẽ p e.Inter naturas intellectuales prima & ſuprema principiũ oĩs creaturæ & ſapientiæ eſt natura diuina ſignata p a.vñ & ipſe deus dicit Apoc.i.Ego ſum alpha & ω,principium & finis oĩs creaturæ. Vltima autẽ naturarum quæ intelligentiam habẽt eſt natura humana deſignata p u,vltimã literã:q̃ natura in ſuppoſito dr̃ vir. cuius dictionis principium eſt u.Vñ & Geñ.ij.dixit Adã de vxore ſua matre oĩm Eua.Hęc vocabit̃ virago:qa de viro ſumpta eſt.Iſta aũt duo natura.ſ.diuina & humana cõiuncta ſunt ad inuicẽ in vnitate pſonæ in virgine Maria ſignata in u:qa ſicut eſt media inter e & a.ſic v̾go Maria eſt & dr̃ mediatrix hominũ inter deũ & hoĩes:q̃ſi mediatrix & recõciliatrix:qa in ea facta eſt talis vnio ſicut a,& u,lr̃ę vniuntur in e,in vna dictione.Nulla aũt vnio in creaturis reperit̃ ita ſublimis ſed

Angelꝰ ad Mariã dixit aue gre,

oẽs excedit & oẽm intellectũ tranſcendit.Ecce(inquit ꝓpheta)veniet deus & hõ.Dicit ergo angelus.Aue.q.d.hoc eſt qđ tibi nuntio:qa in te vnientur in vna perſona deus & homo. Naturam em̃ humanã in te & de te aſſumet.

§.III.VTILITAS ETIAM HIC IMPLIcatur in aue.Oẽs(dr̃ in v̾ſu)dicunt e,vel a,quotquot naſcuntur in Eua.ſ.in egreſſu ex vtero matris naſcunt̃ em̃ lugendo Qui ploratus eſt ſm.b.Aug.de ciui.dei. quaſi quædã ꝓphetia noſtri incolatus deſignãs ex hoc qa in terram & vallẽ lachrymarũ & miſeriarũ intramus.Et maſculus quidẽ in ploratu ſuo naſcens profert a.q.d.Siliis ſum Adæ maſculus: miſerias innumeras & mortẽ cui ſum ſubditus deplorans.Fœmina aũt in ortu ſuo plorans e, reſonat.q.d. Fœmina ſum Euæ ſiliis cuius miſerijs & maledictis ſubijcior.Sed Adam & Eua cum filijs & filiabus ſuis ab eis mortificatis: viuificant̃ per virginem matrẽ qđ ſignificat̃ p u,medium inter a,& e, mediatrix & genitrix vitæ p filium ſuũ benedictũ. Vbi etiã aduertendum ꝙ iſtud nomen Eua ſi literæ ipſæ ecõtrario exprimant̃ ſm ordinẽ ſuũ ſonant aue.q.d.angelus.Ideo dico tibi aue:quaſi tota contraria es Euæ.Et hoc eſt quod canit eccleſia in hymno.Sumens illud aue Gabrielis ore funda nos in pace mutans nomen Euæ.Illa enim Eua fecit filios ſuos inimicos dei:& iſta nos pacificauit deo.Illa ſupbiuit contra dñm ſiliis volens eſſe deo iſta ſe ꝓfundiſſime humiliauit vocans ſe non matrẽ dñi ſicut erat:ſed ancillam dñi:Ecce ait ancilla dñi.Illa mater cunctorum viuentiũ ſpiritualis interfectrix.Hæc cunctoꝝ mater ſpiritualis viuificatrix.Illa maledicta multipliciter a deo:hæc benedicta in matris vtero. Et ideo merito dixit angelus aue.qđ eſt oppoſitum Euæ verſis literis econtrario.Sciendum etiam ꝙ litera a, expreſſa voce format̃ in gutture: & in gutture cõiter Hebræa locutio formatur e,format̃ in palato:qa in palato Græcus ſua verba ꝓnũtiat u,pronuntiat̃ in labijs ea acuẽdo:& Latinus in labijs quodãmodo loquitur.Apte ergo inquit aue.q.d.oĩs lingua tam Hebraica q̃ Græca & Latina te laudat.hoc oĩs doctrina atteſtatur myſterium.

§.IIII.QVARTO OSTENDITVR EX hoc verbo ſingularitas Mariæ.ſibi em̃ ſoli congruit hoc verbum aue:qđ deriuatur ab a qđ eſt ſine:& ve quaſi ſine ve. Ve autem importat miſeriã.Nulla autem pura creatura eſt

Qđ beata virgo fuit ſine omi ve & quõ.

quæ ſit ſine ve niſi v̾go Maria. Notandum igitur ſm Alb̃. ſup Miſſus eſt ꝙ v̾go fuit ſine ve cõi oĩbus hoĩbus cõueniẽti ſine ve ſpeciali oĩbus mulieribus cõtingenti: ſine ve particulari oĩbus mulieribus ſeu matribus cõgruenti: Et ve qđ tangit oẽs per pc̄m̃ hoĩes:triplex eſt:vt merito dicat̃ per Io. in Apoc.ter.ve ve ve.habitantibus in terra: ex parte.ſ. corporis:ex parte aĩæ:& ex parte coniuncti. Ex parte corporis p pc̄m̃ incurrit diſtemperationẽ & naturalium appetituũ inordinationẽ.Corpus em̃ diſtemperat̃ in humoribus p nimios labores & inordinatas paſſiones.Vñ Señ.dicit ꝙ plures occidit voluptas q̃ gladius.Item ve eſt per corporis ad aĩam rebellionem:qa caro(ait apl's)cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ.Tertio p ipſius poſt mortẽ corporis incinerationẽ: qa puluis es & in puluerẽ reuerteris.Geñ.iij. Vñ & primo hoĩ in pſona oĩm iſtud triplex ve fuit prænuntiatũ a dño dicẽte. Maledicta terra in ope tuo.i.corpus de terra factum.In ſudore vultus tui veſceris pane tuo:p ſudores corpus diſtemperatur:ſpinas & tribulos germinabit tibi terra.ſ.corporis pũctiones.ſ.& pruritus cõcupiſcentiæ cõtra ſpm̃:donec reuertaris in terram de qua ſumptꝰ es per incinerationem.Sed ab iſto triplici ve fuit Maria libera & ſine eo.Nulla em̃ inordinatio paſſionũ fuit in ea:vel diſtemperantia humoꝝ: ex operum inordinatione:q̃ ordinatiſſima fuit in oĩbus. Et repreſſo & extincto in ea fomite cõcupiſcentiæ.Nullus etiam primus motus ad pc̄m̃ ſeu contra ſpiritũ fuit in ea. Vñ dictũ fuit de ea in figuram.Ipſa cõteret caput tuum.Geñ.iij.Caput ſerpentis antiqui ſunt primi motus pc̄ti quibus ipſe inſidiatur aĩæ.Sed virgo Maria contriuit ex toto extinguens. Incinerata poſt mortẽ non fuit:ſed glorificata in corpore regnat cum filio.Vñ bea.Aug.Putredo & vermis ſunt opprobriũ humanæ conditionis a quo Mariæ natura excipitur: quam de ea Ieſus aſſumpſiſſe probatur.Ex parte aũt aĩæ triplex ve oẽs incurrimus.Ve erroris.Ve doloris.Et ve pudoris. Erra-

Ex pte aĩæ triplex ve,

re eſt aliud ꝓ alio putare.ſ.falſum pro vero: malum pro bono.Eſa.liij.Oẽs quaſi oues errauimus.bea.Augu. Error nõ eſt in natura hoĩs inſtituti:ſed pena dãnati.i.puniti a deo per pc̄m̃.Errauimus in rõnali tripliciter.ſ.in eligẽdo:in diſcernendo:& in exequendo.Prouer.Errant qui operantur malum.Primum quod occurrit in agendis eſt finis. Omne em̃ agens agit propter finem.inquit Pħs.Finis aũt habet rationem boni.Nemo em̃ intendens ad malum operat̃.Sed iſtud bonum quod quis intendit in operando eſt aliquando verum bonum:vt opus virtuoſum: aliqñ apparens bonum: ſed non verũ bonum:vt opus vitioſum.Auarus enim intẽdit in ſuo opere bonũ vtile lucri:ſed qa poſtponit ſalutem aĩæ obſeruationem diuini præcæpti:ꝓhibitis illicita lucra: ideo non verũ bonũ eligit ſed apparẽs & falſum. Luxurioſus eligit bonũ delectabile carnis cõtra virtutẽ caſtitatis eſtimans tunc illud maius bonũ q̃ caſtitatẽ.& ſic errat. Sed ſeruus dei eligit bonum honeſtatis qđ eſt verum bonũ deo accæptũ:opus.ſ.virtuoſum iſtud vel illud.Iſtud ergo ve erroris.de quo Eſa.v.dr̃.Ve q dicitis malum bonũ:& bonũ malum: frequenter oẽs incurrunt. Sed Maria ſine iſto ve fuit. Optimam em̃ partẽ ſibi elegit Mariam in omnibus. Lu.x. Vnum quippe ſcimus ꝓ certo.inq̄t Odilio in ſermone. qa oĩs mariæ actio ſemp intenta fuit in dño.In diſcernendo erramus.Non em̃ ſufficit eligere bonũ finem in opere noſtro:

Erramꝰ i diſcernendo.

ſed etiam debita media ꝑueniendi ad illum finem quærere. Vñ dictũ fuit Cain ſm aliã trãſlationẽ.Si recte offeras & nõ recte diuidas peccaſti.i.ſi intendas & facias bonum opus & non obſerues debitas circunſtantias q̃ ſunt diuerſę vt debitum locũ tp̃s & modũ & hmõi pc̄m̃ incurris.Bonũ eſt em̃ dare eleemoſynã ꝓpter deũ:ſed dare nõ indigẽti:vel ei q ab utitur:& hmõi.nõ eſt bonũ.Et illud ve etiã frequentiꝰ incurritur.de quo põt intelligi illud Mat.xviij.ve mũdo a ſcãdalis.Quia em̃ hoĩes in operibꝰ ſuis non obſeruant debitas circunſtantias.ideo ſequunt̃ multa ſcandala.Sed aue.i.ſine iſto ve fuit Maria.quæ ſemper opata eſt conſilio manuũ ſuarũ. Prouer.vlt.i.in operibꝰ ſuis cõſiliũ habebat diſcernendo debitas circunſtantias.In exequendo erramus non operãdo &

Erramꝰ in exequẽdo.

executioni mandando vel tarde:qđ rõ decreuit faciendũ ex negligentia vel pigritia:cũ tamen vt ait Pħs in Ethi. Oportet conſiliata velocius exeq.Et iſtud ve incurrimus frequentiſſime nõ exequendo q̃ cognouimus & deliberamꝰ facere & ve diſſolutis corde.Eccli.x.q.ſ.nõ viril'r exequũt qđ intẽdunt.Sed aue.i.ſine iſto ve fuit Maria.vñ cõcæpto filio cum audiſſet Elizabeth grauidã.cogitans illi ſeruire in ꝑtu: exurgens abijt in monta.cũ feſti.ad domum Zacharię.Lu.ij. Oĩa hæc pertinent ad prudentiam qua pleniſſima fuit.Vñ de ea canit eccl'ia.Quo progrederis v̾go prudentiſſima &c.

§.V.SECVNDVM VE EST DOLORIS

Maria fuit ſine ve doloris quõ.

cõe oĩbus in concupiſcibili.Eccl's.v.Cuncti dies eius laboribus & erũnis pleni ſunt.Pſ̃.xvij. Dolores inferni circundederũt me.Item tribulationẽ & dolorẽ inueni. Et qs eſt ille qui

le q vnq̃ euaſerit iſtud ve.ſed quõ dicimus de v̾gine de iſto ve Aue.i.ſine ve doloris.Cum vt dicit Dam̃. dolores partꝰ fuerunt ei reſeruati in paſſione filij:tunc em̃ aĩam eiꝰ ꝑtranſiuit gladius,vt prędixerat Symeon. Et ibi dolores vt parturientis.Vtiq̃ ex his q̃ dicit Sene.ꝓbatur fuiſſe ſine eo. Dicit em̃ ꝙ ſapiens nõ turbat̃ vel conſtritat̃ quicqd acciderit ei.Et hoc ſic ꝓbatur.Validius eſt qđ lędit eo qđ læditur. Nequitia aũt non eſt fortior virtute:ſed infirmior.Non lęditur aũt qs niſi a malis:ergo nõ lædit̃ ſapiẽs.dolor aũt eſt de læſiõe. Item alia rõne:diuinitati nõ nocet̃:ſed oĩs ſapiens participatione deus eſt:ergo ſapienti nõ nocet̃.Dolor aũt eſt de læſione.Dolor etiã eſt de nocumento.Item tertia rõne ſic ꝓbatur. oĩs iniuria eſt alicuiꝰ rei quæ perdi poteſt.Sapiens aũt nihil põt ꝑdere:oĩa in ſe repoſuit.Nihil credit fortunæ: bona ſua habet in ſe ſolido.Nihil autem cupit fortuna qđ non dedit. Nulla ergo turbatio cadit in ſapiẽtẽ.i.virtuoſum: hunc em̃ appellat ſapientem.Sed oẽ ve doloris eſt turbatio:hunc em̃ appellat ſapientem.Virgo aũt Maria ꝓculdubio fuit omni ſapiente ſapientior & ꝑfectior:ergo in ea nõ fuit ve doloris Et hoc vtiq̃ verũ eſt.quãtũ ad rõnẽ fuit in oĩbus ſup oẽs potentias ſuas ordinatiſſima rõne ſuperiore ſemp dominante inferioribꝰ viribus.Vñ qcqd doloris ſuſtinuit in corpe ſm ſenſualitatẽ,vt in paſſione filij maximũ:totũ ceſſit ei in materiã amoris & gaudij ſm rõnem.Et ſic in ea dolor maximꝰ in paſſione filij ſm ſenſitiuã nũq̃ contrarius fuit gaudio rationis qđ habebat ex cogitatione:qa ex paſſione filij ſequebat̃ dei honor ex redẽptione humani generis. Sine ve ergo doloris in rõne fuit.Quãuis aũt in cæteris ſapientibus & ꝑfectis viris hoc aliqñ fuerit vt.ſ. ſm rõnem non habuerint turbationem vel dolorẽ in aduerſis.non tñ ita vniuerſaliter

Maria fuit ſine ve pudoris quõ.

qn aliqñ turbatus fuerit & obfuſcatus oculus rõnis: & ſi nõ excęcatus.Tertium ve.ſ.pudoris incurrit hõ p pc̄m̃ . Nã in ſtatu innocentię dr̃ Geñ.iij.ꝙ erant nudi ambo.ſ. Adam & Eua:& non erubeſcebant.Sed poſt pc̄m̃ videntes ſe nudos erubuerunt:vñ ꝓpter pudorem fecerunt ſibi perizomata ad cooperiendũ ignominiã ſuã.Eſt aũt erubeſcentia timor de turpi p̃ſenti vel p̃terito cui oẽs ſubijcimur: qa oẽs facimꝰ cõfuſione digna.Pſ̃.lxiij.Tota die verecũdia mea ꝯ me eſt.Sed ab hoc ve fuit immunis virgo Maria: qa nihil turpitudinis vnq̃ geſſit:vel in ſe habuit nihil inordinationis.Quod aũt Amb̃.dicit de ea ꝙ erat intenta opi verecũda ſermone.vult dicere ꝙ in exteriori cõuerſatione oſtẽdebat verecundiam

Ex pte cõiũcti triplex ve quæ Maria caruit.

oſtendens neceſſariam maxime iuuenibus & mulieribus nõ ꝙ rõ eam argueret de aliq̃ turpi re p̃ſenti vel p̃terita.Ex parte coniuncti.i.aĩæ cũ corpore reperit̃ in humano gñe triplex ve.ſ.ignorãtiæ,culpæ,& pœnæ.Ignorantia magna eſt in oĩbus:neſcit em̃ hõ finẽ ſuũ.Eccl's.ix.q̃ ad corpus:& q̃ ad aĩam: nã ignorat diẽ mortis ſuæ:& quo ꝑget ad pœnã vel gloriã. Et in vita:vt dr̃ Eccl's.ix.Nemo ſcit vtrũ odio vel amore ſit

Maria fuit ſine ve ignorantiæ.

dignus.i.ſi ſit in gr̃a dei vel nõ.Sed.b.v̾go maria ab iſto ve fuit liberata:quia certa erat non ſolum ꝙ gr̃am dei habebat ſed etiã ꝙ plena gr̃a angelo ſibi nuntiante q mẽtiri nõ põt. Sciuit em̃ p reuelationẽ diẽ mortis ſuæ:& ꝙ maximã gloriã conſecutura eſſet.Ve culpæ eſt triplex:qa culpa originalis: culpa mortalis:& culpa venialis.De primo Hier̃.xv.Ve mihi mater mea quare genuiſti me virum rixę.Ex cõcæptu em̃ contrahitur originale cũ quo naſcimur cũ rixa carnis & ſpiritus.& ab hoc fuit libera.b.Maria qa & ſi concæpta in eo vt cæteri:tñ nata ſine eo ſc̄tificata in vtero.Neq̃ em̃ feſtiuis laudibus celebraretur.ſ. natiuitas eius:ſi nõ ſancta naſceretur. inquit be.Berñ.in ſer.Et ſi aliqui ſc̄ti vt Io.bap.& Hiere.fuerunt in vtero ſc̄tificati:ſed non in tanta copia gr̃æ.nec ita cito.Nã infuſa aĩa in corpore pie credi põt ꝙ eadem die fuerit ab illa culpa emundata.Ad qđ facit qđ ait Pſ̃.loquendo de ſc̄tificatiõe tabernaculi altiſſimi:qđ tabernaculum nulli dubium fuit btã virgo.Adiuuabit eam deꝰ mane diluculo.ad-

Maria fuit ſine ve culpæ mortalis.

iuuit dando ipſi virgini gratiam adiutricem ad vincendum ex omni parte pc̄m̃.Mane.i.in principio ſuæ aĩationis cũ recępit aĩam cum luce intellectꝰ diluculo.i.q̃citiſſime.Ve culpę mortalis vel actualis plurimi incurrunt:qđ niſi emundetur p pñiam a pc̄tis ceſſando ſequitur aliud ve æternæ dãnationis.de quo põt illud Apoc. exponi. vnum ve abijt: ecce aliud ve.Ve vnũ eſt culpa q̃ abijt moriendo qa ceſſat qs peccare.ſed ſequit̃ aliud ve æternę dãnationis:.& põt dici illud Pſ̃.lxxiij.Tu.ſ.deus cõfregiſti capita draconũ in aqs. Capita draconum ſunt ſeptem vitia capitalia.Vñ & Ioan.Apoc. xij.vidit dracone qui inſidiabatur mulieri hr̃e ſeptẽ capita. Hæc capita cõfringuntur in aquis gr̃arũ q̃ fuerunt in Maria pleniſſime:vt de ea poſſit illud intelligi.Geñ.i.Cõgregationeſq̃ aquarum appellauit maria.producto hoc noĩe nõ correpte prolato,ſm literam.Mariæ em̃ vt ait be.Hiero.plenitudo gr̃æ ſe infudit.Fuerunt ſeptem capita draconum.i. vitia capitalia confracta in Maria:& q̃ ad ſeipſam qa nullum eoꝝ habuit:& q̃ ad nos ſuo merito & exemplo ac filio ſuo. De ſeptemplici ve pc̄ti mortalis.dicit Eſa.i. Ve gẽti peccatrici populo graui iniquitate:ſemini nequã filijs ſceleratis: dereliq̃runt deũ:blaſphemauerunt ſanctũ Iſrael abalienati ſunt retroſum.In qua autoritate notant̃ ſeptem capitalia vitia q̃bus debetur ve æternæ dãnationis a q̃bus oĩno fuit Maria libera.Et ideo bene ei dr̃ Aue.i.ſine ve hmõi.Primum eſt vitium gulæ.Et huic dedita gẽs dr̃ peccatrix:qđ importat habitũ permanentẽ.Nullũ em̃ vitiũ eſt in nobis ita ꝑmanens vt gula habituatũ quaſi in nobis & q citius exerceatur. Nam puer totus eſt gulæ deditus. Et quis eſt ille qui vltra metas neceſſitatis non rapiatur in cibo & potu? Quod cũ mortale eſt pręparatur ei ve æternę dãnationis.ſm illud Eſa.v.Ve q conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandã &c. ad hoc beata maria libera fuit.Sec'm caput draõcis eſt accidia.hic eſt ꝑpl's grauis iniquitate.Nã accidia aggrauat aĩam vt nil boni agere libeat.Sed ve diſſolutis corde.dr̃ Eccli.ij. Tertiũ caput eſt luxuria.Et hæc eſt ſemen nequã:qa nequiter effundit ſemẽ. Sed ve qui opulenti eſtis in Sion: qui laſciuitis in ſtratis veſtris. habetur Amos. vi. Quartum caput eſt auaritia. Et dediti huic vitio ſunt filij ſcelerati. Auaritia em̃ nihil ſceleſtius.Sed ve his qui congregant auaritiam.inquit ꝓpheta. Quintum caput eſt ſuperbia. Et hi ſunt qui dereliquerunt deum.Per nullum em̃ vitiũ recedit qs a deo:& bellat contra eum ſicut per ſuperbiam. Sed ve coronæ ſupbiæ. ſcribitur in Eſa.xxviij. Detracta eſt enim ad inferos ſuperbia tua. Sextum caput eſt ira.per hanc hoĩes peſſimi blaphemauerunt ſanctum Iſrael.Sed dr̃ Eccli.ij. Ve his qui perdiderunt ſuſtinentiam.i.patientiã:victi ab ira.Septimum caput eſt inuidia.inuidi aũt abalienati ſunt a deo retrorſum. Deus oĩa ſua bona communicat.inuidus aũt dolet ꝙ aliquis extra ſe haheat bona vñ alienus a conditionibus dei.Sed dr̃ in epl'a Iudæ.Ve illis qui abierunt in viam Cain & Chore. Iudæ.i. Hi ex inuidia moti ſunt primus contra Abel: alter contra Moyſen.Ab oĩbus his fuit libera maria. Nam abſtinentię dedita:vt oſtẽdit b.Amb̃.Ab accidia libera cuius ſpũs exultauit ſemper in dño operata. A luxuria aliena: quia virgo. Auaritiæ neſcia:quæ oĩa ſua cõmunicauit pauperibus. Cõtra ſuperbiam humillima: quia reſpexit humilitatem &c. Nil in ea iræ:quæ inter omnes mitis vt in paſſione filij. Inuidia nũq̃ in ea quæ ſalutem omnium ſemper optabat.De ve culpæ venialis cui debetur pœna purgatorij ſi non purgatur.poteſt intelligi illud Micheæ prophetæ.ij. Ve vobis

Maria fuit ſine veniali culpa.

qui cogitatis inutile.Nam cogitationes inutiles communiter ſunt venialia pc̄tã.Sed ab omni culpa actuali, mortali, & veniali fuit libera virgo Maria.de quibus loquitur beatꝰ Augu.cũ ait in lib.de natura & gratia:Cum de peccatis agit̃ nullam prorſus volo de ea haberi mentionem. Ea excæpta omnes ſancti & ſanctæ,cum viuerent cum Ioã. euangeliſta ſc̄tiſſimo dicerent.Si dixerimꝰ qa peccatũ nõ habemꝰ actuale ſaltem veniale perpetratum:ipſi nos ſeducimus & veritas in nobis non eſt.Ve tertium.ſ.pœnæ eſt conſequens ex peccato pœnitudo: quia conſcientia remordet de malo iuxta illud.b.Auguſt.in lib.confeſſionum.Iuſſiſti dñe. & ſic eſt vt omnis inordinatus animus ipſe ſibi pœna ſit. Et Philoſophus in Ethi. Oĩs malus impletur pœnitudine. Vel etiam ve pene eſt inclinatio ad alia mala ꝑpetrãda. Vnde Grego. Peccatum qđ per pñiam nõ delet̃ mox ſuo põdere ad aliud trahit.Et licet per baptiſmum fomes peccati.i.inclinatio ad malum minuatur vt nõ dominetur.nõ tñ extinguitur quin incitamentum ad illud ſæpe exurgat. De quo ve pene põt intelligi illud Micheæ.Ve eis q̃m receſſerunt a me.ſ. peccando.Sed ab hmõi fuit immunis beata virgo maria quia cum nullum cõmiſerit pc̄m̃ non habuit pœnitudinẽ de eo: nec aliquã inclinationem ad malũ.Tota pulchra es. de ea dr̃ in Cañ.iiij.& macula non eſt in te.Apte ergo ei dr̃.Aue id eſt ſine ve ignorantiæ,culpæ,& pœnæ prædictis.

## §.VI. FVIT BEATA MARIA SINE

Maria ſine ve tri plici cõ muni oĩbus ma tribus.

ve qđ contingit oĩbus matribus. Vñ dñs Ieſus. Ve prægnantibus & nutrientibus. Mat.xxiiij. Eſt autẽ iſtud ve triplex in matribus.ſ.damnificentiæ, indigẽtiæ, & afficientiæ. Damnũ aũt triplex incurrit fœmina cũ mater efficit̃.ſ.quia in concæptu perdit ṽginitatem theſaurũ irrecuperabilẽ. Poſt concæptũ venuſtatẽ & ſanitatẽ. Non eñ mulieres grauidæ apparent ita pulchræ vt prius: nec ſane: qa ſubijciunt̃ multis alterationibus propter concæptũ. In partu aũt perdũt hoĩm ſocietatem. Non eñ poſſunt viri accedere ad eas. Sed ab hmõi fuit libera virgo Maria. Nam in cõcæptu non amiſit ṽginitatẽ: ſed aucta eſt puritas eius. Rubũ quẽ viderat Moyſes incombuſtũ cõſeruatã agnouimus tuã laudabilem virginitatem dei genitrix. canit eccl'ia. Pulchritudinem nõ minuit ex concæptu: immo eſt ita adaucta pulchritudo eius ꝙ Ioſeph non cognouit eam donec peperit filiũ: qa vt dicit gloſ. tãtus ſplendor: tanta pulchritudo exibat ab ea vt facie ad faciẽ nõ fixe poſſet aſpicere in eam: & merito qa ſplẽdor æternæ gl'iæ erat in ea. Nec tñ hoc alijs apparebat. In partu non perdidit hoĩm ſocietatem: ſed paſtores eam viſitarunt: & paulopoſt reges Tharſis ſancti Magi. Item matres incurrunt ve indigẽtiæ. Nam ad cõcipiendum indigent compare.i. viro ex quo cõcipiant. poſt ꝯcẽptũ egẽt quiete in ꝑtu obſtetricatiõe. Sed ad hmõi ve libera fuit beata Maria: quia non ex virili ſemine: ſed myſtico ſpiramine verbum dei factũ eſt caro de virgine Maria. Quod enim in ea natũ eſt. inqt angelus id eſt cõcæptum de ſpũſancto eſt. Mat.i. id eſt opere ſpũſſancti. Non eguit quiete: qa non ex eo debilitata. ſed roborata fuit. vnde & ſubito abijt in montana ad viſitandum Elizabeth & ſeruiendum ei in partu eius: vt dicit Hiero. Nulla enim obſtetrix: nulla obſequia mulierũ. Eſa.xxxv. Germinans germinabit.ſ. virgo pariet lætabunda.i. laudans circunſtantib⁹ angelis & canentibus. Gloria in excelſis deo. Tertio matres incurrunt ve afficientiæ: quia afficiuntur in cõcæptu libidine: in portando in ventre grauedine: in partu maximo dolore. Sed beata Maria ſine hmõi ve fuit. Nam concæpit ſine libidine. Vñ angelus. Virtus altiſſimi obũbrabit tibi.i. refrigerium præſtabit: vt ſine ardore alicuius libidinis concipias: ſine grauamine filiũ in ventre portauit. Eſa.x. Ecce dñs aſcẽdet ſuper nubem leuem. Nubes eſt virgo Maria quæ grauamen in portando non habuit: & ipſa ſola peperit ſine dolore ſaluatorem ſæculi.

Incurrunt matres ve indigẽtiæ.

Incurrũt ve afficiẽtiæ.

## §.VII. VE QVOD EST SPECIALE FE

minis eſt triplex.ſ. ſterilitatis in virginibus: ſubiectionis & corruptionis in coniugatis: deſolationis in viduis: vt de ſe patet. Sed beata Maria in quolibet ſtatu fuit ſine tali ve. Nã virgo fuit cũ fœcũditate diuinæ prolis. Coniugata fuit ſine corruptione: quia ipſa cum ſponſo in virginitate permãſit libera ab eo quod de alijs dictum eſt fœminis. Sub viri poteſtate eris. Geñ.iij. Nõ eñ fuit ſubdita Ioſeph: ſed ipẽ ei. qa & filius dei ſubdita erat ei. Vidua poſtea. ſed non deſolata: ſed filio naturali aſſociata & poſt mortem eius filio adoptiuo Ioan. Ergo aue.i. ſine omni ve.

¶De nomine virginis Mariæ. Cap̃.XIIII.

## NOMEN VIRGINIS MARIA.

Luc.i. Hoc aũt proprium nomẽ ṽginis angelus in ſalutatiõe reticuit ſed eccleſia addidit. In quo poſſet videri alicui erratũ: vel ab angelo nomen ipm omittẽdo: cũ tñ in ſalutatiõe ſoleat nomẽ ſalutati exprimi: vel ab eccleſia nõ videt̃ recte factũ addendo verbis ſacræ ſcripturæ cũ dñs mandauit in Deut̃. Non addetis verbis his quicꝗ nec minuetis. Et Io. Apoc. vlti. ait. Si quis appoſuerit ad hæc.ſ. verba, apponat ei deus has plagas: q.ſ. ſunt in iſto libro. Sed ad hæc rñdet̃ ꝙ a nullo erratum eſt: ſed rectiſſime factum eſt. Angelus eñ digniſſime ſalutando nouæ dignitatis noĩe ſalutauit vt per mutationem noĩs mutatio ſtatus figuraretur & eminentia dignitatis. Quando eñ qs aſſumitur ad magnam dignitatem mutatur nomen, vt patet in papa qđ & dñs Ieſus fecit de Petro dicens. Tu vocaberis Cephas i. Petrus. Angelus ergo de proprio noĩe qđ eſt maria mutauit nomen dicens gratia plena, hoc aũt nomen qđ eſt gratia plena hmõi circũlocutio eſt tantum proprij nominis beatiſſimæ virginis & ꝑſonæ ipſius: quod nulli alij cõuenit ꝓprie: nec deo nec creaturis: ſed ꝙ plenitudo gratiæ intelligit̃ ſuſcæptiuæ. Conſtat eñ ꝙ deus non eſt gratiæ ſuſcæptiuus: ſed datiuus. Nulla aũt pura creatura eſt plena gratiæ ſuſcæptiuæ præter q̃ꝫ beata virgo, quæ tantã ſuſcæpit ꝙ pura creatura magis ſuſcipere non potuit. Vñ hoc ei ita propriũ fuit ꝙ nulli alij conuenit. Ideo angelus ei hoc nomen impoſuit. dicens gratia plena. Eccleſia tamen addẽdo gratia plena maria non errat: vel indecenter agit: qa non apponit ad verba ſcripturæ ſacræ aliquid falſum vel contrarium ei qđ prohibetur per auctoritates ſupra inductas. Nam ꝑ id quod dicit cum angelo gratia plena, quod nomẽ exprimit ſuam dignitatem: & per qđ addit maria: intendit eam inclinare ad noſtram neceſſitatẽ ſubleuandã. Ipſa eñ quæ eſt gratia plena ꝑ influentiam diuinæ bonitatis: data eſt nobis ſtella maris q̃ eſt interpretatio mariæ: vt eius plenitudo gratiæ in nobis ſuppleat defectum culpæ in via. Et ipſa ſtella in firmamento gloriæ fixa, nos naufragos de ſtatu miſeriæ traducat ad portum ſalutis æternæ. Et ideo apte dr̃. Aue maria. Nomen virginis inquit euangeliſta maria. Non in datiuo dicit nomen virgini. ſicut dicit de Ioſeph. Cui nomen erat Ioſeph. Nam Ioſeph ex ſponſalibus cum maria acquiſitum eſt ſibi & datum augmentum virtutum. Sed in genitiuo dr̃ nomen virginis maria: q genitiuus ſignificat poſſeſſionem: non enim tunc ei datum fuit vt eſſet ſtella maris ſed iam poſſedit & in hoc nata fuit vt oẽs illuminaret præcedentes & ſequẽtes: qa niſi per fidem verbi incarnati vel incarnandi de hac virgine explicitã vel implicitã nulli ſalus extitit. Satis veriſimile eſt ꝙ cũ mulieres non circũciderent̃ ſed mares: in qua circũciſione octaua die natiuitatis ſuæ celebrata imponebatur ei nomen fœminis ipſis die ſuæ natiuitatis nomen imponeretur. Et ſic die qua nata eſt impoſitum eſt ei nomen maria a parentibus ſm angelicam reuelationem. de qua ſtella oriunda ꝓphetauit Balaã dicens. Oriet̃ ſtella ex Iacob id eſt virgo maria ex genere Iacob. Num.xxiiij. & in feſto natiuitatis ei⁹ canit eccleſia. Stella maria maris hodie ꝓceſſit ad ortum. Recte igitur nomen virginis maria. Noĩa eñ imponuntur rebus ſm ꝓprietatẽ earũ. Et qa ṽgo iſta habet ſimilitudinẽ ad proprietatem ſtellæ maris: ideo nomen eius maria: qđ interpretatur ſtella maris: vt declarabitur. ideo nomen ei⁹ maria. Vbi tria notantur circa hoc nomen.

Quare angelus ĩ ſalutatiõe nõ expſſit nomen Mariæ.

Eccleſia hoc nomen addidit ſupple maria.

¶Prrmo nominis interpretationem applicandam.

¶Secundo nominis deriuationem adaptandam.

¶Tertio nominis literationẽ appropriandam.

## §.I. QVANTVM AD PRIMVM SCIEN

dum ꝙ maria interpretatur dña vel illuminata ſeu illuminatrix. Ac etiam ſtella maris ſm.b. Hiero. in lib. interpretationum. Ipſa eñ dña oĩm cum fili⁹ eius ſit dñs vniuerſorũ: ipa illuminata a deo: vt luna a ſole & plena oĩm illuminationũ cœleſtiũ. Ipſa illuminatrix oĩm electorũ. Vñ canit eccleſia. Solue vincla reis: ꝓfer lumen cæcis: merito.ſ. & interuentu. Stella quoqꝫ maris. Aue maris ſtella ei dr̃. & ſuꝑ hac interp̃tatione alijs omiſſis diffuſius tractemus. Vñ.b. Ber. ſuꝑ Miſſus eſt. Loquamur de hoc noĩe maria qđ interpretatur ſtella maris & matri virgini valde conuenienter adaptatur. Ipſa ſiquidem ſyderi conuenientiſſime comparat̃: quia ſicut ſtella ſine ſui corruptione profert radium. Sic virgo maria ſine ſui violatione ædidit filium. Nec ſyderi radius ſuam imminuit claritatem: nec filius mariæ ei ſuã integritatem. Ipſa nãꝗ eſt nobilis illa ſtella orta ex Iacob. cuius radius totum orbem illuſtrauit. cuius ſplẽdor etiã præfulget in ſuꝑnis: in ĩferos penetrat: terras etiã ꝑluſtrans & calefaciens mentes magis q̃ꝫ corpora: fouet ṽtutes & excoquit vitia. Ipſa ſiquidẽ p̃clara & eximia ſtella ſuꝑ hoc mare magnũ & ſpatioſum neceſſario eleuara micans meritis illuſtrãs exẽplis. O qſqs intelligis in hui⁹ ſæculi ꝓfluuio magis inter ꝓcellas & tempeſtates fluctuare: magis q̃ꝫ ꝑ terrã ambulare: ne auertas oculos ab huius ſæculi ſyderis fulgore: ſi non vis obrui procellis. Si inſurgant venti tentationum. Si incurras ſcopulos tribulationum: reſpice ſtellam: voca mariam: ſi iracũdia aut auaritia: aut carnis illecebra nauiculam cõcuſſerit mentis: reſpice ad mariam. Si criminum immanitatẽ turbatus cõſcientiæ feditate confuſus: iudicij terrore: baratro deſperationis incipias turbari vel abſorberi & triſtari in periculis: in anguſtijs in

De interpretatione noĩs maria.



ſtijs in rebus dubijs Mariã cogita: Mariã inuoca: nõ recedat ab ore: non recedat a corde. Et vt impetres orõnis eius auxilium non differas conuerſationis eius exẽplũ. ipſam ſequẽs non deuias: ipſam cogitãs nõ erras: ipã tenẽte non corruis: ipã ꝓtegente nõ metuis: ipã duce nõ fatigaris: ipſa propitia ꝑuenis. Et ſic in temetipſo expiris: qa nomẽ ṽginis Maria.i. ſtella maris. Conuenientius aũt ꝓdr̃ virgo Maria ſtella maris: & eis aſſimilatur ꝓpter ſex cõſiderãda in ſtella illa videlicet ſubſtantiã, quãtitatẽ, q̃litatem, ſitũ, ſtatũ, & effectũ. Et quãtum ad ſubſtantiã ſtella illa cœleſtis incorruptibilis: & origo lucis q̃ tñ cõueniũt & alijs ſtellis. Sic ṽo Maria fuit cœleſtis cõuerſatiõe vt cõpleti⁹ dicere poſſet cum apľo. Noſtra conuerſatio in cœlis eſt. ad Phil.iij. Incorruptibilis fuit mẽte & corpore. Nã vt dicit Anſel. Ea puritate decuit vt niteret qua maior ſub deo nequeat reperiri. Origo fuit lucis. Nam vt canit eccleſia. Angelus cõſilij nat⁹ eſt de ṽgine: ſol de ſtella: q illuminat oẽm hoĩem venientẽ in hũc mundũ. Quãtũ ad qualitatẽ ſtella illa eſt ſuꝑior, clarior, & vtilior: qa eſt in ſupremo poli. ideo ſuꝑior: &.b. Maria eſt ſuꝑior oĩm ſctõꝝ & angeloꝝ deo ꝓpinquior: clarior eſt ṽginitate. Et etiã btã Maria ſtella ſemꝑ rutilans: ſemꝑ clara in fide fuit. Oẽs aliæ ſtellæ.i. apľi & Mariæ ceciderunt amittentes lumen fidæi diuinitatis Chriſti. ipſa nũꝗ in paſſione eius. Vtilis eſt valde ſtella maris fœcunditate. Et quis ſanctus vel ſancta vtilior nobis hac virgine q̃ nobis genuit deũ pariter & hoĩem oĩm ſaluatorem? Quantũ ad quantitatẽ ſtella maris eſt minima in apparentia nobis: ſed maxĩa in ſeipſa. Sic.b. Maria maxima in ſctĩtate in ſe: ſed minima in ſui mente ꝓpter maximã humilitatẽ: qa reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ ait Lu.i. Humilis in corde totũ deo tribuens: humilis in ore ſeu locutione: cuius ſignum rariſſima & breuis locutio eius. Humilis ĩ opere ſeruiẽs cognatæ in partu loco ancillæ ipſa q̃ erat dña angeloꝝ. Quãtum ad ſtatum ſtatus ſtellæ eſt q̃ſi ſine motu: qa eſt vicina polo: ita modicus eſt circũitus eius vt videatur non moueri. Eſt ſine occaſu: quia non occidit nobis vt aliæ ſtellæ & ſine errore. Sic beata Maria eſt ſine motu inconſtantiæ nunꝗ turbata. Nam qđ dr̃ turbata in ſermõe angeli nõ fuit illa turbatio iræ ſed admirationis in tanta laude ex humilitate. Sine occaſu fuit alicuius peccati. Nam & ſi ſepties in die cadit iuſtus. vt ait Salomõ Prouerb̃.xxiiij.ſ. venialiter: & igitur in die gr̃æ remanens hæc nũꝗ cecidit. Fuit ſine errore ignorantiæ eoꝝ quæ pertinent ad ſalutem. vñ & dr̃ mater agnitionis. Eccľi.xxiiij. Quantum ad effectũ ſtella illa attrahit ferrum ad calamitã: ſua luce nautas dirigit & eſt contra aquilonẽ. Et beata Maria ꝑ inſertam ſibi miſericordiam attrahit pctõres ad cœlũ ꝑ pniam quã eis procurat: naufragantes in pelago huius mũdi ad portũ ſalutis dirigit. Vnde canit eccleſia. Ad te pia ſuſpiramus. Si non ducis deuiamus. En ad te cõfugimus. Eſt etiam contra aquilonẽ.i. contra diabolum nobis aduerſantẽ. iuxta illud Hiere.i. Ab aqlone pãdetur oẽ malũ: ſed tu nos ab hoſte protege: & in hora mortis ſuſcipe. ei dicimus. Quantũ ad ſitũ dicit Exaſtenes ꝙ eſt vna ſtella infima q̃ polus appellat̃: per quẽ locũ mundus ipẽ æſtimatur verſari. Qđ nulli puræ creaturæ videtur potius conuenire q̃ꝫ beatæ Mariæ.ſ. mũdũ circa ipſam ṽſari. Ad ipſam eñ reſpicere videntur vniuerſi. ſuperi vt reſtaurentur: inferi vt de limbo liberentur: qui in mundo ſunt vt iuſtificẽtur: qui ante nos fuerunt ꝓphetæ vt verificentur in ſuis ꝓphetijs de incarnatione filij: q in præſenti ſunt vt ſubleuentur a tantis miſerijs: qui futuri ſunt vt ſaluentur. Dicitur autẽ ſtella maris & non ſtella cœli vel nauis maris: qa exiſtens ipſa in ſtatu cœleſtis patriæ vt ſtella in cœlo & non in pelago in quietudine pleno vt nauis dirigit nos in ſtatu viæ qui ſum⁹ in mari: & ideo ſtella maris & non cœli.

Maria dr̃ ſtella maris ꝓpter ſex q̃ ꝯſiderãtur ĩ illa ſtella.

Qualiter itelligitur ꝙ ṽgo fuit turbata in ſmone ãgeli.

## §.II. QVANTVM AD SECVNDVM

principale deriuatur hoc nomẽ a mari. Et hoc aptiſſime qa ſicut omnia flumina in mare intrant & mare non redundat. Eccľs.i. ita in Maria oẽs aquæ gr̃arũ q̃ fuerũt in alijs ſanctis vel fluuijs: intrauerunt in Maria ṽgine: & tñ iſtud mare plenum omni gr̃a nõ redũdauit: excedens terminos ſuos in aliquã elationẽ vel iactantiã. Vñ & btũs Hiero. in ſer. Cæteris ſctĩs ꝑ partes collata eſt gratia: Mariæ ṽo plenitudo gratiæ ſe infudit. Mare aũt dr̃ quaſi amarum. Fuit aũt beata Maria mare amarum in conuerſatione amara.ſ. ꝑfecta ſenſuũ mortificatione. Nulla enim pura creatura mortificauit ita ſenſus ſuos ab oĩ vanitate & curioſitate vt ipſa. Cũ tñ vt dr̃ Eccľs.i. nũꝗ ſatiabit̃ oculus viſu nec auris auditu. & ſic de alijs ſenſibus erga ſua obiecta. Et inde mors pcĩi intrauit ꝑ feneſtras noſtras ſenſuum: quia non claudunt̃ vt oportet. Vñ & beata maria aſſimilat̃ myrrhæ amaræ quæ p̃ſeruat a corruptione. quaſi myrrha electa. ait ipſa. dedi ſuauitatẽ odoris. Eccľi. xxiiij. maria vero mare amariſſimum fuit in paſſione filij. Nam vt ait Damaſce. Partus dolores fuerunt ei reſeruati. In partu igitur naturali peperit ſine dolore ſaluatorem: immo cum ſummo gaudio. Sed in partu ſpũali: cum.ſ. parturiuit nos deo: attẽdite & videte ait. ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Threñ.i. Sicut ergo ex primo partu dr̃ maria quaſi ſtella maris: qa ſicut ſydus radium ꝓfert virgo filium pari forma ſine dolore ſine corruptione. ſic in ſecũdo partu dr̃ maria mare amarũ: vbi.ſ. mater miſericordiæ affuit patri miſericordiarum in opere ſummæ miæ: & dolore paſſiõis ſecũ ſuſtinuit. Nam ipſius aĩam pertranſiuit gladius doloris immenſi excedentis oẽm martyrum dolorem. vt ait bea. Berñ. Et ſic adiutrix facta eſt noſtræ redemptionis & mater noſtræ ſpũalis generatiõis. Et de hoc duplici partu virginis dr̃ Eſa. vlt. Anteꝗ parturiret peperit: & anteꝗ veniret partus eius peperit maſculum. Quis audiuit vnꝗ tale: aut qs vidit huic ſile? Peperit primo beata maria ſine dolore & peperit maſculũ ſuũ primogenitum quẽ pãnis inuoluit parturiuit poſtea iuxta crucem dolorem immenſum ſentiẽdo cum filio in cruce nõ vnum ſed multos filios: qui redempti ſunt a dño: ſimul quãtum ad virtutem cauſæ non ſimul quantum ad eſſe. ſed diuerſis temporibus quantũ ad applicationem effectus ipſius paſſionis. Quis vnꝗ audiuit tantum gaudium vt in primo. Quis vidit tantum dolorem vt in ſecundo partu. Certe nullus. Fuit autẽ figurata hæc bea. maria quantum ad nomen in maria ſorore moyſi & Aaron. Illa eñ trãſito mari rubro cecinit cum magno gaudio. Cantem⁹ dño glorioſe &c. Et iſta maria non ſolum mater: ſed & ſoror affectu & natura ſummi ſacerdotis Ieſu Chriſti: & ducis ppľi Iſrael ppľi fidelis poſt primam natiuitatem in vtero. intelligens in ſui initio proſtratum Pharaonem infernalem cũ ſuis deo gratias agẽs dixit: magnificat aĩa mea dñm. Sed in mari rubro paſſionis filij cognoſcens mortem noſtrã per mortem filij deſtructã: & diabolum proſtratum in reſurrectione filij ꝓ noſtra liberatione mente dño decantauit gratias agens & ad hoc oẽs inuitans & amaricatos per pniam ex amaritudine peccatorũ egredientes ad littus ſalutis ſuſcipiens.

De deriuatione hui⁹ nominis maria.

Maria aſſimilat̃ myrrhæ.

Beata maria figurat̃ ꝑ mariã ſororẽ moyſi & Aarõ

## §.III. QVANTVM AD TERTIVM

Ex ſignificatione literaꝝ huius nominis elicitur ſublimitas eius. Quinꝗ eñ ſunt literæ huius nominis maria. Et ſignatur per hoc ꝙ eſt.

de ſignificatiõe hui⁹ nominis maria.

¶Mater vniuerſorum.

¶Arca theſaurorum.

¶Regina cœlorum.

¶Iaculum inimicorum.

¶Aduocata peccatorum.

Primo eſt mater vniuerſoꝝ. iuxta illud Sap̃.vij. Omnium eſt mater. Qđ Alber. ſuꝑ Miſſus eſt. exponit de virgine maria ſubdens. qa mater reſpectu filij habet quatuor proprietates: q̃ ſunt genitura, cura, prioritas, & dignitas. Et genitura primo quidẽ eſt mater oĩm: qa vnũ hoĩem genuit.ſ. chriſtũ & oẽs regenerauit. Peperit eñ filiũ ſuũ primogenitum chriſtũ corporalr̃. Alios autẽ oẽs ſctõs ſpũalr̃. Ipſe eñ Ieſus non cõfunditur electos ſuos apľos vocare fratres ꝑ Pſ.xxi. dicẽs. Narrabo nomen tuũ fratribus meis. Nã ꝑ conceptum eius & partũ ex ipã virgine caro & frater noſter eſt: vt ſit ipſe primogenitus.ſ. dignitate in multis fratrib⁹.ſ. oĩbus ſctĩs quos ſanctitate p̃cellit. Nec obſtat ſi dicatur ꝙ filius eſſe non põt ante matrẽ. Sed multi ſctĩ fuerunt anteꝗ virgo eſſet in mundo cõcæpta vel nata: vt patet de oĩbus patribus veteris teſtamenti: ergo videtur ꝙ reſpectu illoꝝ non poſſit dici mater. Sed rñdetur ꝙ hoc eſt verum in eſſe naturæ ꝙ filius nõ poſſit eſſe añ patrem vel matrẽ in tẽpore. In eſſe aũt gratiæ non repugnat. Oẽs ſctĩ qui fuerunt ante chriſtum ſalui fuerunt & gratiam recæperunt per fidem verbi incarnandi de virgine maria: explicitam vel ſaltem implicitã: de cuius plenitudine omnes ſancti recæperunt. Sicut ergo regeneratio ſpiri

Maria mat̃ noſtra quadruplici ꝓprietate materna.

tualis: per quā. ſ. habetur eſſe gratiæ quo ad ſanctos noui teſtamenti: eſt per fidem viuā verbi incarnati de virgine: ita ꝙ ad ſanctos veteris teſtamenti erat regeneratio in eſſe ſpūali per fidem incarnādi de ꝟgine: quæ incarnatio fuit in ꝟgine. Horum igitur oīm regeneratorum ſpūaliter ꝑ grām virgo mater eſt. Item & angeli cū recipiant illuminationem: perfectionē & beatificationē a Ieſu. Nam ipſe eſt in quē deſiderāt angeli ꝓſpicere. i. Pet. i. Et ꝑ ipſum oīa reſtaurant̄ in terra & in cœlo. ergo & angeli recipiunt quoddam eſſe gloriæ a btā virgine. Quicqd aūt eſt cauſa cauſę: eſt cauſa cauſati. Sed btā Maria eſt cauſa Ieſu: quia mater ei⁹ ergo & cauſa eſt aliꝗ modo glorię angeloꝝ: vt apte dicatur mater eoꝝ. Cum etiā ipſa dicatur ab eccleſia mr̄ grāæ & mater miæ: & grā perducat ad gloriā & cā ſit eius: ſequit̄ ꝙ oīm ꝗ ſunt in gloria ſctōꝝ: etiā qui eam præceſſerunt tpe: in gloriā conſequenda mater eſt. Scd'o eſt mater nr̄a cura: qa in vno nobis genuit quicqd ad hanc vitā & futurā nobis neceſſariū fuit. Vn̄ ipſa dicit Eccli. xxiiij. A generationibus meis adimplemini. i. a bonis quæ generantur & profluunt a filio a me genito. & ſicut de ſapiētia dei dr̄. Ipſi eſt cura de oībus: ita de virgine mr̄e ſapientiæ dici poteſt ꝙ curā habet de oībus. In cuius figurā cū Eleazar ꝓcurator Abraæ poſtularet a Rebecca virgine pulcherrima vt potum ſibi daret. Non ſolum ei obtulit potum aquę: ſed & camelis ſuis. Sic virgo pulcherrima mente & corpore: nō ſolum curā habet de electis rōne vtentibus vt ſitientibus ꝓcuret aquam grāꝝ: ſed etiā de pctōribus curā habet: vt aīalibus irrationalibus: nō petētibus nec deſiderantibus aquam gratiarū ꝓcurat. Tertio ꝙꝙ dignitate eſt mater: qa primogenita eſt ante oēm creaturā. Nobilior em̄ eſt & ꝑfectior grā & gloria oī pura creatura. Qd' aūt eſt primū in vno ꝙꝙ genere eſt ꝗſi cauſa alioꝝ. Sicut charitas ꝗ eſt excellentiſſima virtutum: dr̄ mr̄ virtutū: ita & virgo Maria excellentiſſima creaturarū dr̄ mater earū. Non ſolū aūt ſpūaliū ſed & rerū corporaliū mater dici pōt. Oīs em̄ creatura inqt apl's ad Rom. viij. ingemiſcit & parturit vſꝙ adhuc expectans reuelationem filiorum dei. i. glorificationem ſctōꝝ in aīa & corpore: quod erit in fine mundi: qa & tunc creatura corpalis inſenſibilis innouabit̄ liberata a corruptione vt elemēta & motu vt corpora cœleſtia. Vn̄ & Io. Apoc. penul. dicit ſe vidiſſe cœlos nouos & terram nouā. i. innouatam ꝗ innouatio fit per Chriſtum. iuxta illud Apoca. xxi. Ecce noua facio oīa. Vnde ſicut btā Maria mr̄ eſt Chriſti: ita & innouationis & creaturarum innouatarum mater merito dici pōt. Prioritate etiam dr̄ mater. prioritate. ſ. prædeſtinationis. Ipſa em̄ ante ſęcula prædeſtinata eſt. vt eſſet principiū ex quo recreādū fuit omne creatum. & ſic dr̄ de ea Prouer. viij. Dn̄s poſſedit me in initio viarum ſuarū. i. in pricipio operū ſuorū: vt ſim prima oīm ſuarum creaturarū quæ puræ creaturæ ſunt. Et cum eo erā cuncta cōponēs. ſ. recreando quæ ꝑ culpam quaſi deſtructa erāt. Vnde & bea. Bern̄. Merito o dn̄a reſpiciūt in te oculi vniuerſæ creaturæ: in qua & ex qua benigniſſima manus dei quicquid creauerat recreauit.

Oīm regeneratorū per gratiam Maria ē mater.

Maria ē mr̄ rerū cūctarū &c.

## §. IIII. SECVNDA LITERA EST A.

& ſignificat ꝙ eſt arca theſaurorū ꝗ figurata eſt in arca tabernaculi de qua dixit dn̄s ad Moyſen Exod'. xxv. Fac tibi arcā de lignis Sethim. ꝗ vtiꝙ arca deaurata erat intus & foris. Et erāt in ea vrna, māna, tabulæ legis, & virga Aarō quæ fronduerat. Ligna Sethim de quib⁹ fabricata erat arca ſunt ligna imputribilia: & ſignificant theſaurū ꝟginitatis in ſummo quæ in ea fuit. Caſtitas em̄ eſt ille theſaurus de quo ait apl's ij. Coꝝ. iiij. habemus theſaurū iſtum in vaſis iſtis fictilibus i. in corporib⁹. Nā in angelis ꝗ non habent corp⁹ ꝟginitas non eſt ꝟtus. qa hoc hn̄t a natura nō a pugna cum grā. Eſt aūt tanti valoris iſte theſaurus vt dicat ſapiens Eccli. xxvi. Non eſt digna ponderatio aīę cōtinētis: ꝗ theſaurus ſi ſemel amittitur: nunꝙ recuperat̄ quo ad præmium aureolę. Et licet ſm̄ Ph̄m in Ethi. dicatur incōtinens. vn̄ & vitioſus ꝗ ſuſtinet pugnā carnis & deducitur ac ſuperatur. ſ. conſentiēdo concupiſcentijs. Continens aūt & virtuoſus: ꝗ & ſi ſuſtinet tētatiōes carnis non tn̄ deducit̄ ſed reſiſtit. Inſenſibilis aūt ꝗ nō ſuſtinet hmōi ſtimulos vn̄ nec deducit̄. Hoc eſt verum ſm̄ naturā & oēm gratiā. Sed in ꝟgine ꝑ grām ſpecialē nō per inſenſibilitatē quæ eſt vitiū hoc habuit: vt cum eſſet in carne nec ſentiret ſtimulos aliquos & motus etiam primos carnis: nec aliquē inclinationē ad malū. Eſt iſta arca deaurata int⁹ & foris: qa plena charitate. Beatus Hiero. in ſer. de aſſumptione eius ait. Totā incāduerat eā diuinus amor vt nihil eſſet in ea quo mundanus violaret̄ affectus: ſed ardor continuus ebrietas perfuſi amoris. Aurum em̄ qa precioſius alijs metallis: iō ſignificat charitatē maximā virtutū. Hac ipſa erat circundata in conuerſatione exteriori & actione interiori. Ad opera ipſius charitatis Chriſtus hortabatur Mat. v. dicens. Theſaurizate vobis theſauros in cœlis faciendo. ſ. opera charitatis. In hac arca eſt theſaur⁹ mię deſignatę per māna ſuauiſſimū: quē theſaurum poſtulabat Moyſes pp'o ſuo dicens Num̄. xx. Aperi eis dn̄e theſaurū tuum fontē aquæ viuæ. ſ. miſericordiæ & gratiæ. vnde mater miſericordiæ virgo Maria dicitur. Eſt in ea theſaurus ſapientię ſignatus per legem ibi poſitam. de quo dr̄ Sap. vij. Infinitus theſaurus eſt hominibus. ſ. ſapientia. de qua ibi loquit̄. Nulla em̄ creatura pura habuit tantam cognitionē de diuinis rebus & pertinentib⁹ ad ſalutē ſicut ipſa: vn̄ ipſa magiſtra fuit aploꝝ & euangeliſtarum ad docendum eos de myſterijs Chriſti. Nec mirum ſi theſaurum habuit immenſum ſapientiæ cū in ea Chriſtus requieuerit: in quo ſunt oēs theſauri ſapientiæ & ſcientiæ dei ſm̄ aplm̄. Et ꝗ chriſtū nouit. ait. b. Amb. theſaurū ſapiētię & ſcientiæ nouit. diſt. xxxvij. legimus. Eſt & virga in arca deſignās poteſtatē & dn̄iū. Nā regina dr̄ cœloꝝ & dn̄a angeloꝝ. Arca aūt iſta hr̄ in tabernaculo vt p̄cioſiſſimū qd. Et ita virgo in tabernaculo eccleſię precioſiſſimū & ſanctiſſimū.

Mariā figurata i arca tabernaculi ꝗre

Col. ij.

## §. V. TERTIA LITERA EST R. DE

notās qa ipſa eſt regula viatorum. nā vt canit eccleſia. Eius vita incli. tunc. illu. eccleſias. Habetis inqt be. Amb. in. li. de virginibus. in ea exempla ꝓbitatis vt ſciatis qd eligere: qd reprobare debeatis. Reprobare. ſ. illicita & eligere virtuoſa opera. Hinc & Hiero. in ſer. Talibus decebat virginē oppignerari muneribus vt plena eſſet grā ꝗ cœlis dedit gloriā: terris deum: paceꝙ refudit fidē gentib⁹: finē vitijs: moribus diſciplinā. ſ. per exempla vitæ ſuæ. Et cum ſit triplex ſtatus eccleſiæ. ſ. virginum, cōiugatorū, & viduaꝝ in vtroꝙ ſexu. Ipſa in omni ſtatu ſe reperit vt oībus regulam daret: virgo vtiꝙ ſemꝑ fuit ante partū: in partu: & poſt partum: docens virgines ſuo exēplo ꝟginitatē ſuā dn̄o dedicare. Ab infantia em̄ a parentibus ad templum adducta & ibi dimiſſa a parētibus cū alijs virginibus nutriebatur & inſtruebatur in lege dn̄i. Panē otioſa nō comedit: vt dr̄ Prouer. vlt. ſed operata eſt conſilio manuū ſuarū faciens aliqd' honeſtum exercitium manuale. Inuictum ab oratione & laude dei ſpiritū nō relaxabat: adeo vt cū vocaret̄ a quoꝙ reſpōderet ꝑ deo gratias: ne illud momentū tp̄is a grātiarū actione vacaret: ꝓdire domo neſcia (ait de ea bea. Amb.) niſi cū ad tēplū accederet: lege dn̄i hoc mādante. Diſcite o virgines (ait idē Amb.) non curſitare ꝑ alienas edes: non aliquos in publico miſcere ſermones. O ꝙ parum locutā fuiſſe refertur cum tn̄ in verbo offendere non poſſet: vt virtutē primam innueret eſſe compeſcere linguam. Sciens illud Prouerb. qa in multiloquio non deeſt pctm̄. Parū cū hoībus loquebat̄: vt copioſius poſſet loqui cum deo. In ſalutatione angelica ꝙ turbata eſt virgo in laudatione ſua: & cogitabat ꝗlis eſſet iſta ſalutatio: docent̄ virgines & ꝑſonæ ſpūales exhorreſcere cū laudantur: non ſibiipſis complacere & ad mentē recurrēdo ſe humiliare nō omni ſpūi de facili credere cū in angelum lucis aliqn̄ ſe ſathanas transferat: ſed cogitare & diſcutere ſi ex deo ſit ſpūs apparens. Demū informata de dn̄i voluntate totālſe ei ſubmittēs. Ecce: ait ancilla dn̄i fiat mihi ſm̄ ꝟbum tuum. inſtruens vt cogitet virgo ꝗ dei ſunt quō per oīa placeat deo. Deinde a ſpūſancto edocta ante cōcæptum filij deſponſari acquieuit: non in carnalem copulā aſſentiendo: quā ꝑ reuelationē nouerat non eſſe ſequendā: ſed cū ſponſo ꝟginitatē conſeruandam. Sed in coniugalem ſocietatem ſponſam Ioſeph aſſumens antiquū pauperē & carpētariū. ſm̄ Chryſ. ipſa erat de ſtirpe regali pulcherrima iuuencula & nobiliſſima: nō dedignans illū accipere ſed eū in reuerentia habens. Vn̄ cum filiū inuenit in tēplo requirens ait. Pater tuus & ego dolentes quęrebamus te. Preponens ſponſum ſuū ſibi: quē patrem vocauit qa nutritiuus erat: vel ſm̄ ęſtimationē vulgi. Vbi regula datur cōiugatis: vt diſcant vxores ſubditæ & reuerentes eſſe viris & non dedignari ſi ſunt pauperes & vilis

Maria oī ſtatui eſt regula q̄uo.

Qd' mulieres debēt reuereri viros ſuos no. doc. i. l. ſ. C. de mune. & hono.



Primus gradus videndi deũ.Scd's gradus eſt ſenſus qui eſt nobis cõis cum brutis.In tertio gradu ponit memoriam intelligibilem quæ eſt communis doctis & indoctis:bonis & malis.Quartus gradus eſt eleuare ſe ſupra ſe & mũdare oculũ aĩæ ab omni terrenitate . Quintus eſt ipſam cuſtodire & firmare ſanitatem.Sextus eſt ſerenum & reſpectum rectum in id quod videndum eſt dirigere . Septimus eſt nõ iam gradus:ſed manſio & viſio ipſa veritatis.Idem eoſdem gradus aliter noĩat ſic dicens.Aſcẽdẽtib⁹ nobis igitur ſurſum. Primus actus eſt cũ dr̃ animatio.ſcd's ſenſus.tertius ars. quart⁹ virtus.quintus tranquillitas.ſextus ingreſſio.ſeptimus contemplatio.Diſtinguũtur & hi gradus ſm actum potentiarũ reſpectu obiectorũ.vt primus ſit viſio in ſenſu ſm imaginationem.hic vtiq; mundo mundiq; imagine vtitur vt ſpeculo.Scd's gradus eſt in imagĩatiõe.hic nõ mũdo ſed mũdi imagine vtit̃ vt ſpeculo.Tertius grad⁹ eſt viſio in imagine ſm rõnẽ:qñ rõ magis quæritur & cũ admiratione ĩuenitur . Quart⁹ in rõne ſm imaginationẽ qñ p inuiſibiliũ ſimilitudines ad inuiſibilia rõ ſubleuat̃.Quintus in rõne ſm rationẽ qñ ex aliquib⁹ cognitis ad alia incognita ratiocinãdo rõ ꝓgreditur.Sextus ſupra rõnẽ nõ ꝑter rõnem.quando p mẽtis ſubleuationẽ cernit qđ naturæ metas tranſcẽdit.& ei qđ p aciẽ intelligentiæ cernitur natura rerũ acquieſcit.Septim⁹ eſt ſupra rõnẽ:& hoc eſt ſpeculo fidei q̃ eſt ſubſtãtia reꝝ ſperãdaꝝ argumentũ nõ apparẽtiũ.Octauus eſt ectaſis ſiue raptus in quo Rachel.i.rõ moritur & Beniamin.i.ꝑfectio contemplatiõis gñatur.Oẽs hi gradus diſtinguũtur ſm ordinẽ potẽtiarũ & actuũ reſpectu obiectorũ.Scd'o modo ſunt gradus in hmõi eleuatione aĩæ ad deũ ſm maiorem habitum ꝑfectionũ gratuitoꝝ animã ſup poſſe naturæ magis ac magis eleuantiũ.& deo ꝓpinquius ꝯtingentiũ.Inter quos prio gradu eleuant gratiæ ſacramẽtales impedimenta culpæ & pœnæ remouentes & fomitẽ diminuentes q̃ animã trahunt deorſum.Scd'o gradu ſunt virtutes aĩam in eſſe gratuito ꝑficientes p potentiã & operationẽ in finẽ dirigentes.Tertio gradu ſunt dona ſpũſſancti aĩam per actus excellẽtiores gratuitos ꝑficiẽtes:& magis fini eam coniungentes.In quarto gradu ſunt fructus aĩam ſm poſſibilitatẽ viæ deo coniunctã delectãtes & reficiẽtes.Dũ his quatuor gradibus a latere currũt beatitudines ſtatũ ꝑfectionis ſm modũ viæ cõplentes.Tertio modo eſt ordo in ꝑdicta eleuatiõe aĩæ ad deũ ſm diuerſitatem ſtat⁹ ſubiecti quod eleuat:& diuerſitatẽ medij p qđ eleuat̃.Diuerſitas autẽ ſtatus ſubiecti quadruplex eſt. Eoꝝ em̃ q eleuant̃ ad videndũ deũ. Alij ſunt in ſtatu viæ. Alij ꝑter ſtatũ viæ:Alij ſup ſtatum viæ & iuxta ſtatũ patrię. Alij in ſtatu patriæ.Illi q eleuant̃ ad videndũ deum ſm modũ viæ faciũt gradus quinq; .Primus eſt videre deũ per veſtigiũ in creaturis.Scd's p imaginẽ in aĩa.Tertius fide informi.Quartus fide formata.Quintus eſt ꝯtemplantiũ.Illi qui vident ꝑter ſtatum viæ vident per ſpeculum in lumine.Et faciunt quatuor gradus.Primus eſt viſio prophetarũ cõmunis.Secundus eſt viſio Moyſi facie ad faciem:ideſt valde familiaris & aſſidue vltra cõem modum prophetarum.Vnde de eo dr̃ in li.Nume.xij.c.ꝙ loquebat̃ ei de⁹ ore ad os: nõ ſicut in prophetis:ſed ſicut amicus cũ amico ſuo.Terti⁹ eſt viſio Ioannis in pectore dñi.de q̃.b.Aug.dicit ꝙ tranſcendit oẽm nebulã qua oĩs terra tegit̃ & ꝑuenit ad lympidũ cœlũ deitatis claritatẽ.Et alibi idẽ ait. deitatis potentiam lympidius cõtemplans cũ dño ad cœlũ volans cœleſtis ſapiæ hauſtũ de dñici pectoris fonte lympidi⁹ cęteris potauit.Quart⁹ gradus eſt viſio Adę in ſtatu innocentiæ q̃ fuit intellectual̃ exiſtẽs ſine oĩ enigmate.nõ tm̃ culpæ:ſed & pœnæ & ſine oĩ fomite:& in natura non deteriorata p pctm̃:& ideo eſt vltima in gñe illo.Illi q vidẽt ſupra modũ viæ ſunt q vidẽt ſine ſpeculo in lumine.Et faciũt hi tres gradus.Primus eſt cognitio Adæ in ſopore.De qua dr̃ Geñ.ij.Miſit deus ſoporẽ in Adã.glo.Ectaſis illa in Adã ad hoc immiſſa eſt vt mens Adæ intrans in ſanctuariũ dei:nouiſſima intelligeret particeps angelicæ curiæ.Secundus gradus eſt raptus.ſicut vidit Paulus & Ioan.in Apoca.Et de hac viſione dicit glo.ꝙ apoſtolus vidit deum in illa vita qua vidẽdus eſt in æternum. De viſione Ioãnis dr̃ in ꝓlogo ſup Apoc.Et ſic viſionem Pauli & Ioannis dicit Alb.ponimus in eodẽ gradu. Terti⁹ gradus eſt cognitio btẽ virginis in via:q̃ oẽs ꝑdictas cognitiones tribus gradib⁹ ſupgredit̃.Primũ eſt eleuata puritas. q̃a exceſſit oẽm viatorẽ.Secũdũ eſt medij eleuantis improportionabilis quantitas.videlicet gr̃æ plenitudo q̃ in ea tãta fuit ꝙ in pura creatura æqualis eſſe non potuit . Tertium eſt eleuantis charitas.ſ.dei qui eã dilexit ſuper oẽm puram creaturam:& improportionabili charitate ſibi eã ſociauit. Et ideo hæc viſio eius oẽm viſionẽ viæ excedit:& propinquiſſima fuit viſioni patriæ & tamẽ citra q̃ſtũ ad actũ:Illi autẽ qui eleuant̃ ſm ſtatũ patriæ vidẽt per ſpeciẽ & faciũt tres gradus.Primus gradus eſt hoĩm aĩa & corpore glorificatorũ.De quo dicit.b.Aug.Hoc minime dubitãdũ eſt raptam hoĩs a carnis ſenſibus mentẽ:& etiã poſt mortẽ ipſa carne depurata deũ videre:ſicut vident angeli.Angeli em̃ vident deũ ab oĩ corporali forma:& a corpore ſeparati . Cognitio aũt aĩæ glorificatæ ꝓpter vnionẽ aĩæ ad corpus ẽ inferioris gradus.Et hoc intelligẽdũ eſt ſm ꝙ natura ordinatur ad naturã.Scd'm em̃ eſſe gr̃æ habẽt ſe ſicut excedẽtia & exceſſa.Secũdus gradus eſt viſio angeloꝝ:q ſemꝑ vidit faciẽ patris q in cœlis eſt:vt dr̃ Mat.xviij.Tertius gradus eſt viſionis patriæ.Viſio glorioſiſſimæ virginis matris dei : q̃ ſup omes puras creaturas lympidiſſime & improportionabilr̃ & ꝓpiquiſſime deũ cõtẽplat̃ & maieſtatẽ eius:vtpote exaltata ſup

Devidẽtib⁹ in ſpeculo ſine lumie q̃ſa ciũt tres gradus.

omnes



oẽs choros angelorũ,Et ideo ſuper tres hierarchias exaltata & ſupgreſſa in quarta hierarchia a dextris:cum filio dei,i,in potioribus bonis gl̃iæ eſt collocata,.Super oẽs has viſiones eſt viſio dñi noſtri Ieſu Chriſti:quaſi quartus modus, Et in hac poſſunt tres gradus aſſignari.Primus eſt viſio domini noſtri Ieſu Chriſti.quã habet aĩa eius p gr̃am cõprehẽſiõis quã inter oẽs cõprehenſores ꝑfectiſſime vidẽt deũ & oĩa ad ſuã & ſuoꝝ beatitudinẽ ſpectãtia,Scd's grad⁹ eſt p gratiam vnionis qua adhuc excellentius cognoſcit aĩa Chriſti naturã diuinã ſibi vnitã:& oĩa ad myſteriũ vnionis & incarnationis ſpectãtia,Vltima viſio Ieſu Chriſti eſt quæ debet̃ ei rõne deitatis q̃ eſt eadẽ:q̃ eſt viſio toti⁹ trinitatis.cuius reſpectu oẽs ꝑdictę viſiones ſunt quaſi impfectæ. ſicut creatura reſpectu creatoris eſſentiæ.& huius reſpectu dicit Grego. ꝙ eſſentia dei a nullo plene videbitur.Et Iſid.dicit ꝙ trinitas ſibi ſoli nota eſt & hoĩ aſſumpto.Reuertẽdo igitur ad cognitionẽ beatæ marię dicim⁹ ꝙ cognitio eius exceſſit oẽm cognitionẽ & modũ cognoſcẽdi quẽ habuit aliqua creatura in tribus gradibus vt dictũ eſt,Et ꝑter hæc tripl̃r etiã excellit oẽm cognitionẽ oĩm viatorũ.videlicet in perfectiõis cognitione:in habitus poſſeſſione:& in modo cognoſcendi cum quiete & ſine abſtractiõe.qualis eſt in raptu.Et quantum ad primũ ꝑfectio cognitionis maior debetur ei ratiõe maioris eleuationis p habitus nobiliores & excellentiores , Quantũ ad ſecundũ in habitus poſſeſſione.nã talem habitũ & actũ qualẽ habuit Paulus in raptu q fuit ad temp⁹:& poſt ſtatim non fuit:ſed habitus cum actu ceſſauit:talẽ inq̃ generis habitũ:ſed perfectiorẽ beata maria habuit:quia ſemper & continue habuit:qm̃ ab eo q̃ primũ mater dei facta eſt:& fuit vſq; dũ idem habitus in glorioſam cognitionem ſm ſtatum patriæ profectus eſt:& ideo cõtinuatio poſſeſſiõis debebat̃ ei rõne maioris ꝑfectiõis. q̃ huic vitæ ſup oẽs viatores funditus mortua fuit:ꝓpter qđ & vita ei⁹ cũ Chriſto abſcõdita in deo ſemꝑ:& curię angelicæ præſens intra ſanctuariũ dei habitauit.Quãtũ ad tertiũ,Modus cognoſcendi eius nõ fuit p modũ abſtractiõis:ectaſis:vel ſtuporis : vel etiã ſoporis. hæc em̃ ꝯtingunt propter excellẽtiã & improportionabilitatem luminis ad intellectũ illuminabilẽ:vt patet in lumine corporali in tranſfiguratione dñi.qñ oſtendit diſcipulis claritatẽ ſimillimã claritati gl̃iæ. Dicit̃ em̃ ꝙ Petrus & qui cum eo erant grauati erãt ſomno & videre non poterant & ꝙ ſtupor circũdederat eos.Similr̃ in luĩe ſpũali.Vñ & Paulus excellentia viſionis ſtupefactus dixit , Vtrũ in corpore & extra corpus neſcio:deus ſcit,Hũc ſtuporẽ beatiſſima maria non habuit:cui⁹ intellectus dei formalior & illi luci proportionabilior fuit.Vñ ſicut lux eadem quę eſt egris oculis odioſa:ſanis autem amabilis:& ſicut per eandem lucẽ clari oculi ꝑfectius vident & ſine ꝑturbatione,Egri autem min⁹ ꝑfectę & cum ꝑturbatiõe.Ita lux ſpũalis quæ oculis Pauli fuit improportionata:& ideo raptũ fecit:& cũ ſtupore , Sed oculis beatæ virginis fuit ꝓportionabilis ſine ſtupore & cũ delectatione.Et hoc debebatur ei ſuper Paulũ ratione puritatis ſuper omnes viatores,Fuit ergo in.b.maria fidei habitus ſicut & actus qui eſt in raptu poteſt eſſe cũ habitu fidei q̃ diu eſt aliquid de obſcuritate & nõ ita plene depurata ſicut in ſtatu comprehenſorum.

Cognitio mariæ exceſſit omnẽ modũ cognoſcendi.

## §.II. DE CHARITATE VIRGINIS

charitas ꝟginis mariæ.

mariæ dr̃ in Cãti.Vulnerata charitate ego ſũ.Et eccl̃ia: cãit. Vidiſtis eam plenã charitate.ſ.quo ad deũ:& dilectione quo ad proximũ.Exceſſit autem oẽm creaturã in charitate proximi.Ego diligentes me diligo.ait diuina ſapiẽtia. Prouerb , viij.Et q magis diligit deũ magis diligitur ab eo.ita tamen ꝙ prior ipſe dilexit nos vt ait Ioan. in canoñ . Maxime autẽ ſup oẽs puras creaturas fuit ipſa dilecta a deo. Qđ patet ex eo:q̃a maximũ donũ ei largitus ẽ de⁹:vt.ſ. filiũ ſuũ dilectiſſimũ ſummũ bonũ ei cõicaret:vt cõis eſſet filius ſui in deitate cui⁹ in hũanitate vna & eadẽ pſona deus & hõ.Tria autẽ exiguntur ad hoc vt charitas viatoris perficiatur vt trãſeat in charitatem comprehenſoris in ſubiecto charitatis.

de trib⁹ reqſitis ad perfectionẽ charitatis viatoris.

¶Primum eſt depuratio.

¶Secundum eſt ſui in ſe collectio.

¶Tertium eſt eleuatio.

Ad primũ.ſ.depurationẽ oportet ꝙ fiat ſeporatio a contrarijs diſpoſitionibus in ſubiecto q̃ impediũt per cõtrarias diſpoſitiões charitatis ꝑfectionẽ.Sũt autẽ tria a quibus debẽt purgari & ſegregari.ſ.culpa:pœna:corpulentia. Per oĩa iſta tria impedit ꝑfectio charitatis in maioribus in ſtatu iſto.p ſecundũ tm̃ impediebant̃ patres in limbo,ſ. propter pœnã originalis,propter tertium tm̃.i.corpulentiã impediebatur Adam in paradiſo,Et de iſtis tribus impedimentis dicit̃ in lib,Sap̃.ix,Corpus qđ corrũpitur aggrauat animã.vbi corpus notat corpulẽtiam,corruptio culpã,aggrauatio pœnã , Nec obſtat ꝙ in dño Ieſu fuit fruitio: vbi tamen fuit corpulentia & pœna:quia vnio ad diuinã naturã vicit & abſtulit hæc impedimẽta. Scd'm qđ exigit̃ ad charitatis perfectionem eſt ſui in ſe collectio.p quod etiã tria ponũtur impedimenta.Aĩa em̃ ſm ꝙ q̃dã natura eſt & forma corpis naturalis,Primo ligat̃ ad corporaliũ imagines & ſpecies,Secundo obligat̃ ad diuerſas corporis paſſiones,Tertio diuidit̃ in diuerſas operationes,De primo dicit.b.Aug.in lib.de tri,Tãta eſt vis amoris vt ea q̃ cũ amore diu cogitauerit & eis curę glutino inhæſerit attrahit ſecũ etiã cum ſe cogitando quodãmodo redit.Errat igitur cum ſe iſtis imaginib⁹ tãto amore coniũgit: vt etiam ſe eſſe aliquid hmõi exiſtimet,& poſt hæc dicit ꝙ fuerunt diuerſi errores philoſophorum, Alioꝝ ponentiũ eſſe ignẽ.Aliorũ athomos & hmõi, Et ſubiungit ſic.Hic ſuborit̃ erroris dedecus dũ rerũ ſenſitiuarũ imagĩes ſecernere a ſe nõ põt vt ſe ſolã videat.Cohæret em̃ ei mirabiliter glutino amoris.& hæc eſt eius immũditia: qm̃ dum ſe ſolũ nititur cogitare hoc ſe putat eſſe ſine q̃ ſe nõ poteſt cogitare.Hæc eſt ergo pr̃ia collectio ab imaginatiõib⁹ corpalib⁹ detractio,Scd'a eſt deobligatio ad corpis paſſiones,vñ b.Aug, in lib,de aĩa & ſpũ ait,Quibuſdã affectibus & quadã amicitia aĩa corpori iungit̃ ſm quã amicitiã nemo vnq; carnẽ ſuã habuit,Socia nãq; eius eſt:licet eius ſocietate prægrauet̃.Ineffabili nãq; cõditione diligit illud.amat comitẽ ſuũ:& ideo libera eſſe non poteſt,Doloribus ei⁹ vehemẽter afficitur.Formidat q̃ mori nõ poteſt . Oculoꝝ ſpeculatione depaſcitur.Sonoꝝ delectat̃ auditib⁹. Suauiſſimis iocundat̃ odoribus. Larga ępulatione reficitur.Et licet his rebus nullatenus vtat̃ : graui tñ mœrore afficitur ſi iſta ſubtrahant̃. Tertiũ impedimentũ eſt diuiſio ad opationes varias , De q̃ dicit.b.Aug.in lib.de ſpũ & aĩa.ſm ſui corpis effect⁹ varijs nuncupatur noĩbus.Dicit̃ em̃ aĩa dum vegetat.Spũs dũ cõtemplat̃.Sẽſus dũ ſentit,Anim⁹ dũ ſapit.Mẽs dũ intelligit, Rõ dũ diſcernit,Dũ recordat̃ memoria,Dum conſentit voluntas. Ab his ergo tribus colligitur anima in ſeipſam per corpaliũ imaginũ abſtractionẽ:p paſſionũ corpaliũ ceſſationẽ:& p opationũ vnionẽ,Et de vnione actuũ dicit beat⁹ Aug,Sẽſus vertetur in imaginationẽ ,imaginatio in rõnẽ, rõ in intellectũ,intellectus in intelligentiã,intelligentia in deũ,De iſta triplici collectione ſſ:ſed imaginationũ actuũ & affectuũ dicit btũs Aug,in lib,de quantitate aĩæ,Purgat̃ mẽs a pctĩ colluſione,ab erroꝝ obtenebratiõe,a rerum phãtaſticarũ imaginatiõe,a rerũ naturaliũ fallaci proportione, a rerũ tpaliũ vana dilectiõe,Idẽ.Ab hoc ergo mundo reuertẽtes ad deũ & quaſi ab hinc ſurſum reuertẽtes:per noſmet ipſos tranſire debemus ad deũ hoc eſt intrare ad ſemetipm̃, Et intrinſecus pene trans ſeipm̃ tranſcendit,& iſtinc ad deũ aſcendit,Ab hmõi ergo cor noſtrũ colligamus:& ad ęterna gaudia reuocemus,vt aliquando radium cogitationis in lumine gr̃æ figere valeamus,hæc eſt em̃ requies cordis noſtri cũ deũ ſuũ cõtemplat̃.& ipſo ſua contẽplatione ſuauiter reficitur.Et dulce eſt illi ſemꝑ qđ ad deſiderãdũ,quod ad laudandũ quod ad amandũ ſemꝑ ſuaue inuenitur, Tertiũ qđ exigit̃ ad charitatis ꝑfectionẽ eſt eleuatio.q̃ fit p tria.ſ.a natura conante,a gr̃a ſubleuante,a deo attrahente.Et de conamine naturæ dictũ eſt,ſ̃,de zacheo.qui ſtatura puſillus erat. Et de ſubleuatione gratiæ qui aſcendit arborem ſycomorũ quod deſignat gr̃am ſacralem & virtutis.Sed quia nõ ſufficit ad coniunctionem quæ eſt in perfectione charitatis . nec conatus naturæ,nec ſubleuatio gratię ſine diuinitatis attractione.Ideo clamat ſpõſa,Canti.i.Trahe me poſt te. Et chriſtus Ioã.vi.Nemo poteſt venire ad me niſi pater qui miſit me traxerit illum,Ad primum.ſ.conatũ naturæ diſponunt antecedenter. Primo miſeriarum preſentium ſtimulatio. Scd'o ꝓpriæ defectibilitatis cognitio,Tertio ſummæ perfectionis naturalis appetitio,Ad ſcd'm.ſ.gr̃æ ſubleuationem diſponunt antecedentes inchoatiue,Gr̃æ ſacrales ſanãdo a

De aĩa ꝙ varijs nũcupatur noĩbus.

malo culpæ & pœnæ. Gratiæ ỽtutũ adijciẽdo & ducẽdo in
bonũ ꝓgreſſiue. Dona quoq; & fructus. Dona ad excellẽtio
res actus adiuuãdo. fructus laborantẽ reficiendo. Cõpletiue
autẽ ſm ſtatũ viæ beatitudines. ſm ſtatum patriæ dotes. Sed
de iſta attractione nota ꝙ in naturalibus tãto maior eſt mo
tus q̃tõ maior eſt appropinquatio ad ſuũ vbi. Nec ſola ap-
propinquatio eſt cauſa augmenti motus: ſed ſimilitudo &
conueniẽtia ad ſuũ vbi. Vnde quãto magis lapis mouetur
deorſum: tanto magis intẽditur ſuus motus: & ſic ignis ad
ſurſum. Sed in voluntarijs motus naturalis nõ ſufficit mu-
tare ſitũ ipſius ỽtutis ad ſu ĩ vbi ſine ĩpo vbi. & hoc eſt qđ
in naturalibus eſt tm̃ vbi ita ꝙ non motor. Sed in volunta-
rijs ĩpm vbi eſt motor & cooperator. Et ita id ad quod mo-
tus eſt & qđ mouet ꝑ ĩpm hẽt mot⁹ ꝙ ſit appropinq̃tio. Eſt
aũt huius appropinquationis termin⁹ perfecta cõformitas
voluntatis diuinę & humanæ deiformis effectio. Ad hanc
aũt attractionẽ appropinquationẽ & cõformitatẽ tria ſpãli
ter deponũt antecedẽter in via. ſ. opa inſtructiõis vel ædifi-
cationis. opa patiẽtiæ vel paſſiõis. opa excellẽtiæ ſuperoga
tionis. De opibus inſtructiõis dicit. b. Augu. Lex eſt diuinæ
ꝓuidẽtiæ vt nemo a ſupioribus adiuuet ad cognoſcẽdã vl'
participãdã grãm quẽ nõ ad eandẽ q̃ ponitur affectu nõ ad-
iuuerũt. vñ & Io. xi. legit de Caypha ꝙ cũ eſſet põtifex anni
illius ꝓphetauit. In q̃ dñs oſtendit ꝙ etiã in malis rõne pla-
tionis dona tribuit ad vtilitatẽ aliorũ. Et de Saule legitur ꝙ
poſt vnctionẽ introiuit in eũ ſpũs & ꝓphetauit. De operi-
bus patientiæ & paſſionis patet per id qđ ait Apl's. ij. Cor.
xij. Virt⁹ in ĩfirmitate ꝑficit. Et figurat in Iob. qui poſt ꝑfe
ctã victoriã ꝑ patientiã oĩa bona ſua recæpit duplicata. De
operibus ſupererogationis. ſ. paupertate: caſtitate & hmõi
dicit Chriſtus Matt. xix. Amen dico vobis ꝙ nemo eſt qui
reliquerit agros &c. q non recipiet centies tantum in vita.
Conſiſtit ergo iſta perfectio charitatis tranſeunti de ſtatu
vię ad ſtatũ prĩ. æ. in plena depuratiõe. in oĩmoda collectiõe
in ꝑfectiſſima eleuatione. Patet ergo ꝙ perfectio charitatis
de ſtatu viæ in ſtatũ prĩę trãſmutãdæ ſit ſine ſubſtãtiali ad-
ditione ꝑ ꝑfectionẽ ſui in ſe. ꝑ actus extẽſionẽ. ꝑ act⁹ & ha-
bit⁹ meliorationẽ & nobilitationẽ & ꝑ ſummã cũ ſummo
bono cõiũctionẽ. Et qa charitas ſola ꝑfecta eſt q̃ eſt vincu-
lum ꝑfectionis. Aliæ aũt virtutes hñt aliqd de imꝑfectiõe
vt fides q̃ ẽ de deo qđ nõ videt & hmõi. Cũ aũt venerit qđ
ꝑfectũ eſt. ait apl's. i. ſtatus prĩæ. euacuabitur qđ ex parte eſt.
Ideo neceſſe eſt oẽs alias virtutes euacuari. ſ. ſm vſum vitæ
pñtis vel actiõib⁹ ſopiri. ſolam autẽ charitatẽ dñari: & exer-
cere oẽs opatiões. Et tũc iplebit illud. Diliges dominũ deũ
tuũ ex toto corde tuo &c. Qđ tũc implebit qñ oĩs actus ceſ-
ſabit naturalis q̃tũ ad actũ: & oĩs alteri⁹ ỽtutis habitus erit
ſopitus quãtũ ad actũ. & aĩa in eſſe ſuo nobiliſſimo tota no
biliſſimo habitu ĩplebit: & nihil niſi charitas in aĩa ad actũ
egrediet. Sicut ergo charitas. b. Mariæ in ſtatu patriæ eſt ma-
ior charitate oĩs puræ creaturæ: & quãtum ad ſubſtãtiã. &
q̃tũ ad actum. ita eadem charitas eius in ſtatu vię maior fuit
omni charitate puræ creaturæ quãtũ ad ſubſtantiã non autẽ
quantũ ad actum. Et ſic quantũ ad ſubſtantiam fuit charitas
b. mariæ maior charitatẽ omnium angelorum: ſed quãtum
ad actũ minor charitate minimi ãgeli. Qđ autẽ maior ſub-
ſtantia minor eſt in actu facit ſubiecti conditio contrarij: cõ
iunctio minor: motoris attractio.

## §. III. DE SPE BEATE MARIE DI

cẽdũ eſt ꝙ vtiq; eã habuit ꝑfectiſſime. Nam habuit vt dictũ
de ele- eſt ꝑfectiſſimã charitatẽ: q̃ mr̃ eſt oĩm viruitũ ſm. b. Ambr.
uatione vt qui eã habeat & filias ei⁹ ɔtineat. i. alias virtutes. vnde &
ꝙ. ſ. ſit ꝑ ſpem. Et cũ ſpes ſit certa expectatio futuræ beatitudinis ex
tria. meritis & grã ꝓueniẽs. vt diffinit eã magiſter in. iij. ſenten.
Alij ſcti & ſctẽ qa ceritudinẽ ſciæ non hñt de meritis ſuis &
grã: ſed ꝑ ɔiecturas, iõ nec certã expectationẽ hñt de ſua btĩ-
tudĩe: ſed ɔditiõalẽ. ſ. ſi hñt grãm & merita. Sed. b. Maria erat
certa, grã ſe eſſe plenã: vnde & certa de ſua btĩficatione quã
expectabat. Et ꝓpter ꝑfectã & abundãtẽ ſpem dicitur Eccli.
xxiiij. in ꝑſona eius. Ego mater pulchræ dilectionis timoris
agnitionis & ſanctę ſpei: qa nõ ſolũ iſta in ſe habuit in men
te & actus ꝓduxit: ſed in alijs procurat. vnde & dr̃ Spes no-
ſtra. ſ. ad ſuffragandũ in oĩbus auxiliũ procurandũ & Eccli.
xxiiij. dicit. In me oĩs ſpes vitæ. Et in dicta auctoritate notã
tæ illæ tres virtutes. Charitas ibi. pulchræ dilectionis. ſ. dei
vnde procedit timor reuerentialis. Fides ibi. agnitionis. Per
eam em̃ habetur cognitio de neceſſarijs ad ſalutem. Et ſan-
ctæ ſpei quod dicit ad excludendum vanam ſpem. Sed obij- De gra
ci poſſet ꝙ btã maria nec charitatem perfectam habuit nec tia ſpei
fidem nec ſpem. Nam in fide videtur dubitaſſe. Et dubi⁹ in quã ha
fide eſt infidelis. vt dr̃ extra de hæreti. Cũ em̃ angelus ei an- buit. b
nuntiaſſet cõcæptũ filij dei: iterrogauit & dixit. Quomodo mariaꝑ
fiet iſtud qm̃ virũ nõ cognoſco. Qđ ſimile videtur locutio fectiſſi-
ni zachariæ: cũ ſibi ab angelo nũtiata fuiſſet concæptio fu me.
tura Ioannis bapt. dixit ei. Vnde hoc ſciam. cum ſim ſenex Arguit
& vxor ſterilis. In quib⁹ verbis ꝙ dubitauerit & ĩcredulus contra.
fuerit patet ex eo qđ dixit ei angelus. ſ. ꝓ eo ꝙ non credidiſti
verbis meis: eris tacẽs & nõ poteris loqui &c. q̃ mutitas fuit
data in pœnã. Hoc idẽ videt ex exẽplo qđ ſubdidit angelus
mariæ dicens. Ecce Elizabeth cognata tua: & ipſa cõcæpit
filiũ in ſenectute ſua. q. d. Non habes dubitare de concæptu
tuo: qa ſicut concæpt⁹ Elizabeth eſt miraculoſus: ita erit &
tuus aliter tm̃: qm̃ illius ex ſterili ſed de viro: tuus ex virgine
tm̃ ex deo. Ad hoc rñdetur per. b. Berñ. ꝙ. b. maria in nullo Rñſio.
dubitauit: qđ declarauit ſpũſſanctus cum dixit per os Eliza
beth. Beata quæ credidiſti. Tũc em̃ dr̃ Elizabeth repleta fuiſ
ſe ſpũſancto quo reuelãte cognouit mariã deũ concæpiſſe:
quod erat occultum. Non ergo cũ dixit. Quomodo fiet iſtđ
dubitauit quærens de facto: ſed q̃ſiuit de mõ. Et hoc eſt qđ
ait. b. Ber. ſuper Miſſus eſt. Non dubitauit de facto: ſed mo-
dũ & ordinẽ quæſiuit. Non em̃ quærit: ſi fiet iſtud: ſed q̃mõ
q. d. Cum ſciat dñs me⁹ teſtis cõſciẽtiæ meæ votum ancillę
ſuæ eſſe non cognoſcere virũ: qua lege: quo ordine placebit
ſibi vt fiat iſtud. Si oportuerit me frangere votum vt pariã
talẽ filiũ: & de filio gaudeo: & doleo de ꝓpoſito. Fiat tamẽ
volũtas eius. Si aũt cõcipiã virgo: pariã virgo: quod vtiq;
impoſſibile non erit ſi ei placuerit: tũc ſcio vere: qa reſpexit
humilitatẽ ancillæ ſuæ. hæc. b. Ber. Vnde & Beda dicit ꝙ il-
lud quo modo ſunt duæ dictiones diſtinctæ. Et qm̃ virum
non cognoſco. i. ꝓpoſui me non cognoſciturã virũ carnalr.
Emiſerat em̃ votũ virginitatis ſm. b. Aug. xxvij. q. ij. c. btã
maria. Vel ſm Alb. ſuper Miſſus eſt. Nõ cognoſco virũ vt
ꝑſonæ meæ dñatorẽ: operũ rectorẽ: corporis corruptorem:
a ſe obligatorẽ: prolis ꝓpagatorẽ: nunq̃ volo cognoſcere
aliqua cognitione: videndo. ſ. aut audiẽdo: aut intelligendo
vel diligendo. Quod aũt angelus ei nuntiauit cõcæptũ ſteri
rilis Elizabeth: vt dicit ibi q̃dã gloſ. Non quaſi incredulam
hortat ad fidẽ: ſed credẽti quę audierat: ampliora replicat mi
racula: vt quæ deũ paritura erat: ꝑcurſorẽ quoq; de anu ſteri
li naſciturũ cognoſceret. Hinc & be. Berñ. vbi. ſ. Quid fuit
neceſſe etiã huius ſterilis virgini nuntiare concæptum? Nũ
quid forte adhuc dubiam & incredulam oraculo recentio-
ris voluit confirmare miraculi? Abſit. Sed ideo concæptus
ſterilis virgini nũtiatur: vt dũ miraculũ miraculo additur.
gaudium gaudio cumuletur. Porro neceſſe erat non modi-
co lætitiæ & amoris incẽdio inflãmari: quæ filium paternæ
dilectiõis cum gaudio ſpũſſancti mox erat concæptura. Vl'
etiam vt audiẽs cognatã. i. attinentẽ vetulã & grauidam cõ
giter ipſa iuuẽcula de illius obſequio. Vnde poſtea eam vi-
ſitans: & in partu ſeruiuit. Sunt & aliæ ratiões quæ hic omit
tuntur. Sc'o quantum ad dilectionem videtur ꝙ nõ habue Vtrum
rit eam maximam. Nam dicit filius eius. Maiorem hac dile maria
ctione nemo habet: q̃ vt animã ſuã. i. vitam ponat quis ꝑ habue-
amicis ſuis. ſ. ꝑ martyriũ. Sed. b. Maria nõ recæpit martyriũ rit dile-
ſed morte naturali ſine dolore mortua eſt. ergo &c. Rñdeo ctionẽ
ſm Alb. vbi. ſ. Non tm̃. b. Maria q̃tum ad actũ interiorem maxi-
ideſt diſpoſitionem & deſiderium: ſed etiam quantum ad mã & at
operis exhibitionem poſuit aĩam ſuã ꝑ ꝓximis: imo aĩam guit ꝙ
filij ſui: & ĩpm filiũ quẽ magis q̃ aĩam ſuã dilexit pro proxi non.
mo. Et ꝓpriã aĩam ſine neceſſitate paſſioni obtulit propria
voluntate: & eã in paſſione filij crucifixit cũ filio vt plus q̃
martyr fieret ſm oẽs doctores. Vnde & duas aĩas obtulit ꝑ
proximo & effectũ dilectionis ad proximũ duplicauit. ꝓpt
qđ Symeõ dixit. Tuã ipſius aĩam gladius pertranſibit. ſ. do
loris. Luc. ij. Et vt addam⁹ aliquid ſimplicibus auribus vix
credibile: ita ꝓximũ dilexit ꝙ ſi defuiſſet q filium crucifixiſ
ſet: ipſa pro ſalute humani generis cõſequenda: eũ cũ mani
bus ſuis in cruce poſuiſſet. Tertio de ſpe. non em̃ videtur ha Vtrum
buiſſe ſpem. Nã vt ait apl's. Quod hẽt qs qd ſperat. q. d. ſpes btã ỽgo
eſt de re



habue- eſt de re q̃ nondũ habet: vt de beatitudĩe: ſed Elizabeth ſpũ
rit ſpẽ ſancto repleta: dixit eã eſſe beatã. Beata quæ credidiſti: ſi er-
& videt go btã ĩerat: nõ beatitudinẽ ſperare poterat: quam iã habe-
ꝙ non. bat. Ad qđ rñdet ꝙ vel beatã dixit futurã ſi loqmur de bea
Rñſio. titudine gloriæ ꝑfecta: vel ſi loquimur de beatitudine imꝑ
fecta ſeu diſpoſitiua: de qua Chriſt⁹. Beati pauperes ſpiritu
&c. ſic vere tunc erat beata: qa oẽs illas beatitudines perfe-
ctiſſime habebat. Et tal' beatitudo non opponitur ſpei: ſed
manet cum ea.

De ỽtu
tib⁹ car

## §. IIII. DE VIRTVTIBVS CARDINALI

dĩalib⁹ bus de quibus dicitur Sap̃. viij. Sobrietatem & ſapientiam
vtrum docet iuſtitiã & virtutẽ: quibus nihil in vita hoĩbus eſt vti-
fuerint lius. Sobrietas hic dr̃ tẽperãtia: ſapiẽtia: prudẽtia: virtus: for
in btã titudo. Iuſtitia autem ponit in ſuo vſitato vocabulo. docet
maria. iſta diuina ſapientia, cũ inhabitat mentẽ per gratiam ſuam

Et prima facie poſſet videri ꝙ hæc non fuerunt in virgĩe
ex actibus earum virtutũ. Nam dicit be. Aug. ꝙ prudentia
eſt ĩ ꝑcauẽdis inſidijs. Inſidia eſt occultata decæptio: ſed vir
gini non fuerunt occultæ fraudes diaboli: nec ad eam acceſ
ſit tentãdo. Iuſtitia eſt in puniẽdis malis in ſe vel in alijs: ſed
beata Maria in ſe nullum peccatũ habuit: ergo alibi dicitur
mater mĩæ quæ non punit ſed remittit pœnas. Fortitudo in
tolerandis moleſtijs. ſ. impatiẽtia. Tẽperantia in refrænan
dis illicitis cõcupiſcentijs. Sed beata maria non habuit ali-
quos motus concupiſcẽtiæ illicitæ: & in oĩbus requiem q̃ſi
uit. nihil rõne ſentiens moleſtũ: vt in alijs accidit: ergo &c.
In contrarium eſt: quia angelus dixit. Aue gratia plena. Sed
vna ex gratijs eſt gratia virtutũ: & potiſſime inter morales
ſunt iſtæ. ergo & iſtas habuit. vñ ipſa ait Eccli. xxiiij. In me
omnis ſpes vitæ & virtutis. Tranſite ad me omes. ſ. pro eis
adipiſcẽdis: & a generatiõibus meis adimplemini. i. actib⁹
virtutũ a me procedentibus implemini perfecte imitando.
Rñſio. Sed ſciendum ꝙ cum virtutes iſtæ ſint ſub quadruplici dif-
ferentia ſm diuerſos ſtatus: vt ponit Plotinus philoſophus
& declarat bea. Tho. in prima ſecũdæ. Et primæ dicũtur po
liticæ exiſtentes in incipiẽtibus & proficientibus in virtute
quarũ officiũ eſt in habentibus ſuſtinere magnos & multos
impulſus tentationum a vitijs eis contrarijs: ſed tamen ſu-
perare & paſſiones rationi ſubijcere. Secundæ dicuntur pur
gatoriæ habitæ a ꝑfectis viatorib⁹: quarũ officiũ eſt quaſi
in quiete eas habere cũ modica pugna cõtrariorũ. Tertiæ di
cuntur purgati animi: quæ ꝓprie ſunt in cõprehẽſoribus.
Et aliud officiũ habẽt q̃ in præſenti: vt prudẽtiæ ſit eligere
deũ vti ſummũ bonũ & oĩa ĩ eũ referre. Iuſtitiæ ei totaliter
ſubijci & volũtati eius cõformari. Fortitudinis ei firmiter
inhæreret. Tẽperantię in ĩpſo ſumme delectari & nõ in alio
Quartæ dicuntur exẽplares prout ſunt in mente diuina. Ha
buit ergo beata maria virtutes iſtas ſm Alb. quaſi per mo-
dum patriæ: vt purgati animi non autẽ ſimplr: ſed medio
mõ inter ſtatũ viatorũ & cõprehenſorũ. Nam quantum ad
actuũ ꝑfectionẽ habuit per modũ patrię ſine aliqua pugna
Sed quantum ad merendi cõditionẽ habuit per modũ via-
torũ. Si em̃ ſimpliciter habuiſſet ad modũ comprehenſorũ
nõ ex illis actibus meruiſſet. Deriuando ſermonem ad ſin
ꝙ in. b. gulas de prudẽtia eius canit ecclia. Quo progrederis virgo
ỽgie fu- prudẽtiſſima? Prudẽter ɔſeruabat oĩa ỽba hæc quæ de filio
it prudẽ dicebantur paruulo: cõferens in corde ſuo. Luc. ij. ſ. cum his
tia. quæ ſcripta erant de eo: vt dicit Beda. Prudenter diabolo oc
cultabat ſuã virginitatem. Prudenter euaſit ꝑſecutionẽ He
rodis cõtra filiũ fugiẽs in Egyptũ cũ eo. Qui moderatur la-
bia ſua prudentiſſimus eſt. inquit Salomon in ꝓuerb. Nul-
la autẽ pura creatura ita moderata eſt. nã pauca reperitur lo-
cuta & valde ratiõabilia & vtilia. Cum angelo breuiter in-
terrogando de modo eius qđ ſibi nuntiauit. Et hoc intelle-
cto volũtati ſe totam ſubdẽdo. Ecce inquit ancilla dñi &c.
Cũ filio auxiliũ pro defectu vini poſtulando: cum ait. Vinũ
nõ habent: & miniſtros ad obedientiam eius exhortãdo cũ
ait. Quodcũq; vobis dixerit facite. Ioan. ij. Et iterum filio in
uento in tẽplo ait. Fili quid feciſti nobis ſic &c. Luc. ij. Diſ-
fuſe autem cum deo locuta eſt quando canticum deo gra-
tias agẽdo edidit. Magnificat anima mea &c. Iuſtitiæ partes
ĩtegrales ſunt facere bonũ & declinare a malo. Sed hæc ſola
declĩauit ab oĩ macła peccati ſm illud Cañ. iiij. Macula nõ ẽ
Iuſtitia ĩ te & ſemꝑ opata eſt bonũ ad oẽs. Partes iuſtitię potẽtiales
ſunt religio: obedientia: pietas ſiue mĩa: gratitudo & pœni-
tentia. Eſt autem religio comprehendens latriam & duliã.
Et latria quidem eſt honor ſoli deo debitus & exhibitus. Et
conſiſtit ſeruitus latriæ ſm Alber. vbi. ſ. in tribus. In actu
cordis vt cognitio & dilectio. In actu oris vt laus & oratio.
In actu operis vt genuflexio: adoratio: ĩmolatio: & hmõi.
Omnia hæc fuerunt in beata virgine in ſummo. Actibus
enim interioribus virtutum excellit omnem creaturam pu-
ram. Angeli em̃ habent virtutes inamiſſibiles: ſed non me-
ritorias ꝑmij eſſentialis. Viatores homines ſancti habẽt ỽ- ꝙ beata
tutes meritorias: ſed amiſſibiles. Beata autem Maria habuit maria
cum angelis virtutes inamiſſibiles. cum ſanctis viatoribus habue-
meritorias: & ſic etiam excellentius cunctis habuit. Actus rit cũ an
latriæ in ore. ſ. laus & oratio excellentiſſime fuit in ea: vt di gelis ỽ-
cere valeret illud. Sẽꝑ laus ei⁹ in ore meo. Et oratio quidem tutes ia-
ſanctorum nõ innitit alicui iuri ex ꝑte ſui: ſed tm̃ miæ ex ꝑ- miſſibi
te dei: oratio autẽ ỽginis innititur grãæ dei. iuri naturali & iu les.
ſtitiæ euãgelij. Nã filius non tm̃ tenet audire matrem ſed & Eph. vj
obedire iuxta illud apli. Filij obedite parentibus veſtris. qđ
etiam eſt de iure naturæ. Quod ipſa videtur innuere in mo-
do orandi: nõ em̃ vſa eſt obſecratione ſimplici: ſed inſinua-
tione dicens. Vinũ nõ habẽt. Io. ij. Dicit autẽ Hug. de ſancto
Victo. ꝙ nobiliſſima ſpecies orationis eſt inſinuatio: exem
plificãs in dicto verbo. Vinũ nõ habẽt. Et ſic oratio ei⁹ erat
nobiliſſimus modus orãdi: tũ qa habebat rationẽ iuſſionis
& ĩperij. Tũ qa ĩpoſſibile erat eã nõ exaudiri iuxta illđ qđ
in figurã huius dixit Salomõ matri ſuæ Berſabeæ cum ali-
quid petere vellet. Pete em̃ inquit mater mea, neq; em̃ fas eſt
vt auertã faciẽ meã. iij. Reg. ij. Act⁹ exterior latriæ eſt in obla
tione & in tẽplorũ cõſtructione & ſanctificatione: totũ hoc
beata Maria fecit in ſummo. Nam de corde & corpore ſuo
cõſtruxit templũ ſpũiſancto in quo ſanctificato dei fili⁹ ha
bitauit. Ipſa nõ ſolũ ſeipam obtulit deo in ſacrificiũ per vo
tũ virginitatis: ſed & filiũ ſuũ ex ſuis carne & ſanguine for-
matũ ſpõtaneo conſenſu in eius paſſiõe obtulit pro nobis
oib⁹ deo in odorẽ ſuauitatis. Dulia ỽo eſt honor debitus & Dulia
deditus creaturæ cõmuniter ꝓpter aliquã excellentiã vt po qđ no-
teſtatis. ſapiẽtiæ: & virtutis. Hypdulia autẽ debetur excellẽ- tat.
tibus creaturis vt virgini & cruci. Et hypduliã quidẽ habu Hypdu
it beata Maria in ſummo ſuꝑ oẽs creaturas: nam maius eſt lia cui
adorari q̃ adorare hypdulia. Sed oẽs alij ſancti adorant vir- debeat.
ginẽ hypdulia. Ipſa autẽ adorat ab oĩbus hyperdulia: ergo
oẽs excellit in hypdulia. Itẽ actus duliæ habuit ſuꝑ omnes
excellenter: nulla em̃ digna ꝑſona vl' creatura potuit aliam
creaturã tantũ honorare quantum digniſſima creaturarum
mater dei. Itẽ cũ eſſet ſuꝑma & digniſſima oĩm creaturarũ:
quã debebant oẽs venerari. miſericordię debitum fuit non
iuſtitiæ vt alias creaturas honoraret. Item ſeruitus humilli
ma fuit qua inferiores ſe honoraret: quãdo. ſ. ipſa proxima
deo ꝑ incorruptionẽ: qa incorruptio facit proximũ deo: pu-
rificationẽ pollutis matrib⁹ ɔſtitutã abſq; legis ꝑcepto ob-
ſeruauit: & filiũ cũ oblationibus offerẽs ſacerdotibus lega-
libus reuerentiã exhibuit. Et ſupra legem poſita ipſa legi &
miniſtris legis obediuit pergens ad templũ ſingulis annis
in feſtiuitatibus præcæptis in lege & filium ducens duodẽ-
nem. Quantum ad opa mĩæ q̃ debentur ex cõpaſſiõe proxi
morum & ſubleuatione miſeriæ: & ꝓpter hoc debitum di-
cuntur hmõi opa iuſtitiæ ad q̃ tenent oẽs ꝓ loco & tpe: vt
patet in diſcuſſiõe in finali iudicio. Eſuriui &c. Matth. xxv.
Hmõi opa mĩæ beata maria habuit in ſummo ſuꝑ omnes.
operũ autẽ mĩæ alterũ eſt altero maius: vel quod fit ex ma-
iori charitate: vel quod fit magis digno indigenti: vel quod
fit ex maiori effectu impenſo: vel quod fit ex magis neceſſa
rio. hæc omnia fuerunt in beata maria in ſummo. Nam cha
ritas ex qua fecit opera miſericordiæ exceſſit dilectionẽ om
niũ miſericordiã faciẽtiũ: maxime indigẽti exhibuit: qa ne-
mo inter viatores Chriſto pauperior fuit. digniſſimo pau-
peri tribuit: qa homini deo. magnum em̃ opus mĩæ eſt qđ
datur laico bono: maius qđ datur clerico. maius religioſo.
maximum ſi eꝑo egenti & bono. maxime maximũ ſi papæ
pauperi: ſed ſuꝑ oĩa pauperi deo. qui vt ait apl's cum ſit di
ues in gloria propter nos egen⁹ factus eſt. Maximum etiam
effectum miſericordiæ nobis impendit: qa nobis miſeris &
captiuis & mẽdicis dedit filiũ ſuũ deũ. Captiuis in pretium:
famelicis in viaticũ: laborãtibus in præmium: infirmis in

medicamentū;& cū ipſo dedit nobis regnū cœlorū & om̄e
bonū.Cū illo em̄ oīa nobis donauit:nō de ſuperfluo ſed de
neceſſario opus miæ fecit filio ſuo pauperculo & peregrino
de ſuis puriſſimis carnibꝰ & ſanguinibꝰ fecit & tunicā cor-
poris in gremio vteri ſui hoſpitatus eſt: & de proprio cor-
pore cibauit & lac dedit.Pœnitētia virtus quæ eſt pars iuſti
tiæ fuit perfectius in be.Maria q̄ alijs viatoribꝰ quod patet
ex eo:qa oībus alijs actus pœnitētiæ relinquit pc̄tm̄ in eſſe
vel fuiſſe.Eſt em̄ dolor de pc̄tis commiſſis:ſed in.b.virgine
actus pœnitentię fuit ſine præſentia vel ſine præceſſiōe cul
pæ.Fuit em̄ in ea per modū patriæ.In beatis em̄ eſt pœnitē
tia ꝟtus ſicut & alię oēs:ſed ad aliū actū q̄ hic videlicet non
dolor de ꝯmiſſis:ſed deteſtatio pc̄ti:ſine velle peccare:& ſic
Fortitudo fuit in.b.maria ſm Alb.De fortitudine eiꝰ pōt itelligi illud
qđ dr̄ Prouer.vlt.de muliere ſapiēti.Fortitudo & decor in-
dumentū eiꝰ.i.fortitudo decora:qa.ſ.ſine motu ꝑturbatiōis
alicuiꝰ quod non fuit in ſanctis hac fuit iduta ſemꝑ & orna-
ta.Vnde mater dei effecta appropinquās ad partū magna-
nimiter aggreſſa eſt iter cū ſponſo Ioſeph in Bethleem per
montana Iudææ vt deſcriberetur & cenſum daret præſidi
pro Romano imperio.Et cum illic nō reperiſſent hoſpitiū:
ſiue ꝓpter multitudinē concurrentiū ſiue ꝓpter paupertatē
nō habens ad expendendū ſeceſſit in diuerſoriū.vbi in me-
dia nocte in hyeme peperit filiū ſuū:frigus cū eo cōſtātiſſi-
me ferens:natū inde ad paucos dies magnifice expoſuit par
uulum pœnæ maximæ circūciſionis:nō ſine ſui dolore im-
menſo.Et poſt modicum quæſitus paruulus ab Herode ad
ꝑdendū ſeceſſit in Egyptū ad terras idolatrātiū pluribꝰ an-
nis ibi demorata & poſt mortē Herodis reuerſa ī Nazareth
ſemꝑ fiduciā habens in dn̄o vt eriperet de inimicis.Secuta
filiū prædicantē & miracula faciētē.O quot opprobria:q̄t
blaſphemias:quot perſecutiones:quot inſidias ad capien-
dū ī eū illata & facta patiētiſſime tulit.Demum ſtabat iuxta
crucem Ieſu mater eius Maria:vt dr̄ Ioan.xix.Cū maximo
dolore cernens filium deriſum:conſputum:flagellatum:ſpi
nis coronatum:a cūctis maledictum & reprobatū:in me-
dio latronum collocatum:clauis affixū:aceto & felle potatū
in ſiti ſua:lancea vulneratum.Stabat pœna mortis conſter
nata:ſed mente ad deū erecta.Stabat non incliata ad ſenſua
litatē ex amore filij.Stabat nō curuata ad appetendū vindi
ctam crucifigentiū:non eos maledicēs:nō odiēs:nō murmu
rans:nō vociferās:nō capillos euellēs vel faciē dilacerās: vt
multæ faciunt in morte chariſſimoꝝ.Stabat fortiter & vſqꝫ
ad finē perſeuerāter omnia ſuſtinens propter dilectionem
dei hoc volentis:& proximi dilectionem inde redimendi:
Temperantia. quia fortis eſt vt mors dilectio:dura ſicut infernus æmula-
tio.Cañ.viij.In tēperantia deniqꝫ ſingulariſſima fuit ꝓpter
quod ait Eccli.xxiiij.Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem
odoris:myrrha quæ eſt amara & præſeruatiua a corruptiōe
ſignificat temperantiā quæ vtiqꝫ amara eſt diſplicibilis ſen
ſualitati: ſed prĕſeruatiua a corruptiōe multorū peccatorū.
Et de abſtinētia quidē dicit.b.Amb.in lib.de virginibus ꝙ
frequenter ipſa ieiunabat:& cū reficiendi neceſſitas cogeret
cibus ei obuius erat:qui mortē arceret non qui delitias mi-
niſtraret.Sola ipſa fuit quæ nunq̄ metas in cibo & potu ex-
ceſſit nec vnqꝫ cū nimia auiditate ſumpſit.Quæ autē caſtior
ea quæ filiū dei intacta generauit.In oībus alijs viatoribus
caſtitas eſt cū pugna cōtra fomitē & cū caſu:ad minꝰ impri-
mente veniale:& cū poſſibilitate cadēdi etiā in mortale ex-
ceptis ſanctificatis ī vtero & apl'is ſpūſancto repletis,dicit
Alb.vbi.ſ.Sed in be.Maria fuit caſtitas ſine pugna fomitis
& ſine caſu & poſſibilitate cadendi in mortale vel veniale:
quinimo caſtitas eius nō ſolum hominum viatorum,ſed &
angelorū caſtitatē excellit.Eſt em̄ multiplicior:quia angeli
ſolū eā habēt in ſpiritu:non in corpore quod non habent.
Sed Maria in ſpiritu & corpore ꝟgo.Eſt & nobilior & vti
lior:qa angelis eſt naturalis:vn̄ nec meritoria.In.b.Maria
eſt gratuita & meritoria.Eſt tertio glorioſior:quia in ange-
lis quaſi neceſſaria & ſine pugna.In Maria voluntaria & cū
victoria.O q̄ ergo eſt pulchra caſta generatio cum clarita-
te.Sap.iiij.Nulla clarior iſta.Vnde ad eius aſpectū cum eſſet
pulcherrima oīm:etiam incontinentes non mouebātur ad
cōcupiſcentiā eius:ſed ad continentiā incitabanť.De mode
ſtia parte tēperantiæ dicit apl's ad Phil.iiij.Modeſtia veſtra
nota ſit om̄ibus hoībus:quę conſiſtit circa habitum ſeu ve-
ſtitū.Habitus aūt ſm Alb.vbi.ſ.eſt triplex.ſ.mundanorū triplex eſt hīt⁹.
vanus qui prohibetur.De q̄ dr̄ in canonica Pe.de mulieri-
bus quaꝝ nō ſit exterius capillatura aut circūdatio auri & ar
gēti & margaritæ &c.Vnde & diues qui induebatur purpu
ra & byſſo deſcribitur ſepultus in inferno.Lucæ.xvi.qa ad
pompā.ſ.ſuperbiā eis vtebať.Eſt ſecūdo habitus mediocri-
tatis:q ꝑtinet ad modeſtiā:ad quā tenenť oēs etiā impfecti.
de quo Apl's.i.Tim.ij.Mulieres in habitu ornato cū verecū
dia & modeſtia ornantes ſe non in tortis crinibus aut veſte
precioſa.ſ.nimis:aut auro aut argento:ſed ſicut decet mulie
res &c.Eſt tertius habitus humilitatis qui ꝑtinet ad ꝑfectos
qualis erat habitus Io.bap.ſ.de pilis camelorum:vbi gloſſ.
Qui pœnitentiā prędicāt habitū pnię portēt.i.humilem &
deiectū.Et Chryſ.exponens illđ quod dicitur de veſte Chri
ſti ꝙ erat incōſutilis.& deſuꝑ cōtexta per totū.Dicit incon-
ſutilis.i.deformis:non ꝙ nō haberet formā:ſed qa habebat
rudes ſuturas.Et deſuꝑ cōtexta per totū:exponit.i.repetiata
multū vt veſtes pauperum.In iſto tamen tertio habitu hu-
militatis ſunt gradus:qa.ſ.& poteſt eſſe nimis humilis.i.de
iectus:& nimis deiectus q̄.ſ.requirat ſtatus portantis & me
diocris.Et ad hoc facit qđ ait Hiero.diſti.xli.§.i.Nec affecta-
tæ ſordes:nec requiſitæ deliciæ.ſ.in veſtibus:qa laudem pa
riūt.Dicendū igiť inquit Alb.ꝙ habitꝰ beatæ marię fuit ha De hītu
bitꝰ humilitatis:mediocris tm̄.Et idē credimꝰ de veſtitu dn̄i marię q̄
Ieſu & ſanctorū.Et ſi quęrať quō btā maria potuit excelle- lis fuerit.
re oēs alios in iſta mediocritate.hūilis hitus cū quocūqꝫ pā
no vſa fuerit:potuerint & alię illo vti & indui.Reſpondet
Alber.ꝙ ſm philoſophum circa particularia ars medium
determinare neſcit.Deſcendentem em̄ ad indiuidua Plato
iubet quieſcere.Singularia enim īfinita ſunt nec eorum eſt
diſciplina.Sed in hmōi gratia potentior eſt arte.Dicimus er
go ꝙ in hoc btā Maria alios exceſſit in cultu veſtiū:ꝙ ſuper
artem per vnctionem ſpiritusſancti ſciuit mediocritatē ſu-
per omnes in huiuſmodi obſeruare.De huimilitate nunc ta
cemus quæ tanta fuit vt deum de cœlis ad terram traxerit.
Reſpexit humilitatē &c.Aue ergo grā plena.ſcilicet ꝟtutū.

¶De gratia ſeptem donorum quæ fuit in beata vir
gine. Cap.XVIII.

AVE GRATIA PLENA. GRATIA
ſ.donorū ſeptē ſpūſſcti:quę dr̄ grā ſeptiformis.
ſm illđ qđ canit eccl'ia.Tu ſeptiformis munere.
Et zacha.ait.iiij.c.Exęquabit gratiā grǣ:grām.ſ.
donorū & grǣ ꝟtutū.Tm̄ em̄ qs hēt de donoꝝ perfectione:
q̄tū de ꝑfectiōe ꝟtutū.Grā aūt donoꝝ real'r differt a gratia
ſacramētali & ꝟtuali.Et ipā etiā dona differūt abinuicē rea-
liter de quibꝰ Eſa.xi.dr̄.Requieſcet ſuꝑ eū ſpūs dn̄i: ſpiritus
ſapientiæ & intellectus:ſpūs cōſilij & fortitudinis: ſpiritus
ſciētię & pietatis:& replebit eū ſpūs timoris dn̄i:ſine quibꝰ
donis nullus ſaluatur.Et faciunt hoīem de facili moueri ad
opera excellētiora q̄ virtutes infuſæ ex quodā impetu ſpūs
mouentis:vt feruētius & perfectius agat quæ oīa abundan
tiſſime fecerunt in bea.maria.Et ideo Aue gratia plena ſepti
formi.Sed videtur ꝙ in ea nō fuerit.Nam dicit beatꝰ Greg. De grā donorū vtrū fuerit in maria arguiť ꝙ non.
in moral'.ꝙ ſapientię opponiť inſipiētia.Intellectui hebetu
do.Cōſilio temeritas.Fortitudini præcipitium.Timori re-
miſſio.Scientiæ ignorantia.Pietati crudelitas.Vel ſic.ſapiē
tię luxuria:itellectui gula:ꝯſilio auaritia:fortitudini accidia
ſcientię ira:pietati inuidia:timori ſupbia.Ex quibꝰ patet ꝙ
in viatoribus dona ſunt cum permixtione ad contraria &
cum pugna:ſed in beatiſſima maria nō fuit pugna ad vitia
contraria donis.ergo nō habuit.Reſpōdeo ꝙ om̄ia habuit Rn̄ſio.
ſed quaſi per modū patriæ id eſt ſine pugna:& ad alios vſus
ſed cum merito.

§.I. DESCENDENDO AVTEM AD SIN
gula.ſapiētiā habuit in ſupremo gradu.Nam vt dicit Salo
mō.Vbi humilitas ibi & ſapiētia.& Ptolemæus ait.ꝙ inter
ſapientes ille ſapiētior q & humilior:ſed.b.Maria humilli-
ma ſuper oēs:& ſm regulā datam a filio.Qui ſe humiliat
exaltabiť:& q̄to magis hūiliat tanto magis exaltatur.Sed
btā maria exaltata fuit ſuꝑ om̄es choros angeloꝝ:ergo ipā
fuit humillima.vnde & ſapientiſſima.Eſt autem ſapientia
quidam guſtus ſpūalis primæ veritatis per modum bonita
tis:Vn̄ ſapiētia ſm nomen eius dicta a ſapore quaſi ſapidia
ſcientia



Diffinitio ſapientię. ſciētia guſtui mētis.In guſtu autē tria conſiderantur.Primū
ſm phm̄ qa guſtus eſt quidam tactꝰ.Scđo in guſtu eſt diſcre
tio guſtabiliū.Tertio eſt ibi delectatio quædam ex coniun
ctione guſtabilis rei cū guſtante.Sic in guſtu ſpūali tria cō-
ſideranť:immediata cōiūctio:diſcretio:& delectatio.Sed in
his excellit be.Maria oēs viatores:ergo & in ſapiētia.Nam
q̄tū ad primū in tactu ſpūali.i.in coniūctione immediata ꝙ
præcellat oēs patet:qa illa cōiunctio eſt per charitatē.Vnde
vbi iſeparabilior dilectio & maior ibi & propīquior & in-
diſſolubilior & immediatior eſt coniūctio.Itē incorruptio
facit ꝓximū deo:& in ꝟgine fuit ſumma incorruptio:ergo
Guſtus duobus modis fallitur. fuit magis cōiūcta.Quo ad ſcđm.ſ.diſcretionē ſciendum ꝙ
diſcretio guſtantiū fallit duobꝰ modis.Vno mō ex parte gu
ſtabilis ꝓpter ſaporū & guſtabiliū cōmixtionē vel ſimila-
tionē.Alio mō propter guſtatiui organi diſcurſiuā infectio
nē.Quæ decæptio cōtingit nō tm̄ in re corruptibili:ſed etiā
in guſtu ſpūali.Ex parte quidem guſtabilis vt quādo āgelꝰ
ſathanæ tranſfigurauit ſe in angelū lucis.Et qn̄ naturalis af
fectio videť eſſe vel ecōuerſo:tūc & ſaporū ꝯmixtio ſiue cō-
fuſio generat cōfuſionē in guſtāte.Ex parte autē guſtatiui vt
guſtus ſpūalis eſt infectio contraria delectationi:vel ad mi-
nus fomitis corruptione quæ ſenſum ſpiritualis delectatio
nis impediunt & ſaporē diminuūt & diſcretionē peruertūt
vt dicant malū bonū & bonū malū:ponentes lucē tenebras
& tenebras lucem.Hic eſt em̄ animalis homo:vt dicit apl's
i.Coꝝ.ij.q non percipit q̄ dei ſunt:nec diſcernit:cuius deus
venter eſt:& eſſe ſub ſentibus delitias cōputat.Faſtidiēs mā
na quod deſcendit de cœlo & murmurans pro peponibus
& allijs & cepis in Egypto.Hæc autem deceptio vel decipiē
di poteſtas:licet maius & minus eſt in omni viatore fomi-
tis corruptione aliqua remanente.Et hæc decæptio ſiue de-
cæptionis poſſibilitas nullo modo fuit in beata virgine:q̄
ꝑ om̄ia aſtutias diaboli non ignorauit:& ſemper malum re
probauit:& bonū ſine errore elegit:& cuius palatū ſpiritua
le ab omni corruptione fomitis fuit purū & ſanū ſpirituali
dulcedine ſemper plenū.Nihil em̄ niſi deum & præter deū
guſtauit.Vnde in guſtu ſpirituali falli nō potuit.Et ſic quo
ad diſcretionem omnes excellit.Quo ad tertium ſcilicet de
lectationem q̄ reperitur in guſtu ſpūali beata Maria omnes
antecellit.Nam dicit bea.Grego.in moral'.ꝙ ſapiētia eſt do
num reficiens mentē ſpe & certitudine.Sed ſpes & certitudo
quæ reperitur in beata Maria:& haberi poteſt in præſenti.
maxima fuit ſuper oēs viatores.Vnde ſicut inter eſurire iu-
ſtitiā qđ eſt bonorū viatoꝝ:& ſaturari ea quod eſt cōprehē
ſorum quaſi medium eſt comedere.ita delectatio guſtus ſpi
ritualis in beata Maria fit ꝑ modū comeſtionis.Ad quod fa
Cañ.v. cit qđ dr̄ in eius perſona in Canti.Comedi fauum cum mel
le meo:vt fauus comeſtus ſit delectatio ex contemplatione
humanitatis Chriſti:mel ex cognitione deitatis.Plena igiť
fuit ſapientiæ gratia:vt dicerę valeret illud Sap.vij. Venit
in me ſpiritus ſapientiæ.

§.II. AD DONVM INTELLECTVS
ꝑtinet quædam acuta & penetratiua cognitio diuinoꝝ.Vn̄
dr̄ intelligere quaſi intus legere penetrare mente ad intima
rerum diuinarum:vt myſteria ſcripturarū diuinarum audi-
ta vel lecta.Creaturas ſpirituales:vt angelos & aīas & ipm̄
deum ex ipſis rebus creatis per veſtigiū vel imaginē ſm il-
lud.Inuiſibilia dei ꝑ ea q̄ facta ſunt intellecta conſpiciunť
&c.ad Ro.i.Sed nō ratione naturali vt phi:ſed lumine doni
intellectus hoc beata Maria pleniꝰ cæteris habuit.Quod ſic
ꝓbat Alb.vbi.ſ.Inter cognoſcere creatū per creatū: & co-
gnoſcere creatū per increatū medium eſt cognoſcere increa
tū per creatū:vel ecōuerſo creatū per increatū.Tria iſtorum
reperiunť diuidentium & nihil eſt vacuū:ergo reperietur &
quartū.Et puri quidē viatores habēt primū videntes.ſ.crea
tū per creatū.i.per fidē.vn̄ Eſa.vi.dr̄.Ea quæ ſub ipſo erant
replebant tēplū.glo.Greg.Cū mēs in contēplatiōe proficit
nō iā qđ ipſe eſt:ſed qđ ſub ipſo eſt ꝯſpicit.Deū em̄ nemo
vidit vnqꝫ.Et hæc eſt cognitio viatorū.Cōprehenſores ꝟo
vidēt increatū ꝑ increatū:qa.ſ.vident deū ꝑ ſeipm̄: vident
etiā creatū ꝑ increatū:creaturas.ſ.in deo & ꝑ deum:iuxta il-
lud.i.Coꝝ.xiij.Tunc cognoſcā ſicut & cognitꝰ ſum.ſ.deū:
& oīa cognoſcā in ſe:ſicut & ipē me cognoſcit in ſe.Ergo cū
vnū medioꝝ reperiať inter extrema reperietur & reliquum:
videlicet videre increatū ꝑ creatū.Sed cognitio media perti
net ad ſtatū mediū.Status aūt mediꝰ ad beatiſſimā ꝟginē ꝑ-
tinet:qa ſupra puros viatores & circa ꝯprehēſores.Fuit ergo
cognitio beatiſſimæ virginis talis ꝑ donū intellectus:ꝙ co
gnoſcebat lumen increatū:nō quidē ꝑ ſpeciē ſicut beati:nec
etiā per imaginē vt viatores:ſed ꝑ lumen creatum.Et ſic co Quať
gnoſcit increatū ꝑ creatū.Et illud lumē nō erit mediū ſicut btā ma-
ꝑ ſpeculū vel imaginē vel veſtigium vel ſignum prout eſt ria co-
medium inter apprehenſiuū & ſignatū:ſed ſicut lumen ſo- gnoſce-
lis eſt mediū coniungens viſibile & viſum.Mirabilē aūt co bat lu-
gnitionē intellectus de btā Maria ponit Alb.vbi.ſ.ꝑ nouē mēicrea
cōcluſiones quaſi priuilegia.Harū prima ē ꝑfecta cognitio tum.
ſine medio dei trinitatis quā habuit in via ꝑ ſpecialiſſimā
gratiā.Scđa eſt perfecta cognitio myſterij incarnationis &
hanc habuit per gratiā & ſingularem experientiam.Tertia
eſt cognitio ſuæ ꝑdeſtinationis quā habuit ꝑ reuelationē &
cauſam.Quarta eſt aīæ ſuæ & ſpirituū ꝑ ſpecies ꝓprias co-
gnitio quā habuit diſpoſitiue ꝑ naturā:ꝯpletiue per grām.
Et ſm hanc vidit angelos aīas & dæmones.Quinta eſt per-
fecta cognitio oīm ad ſtatū viæ ꝑtinentiū: quam habuit ꝑ
gratiæ infuſionē & inſpirationē.Et hęc cōprehendit ꝑfectā
cognitionē ſcripturarū:operandoꝝ:& cōtemplandorū.Se-
xta eſt cognitio circa ſe futuroꝝ quā habuit ꝑ reuelationē &
in ſpeculo lectionū.Septima eſt oīm ad ſtatum patriæ perti
nentiū per cognitionē quā habuit per contēplatiōis reuela
tionem.Octaua eſt oīm creaturarū ſtantiū cognitio:quā ha
buit per naturā:gratiam:& contemplationem.Nona eſt ꝙ
habuit vt matutinā & veſpertinam cognitionem.Matuti-
nam per gratiā.Veſpertinā per naturam & gratiam.Et ſic re
pleuit eū ſcilicet animū ſuum ſpiritu intellectus.

§.III. DE DONO CONSILII SCIEN
quid ſit cōſiliū. dū ꝙ conſiliū eſt inquiſitio rōnis de aliquo operabili a no-
bis.Et qa oīa debet homo facere cū ratione:ideo dicit Salo-
mon.Oīa fac cū cōſilio.ſ.rationis.Et vbi non ſufficit conſi
lium ſuū ꝓpter dubia de illo operabili:dictat ratio vt quæ-
rat conſilia alioꝝ ſcilicet intelligentium & rectorū in illa ma
teria.Et ideo dr̄ Tob.iiij.Conſiliū ſemꝑ a ſapiente inquire.
Verum quia ſunt aliqua operabilia ad quæ non ſufficit hu-
mana ratio edocere ſufficienter:ideo ponitur donum conſi-
lij donum ſpūſſancti.Quod ſic diffinit.b.Tho.in.iij.ſenten.
Quod eſt habitus q̄ homo accipit qđ agendum eſt quaſi ꝑ
certitudinē a ſpūſancto edoctus ſupra humanā rationē.Vel
ſic ſm.b.Tho.ij.ij.Conſiliū eſt donum quo ſpūſſanctus nos
dirigit in oībus quæ ordināťur in finē vitæ æternæ:ſiue ſint
de neceſſitate ſalutis ſiue nō.Hoc dono & gratia plena fuit
virgo beata ſuꝑ om̄es viatores.Quod ſic probat Alb.vbi
ſ.Cum venerit ille ſpūſſanctus docebit vos omnē veritatē.
ſ.de agendis ad ſalutē:ſed ſpūſſanctus venit improportiōa
biliter in beatam Mariam magis q̄ in quemlibet viatorem
purum:& in concæptu filij & in die Pētecoſtes cum eſſet cū
apoſtolis quando venit in ſpecie ignis:ergo in agendis ma
xime fuit edocta per donum conſilij.Item ſm phm̄.Cuiꝰ eſt
operari eius eſt & operanda cognoſcere.Et cuius eſt in oībꝰ
& præ oībus bene operari eius eſt & ſuꝑ om̄es operanda co
gnoſcere & bene diſcernere:qđ ꝑtinet ad cōſiliū.Sed beata
Maria fuit perfectiſſima obſeruatrix & mandatorū & conſi
lioꝝ dei ſuꝑ oēs:ergo habuit cognitionē cōſiliorū circa agē
da per donū cōſilij.Fuit & amiciſſima & familiariſſima dn̄o Maria obſeruauit pauptatē ꝟginitatem & obediētiam.
ſuꝑ oēs.vn̄ & edocta de rebus ſecretiſſimis.Inter cætera dn̄i
conſilia ſunt pauptas:virginitas & obedientia:ſed iſta ma-
xime obſeruauit.Nam fuit pauperrima:ita ꝙ etſi aurum nō
parū ſibi fuerit oblatū a magis adorātibus filiū in gremio
eius:inde ad paucos dies non habuit tātum (ait.b.Bern̄.) vt
poſſet afferre agnū pro filio oblato ad tēplū:ſed obtulit ſa-
crificiū pauperū turtures vel columbas.Prima fuit quæ vo
tū virginitatis emiſit & ſemper ſeruauit ſine aliquo illicito
motu.Obedientiſſima fuit:vt patet in ſacrificio purificatio
nis:ad quod non tenebatur in eundo in Bethlee.Et in Hieru
ſalem ad templum in feſtis & huiuſmodi.

§. II. MERITVM EXCELLENTISSIMVM innuit̄ cū ſubdit̄. Luna ſub pedibus eius. Luna inquantum variabilis ſignificat mūdū. inquantū eclipſim ſæpe patit̄: ſignificat defectū inquantum lucens illuminata a ſole: ſignificat eccl'iam. Et ex oībus his ſignificationibus oñdit̄ meritum beatæ Mariæ. Nam inquantum ſignificat mundū luna propter ſuæ lucis varietatem: quia qñq; plena: qñq; media: qñq; vacua. Sic aliqui in mundo aliqñ habent plenam proſperitatē aliqñ medio mō: aliqñ ea nudati: ſcꝫ hoc luna fuit in mūdo ſub pedibus eius per contemptum ꝑfectiſſimum mūdi ſub pedibus affectus erat: vt nihil eſſet qd' mūdanus violaret affect⁹: qd' de nullo ſctōꝝ dici pōt. Inquātū ſignificat defectū: ſic luna ſub pedibus ei⁹: qa oīs defectus ſub ea ē: vt inquit beatus Hiero. Sola ſine pctō actuali etiam veniali vt declarabit̄. Nā cū eſſet plena gratia & veniale nō ſit vbi gratia. i. ꝙ ab ea non ꝓcedit: ſed p̄ter eam. Si eſſet ibi veniale: ibi eſſet aliquid vacuum a gratia: & ſic nō eſſet plena gratia. Vñ & beatus Augu. Cum de peccatis agit̄ nullam de ea prorſus volo haberi mentionem propter honorem dñi: cuius mater fuit. Inquātum ſignificat eccleſiam: iuxta illud ꝓphetę. Eleuatus eſt & luna ſtetit in ordine ſuo. i. eccleſia ordinata ab aplis poſt eleuationem ſolis per aſcenſionem. Et ſecundū hoc tñ fuit meritum virginis vt eccleſia ſit ſub pedibus eius: ſub ꝓtectione eius & dñio. Vñ ipā ait. Eccli. xxiiij. In Hieruſalem poteſtas mea ideſt in eccleſia. Vñ eccl'ia ad ipſam orat. Sancta Maria ſuccurre miſeris iuua puſillanimes: refoue flebiles: ora pro populo: interueni ꝓ clero: intercede pro deuoto fœmineo ſexu. ſentiant omnes tuum iuuamen &c. Cum enim nunq; peccaret nec otioſa eſſet: ſed ſemꝑ operaretur cum maxīa charitate: & id quolibet actu mereretur valde & hoc oſtendit̄ immenſum meritum eius: vt ipſo merito ex precib⁹ eccleſia protegat̄ ab ea: & ſic plena gratia: vñ opus noſtrum habet ꝙ ſit meritorium & tanto plus: quāto cum maiori gratia.

Quid ſignat luna ſub pedib⁹ btē mariæ.

§. III. PRIVILEGIVM COPIOSISSImum eius non vnum: ſed multiplex: ex eo ꝙ dicitur ī corona capitis eius habere duodecim ſtellas: quę ſunt duodecim priuilegia ſeu gratiæ ſingulares eius excellentiæ quæ corona dicitur. Et diuerſi diuerſimode aſſignant iſta duodecim ſed Alb̄. vbi. ſ̄. ſic.

¶Quia nunq; peccato maculatur.

¶Quia nec peccare potuiſſe inſinuatur.

¶Quia in quolibet opere meruiſſe monſtratur.

¶Quia ſumma puritas in ea expreſſatur.

¶Quia mater ſimul & virgo decantatur.

¶Quia mater dei vere nuncupatur.

¶Quia virgo virginum eſſe dicatur.

¶Quia mater omnium prædicatur.

¶Quia porta cœli declaratur.

¶Quia regina mīæ laudatur.

¶Quia paſſio Chriſti ei ſoli cōicatur.

¶Quia ſuꝑ oēs creaturas exaltatur:

§. IIII. ET HEC SIC DECLARAT ALbertus ibi. Qd' nunq; peccauerit patet ex illo ꝟbo Cant. iiij. Tota pulchra es. ſ. in aīa & corpore: & macula. ſ. pctī non eſt in te. Et ſi dicat̄. Qui totū dicit nihil excludit. Sed Iac. iij. dr̄. In multis offendimus oēs. Et. i. Ioā. i. ſcribitur. Sanguis eius emundabit conſciētias noſtras ab omni pctō. gloſ. ibi. Nō tamen debemus putare q; diu viuimus oīno poſſe a peccatis mundari: ita intelligit̄ quin in aliqua incidamus: ſaltem venialia. Quis em̄ pōt dicere mūdū eſt cor meum: purus ſum a pctō: inquit Salomon Prouerb. xx. Sed vt dicit regula iuris in. vi. Generi per ſpeciem derogatur. Per ſpeciale enim priuilegium conceſſum beatæ mariæ quo ad ipſam derogatur illi regulę generali: ꝙ omnes peccauerunt. ad Rom. iij. Qd' declarat. b. Aug. in lib. de natura & gratia dicens. Si omnes ſancti & ſanctæ dum hic viuerent interrogati fuiſſent vtrū peccatum haberent: omnes vna voce reſponderēt id qd' Ioānes de ſe & ſocijs dicit. Si dixerimus qa peccatum non habemus ipſi nos ſeducimus & veritas in nobis non eſt: excæpta ſctā virgine Maria. Inde ſcimus ei plus gratię fuiſſe col-

Priuilegiū primi.

latū ad vincēdū ex omni ꝑte pctm̄: q̄ concipe & parere cum meruit quē ꝯſtat nullū habuiſſe pctm̄. Eſt igit̄ hmōi priuilegiū ſoli ei collatum reſpectu oīm viatorū. Nam etſi angeli boni nunq̄ peccauerunt: nō cōputant̄ ipi in numero viatorum. Qđ aūt dicit Chryſo. ſuꝑ illud Io. ij. Quid mihi & tibi eſt mulier: ꝙ aliqd humani paſſa eſt tūc beata Maria: quaſi ꝓpter vanitatem voluerit xp̄m inducere ad faciendū miraculū: & ideo xp̄s ſic dure videt̄ ſibi locutus. Cōcedit ſimplr̄ Albertus primā partē. ſ. ꝙ aliqd humani paſſa ſit vt hō. ſ. cōpatiens hoībus in defectu vini. Sed ꝙ aliqd paſſa ſit vel egerit vani: ꝑ oīa falſum eſt & ꝯ Aug. Vnde ꝑ exceſſum locutus eſt Chryſo. Vel forte ſm opinionē aſtantiū dixit q̄ ſi illi hoc æſtimarent. Ideo autē nō ponit̄ priuilegium eius ꝙ fuit ſine originali concæpta: qa iſtud erat impoſſibile niſi cōciperet̄ de virgine: & ſic mr̄ ſua eſſet virgo. Et ſic nō eſſet priuilegiū Mariæ ꝙ eēt ſimul mr̄ & ꝟgo: vt dicet: qa & mr̄ ſua hoc habuiſſet. Priuilegiū ergo xp̄i ſolius fuit cōcipi ſine originali.

## §.V. SECVNDVM PRIVILEGIVM GRAtiæ

ſingularis fuit impoſſibilitas peccandi in ea. Vnde btūs Berñ. in ſermo. de natiuitate. Ego puto ꝙ copioſior gr̄a ſctificatiōis in ea deſcēderit q̄ in alijs in vtero ſctificatis: q̄ totā vitam ei⁹ immunem ab omni pctō efficeret: qđ nemini in natis mulierum credimus eſſe donatum. Tāta igit̄ gr̄a ei infuſa eſt ꝙ peccare non poterat. Sed cū Dam. dicat ꝙ oē creabile eſt vertibile ſm eſſe & ſm electionē. Scđm eē vt corpalia. ſm electionē vt rōnalia. Sed btā virgo fuit cōpoſita ex vtroq̄: ergo videt̄ fuiſſe ꝟtibilis vtroq̄ mō: vñ & ad pctm̄. Inſuꝑ glorioſi⁹ habet̄ qđ ex victoria habet̄ q̄ ſine victoria. Sed vbi non eſt pugna: non dr̄ eſſe victoria. In btā autē Maria fuit nulla pugna: fuit ergo & nulla victoria. In beata Maria fuit ſumma gloria: ergo & victoria: ergo & pugna. Igit̄ videt̄ potuiſſe peccare. In laudem q̄q̄ ſctoꝝ cātat̄. Qui potuit tranſgredi & nō eſt trāſgreſſus: facere mala & non fecit. Videt̄ ergo maxime & hoc ei cōuenire q̄ eſt oī laude digniſſima. Sed ſm rei veritatē ipa ſola inter viatores peccare non potuit. Inter poſſe enim peccare & poſſe mereri: & nō poſſe peccare & non poſſe mereri medium eſt non poſſe peccare & poſſe mereri. Sed primus ſtatus eſt comprehenſorum q̄ nō pñt peccare nec mereri. Scđs eſt viatoꝝ cōiter q̄ pñt & peccare & mereri. Medius ergo ſtatus conuenit btē mariæ q̄ fuit ſimplr̄ viatrix & ſm quid comprehenſor: vnde ipſa potuit mereri non peccare: quod ꝑtinet ad ſtatū medium. Sciēdum tñ ſm Alb̄. ꝙ non peccare ꝑ ſe ſequit̄ naturam inuertibilem. Et hoc modo deus trinitas dr̄ nō poſſe peccare. Btūs Hieroñ. Deus ſolus omnipotens dr̄ qui cum omnia poſſit: peccare non pōt de pœ. diſt. ij. c. vlti. Scđo modo dr̄ nō poſſe peccare quod habet vnionē ꝑſonalem cum natura inuertibili. Et hoc modo xp̄s hō peccare non potuit. Vñ Damaſ. dicit ꝙ impeccabilis erat dñs Ieſus. Tertio modo dr̄ nō poſſe peccare quod habet coniunctionem vel cōuerſionē totalem ad naturam inuertibilem ꝑ medium quod eſt de ſui natura inſeparabile: vt eſt habitus gloriæ. Et ſic ſācti in patria non poſſunt peccare. Pſ̄. cxlvij. Confortauit. i. roborauit ſeras portarum tuarum. ſ. ſuꝑnæ Hieruſalē vt null⁹ poſſit exire. ſ. peccando. Quarto modo dr̄ non poſſe peccare quod habet coniūctionem ad naturam inuertibilem ꝑ medium: qđ etſi de ſui natura in ſe quidem eſt ſeparabile: ſed tñ omnino eſt ſeparatum a ꝯrio repugnante vel reſiſtente vel impediēte: & propterea in ſuo ſummo in illo eſt inſeparabile: vt eſt plenitudo gratiæ q̄ fuit in beata Maria. Et ex hoc peccare nō potuit. Vnde & Ber. de Ioſeph dicit ꝙ credebat potius virginem poſſe parere q̄ Mariā poſſe peccare. Et ex his patet rñſio ad obiecta. Pugnā aūt habuit etſi nō ab intra extīcto ī ea fomite: tñ ab extra ꝑ tribulationes. vñ & victoriam.

Arguit ꝙ b. maria peccare potuit.

Nō poſſe peccare dr̄ q̄tuor modis.

## §.VI. TERTIVM PRIVILEGIVM EST

in quolibet oꝑe ſuo meruiſſe. Hortamur vos (ait apl̄s. ij. Corinth. vj.) ne in vacuū gr̄am dei recipiatis. Dat de⁹ gr̄am vt operando ſm eam acq̄rat ſibi merita vitæ æternæ. Qui igit̄ nō operat̄ cū pōt: in vacuū & fruſta gratiā recipit. Quamuis autem ſancti in multis & ꝑ multa bona opera ſe exercuerit in gr̄a: nullus tñ fuit qui ſemꝑ in omni oꝑe ſuo ſecutus fuerit inſtinctum gr̄æ: vt ſic ſemꝑ meruerit in operib⁹ ſuis. Sed hoc fuit priuilegiū ſingularis gr̄æ in btā virgine Maria. Notandum igit̄ ſm Alb̄. ꝙ beata Maria quolibet motu liberi arbitrij ad agendum vel patiendum merebat̄. Vñ non merebat̄ motibus naturalibus inquantum naturalib⁹: vt oſcitando, digerendo, & hmōi: qa ibi non concurrit liberum arbitrium: ſed merebatur motibus rōnalibus gr̄a informatis vñ & motibus liberi arbitrij gratuitis vbi liberum arbitriū & gr̄a operabat̄. Sed liberum arbitrium vt iumētum: gratia vt ſeſſor: ſm Anſel. Vnde & apl̄s. i. Coꝝ. xv. Non autem ego: ſed gr̄a dei mecū. ſ. operat̄. Et ſic merebat̄ quolibet motu quo cōtingit mereri in agendo. In paſſionibus aūt inquātum ipſe paſſiones ab extrinſeco inferunt̄ vt iniuriæ: vl̄ neceſſario contrahūt ex natura: vt triſtitia, timor, & hmōi. hō non meret̄ ſed inquantū volūtas rōnalis informata gr̄a ab illa inſufferentiam ꝓpria libertate inclinat̄: ſic meret̄ eis. iuxta illud. ij. ad Tim̄. ij. Si ſuſtinebimus & conregnabimus. Et ſic beata maria in actionibus & paſſionibus ex libero arbitrio ꝓcedentibus: vel eo cōcurrente in eis ſemꝑ merebat̄. Et ad hoc facit triplex ratio. Prima eſt: quia ſm philoſophū intellectus ſemꝑ rectus eſt: niſi qñ ſe immiſcet phantaſticis & deducit̄ ab eis. Sed intellectus btē Mariæ nūq̄ ſe īmiſcuit phantaſijs vt deduceret̄ ab eis: & ſic ſemꝑ rectus fuit. Sed rectum dr̄ cuius mediū non exit ab extremis: ergo ſemꝑ mēs eius in ſummum bonum principium & finem oīm. Secunda rō. Vbicūq̄ rō nō pōt in diſcernēdo errare: & volūtas nū q̄ pōt eligere multa: ſed eligit vltimū & optimū. Sed vtrūq̄ horum fuit in beata Maria. Lu. x. Maria optimam partē elegit. ſ. vnum quod eſt ſemꝑ abſolute neceſſarium. ſ. ſummū bonum: & ſic ſemꝑ meruit. Tertia rō: dicit apl̄s. j. Coꝝ. x. Siue manducatis ſiue bibitis ſiue quid aliud facitis: omnia in gloriam dei facite. Fruſtra hoc præciperet̄, cōſuleret̄, vel moneret̄ ſi nullus obſeruaret. Sed nullus aliorum viatorū hoc ſemꝑ ſeruauit. Oportet ergo aliquem inuenire qui hoc feceret: alias fruſtra. Et ita fuit beata maria. Vnde Odilio in ſermone. Vnum pro certo ſcimus: quia omnis mariæ actio ſꝑ intenta fuit in domino. Nec tamen ex hoc æquabitur ipſa Chriſto qui improportionabili charitate hæc faciebat: & ſine ſui indigentia.

Maria ſꝑ & in q̄libet oꝑe meruiſſe q̄mō intelligitur.

triplici ratione btā maria in actiōib⁹ et paſſionib⁹ ex libero arbitrio ſꝑ merebatur.

## §.VII. QVARTVM PRIVILEGIVM EST

puritas in ea in ſummo. Ad qđ facit quod ait ei angelus. ſ. Inueniſti gr̄am apud deū: gr̄am puritatis apud deum. i. ſummam poſt deum. Dicit em̄ Anſel. ꝙ ea puritate decuit vt niteret: qua maior ſub deo nequeat inueniri. Nam ſi maior in filio ſuo: hic eſt de⁹. Et ad hoc facit qđ dr̄ Prouerb̄. xxv. Aufert rubiginem de argento & egreditur vas puriſſimum. Argentum precioſius metallum cæteris poſt aurum ſignificat btām mariā albam puritate & precioſiorē perfectione cunctis ſanctis poſt Chriſtum. de quo dr̄ Cant̄. v. Caput ei⁹ aurum optimum. Rubigo fuit peccatum originale: quo ablato per ſanctificationem in vtero eſt effecta vas puriſſimum. Chriſtus q̄dem habuit puritatem: ita ꝙ nullo mō nec vnq̄ habuit in ſe originale. Omnes baptizati vel ſanctificati in vtero hñt puritatem ab originali. ſ. in puritate liberati: qđ quidem habuerunt quo ad culpam a qua mundati habent adhuc originale quo ad fomitem. Virgo autem maria habuit puritatem ab originali: nō quia non contraxerit illud: ſed mūdata ita eſt ꝙ nullo modo remāſit ī ea aliquid pœnæ eius: id eſt fomes. immo extinctus fuit. Et ſic maior eſt puritas eius poſt deum hominem quo. ſ. ad contrahētes originale. Nam angeli nō contrahunt originale. Notandum tamē ꝙ puritas ſm Albertum non tm̄ dicitur per receſſum ab impuro: ſed etiam per approximationem & acceſſum ad ſumme purum. Pro cuius declaratiōe ſciendū eſt ꝙ puritas vt videtur ſequitur naturam luminis & luminoſi: vt quod plus participat de natura lucis plus habeat puritatis: vt ſumma lux vel ſumme luminoſum ſumme ſit lucidum & purum. Et vbi magis proprie & vere eſt proprietas lucis: ibi etiam magis ꝟe & proprie eſt proprietas puritatis. Vnde cū ſit lux corporalis & lux ſpūalis. vt dicit. b. Aug. ſuꝑ Geñ. ad lr̄am magis ꝓprie dr̄ lux ſpūalis lux q̄ corporalis. Erit ergo & puritas corporalis & puritas ſpūalis. Sed maior puritas corporalis eſt ſm maiorem cōuenientiā ad ſummā lucem corporalē. Et ſic aqua purior eſt terra: & aer q̄ aqua: & ignis q̄ aer: firmamentum q̄ ignis: cœlum aqueum q̄ firmamentum: cœlū empyreum q̄ aqueum. Et illud patet ad ſenſum. Similiter maior puritas ſpūalis eſt ſm maiorem conuenientiam ad ſummam lucem ſpūalem: q̄ deus eſt: qa lux eſt ī tenebris

De puritate btē mariæ vnde & quō habuit eā ī ſummo



in quo tenebræ non ſunt vllæ. Scđm hoc ergo purior erit anima ſenſibilis q̄ vegetatiua: rōnalis q̄ ſenſibilis: angelica q̄ rōnalis humana ſm naturam. Scđm gr̄am aūt q̄ eſt q̄ſi lumē creatū ꝓcedens a luce increata: vbi ē maior ꝑticipatio gr̄æ ibi maior appropinquatio ad primā lucem. Ergo vbi gratia in ſummo: ibi appropinquatio in ſummo & puritas in ſummo. Sed in beata maria reſpectu omnium creaturarū aliarum non vnitarum: fuit gr̄a in ſummo: ergo & appropinquatio: & inde puritas in ſummo. Item apl̄s ait. j. Tim̄. j. Charitas de corde puro. ſ. ē. Vbi ergo maior charitas ibi maior puritas. Sed charitas in btā maria in ſummo: ergo & puritas in ſummo. Petrus etiam dicit in actib⁹ aploꝝ. xv. c. Fide purificās corda eorum. & loquit̄ de fide formata ꝑ charitatem. Sed beata Maria habuit fidem in ſummo. ergo & puritatē. Nec obſtat huic concluſioni ꝙ puritas btē mariæ et iā in ſtatu viæ fuit maior omnium ſub deo. Vñ & angelorū & btōꝝ. hoc ꝙ ſua puritas non plene apprehēderet ꝑ ſpeciem lucem increatam vt beati. Nam hoc ideo erat: qa maior lux gr̄æ in ſubiecto paſſibili coniuncto corpori & paſſibili & groſſo beatæ mariæ: minus immutat & mouet actualiter q̄ maior lux gr̄æ in ſubiecto impaſſibili & glioſo. Et hoc apparet ꝑ exemplum a ſimili. Videmus ꝙ q̄nq̄ maior lux minus illuminat: & minor lux magis illuminat ꝑ cōiunctionē cum aere obſcuro vel claro. Vñ q̄nq̄ luna tm̄ illuminat ī nocte vel magis in aere ſereno quantum vel q̄ ſol in aere obſcuro & obnubilato: & tñ improportionabiliter maior eſt lux ſolis q̄ lunæ. Sic & beata Maria: etſi nō ita actualiter cōtinue videret deum ſummam lucē ꝑ ſpēm vt ſctī ꝓpter obſtantiam corporis paſſibilis ſui: tñ habebat maiorem gratię habitum & ſubſtātiam q̄ ipſi: vñ & magis ꝓxima luci æternæ: & inde magis omnibus pura. Hæc igitur puritas inquit Alb̄. nihil aliud eſt q̄ pctī originalis deletio: fomitis extinctio: gratuitarum perfectionum vltimatio. Et ſic in beata virgine ſm ſtatum viæ fuit gr̄a dei fortius & magis q̄ in angelis: quantum. ſ. ad ſubſtantiam: non quantum ad actum qui eſt operatio: & ſic puritas in ſummo. Sed ad hanc puritatem ſummam quatuor gradibus aſcendit.

¶ Primo em̄ purificata fuit ꝑ ſctificationem in vtero.
¶ Scđo in virtutum exercitatione.
¶ Tertio in ſpūſſancti ſuꝑuentione.
¶ Quarto in filij concæptione.

maria q̄tuor gradib⁹ ad ſummā puritatē aſcēdit.

In primo eſt ꝑfectio gr̄arum ſacralium. In ſcđo eſt ꝑfectio ꝟtutū. In tertio eſt ꝑfectio donoꝝ. In quarto eſt ꝑfectio fructuum & btitudinum. De prima dr̄ Cant̄. iiij. Tota pulchra es amica mea libera. ſ. ab originali. Tota pulchra es a mortali exempta. Macula nō eſt in te. ſ. venialis. De ſcđo in figurā eius dr̄ de Heſter ꝙ erat formoſa valde incredibili pulchritudine & oīm oculis gratioſa & amabilis. Formoſa. ſ. ī oꝑe ꝑ charitatem quæ eſt forma ꝟtutum. Incredibili pulchritudine in corpore ꝑ virginitatis inſolitam caſtitatem. Et oīm oculis gratioſa: ꝑ cordis humilitatem: qa reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Et de pulchritudine Sap̄. iiij. O q̄ pulchra eſt caſta generatio cum claritate &c. De tertio Pſ̄. Sctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus: deus in medio eius, non cōmouebit̄. Et Lucę. j. Spūſſctūs ſuꝑueniet in te &c. De quarto Ezech. xliij. Maieſtas dñi ingreſſa eſt templum ad viā portæ q̄ reſpicit ad oriētē. Et poſtea ſequit̄. Et repleta eſt gloria domus dñi. ad Heb̄. vlti. Adeamus cum fiducia ad thronū gratiæ eius & inueniamus auxilium in tp̄e oportuno. Et ſic patet priuilegiū quartum de puritate in ſummo.

## §.VIII. QVINTVM PRIVILEGIVM

gratiæ eſt: quia ſimul eſt mater & virgo. vnde Hiere. Inuenit populus gr̄am in deſerto. gr̄am. ſ. ſingularis maternitatis ꝓducētis eum qui nobis attulit gratiam & veritatem. In deſerto. i. btā maria derelicta a pctō: derelicta in templo a parentibus: derelicta a quolibet viro & incognita per quā nō tranſiuit hō: ſed mater eſſet & virgo. mater inuiolata: mater incorrupta: mater intacta. Quis vnq̄ audiuit talia: inq̄t Eſa. vlti. c. vt mater eſſet & intacta generaret: q. d. nullus. Si q̄ris ait. b. Amb̄. naturæ ordinem: Fœmina mixta viro gñare conſueuit. Liquet autem ꝙ præter naturæ ordinem ſit Chriſtus natus ex virgine. de cōſe. diſt. ij. reuera. Decuit aūt ꝙ talis mater eſſet & virgo: quod eſt ei priuilegiū ſingulare. Hō em̄ eſt digniſſima creaturarum: ergo gñatio hoīs eſt nobiliſſimus effectus gñalis. Gñatio autem nobiliſſimi cuiuſdam hoīs eſt effectus hoīs ſpālis: ſed nobiliſſimus effectus nō eſt niſi nobiliſſime ſubſtantiæ, iuxta illud Luc. vj. Ex fructu arbor cognoſcit̄: ergo gñatio nobiliſſimi hoīs erit effectus nobiliſſimus nobiliſſime: vel nobiliſſimi hominis generātis. Sed vnus eſt ſolus hō nobiliſſimus. ſ. xp̄s: ergo vni ſoli ꝯuenit eſſe matrem illi⁹: ergo hmōi maternitas eſt priuilegium vni⁹ ſoli⁹. Item effectus huius gñationis fuit ꝑfectus in ſummo: ergo & gñatio ꝑfecta in ſummo. Sed ꝑfectior eſt gñatio vbi vnus de vno q̄ vbi vnus ex duob⁹: ergo in iſta gñatiōe debuit eſſe vn⁹ de vna: ergo illa fuit mater & ꝟgo. Itē ad ꝑfectiſſimā gñationē ſm naturā ſequit̄ ꝑfectiſſima maternitas. Sed ꝑfectior eſt maternitas cum incorruptiōe q̄ cum corruptiōe: ergo decuit vt in tali gñatione eſſet ſimul mater & virgo. ſm illud Eſa. vij. Ecce virgo concipiet & pariet filium. ſ. ꝑmanens ꝟgo. Itē q̄cq̄d eſt in arte exemplari diuino totum debet eſſe declaratū & exemplatum in exemplo creato. Sed gñatio eſt in diuinis: ergo aliquod exēplū debet hr̄e in natura. Sed ibi vn⁹ de vno: pater de filio ſine diuiſiōe, corruptione, & cōmixtione: ergo & hic in gñatiōe xp̄i de vna ſine corruptiōe & commixtione: ergo ipſa mater & virgo. Priuilegiū eſt igitur ſolūmodo btē mariæ: ꝙ ſit mater & ꝟgo. Nec ſua maternitas aut virginitas fuit indifferens: ſicut pōt eſſe in alijs: ſed vtrumq̄ fuit meritoriū. Eius em̄ ꝑfectiſſima virginitas fuit ꝑfectiſſima integritas cordis & corporis ex radice ſummæ charitatis. Eiuſq̄ maternitas fuit ſibi meritum: qa ipſa de congruo meruit fieri mater dei: merito ſuæ fidei, ſpei, & charitatis: ac ꝑfectiſſimæ humilitatis. Quod ſi obijciatur iſtud priuilegium non ſibi ſoli conuenire ſed eccl̄iæ & plantæ. Nam dicitur eccleſia mater & virgo. Et ſi dicatur ꝙ mater & virgo eccl̄ia dicitur ſpiritualiter nō naturaliter. Tunc ſic. maternitas & virginitas ſpiritualis eſt perfectior & nobilior maternitate & virginitate corporali: ergo veri⁹ & perfectius dicitur eccleſia mater & virgo q̄ beata maria. Reſpondeo ꝙ eccleſia non habet in omnibus membris integritatem carnis. Et in nullo habet integritatem carnis & cordis cum ſumma fœcunditate ſpirit⁹ & corporis excæpta ꝑfectiſſima virginitate & fœcunditate beatæ mariæ. Sed illam ſpūalem fœcunditatem & virginitatem quam habet eccleſia in alijs mēbris: habet in ſe & in beata maria excellentiſſime communē cū alijs. & inſuꝑ iſtam priuilegiatam ſingularitatem. De plantis dicit philoſophus ꝙ eſt in eis ſexus. Eſt em̄ planta maſculina: & planta fœminina: & tamen plāta gñat plātā ſine corruptione & cōmixtiōe: ergo eſt ibi mr̄ & ꝟgo: & nō ſolū maria. Rñdeo ꝙ plāta dici poſſet ſuo modo habere virginitatem & fœcunditatem ſeu maternitatem ſi ſimul hr̄et. ſ. ſimul virorē florū cū pr̄e fructificationis qđ nō cōtingit: vt dicere poſſet. flores mei fructus ſicut amygdalum q̄ virginis matris figura fuit. Hoc etiam in figura notatur Geñ. xv. vbi dr̄ Abraæ. In quarta gñatione reuertent̄ huc. ſ. ad terram ꝓmiſſionis ſemini Abraæ ꝓmiſſam. Quatuor ſunt modi generationis humanæ ſm Anſel. nec eſt inuenire alium modum. Prim⁹ fuit ſine fœmina & maſculo: vt Adam factus a deo. Secundus fuit ſine fœmina ex viro: vt Eua ex coſta Adæ. Tertius eſt ex muliere & maſculo: vt ē cōis oīm naturalis gñatio. Reſtabat quartus modus. ſ. ex fœmina ſine viro. Et hoc eſt virginis mariæ ſolum: vnde mater & virgo qđ eſt ſingulare priuilegium. Et ꝑ hanc gñationem quartam filij abraæ. i. veri fideles reuertentur ad terrā fluentem melle & lacte promiſſam eis. i. vitam æternā abūdantem dulcedine dilectionis & lacte puritatis.

Obijcit̄ ꝙ nō ſoli ei ꝯueniat hoc priuilegium.

Modi gñationis hūanæ ſunt q̄tuor.

## §.IX. SEXTVM PRIVILEGIVM GRAtiæ

eſt ꝙ eſt mater dei. Orige. ſuꝑ illud. Cū eſſet deſponſata mater eius (matt. j. mater) vnigeniti dei. mater creatoris & plaſmatoris omnium. mater ei⁹ qui eſt in cœlis ſine matre: in terris ſine patre. Et hoc eſt ſingulariſſimum omnium priuilegiorum eius. Figuratum Dañ. xiiij. in Daniele exiſtente in lacu leonum. cui miſſus eſt Abacuch miniſterio angeli de Iudæa in Babyloniam cū prandio bono: qui Abacuch ītrauit & exiuit ad Danielem clauſo oſtio: nec Daniel in aliquo fuit læſus a leonibus ſeptem qui deuorabant alios. Daniel em̄ qui interp̄tat̄ cauſa dei, caſtiſſimus, ſapientiſſimus, cōtēplationi deditus: ſignificat ꝟginē mariā totā virilem nil fœmineū in morib⁹ hñtem, caſtiſſimam, ſapiētiſſimam, & cō

maria ē mr̄ dei.

tēplatiuā: quæ bene dr̄ cauſa dei: q̄a mater dei. Mater enim eſt cauſa & origo filij: cuius filius deus eſt. Abacuch interpretatur luctator fortis: & ſignificat Ieſum qui luctam geſſit cū diabolo non inanem. Hic cum prādio bono diuinitatis, angelos & hoīes reficientis ad Danielē. i. ad virginem miſſus eſt. i. incarnatus ex ea angelo nūtiāte. De Iudæa quæ interp̄tatur ꝯfeſſio miſſus eſt in Babyloniam q̄ interp̄tat̄ ꝯfuſio: q̄a de cœlo vbi eſt cōfeſſio diuinæ laudis in mūdū plenū cōfuſione errorum & pctōꝝ. Intrāte aūt & egrediēte Abacuch clauſtra non reſerata fuerūt: q̄a aluus tumeſcit virginis, clauſtra pudoris ꝑmanent: etiā ipm̄ parieti. Leones ſeptem q̄ circumeunt quærentes quem deuorēt: vniuerſitas ſunt dæmonum de ſeptem vitijs capitalibus tentātes q̄ in nullo potuerūt v̄ginē matrē lædere: ſed alios deuorabāt homines & beſtias. i. Iudæos & Gentiles. Vbi etiā notādū ſm̄ Alb̄. ꝙ non pōt intelli maior gratia puræ creaturæ participari q̄ eē matrem dei. Maior em̄ eſt q̄ filius adoptiuus ꝑ grām: vel angelus vel frater dei. Et rō primi eſt: q̄a inter matrem & filiū eſt coniunctio ſubſtātialis: inter patrem & filium adoptiuū eſt participatio accidentalis: ergo maius eſt eſſe matrem dei per naturā q̄ eſſe filiū dei ꝑ adoptionē: q̄a ꝑfectior eſt coniūctio ſubſtantialis q̄ accidentalis. Præterea qd̄ claudit alterū ī ſe plus eſt & magis eligendū q̄ illud qd̄ non claudit. Sed eſſe matrem dn̄i ſm̄ naturam claudit in ſe eſſe filium adoptiuū ꝑ grām neceſſario: q̄a aliter non fieret mater: ergo plus eſt eē matrem q̄ filium adoptiuum. De angelo ſic probat. ad qd̄ ſequit̄ maius bonū illud eſt plus eligendū. Sed ad eſſe matrē dei ſequit̄ mai⁹ bonū q̄ ad eſſe angelum. Nā ex maternitate tali efficitur domina omnium angelorum. Etſi angelus ſm̄ naturā ſit nobilior & ꝑfectior hoīe: tn̄ ſm̄ grām quæ potior eſt natura pōt eſſe ꝑfectior ſicut eſt in beata matre dei. De fratre ſic probat. Cauſa inquantum cauſa eſt dignior effectu inquantum effectus. Dignius eſt ergo eſſe cauſam boni q̄ concauſatum bono. Sed mater dei eſt cā & origo dei. ſm̄ illud. qd̄ natum eſt. Frater autem dei nō eſt cā & origo dei: ſed cauſatus ab eadem origine: ergo plus eſt eſſe matrem dei q̄ fratrem dei. In cuius etiam ſignum eſt ꝙ dn̄s dedit præcæptum de honorando patrem & matrem: nō aūt de honorando fratres: quia quid maius eſt mater q̄ frater. Item cum maius & dignius ſit eſſe patrem q̄ mr̄em: ſi aliqua pura creatura eſſet pater dei ſm̄ humanitatem videret̄ tunc plus eſſe ſm̄ hoīem patrem eſſe dei q̄ matrem dei: ergo eē matrē dei non eſt maximum priuilegiū qd̄ poſſit cōmunicari puræ creaturę. Ad hoc rn̄det Alber. ꝙ hoc eſſe nō pōt: & multa indecētia ſeq̄rētur. Dicit em̄ philoſoph⁹ ꝙ maſcul⁹ eſt q̄ generat in alio. Ergo ille qui eſſet pater dei aut generaret in alio: aut in ſeipſo. Si in alio: ergo duæ eſſent: vnus generans in alio & vnus vl̄ vna generans ab alio ſeu altero: ergo ibi eſſet maſculus & fœmina. Si autem pater generaret in ſeipſo: ergo nec eēt maſculus: nec eſſet pater. Item non eſſet rō tunc quare magis diceret̄ pater mater. Item cum non ſit in viro locus concæptionis, formationis, & nutritionis. Et ſi fieret ſubita formatio: non eſſet gn̄atio. Item cum non ſit ibi organum partus īdifferens eſſet rō virginitatis: & ſic non eſſet filius virginis nec eſſet pater nec mater. Item ſic eſſet excluſus ſexus fœmineus ab incarnatione. Non em̄ incarnatum eſſet fœmina: nec incarnatus eſſet ex fœmina. Et ſic ꝙ patet maior gratia puræ creaturæ concedi non pōt: q̄ eſſe matrem dei naturalem. Nā qd̄ ait Chriſtus Mat. xij. Qui fecerit volūtatem patris mei. ſ. ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt: intelligit̄ ſpūal̄r iſta parentela non natural̄r. Sed beata Maria fuit mater naturalis vn̄ priuilegiū ſingulare. Itē ꝙ fuerit nutrix dei. Ipm̄ em̄ vt canit eccl̄ia ſola virgo lactabat vbere de cœlo pleno non eſt ꝑ ſe priuilegium ſed pars priuilegij quæ includit̄ in maternitate dei. Ad integritatem em̄ maternitatis ſm̄ Alb̄. exigit̄ non tm̄ materia prima corporis generandi: ſed etiā alimentum nutriendi: qd̄ tm̄ aptū natū eſt ab alio accipi. Vn̄ qn̄ eſt alia mater: alia nutrix. Nutrix eſt q̄ſi media mater a qua aliqn̄ puer multum ꝯhit a cōplexione influente: ergo ad perfectiſſimam maternitatem exigitur etiam rō nutricis. Vn̄ cū beata maria fuerit ꝑfectiſſima mater: fuit & nutrix. ſm̄ illud. Luc. xi. Btūs vēter q̄ te portauit & vbera q̄ ſuxiſti. Et ſic ſub matre dei includit̄ nutrix dei.

Maria ex mr̄nitate tali effecta ē dn̄a āgelorum

Objcit̄ ꝙ nō ſit maximū priuilegiū eſſe matrē dei.

## §. X. SEPTIMVM PRIVILEGIVM EST

ꝙ eſt virgo virginum: ſic canit eccl̄ia in litanijs. Vbi notandum ſm̄ Alb̄. ꝙ ꝑ genitiuum notat̄ duplex habitudo: generalis. ſ. & ſpālis. Rōne habitudinis quam importat gn̄al̄r notat originē. Dr̄ em̄ genitiuus a generando quaſi a prima ſui generatione a qua nomen accæpit. & notat habitudinē gignētis ad genitum vel econuerſo. Rōne ſpālis habitudinis notat excellentiæ ſignificationē. Rōne igit̄ primi non cōuenit Chriſto vt dicatur virgo virginū. Quia etſi excellit virginitatem matris: ipſe tn̄ nō fuit primus virgo qui generauit alios virgines ꝑ imitationē. Sed btā maria ē mr̄ oīm in virginitate: q̄a prima ſine p̄cæpto, cōſilio, vel exemplo glorioſum virginitatis mun⁹ deo obtulit: & ꝑ votum virginitatis vt dicit Aug. ab ea emiſſum. xxvij. q. ij. beata maria. opprobrium virginitatis abſtulit: q̄a maledicta in lege dicebatur ſterilis: & eam in ſe conſecrauit: & ſic oēs virgines ꝑ imitationē ſui genuit: ergo ei ſoli cōuenit ꝙ ſit virgo v̄ginū & mater v̄ginū. Rōne autem ſecūdæ habitudinis. i. inquantū notat excellentiā ꝑ oēs virgines: ſicut roſa flos florum: quia excellit alios: & rex regum Ieſus: q̄a excellit oīes reges. Sic ei ſoli cōuenit ita ꝙ nulla alia pōt dici virgo virginum. Excellit autem oēs alios in fomitis extinctione, in puritate, & in fœcunditate: quia nulla virgo fœcūda niſi ipſa. Nec tn̄ ex hoc pōt dici min⁹ cōtinēs: q̄a nūq̄ fuit tentata: ex eo ꝙ Philoſophus dicit in Ethicis: ꝙ cōtinēs patitur. ſ. impulſus rētationum: ſed non deducitur. i. non vincitur ab eis. Nā hoc habet locum ſm̄ inſtinctum naturæ vel cōmunis gratię: ſecus per extinctionem fomitis: vt in beata maria. Victoria enim cum ſit declaratio potentiæ ſuꝑ aduerſarium magis ac magis declarat potentiam quando tanta eſt ſuper aduerſarium poteſtas ꝙ non pōt mouere bellum vel inire conflictum: q̄ cum poſt ictus & vulnera vincit inimicum. Ex quo patet ꝙ maior fuit virtus caſtitatis in beata maria q̄ in qualibet alia virgine: ita ꝙ etiā angelos excellit in virginitate: q̄a illi a natura hæc a gratia. Illa angeloꝝ caſtitas neceſſaria: hæc gratuita & voluntaria. Illa in natura impaſſibili: hæc in natura fragili. & ideo vtilior, nobilior, & laudabilior. Quāuis autem ꝓprie & vere dicat̄ virgo virginum: non tamen ita proprie dici pōt mater matrum: quia in virginitate ꝯuenit cum alijs in integritate mentis & corporis. Sed in maternitate nō cōuenit cum alijs matrib⁹: q̄a illę recipiunt ꝯcæptum ab alijs hominibus: hæc aūt non ab alio q̄ a deo. & ideo virgo. Vn̄ eccleſia. Rubum quem viderat Moyſes incombuſtum conſeruatam agnouimus tuā laudabilē virginitatem. Rub⁹ eſt natura humana p̄ūgitiua per vitia. In hac app̄henſus ignis diuinus: quia deus noſter ignis conſumens eſt: qn̄. ſ. v̄bū dei noſtram naturam aſſumpſit de virgine. Ignis tn̄ iſte humanitati vnitus non abſtulit virorem virginitatis in matre. A virore em̄ dr̄ virgo. Et ſicut ſpina roſam genuit Iudæa mariam. Figura habet̄ de rubo in Exod̄. iij. c.

Maria dr̄ v̄go v̄ginū & q̄mō ītelligit̄.

Maria non dr̄ mr̄ matrū ſicut v̄go v̄ginum.

## §. XI. OCTAVVM PRIVILEGIVM BEA

tæ mariæ eſt ꝙ mater eſt omnium. Vnde Prouerb. viij. ipſa dicit prout introducit eccleſia ſui laudem. Cum eo. ſ. deo erā cuncta componens. ſ. ꝑ recreationem ſeu reformationem q̄ quaſi deformata erāt deformato hoīe ꝑ peccatum: ꝓpt̄ quē omnia facta erant. Vnde bea. Bern̄. Merito in te o dn̄a reſpiciūt oculi vniuerſæ creaturæ in qua & ex qua benigniſſima manus dei q̄cquid creauerat recreauit. Et ſic dici pōt mr̄ omniū. Sap̄. vij. Omnium mater eſt. Nam cū ipa ſit mater dei: & deus eſt pater & origo omnium. Quicq̄d em̄ per ſe eſt cā & origo cauſæ eſt per ſe origo & cauſa cauſati. Sed mater ꝑ ſe eſt cauſa & origo filij. Et fili⁹ per ſe origo & cauſa omniū: q̄a per ipm̄ omnia facta ſunt. Io. i. ſ. per verbum filium dei: ergo & ipſa ꝑ ſe eſt mater omnium. Et ꝑ maxime hominum eſt mater omnium genitura & cura: q̄a vnum hominem genuit: ꝑ quē omnes recreauit ſeu regenerauit. Et in illo filio ſuo nobis ꝓcurauit quicq̄d ad vitā p̄n̄tē vel futuram nobis neceſſarium fuit. Hoc autem opus recreationis ꝓpter quod dr̄ mater omniū btē mariæ dn̄s ſm̄ quadruplex genus cauſaꝝ ei cōicauit. ſ. efficiētis, materialis, formalis, & finalis. Cā quidem efficiens nr̄æ recreationis. ſ. in eſſe grāæ generatiōis poſt deum ſub deo & cum deo: quia ipa nobis illum genuit q̄ nos omnes recreauit ſeu regenerauit virtual̄r per paſſionē ſuam virtutem grāæ conferentem ſacramentis. Et vt ipm̄ filiū ſuū gigneret ſuis virtutibus de cōgruo ꝓmeruit. Vnde Anſel.

Maria ē mr̄ oīm hoīm.



Anſel. Nempe decuit vt ea puritate qua maior ſub deo nequeat intelligi: virgo illa niteret: cui deus pater vnicū filiū ſuū quē de corde ſuo æqualē ſibi genitum tāq̄ ſeipm̄ diligebat ita dare diſponebat vt natural̄r eſſet vnus: idemq̄ communis dei patris & v̄ginis fili⁹. Et q̄ ipſe filius ſibi matrem ſpāliter eligebat: & de qua ſpūſſanctus volebat: & opatur⁹ erat vt ꝯciperet̄ ille de quo ipſe ꝓcedebat. hæc Anſel. Et qd̄ dr̄ de patre æterno: ita & de matre eius tp̄ali dici pōt illd̄ Roma. viij. Proprio filio ſuo nō pepcit: ſed ꝓ nobis omnibus tradidit illum. ſ. paſſum voluntate & affectu. Et quō cum illo non nobis oīa donauit ꝑtinētia ad recreationē noſtram. Cauſa materialis fuit huius recreationis nr̄æ: q̄a ſpūſſanct⁹ de puriſſimis eius carnibus & ſanguinibus conſenſu mediāte carnem aſſumpſit qd̄ in corpus transformauit ꝑ quod redemptio noſtra & recreatio facta fuit. Huius rei mirabilis figura fuit. qd̄ habet̄. ij. Reg. x. ſ. ꝙ eo tp̄e q̄ ſolēt reges ad bella ꝓcedere. ſ. tempore veris. Dauid ſurgens a dormitione in meridie: vidit de ſolario ei⁹ mulierem. ſ. Berſabææ pulcherrimam lauantem ſe: & amore tactus pulchritudinis eius miſit nuntium vt ei acquieſceret. Quæ aſſentiens concæpit filium: & ſanctificata eſt mulier ab immunditia ſua. Dauid interpretat⁹ manu fortis ſignificat fortiſſimum & omnipotentem deum. Hic quaſi a ſomno ſurrexit: qn̄ diſpoſuit īcarnari. Nam prius videbat̄ quaſi dormire: dum generi humano non ꝓuidebat de redemptiōe. Et in meridie. ſ. caloris diuini amoris: ſurrexit ad operandum myſterium. Videns autem Berſabeę quæ interp̄tat̄ puteus ſeptimus vel puteus ſatietatis. i. virginem mariā pulcherrimā mēte & corpore: q̄ ē puteus aquarum viuentium grāæ ſeptiformis ſuperabūdās. Lauantem ſe: non a maculis quæ nullæ erant: ſed ſcripturis inſiſtētem ac magis & magis ſe purificantem ꝑ opera. ſ. virtutum quotidie magis deo ſe appropinquātem. Vidēs ergo hanc mulierem oculo approbatiōis & miſeratiōis: tact⁹ pulchritudine tantarum virtutum: miſſo angelo nūtio vt aſſentiret in ꝯcæptū filij: ipa aſſentiente ꝯcæpit ſaluatorē mundi. Et ſc̄tificata eſt mulier ab immūditia ſua: ſiue q̄a fomes quę erat in ea religatus: tunc in cōcæptu filij ex toto fuit extīctus. ſiue & melius q̄a libera fuit & immunis ab immūditia quæ accidit in concæptu filioꝝ nullo mō eā habēdo: ſed de puriſſimis ſanguinibus ſuis concipiendo. Nec inconueniens eſt vt vitioſe geſtum. ſ. adulterium Dauid ſignificet ſc̄tiſſimū myſterium. vt dicit. b. Greg. in Moral̄. licet aliter ipſe exponat. Nā & deus de malis elicit bona. Et hoc forte eſt qd̄ dicit b. Amb. de facto iſto Dauid: ꝙ nō fuit improbitatis ęſtus. ſ. tm̄ ſed vmbra myſterij. de pœ. di. iij. illud. ſ. incarnationis: licet ibi glo. aliter exponat. Sic igit̄ cauſa materialis: q̄a de puris ſanguinibus & puriſſimis eius factus eſt recreator noſter Ieſus. Cauſa formalis eſt beata maria noſtræ recreatiōis: q̄a omnibus ſuæ dei formiſſimæ conuerſationis ſpeculum & exemplum eſt reuerſionis a tenebris & directionis & cōuerſionis ad intuitum primæ lucis: vt in figuram eius dictū ſit Iudith. x. Nō eſt mulier talis ſuꝑ vniuerſam terrā ī aſpectu & pulchritudine & ſenſu v̄borum. In aſpectu. ſ. ꝯuerſatiōis in opere. In pulchritudine caſtitatis in corpore. In ſenſu verborum in interioribus verbis & puritate cogitationis ī corde. Vnde & Amb. Habetis in ea probitatis exempla exp̄ſſa. Primus diſcēdi ardor nobilitas eſt magiſtri. Quid nobilius ea quam elegit ſplēdor gl̄iæ &c. Cauſa finalis eſt noſtræ recreationis: q̄a totum opus redemptionis poſt deum in ipſi⁹ gl̄iam & honorē ordinatum fuit. vn̄ Apoc. iiij. Seniores deponunt coronas ſuas ante pedes agni recognoſcentes ſe oēs coronatos humilitate & humanitate Chriſti quam aſſumpſit de virgine. Ecce em̄ ex hoc (ait ipa) beatam me dicēt oēs gn̄ationes: q̄a. ſ. reſpexit humilitatē ancillæ ſuæ de me incarnando. Omnes ergo immo oīa cum ſint recreata & renouata ꝑ eam, matrem eam debēt reputare & eā ſuꝑ oīa & ſuper oēs puras creaturas venerari. Et hoc eſt priuilegium qd̄ nulli alij conuenit. ſ. ꝙ ſit mater omnium.

## §. XII. NONVM PRIVILEGIVM EST

Maria dr̄ porta cœli.

ꝙ eſt porta cœli. Beatus Aug. in ſermone in perſona v̄ginis ait. Porta facta ſum cœli. Ianua facta ſum filio dei: illa facta ſum porta quam vidit in viſiōe Ezechiel ꝓpheta. Dicit̄ aūt btā maria porta: q̄a cum ꝓprietas portæ ſit importare & exportare. i. mediū ꝑ qd̄ res abextra adintra ciuitatem vel domum portant̄: & etiā mediū ꝑ qd̄ res q̄ ſunt intus in ciuitate vel domo adextra portant̄: ita ꝑ btām mariā exiuit de cœlis ad nos q̄cq̄d vnq̄ grāæ creatum venit in mundū: vn̄ & dr̄ mater grāæ & mater miē. Et de ea pōt intelligi illud Sap̄. vij. Oīm bonorum mater eſt. Et venerūt mihi omnia bona pariter cum illa. ſ. virgine poteſt dicere mundus. Secundo quicquid boni. i. oīs qui de terris ītrauit in cœlum vt ſancti oēs ꝑ ipam vt portam ſeu medium intrauit. Et ideo fœlix cœli porta: q̄a oēs importat ī cœlos ꝑ benedictum fructum filiū ſuum. Vn̄ in hymno canit eccleſia. Virgo fœlix, cœli porta. Et infra. Vitam p̄ſta puram, iter para tutum, vt videntes Ieſum, ſemꝑ colletemur. Tertio dr̄ cœli porta. i. cœleſtis porta: q̄a ipſa ſapientia increata dei fili⁹ tanq̄ aqueductus ītrauit & exiuit ꝑ eam veſtitus carne noſtra: ſemper tamen clauſa. i. virginitate non violata. Vnde de ea in figura dr̄ Ezech. xliiij. Porta hæc ſemꝑ clauſa erit: quā. ſ. in illo mirabili ędificio vidit: & princeps ingredit̄ ꝑ eā. ſ. dn̄s deus: & clauſa erit: & nullus ingrediet̄ ꝑ eam. ſ. hō. q̄a virgo an̄ partum, in partu, & poſt partum. Sicut ſydus & radium ꝓfert ſine ſui violatione: & radius ꝑ feneſtram vitream clauſam ītrat ſine ſui apertiōe. Ita & virgo btā maria dei filium ſine virginitatis amiſſione. Dicunt̄ & ſc̄ti aliq̄n portæ cœli. & hoc inquātum ꝑ eorum ſuffragium vel vitæ exemplum nos important in cœlum. Vnde & Io. in Apoc. xxi. vidit in cœlo. xij. portas. ſ. xij. apl̄os vel ꝑfectos oēs: q̄ nos præ cæteris meritis & exemplis important in cœlū. Sed & hoc modo multo magis pōt dici porta cœli btā maria ꝓpter maius ei⁹ & ꝑfectius ſuffragium & vitæ exemplum. Itē crux dr̄ porta cœli: q̄a ꝑ meritū paſſionis intrat̄ in cœlum. de q̄ pōt intelligi illud Matt. vij. O q̄ anguſta eſt porta & arcta via q̄ ducit ad vitam. ſ. cœleſtem Anguſta nimis fuit crux Chriſto. & via nobis arcta ꝑ imitationem. Et q̄a nulli ita fuit cōicata magnitudo paſſionis Chriſti ſicut mr̄i. ideo & meritum ei⁹ ad cœlum inducit. Chriſtus etiam dicit. Ego ſum oſtiū: ſi q̄s ꝑ me introierit ſaluabit̄. Io. x. q̄a ipē efficiēter vt cā principalis nos introducit in cœlum. ſ. ꝑ fidem ſuæ incarnationis de virgine implicitā vel explicitā. Vn̄. b. Aug. Iſta fides ſana eſt qua credim⁹ nullum hoīem ſiue maioris ſiue minoris ætatis liberari a cōtagio mortis & obligatione pc̄ti qd̄ p̄rio natura cōtraxit: niſi per vnum deū & hoīem mediatorē Ieſum xp̄m. Et. b. Greg. ſuꝑ Ezech. dicit ꝙ oēs electi qui fuerunt & qui ſunt in eccl̄ia in mediatorem xp̄m Ieſum crediderunt & credunt. Et ſic huius fides ītroducit ī cœlū mediatore nato de virgine. Et iſte eſt primus articulus fidei de mediatore nato de virgine. Et talis fides viua tn̄ incarnati de virgine ꝓprie nos importat in cœlū. Vn̄ in figurā in tēplo erāt duo oſtia quæ ſimul claudebant̄ & aperiebant̄. Et iſtæ duæ portæ in tēplo eccl̄æ ſunt Chriſt⁹ & beata maria. Nulli aūt hoc cōuenit ſc̄tōrum. Ideo priuilegium ſingulare.

Sc̄ti portę cœli dicunt̄.

Crux porta cœli dr̄.

## §. XIII. DECIMVM PRIVILEGIVM BEA

tæ mariæ eſt: q̄a regina dr̄ miæ ſm̄ illud qd̄ cātat̄ in antiphona. Salue regina miæ. b. Ber. Oībus ſinū miæ ſuæ aperit. Idē Sileat miam tuā v̄go Maria: q̄cūq̄ te inuocans in neceſſitatibus auxilium tuum ſibi ſenſerit defuiſſe. Et ſciēdum ꝙ ſm̄ Alb̄. vbi. ſ. ꝯuenientius dr̄ regina miæ q̄ grāæ regina vl̄ gloriæ vel iuſtitiæ multiplici rōne. Et prima rō eſt: q̄a plus cōp̄hendit & ad amplius ſe extēdit regnū miæ q̄ regnū grāæ gloriæ vel iuſtitiæ qd̄ ꝓbat̄ ex eo: q̄a gratia, gloria, & iuſtitia ꝑ ſe tm̄ dicūt collationē boni & ablationē mali: vt peccati & hmōi. Sed miſericordia ſe extendit etiam ad id vbi non eſt collatio boni gratiæ vel ablatio peccati: q̄a ad eos qui ſunt in inferno. Ibi em̄ erga damnatos non eſt collatio boni gratię vel ablatio peccati ſeu mali culpæ: & tn̄ eſt ibi miſericordia. & ſi non liberans tn̄ minus q̄ merētur puniens. Merent̄ enim ad nihilū redigi: qui tn̄ conſeruantur in eſſe naturæ: vt dicere valeant illud Thren̄. iij. Miſericordiæ eius ꝙ non ſumus conſumpti. Ab ampliori autē & maiori potētia, dignitas maior eſt & denominatio. Ergo a ſumma & maiori dignitate debet dici beata maria regina miſericordiæ q̄ gloriæ, gratiæ, vel iuſtitiæ. Item ſcd̄o. Gl̄ia tm̄ eſt in cœlo: non in terra: nō in inferno: nō in purgatorio. Gratia eſt tantū in mundo nec quo ad oēs: quia nō in malis hoībus. Et in purgatorio quo ad oēs: non aūt quo ad infernū vel limbū puerorꝝ: vbi nulla gratia gratū faciēs. Sed mia etiam in cœlo. i.

Maria cōuenientius dr̄ regina miæ q̄ regia gl̄ię vel iuſtitiæ rō multiplex.

mira ſuauitas rigans corda.ſm illud.Dñe in cœlo miſericordia tua remunerãs.ſ.vltra condignũ.Eſt & in terra miſerias remouens pctõꝝ.Pſ.xxxij.Mĩa domini plena eſt terra:quia ipa plena eſt miſeria.Eſt & in purgatorio ꝑ ſuffragia.Vnde hanc poſtulant dicẽtes.Miſeremini mei miſeremini mei ſaltem vos amici mei.Iob.xix.Eſt in inferno & limbo ꝑ cõſeruationem ſui eſſe. Pſ.Nunquid obliuiſcet miſereri deus q̃ ad paruulos q gaudebunt viuere non purgati ab originali? Aut continebit in ira ſua.i.ſeuera cruciatione mĩas ſuas: qn ſ.non conſeruet eos in eſſe. Ergo maximum regnum eſt regnum miſericordiæ.Et ideo maxima regina dici debet regina miſericordiæ.Tertio ꝓbat ſic.Quicqd eſt ſuperiꝰ ſupiori eſt ſuperius inferiori.Sed mĩa dei eſt ſup oĩa opa eius . vt habet in Pſ.In opibus aũt dei includuntur grã,glĩa,& iuſtitia:& multa alia.Regnũ ergo mĩæ eſt ſuper omnia. ergo regina mĩæ determinat potentiam ſuper omnia.Sed illa proprie conuenit btẽ Mariæ.vt potentiſſima domina. vñ & verẽ regina mĩæ.Item cum ipſa ſit ſup patrimonium & ꝓprietatem filij ſui Ieſu chriſti regina. Proprietas autem filij ſui ẽ mĩa:vt patet in oratione ecclĩæ.Deus cui proprium eſt miſereri ſemp & parcere.Pater etiam eſt deus mĩarum & deꝰ totius conſolationis.ergo & ipſa ꝓprie regina mĩæ. Quarto cum dr̃ regina mĩæ.obliquus ille.ſ.mĩæ,aut conſtruitur trãſitiue aut intranſitiue.Si trãſitiue . vere & proprie dr̃ regina mĩæ:quia ipſa eſt cauſa totius miſericordiæ continens totã mĩam & reuelans omnem miſeriam.Hanc poſtulabat Dauid dicens.Pſ.lxxxiiij.Oſtende nobis domine mĩam tuam. Et ſubdit modum.Salutare tuum da nobis.i.Ieſum qui datus eſt nobis ex virgine Maria.Si cõſtruitur intranſitiue ſenſus eſt.Regina miſericordię.i.quæ eſt miſericordia ipſa.Qđ enim dr̃ in abſtracto de aliquo maxime commẽdatur. vt de iuſto ꝙ eſt ipſa iuſtitia.de miſericorde ꝙ eſt ipſa miſericordia.In huiꝰ figuram legit Heſter.ij.ꝙ Heſter regina quæ interpretatur humilis dicta eſt etiam Ediſſa:quæ interpretatur mĩa.Et Eſa.xvj.dicitur.Præparabit in mia ſolium eius. Solium eſt in loco proprio regni.ergo miſericordia eſt ꝓprius locus regni Chriſti.Sed illius regni dicitur rex & regina. ergo proprie beata maria eſt regina mĩæ. Quinto ſic probat. Dionyſius in lib.de diui.no.dicit. Regnum eſt omnis finis & ornatus & legis ordinis diſtributio ſed hæc omnia ꝓprie conueniunt mĩæ.ergo ei proprie cõuenit rõ regni. Finis diſtributio ſm iuſtitiam ẽ.qa exules facit reges . Ornatꝰ:qa deformiſſimos peccatores facit angelos pulcherrimos. Legis: quia dat charitatem.& pro illa regnum.Ordinis: quia viuꝰ ſuper angelos:homines ſuper cœlos.Habet ergo mĩa ꝓprietates regni.Proprie ergo ipſa eſt regnum.

Maria potiꝰ regĩa mĩæ q̃ impatrix.

Cuius regni potiſſime btã maria eſt regina.Proprie igitur dicit regina mĩæ. & magis q̃ imperatrix mĩæ.quia hoc nomen imperator eſt magis nomẽ timoris & rigoris.Regina autem eſt magis nomen ꝓuidẽtiæ & æquitatis.Vnde nec deus in ſcripturis dr̃ imperator ſed rex.Item magis dr̃ regina mĩæ q̃ regina reginarum:vl' domina dominarum:vel dea dearum.Hæc enim omnia important magis dignitatem & excellentiam reſpectu ſupiorum & inferioꝝ.Si enim diceretur dea dearum nõ videretur dea vel regina ſuper dæmones vel peccatores.Dr̃ em̃ conuenientius regina mĩæ q̃ potentiæ vel ſapiẽtiæ: qa in mĩa intelligitur potentia & ſapientia : ſed nõ cõuertitur. Miſericordia enim claudit in ſe illa tria,potentiam, & ſapiẽtiã,& iuſtitiam.Nec ẽt ita proprie diceret regina pacis & dilectionis:qa pax & dilectio nõ eſt vniuerſaliter in omnibꝰ regni ſui:quia non in malis.

## §.XIIII. VNDECIMVM PRIVILEGIVM

de priuilegio cõmunicationis paſſiõis quid iportat.

eſt ꝙ fuit ei paſſio Chriſti cõicata.Vñ Symeon Lu.ij.Tuam ipſius animã ꝑtrãſibit gladius.ſiue paſſionis vt cõiter exponit.Vñ & Damaſce.dicit ꝙ dolores partus fuerant ei reſeruati in paſſione filij.Vel gladius verbi dei.i.fides fixa in corde de crucifixo filio ꝙ deus erat.Omes alij & aliæ amiſerunt tunc fidem de ſua diuinitate:qm̃ omnes diſcipuli tunc fugerunt eo relicto.non ſolum corpore ſed & fide.Et ipſa Maria Magdalena q̃ plus viſa eſt diligere etiam non credidit deũ. & ꝓpterea xp̃s reſurgens cum ei apparuit ait.Noli me tangere:qa nondum aſcendi ad patrem meum.Ioan.xxj.ſ.in corde tuo.i.nõ credis me eſſe æqualem prĩ. Pro huius maiori declaratione dicit Alb̃.vbi.ſ.ꝙ hoc priuilegium qđ dr̃ cõicatio paſſiõis duo importat.ſ.fidem crucifixi dei & hoĩs. Et per ſe paſſionem ex compaſſione patientis. Et fuit quadruplex diuerſitas reſpectu dominicæ paſſionis.Quidam enim nec habebant fidem Chriſti nec cõpaſſionem.ſicut infideles inſultantes,blaſphemantes,irridentes,& dæmones. Quidã habuerunt compaſſionem:ſed non fidem.ſ.ꝙ deus eſſet qui patiebat:ſicut apoſtoli quibus Chriſtus dixerat. Oẽs ſcãdalum patiemini in me nocte iſta &c.Mat.xxvj. Scandalũ eorum fuit:qa receſſerunt a fide ſuæ diuinitatis quã priꝰ cõfeſſi fuerant.Et mulieres illæ qbus ait.Filiæ Hierlm nolite flere ſup me &c.Lu.xxiij.Quidam habuerunt fidem vel cognitionem:ſed non compaſſionẽ:vt angeli & alij extra ſtatum vię poſiti.vt qui in limbo patrũ.& latro qui fidem quidẽ habuit ſuæ deitatis: ſed non cõpaſſionẽ per ſe.& hoc qa circundatꝰ ipſe ſua paſſione.

ſola btã maria habuit fidẽ in Chriſti paſſiõe.

Sola aũt btiſſima v̾go fuit quæ ſimul habuit fidem & cõpaſſionem crucifixi dei & hoĩs:& ex compaſſione patientis ꝑ ſe paſſionem.Et ſic ſola fuit cui datum eſt ꝑ priuilegium cõicatio paſſionis.Cui filius vt dare poſſet pręmium voluit cõicare meritũ paſſionis.& vt ipam faceret participem bñficij redemptionis quatenꝰ ſicut fuit adiutrix redẽptionis ꝑ compaſſionem:ita fieret mater oĩm per recreationem.Et ſicut totus mundus obligat deo per ſuam paſſionẽ:ita & dñę oĩm per eius compaſſionem.Vñ & glo. ſup illud Eſa.lxiij.Torcular calcaui ſolus: & de gẽtibus nõ eſt vir mecũ.Torcular.i.tormẽta paſſiõis.Et alia gloſ. Nec angelus nec archangelus nec alius cœleſtis ſpũs.Deniq; hũani gñis nullus gẽtilis vel iudæꝰ:ſolus repugnat & ſuperat. Sed notandum ꝙ dicit de gentibus nõ eſt vir mecum.excludit em̃ viros nõ mulieres.qa mulier illa btã maria q̃ ſtabat iuxta crucem:ſecum fuit ad patiendum ex compaſſiõe.Et ſicut dicimus de dño Ieſu ꝙ habuit ſummũ dolorẽ in paſſiõe & ſummum gaudium:dolorem qdẽ ſm ſenſitiuã: gaudiũ ſm intellectiuam:qa vt dicit Damaſce. Vnicuiq;. ſ.potẽtiæ ꝑmittebat agere queq; ꝓpria.Ita de matre dñi ꝙ tũc habuit ſummã ꝯpaſſionẽ & ꝯgratulationem.Compaſſionẽ qdem exiſtentem in natura ſimul & in rõne vt in natura.Congratulationem v̾o in rõne vt rõne.Et intelligat hæc verba vt in materia dñicæ paſſionis.Vel dicat ꝙ ſummum triſtabile in tali genere eſt accipere duplr̃.Vno mõ vt contrariũ ſumme appetitui . & ſic infert ſummum dolorem.Alio mõ ꝓut eſt via & mediũ ad ſummũ delectabile.& ſic infert ſummũ gaudiũ.Sic aĩa btẽ virginis apphendit mortem filij vt ſumme cõtrarium appetitui:& ſic ſummum ei intulit dolorem. Alio modo vt in remedium redemptiõis humani generis. Et ſic intulit ei maximum gaudiũ & delectationem. Et pñt hæc ſimul eſſe:quia vnum eſt materia ad alterum.Vel ſm alterum modum via in alterũ via eſt in ipm.Et ꝙ fuerit in ea ſummꝰ dolor ꝓbat ſic.Omnis em̃ dolor ex amore creatur. Eſt autem triplex amor.ſ.naturalis,acqſitꝰ,& gratuitus.Naturalis fuit in ſummo:quia quanto natura nobilior: tãto habet nobiliores affectiões & operationes.Ipſa autem habuit naturam nobiliſſimam vnde & amorem naturalem ſumme.Item amor acquiſitꝰ fuit in ea ĩ ſummo.Nam oẽs cauſæ accidentales quæ inducunt matrem ad diligendum filiũ fuerunt in ea in ſummo. Nunq̃ em̃ filius aliqs tm̃ dilexit matrem:tm̃ honorauit: tm̃ ꝓ ea ſuſtinuit: tantum ei dedit ſicut Chriſtus ꝓ matre.& ſic de alijs cauſis accidentalibus amoris acqſiti.Ergo in ea amor fuit ĩ ſummo . Item amor gratuitꝰ. Nunq̃ enim aliquis habuit tantam charitatem ad filium ſicut ipſa ad Ieſum:ergo & hic in ſummo.Si ergo hi tres habitus amoris.ſ.naturalis,acquiſiti,& gratuiti eliciãt vnũ actũ amoris:erit ille in ſummo.Illa ergo erit dilectio intẽſiſſima. Et dolor ex amore hmõi erit intenſiſſimus:ſicut enim ſumme diligit vitam in dilecto: ita & ſumme dolet de morte dilecti.Summum ergo dolorem habuit in paſſione Chriſti. Et quia ſumme diligebat deum & ꝓximum: & ꝑ paſſionẽ ſperabat honor dei:& ſumma ſalus ꝓximi ſequebat:inde habebat ſummum gaudium.

## §.XV. DVODECIMVM PRIVILEGIVM

Maria exaltata eſt ſup oẽm purã creaturam.

& vltimum eſt:ꝙ eſt exaltata ſup omnem puram creaturã ĩ q̃rta hierarchia.Sic em̃ canit ecclĩa.Exaltata es ſctã dei genitrix ſup choros angelorum.Quod ſic probat Albertꝰ.Omnes chori angelorum ſunt de aliqua hierarchia.Sed ipſa exaltata eſt ſup choros angelorũ:ergo ipa eſt ſup oẽm hierarchiam.



chiã.Sec'a rõ.Plus diſtat btã v̾go a ſeraphin in dignitate & gloria q̃ ſeraphin a cherubin.Sed ꝑ excellentiam dignitatis ordinat ſeraphin ſup cherubin vno ordine.ergo & btã maria erit ſup ſeraphin vno ordine,ergo ſuper hierarchiam angeloꝝ.Itẽ plꝰ improportionabilr̃ differt dñs a ſeruo q̃ ſeruꝰ a ſeruo.Omnes angeli ſunt adminiſtratorij ſpũs.i.ſerui dicit apl's ad Heb.i.Beata maria eſt dña angeloꝝ.Seraphin ergo ſe habet ad cherubin vt ſeruus ad ſeruum:beata maria vt domina ad ſeruos.Ergo improportionabilr̃ eſt ſup ſeraphĩ qui eſt vltimus ordo in ſuprema hierarchia.vnde ſup oẽm hierarchiam exaltata.Tertio ſtatus gloriæ eſt eleuatus ſuper ſtatum innocentiæ.ergo in corporibus & animabus.Sed ſi homo non peccaſſet:aliquis aſſumptꝰ fuiſſet ad ordinem ſeraphin.Nam cum ex hominibus eſſent reparandę ruinæ angelorum & ſm aliquos doctores(quos ſequi videtur beatꝰ Tho.)ceciderit ex omni ordine aliqui.vnde de ſeraphin de quo dicitur fuiſſe Lucifer.ergo aliquis mõ debet eleuari ſup ſeraphin.& hæc eſt beata maria.Vnde in figurã dr̃. iij.Reg.ij.ꝙ poſitus eſt thronus matris iuxta thronum regis . Conſtat aũt ꝙ thronus veri Salomonis.ſ.Chriſti eſt improportionabilr̃ ſup ſeraphin.ergo & thronus matris.Et ad hoc faciunt autoritates ſanctorum.Hinc beatus Aug.De te o v̾go maria quid dicam pauper ingenio:cum quicqd dixero minor laus eſt q̃ tua dignitas mereat.Si cœlum appellẽ: altior es. ſi matrem gentium dicã:excedis.ſi formam dei appellẽ: digna exiſtis:ſi dñam ãgeloꝝ vocẽ:ꝑ omnia comprobaris. Si dña angelorum eſt:ergo ſup omnes angelos exaltata.Itẽ b.Hiero.in ſermone de Aſſumptione.Hæc eſt dies pulchra in qua meruit exaltari ſuper choros angelorum & peruenire vltra q̃ humanitatis noſtræ licitũ ſit naturæ.Vbi nõ ſubſtantia tollitur:ſed gloriæ magnitudo demonſtratur. Vbi Chriſtus pro nobis introiuit pontifex in æternum.Idẽ.Hęc eſt dies in qua vſq; ad throni celſitudinem mater & v̾go ꝓceſſit atq; in regni ſolio ſublimata poſt Chriſtum glĩoſa reſedit.Beata itaq; non temere ſup choros angelorum exaltata deuotiſſime prædicatur : & credit ꝙ ſaluator omnium ꝑ ſe quantum datur intelligi totus feſtiuus occurrerit:& cum gaudio eam ſecum ĩ throno collocauerit.Item ſicut ĩ corporalibꝰ:ita in ſpũalibus nihil eſt vacuum.Sed inter deum & creaturam medium eſt creatura vnita deo.Similiter inter eẽ creaturam puram & eſſe creaturam vnitam:mediũ eſt creatura de qua ſumit qđ naſcit & vnit.Et hæc eſt ergo ĩter creaturas & filium medium.ſ.btã maria.Ergo ei debet medius ſtatus.vnde & ſup oẽs angelos.Chriſtus etiam dicit ꝓ regula.Qui ſe humiliat exaltabit.Matth.xxiij.Et quanto quis ſe magis humiliat:magis a deo exaltabit.ſaltem ĩ regno btõ. Propter quod dicit ſapiens.Quanto maior es:tãto te magis humilia in omnibus & inuenies gratiam. Vñ Chriſtus qui ſe ſup oẽs humiliauit ſeipm̃ vſq; ad mortẽ crucis ĩmo & deſcendẽdo ad inferiores partes terrę.ꝓpter quod & deus exaltauit illum.& donauit illi nomẽ quod eſt ſup omne nomẽ. Sed poſt eũ btã Maria ſuper oẽs humilis fuit:& ideo debuit ſup oẽs exaltari.Vnde ipa ait. Quaſi cedrus exaltata ſum in libano:quæ arbor altior eſt omnibus.Sed quia de hmõi exaltatione plenius dr̃ in ſermone de Aſſumptione . ideo alia dimittunt.

Maria dr̃ plena grã q̃druplici rõne.

Ex dictis patet quõ btã maria fuit plena grã quadrupliciter.Primo quia omnes gratias generales & ſpeciales omnium creaturarum habuit in ſummõ. Secundo quia illas gratias habuit a quibus omnis creatura vacua fuit.Tertio quia ſua gratia tanta fuit ꝙ pura creatura maioris gratiæ capax nõ fuit.Quarto quia etiam gratiam increatam . id eſt deum in ſe totam continuit.Et ſic per omnem modum gratia plena fuit.

¶Dñs deus fuit cũ Maria quinq; modis. Ca. XXI.

deꝰ dr̃ eẽ ĩ oĩbꝰ rebus creatis triplr̃

DOMINVS TECVM.DOMINVS ſ.deus.Vbi primo ſciẽdũ ꝙ ſm magiſtrum ſñiarum:deus dicit eſſe in omnibus rebus creatis triplr̃.ſ.per eſſentiam,præſentiam:& potẽtiam.Et in ſanctis ſuis quarto modo .ſ. per inhabitantem gratiam vel hic inchoatã vel in futuro cõſummatã. Oĩbus his modis erat dñs deus in btã Maria perfectius q̃ in cæteris omnibus.Dicitur enim deus eſſe in creaturis per eſſentiam inquantum per ſuum continuum influxum cõſeruat creata in eſſe. vñ Grego.Oĩa in nihilum redirent niſi ea manus oĩpotentis ſuſtentaret.Et ſic exponit Chryſ.illud Ioã.i.Sine ipſo. ſ. gubernãte factum eſt nihil.i.qđ factum eſt nihil eſt.Quãto autem aliqua creatura vel in ſpecie vel in indiuiduo habet perfectius eſſe tãto magis poteſt aliquo modo dici deus ibi magis ineſſe per eſſentiam:vñ magis in hoĩe q̃ in brutis.Et qa btẽ mariæ dedit nobiliſſimum eſſe: qa optime formata & complexionata ſup omnes. ideo dñs tecum. Per præſentiam dicit deus in omnibus eſſe:qa nouit omnia ĩtima creaturæ.Omnia nuda & apta ſunt oculis eiꝰ.Heb.iiij.Sed ĩ btã virgine fuit per p̃ſentiam:non ſolum qa ipſe vidit oĩa ſecreta eius affectus & cogitatus oculo cognitionis : ſed & oculo approbationis omnes actus eius interiores & exteriores vt ſanctiſſimos approbauit.Per potentiam dr̃ eſſe in rebus:qa omibus dat virtutem operandi.Vñ Io.xv.Sine me nihil poteſtis facere.Et quia virtutem dedit operandi beatæ mariæ ꝑfectius q̃ alteri puræ creaturæ.ideo & ꝑfectiꝰ q̃ in alijs dominus tecum:Per gratiam eſt in ſanctis.i.Ioan.iiij.Qui manet in charitate in deo manet & deus in eo. Sed certe nullus põt æquari beatæ mariæ in charitate. Cañ.i.Introduxit me rex in cellam vinariam.ſ.gratiæ ſuæ abundantiſſimæ:& ordinauit in me charitatem. Sed vltra dictos modos eſſendi fuit modo inaudito a ſęculis ſtupendiſſimo.ſ.per præſentiã corporalem quando verbum caro factum eſt. & de qua niſi de virgine maria ait bea.Berñ.Et ſecundum hoc exponitur dominus tecum.ſ.cito erit incarnandus.Si dicatur ꝙ ſecũdũ philoſophũ.ſermones inquirendi & faciendi ſunt ſm materiam q̃ tractat.Vñ in materia amoris non debet poni nomẽ timoris ſm illud Malach.i. Si ego dñs vbi eſt timor meus. Cum ergo tractaret materia ſummi amoris.ſ.incarnatio filij dei:nõ videtur ꝙ debuerit dicere dominus tecum:ſed potius pax vobis vel tecum:ſicut & filius eius ſalutabat q̃s diligebat.

dñs tecũ dixit angelꝰ ad mariã quare.

Sed hoc non obſtante dicit Alber.vbi.ſ. ꝙ in iſta ſalutatione in eo quod dr̃ dominus tecũ.duo intendunt. Vnũ vt perſona mittentis proprie exprimatur.Alterum vt liberum arbitrium beatiſſime virginis ad credẽdum & aſſentiẽdum inclinetur.Illa autem duo perfectiſſime & ꝓprijſſime exprimit hoc nomen dominus:qđ a potentia imponit.ſ.a dominando.Vñ bea.Amb.ꝙ dominus nomen eſt potẽtiæ: & quando abſolute dr̃ ſoli deo appropriatur. Alij vero dñi dicuntur reſpectu ſerui illius vel illius ſeu alicuiꝰ loci determinati.Ipſe abſolute dr̃ dñs:qa eſt dñs oĩm. Heſter.iij. Dñs vniuerſorum tu es:quod ſolius dei trinitatis eſt proprium qui eſt perſona mittens in hac ſalutatiõe.Et ſic perſona mittens proprie nominat.Per idem autem & liberum arbitriũ beatiſſimæ virginis inclinat:quia ad conſentiendum in mirabilia maxime diſponit fides de omnipotẽtia: qa credit & aduertit deum omnia facere poſſe. Acquieſcit ipm̃ poſſe & naturas mutare & naturis imperare.Vnde cum hoc omniũ nouorum nouiſſimum nunciet btẽ virgini.ad credendũ cõgruentiſſime ponitur hoc nomen dominus:quod abſolute poſitũ eſt oĩpotentiæ demonſtratiuũ.Quia vero liberꝝ arbitrium btẽ virginis etiam per ſe erat facile ad credendum paratum:non indiguit exprimi cum inſinuatione oĩpotẽtiæ vt diceretur dñs oĩpotens.Vl' cũ terrore vt dñs exercituum. Sed ſufficit leuis eius annuntiatio : & quaſi obſcura exp̃ſſio potentiæ qualis per hoc nomen dñs importatur. Dicit ergo dñs tecum.q̃ſi dicat ei aperte.Nihil credas tibi impoſſibile quæ ſcis te dñm in ſocium habere. Sed dic confidenter omnia poſſum in eo qui mecum eſt.Si em̃ aliqui duo vnũ officium debeant operari:quid impedit ſi vnus eſt debilis:cum alter ſit adeo fortis vt per ſe effectum illum poſſit inducere iſto etiam non iuuante.Et ex his patet reſponſio ad obiectũ ſ.quia dominus hic ponitur ad notandum potentiam faciẽdi non timorem vel tremorem.

## §.I. SECVNDO SCIENDVM QVOD

cum dominus tecum dicit,aſſociatio denotetur. Aſſociatio autem cum ſit in aliquo ſm Albertum.notari hic poteſt triplex aſſociatio quæ reperitur in rebus & domini cum beata maria in myſterio vitæ:videlicet.

De triplici aſſociatione.

¶Aſſociatio in eſſendo.
¶Aſſociatio in patiendo.
¶Aſſociatio in agendo.

Aſſociatio in eſſendo duplex eſſe poteſt.ſ.abſolute & reſpectiue.Si abſolute.eſt hæc in ſubſtãtiali quali & quanto.

Aſſociatio in ſubſtātiali eſt idētitas. In quali eſt ſimilitudo. In quanto eſt æqualitas. Fuit ergo aſſociatio dñi & btē Mariæ in ſubſtantiali eſſe: vna ſcilicet humanitate: qa verus homo de hoīe .i. virgine vera. Vnde in Geñ. Caro enim & frater noſter eſt. ad Phil'. ij. Habitu inuentus vt homo. Fuit etiā ſimilitudo in voluntate: quia nihil volebat niſi quod deus vellet. Fuit æqualitas quoq; potentiæ in genere. Ipſa em̄ regina eius regni: cuius ipſe eſt rex. vñ de ea canit̄. Aue regina cœlorum. Vel inter ipſos .ſ. beatam virginem & dominum filiū poteſt notari idētitas in natura. Similitudo in forma & figura. Equalitas in virtute naturali vel in potentia. Si autē eſt cōmunio ſeu aſſociatio in eſſe reſpectiue: hoc eſt vel duorū adinuicē. & hæc eſt in ſummo inter dñm filium & matrē qa hæc mater & hic filius eius. Aut hæc communio vel aſſociatio eſt duorum ad vnū & hæc triplex eſt: qa vel ſm̄ tēp⁹: vel ſm̄ locū vel ſm̄ ſitum & habitum. Aſſociatio dñi & btē Mariæ ſm̄ tempus reperit̄ triplex. Fuit enim tempus ꝓpriæ humiliationis: & in hoc tempore fuit dñs fili⁹ cum mr̄e ſua: vt in tp̄e purificationis qñ obtulit filium in templo. Luc. ij. Nam in illo humiliauit ſe mater in ſacrificio purificationis quæ non egebat ea cum eſſet ſumme pura non ex hoīe cōcipiens. Humiliauit ſe filius cum ea in tēplo oblatus & redēptus pecunia. Fuit & tempus ꝑſecutionis in paſſione .ſ. ī qua aſſociata eſt ei: qa ſtabat iuxta crucem mater eius. Ioan. xix. Fuit tertio tp̄s conſolationis vt in reſurrectione. in qua primo (vt ait be. Amb̄.) apparuit ſibi. Et ideo non acceſſit cum mulieribus ad monumētum quæ in morte eum detineri putabant qa vt ait bea. Berñ. Certe expectabat eum reſurgentē videre & inde conſolari. In his ergo tp̄ibus dominus ſecū.

Aſſociatio dñi cū btā maria fuit triplex.

Quantum ad aſſociationem in loco. Sciendum ꝙ triplex cōſideratur locus: qa alius naturalis: alius pœnalis: alius dignitatis. In his omnib⁹ dñs ſecum. Naturalis quidem locus fuit vterus virginis in quo fuit filius menſibus nouem. Matth. .i. Inuenta eſt in vtero habens .ſ. Ieſum. Locus pœnalis fuit exilium quando .ſ. propter timorem Herodis ne occideret filiū paruulum: ſicut tot milia innocentum vt perueniret ad ipſum: fugit cum filio in Egyptum ibi exulās per ſeptenniū: iuxta id quod p̄dixerat Hiere. Ecce aſcēdet dñs in Egyptum ſup nubem leuem .ſ. virginem quæ onera coniugij ignorauit ac etiam pōdera pc̄tī. Locus dignitatis eſt cœlum empyreum de quo canit eccleſia. Aſcendit Chriſtus in cœlum & preparauit ſuæ caſtiſſimę matri locum in quo poſt ip̄m glorioſa reſedit ſup omnes exaltata. In omnib⁹ his locis fuit ſecum. Fuit tertio ſm̄ ſitum cū ea oī modo. Nam in vtero manens cum iacēte iacebat cū ſedēte ſedebat: cū ſtāte ſtabat. Secūdū habitū ēt fuit: cū ip̄a beatiſſima maria eadem carne induit deū qua ipſa erat induta. iuxta illud ad Phil'. ij. Habitu inuentus vt homo. Et Pſ̄. xcij. Dñs regnauit decorē indutus eſt indutus eſt dominus fortitudinem .ſ. humanitatem decoratiſſimam & potentiſſimam ad expugnandos hoſtes: quā veſtem fecit ei mater ſua. Secunda aſſociatio cum domino filio fuit in patiendo. Eſt autem triplex compaſſio ſeu ſociatio in patiendo naturalis vt mater filio. Vñ Agar ancilla videns filium ſuum Hiſmaelem ſiti mori: ex compaſſione q̄ſi non valens eum videre mori: dimiſit eum. Sed dñs ꝓuidit. Beatiſſima maria ait Threñ. .i. Attendite omnes qui trāſitis per viam ſi eſt dolor ſicut dolor meus: ex compaſſione ad filium in cruce pendentem. Sed & ipſe filius compatiēs matri quam ſciebat ſumme dolere: ait matri ſuæ. Ecce fili⁹ tu⁹: Secunda eſt paſſio accidentalis vt compatitur ſeruus domino: ſicut compatiebantur ſerui Dauid cum filius perſequebatur eum: exeuntes ciuitatem cum eo lugentes. Et ſic beata maria compaſſa eſt filio: vt fideliſſima ancilla domnino cū ſequebat̄ eū in prædicatis in quib⁹ calumniabat̄. ſubſannabatur: & maledicebat̄. Tertia eſt paſſio eſſentialis vt mēbrum delicatiſſimum ſuo mēbro cōpatiat̄. .j. Cor. xij. Si patit̄ vnum membrum cōpatiunt̄ omnia membra. Et p̄cipue capite lāguente omnia mēbra dolēt. Et qa filius ei⁹ erat pars eius & membrum p̄cipuū ſpūale ei⁹ cū ipſe ſit caput eccl'iæ. Ideo & ipſa cū eo paſſa eſt. Luc. ij. ait Symeon. Tuam ipſius animam ptranſibit gladius. Et in his oībus fuit conſociatio eius in patiendo. In agendo tria ſunt genera hominum quæ ſibi cōmunicant in agendo .ſ. contrahentes generātes & adiuuātes. Et ip̄a beatiſſima v̄go cōmunicauit cū dño & aſſociauit ſe in contractu matrimonij hoīs & dei. Pſ̄. xviij. Et ipſe tanq̄ ſponſus eccl'iæ ꝓcedens de thalamo ſuo .ſ. vteri virginalis. A ſummo cœlo egreſſio eius. Aſſociauit ſe in gñatione filij: ſpūs em̄ ſanctus ſuperuenit in ea: vt de puriſſimis ſanguinibus eius formaret corpus filij cum dixit. Ecce ancilla domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. In adiutoriū generis humani ſaluandi. in cuius figuram dixit dominus Geneſ. ij. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum. Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Et formauit Euam quæ dicta eſt mater omnium viuentium. Sed magis proprie potuiſſet dici mater mortuorum: quia filios ſuos ipſa occidit. Sed btiſſima maria vere mater eſt ſpūalr̄ viuentium. Et ſic beata maria communicauit domino in omni eo quo cōtingit aliq̄d alicui communicare. Et ideo in omni modo. Domin⁹ tecū. Dominus omnium per creationem generaliter. Dominus hoīm per recreationem ſp̄aliter. Dñs tuus per immediatam ſuppoſitionem Chriſti hominis ꝑ vnionem. Tecum ergo dñs ꝑ eſſentiam: præſentiam: potētiā per inhabitantem gratiam & corporalem præſentiam.

tria gña hoīm ſūt ī agēdo cōicantia.

## §. II. DOMINVS TECVM. DOMINVS

pater (inquit Athanaſius in ſymbolo) dñs filius dñs ſpūſſanctus. Et tñ non tres dñi: ſed vnus eſt dñs. Tota em̄ trinitas .ſ. pater & filius & ſpūſſanctus operata eſt myſterium incarnationis .ſ. formando illud corpus ex virgine: animam chriſti ſubito creando ex nihilo: & vnionē illam humanitatis ſuæ cum deitate efficiendo & gratiā & ſapientiam quaſi infinitā ei infundendo. Inſeparabilia enim ſunt opera trinitatis. de conſe. diſt. iiij. omnes .ſ. ab extra: licet ſolus filius non pr̄ nō ſpūſſanctus vnitus ſit noſtrę humanitati in vna perſona. Et ponit Anſel. exemplum de vna veſte quam facerent in ſcindendo: ſuendo tres ꝑſonæ: & tñ vna ſola ex illis illa veſte ſe induit. In cuius figuram legitur Ionæ. iij. ꝙ rex Niniue deſcēdit de ſolio & indutus eſt ſacco ad placandum iram dei contra Niniuem .i. mundum ſubuertendum ꝓpter ſcelera ſua. Sic dei filius rex regum deſcēdit de cœleſti ſolio: & indutus eſt ſacco noſtræ mortalitatis in quo erat theſaur⁹ ſanguinis eius: cuius precio mundus periturus recōciliatus eſt deo. Hic & bea. Berñ. ſup Miſſus eſt. Pater inquit tecū qui filiū ſuum facit & tuum. Filius tecum qui ad condendum in te mirabile ſacr̄m: miro modo & ſibi fecerat ſacrarium. & tibi ſeruat genitale ſignaculum. Spūſſanct⁹ tecum qui cum pr̄e & filio tuum ſc̄tificat vterꝫ. Et qa patri attribuit̄ potētia: filio ſapiā: ſpūſc̄tō bonitas & beneuolentia. Ideo primo.

¶ Dñs pr̄ tecum exercens ſummā potentiā.
¶ Dñs filius tecum oñdens eximiam ſapientiam.
¶ Dñs ſpūſc̄tūs tecum exhibens nimiā bñuolentiam.

Tota trinitas cū maria fuit.

Quantū ad primū qa patri attribuit̄ potētia: & hoc opus incarnationis fuit ſummæ omnipotentiæ. Ideo dico patrē exercuiſſe ſummam potentiam. Fecit īquit ipſa beatiſſima maria mihi magna qui potens eſt. Coniuncta quippe ſunt ī hoc ope tria maxime diſtantia .ſ. deus & limus. vt ait beatus Berñ. id eſt homo q. de limo ſm̄ corpus factus eſt. Mater & virgo: quæ cōiter ſunt contraria ſimul poſita. Paries quidē filium & virginitatis non patietis detrimentum. cantat̄ de beatiſſima maria. Fides eſt cor humanum. Cor humanum cōmuniter nō aſſentit .i. intellectus: niſi his quæ rōne probātur. Sed ſupra omnem rōnem hoc eſt. ꝙ deus fact⁹ eſt homo ex virgine natus: & tñ totus mundus hoc myſterium credidit & confeſſus eſt. Et vt dicit bea. Aug. In his quæ ſupernaturaliter & miraculoſe fiunt tota ratio facti eſt potentia facientis. Nam ratio deficit: mens non capit humana tantum myſterium. Vñ ſapientiſſimus Salomon Prouer. penul. ſic ait. Tria ſunt mihi difficilia ad cognoſcendū: & quartum penitus ignoro .ſ. viam aqlę in cœlo: viā nauis in medio maris: viam colubri ſup terram: & viā viri in adoleſcentia ſua. ſm̄ Hebræos vt dicit Nicol'. de Lyra. Vbi nota quatuor myſteria magne potentiæ & difficilia ad intelligendū. Via aqlę in cœlo eſt aſcenſio xp̄i in cœlum: qui ſua virtute aſcēdit. Via nauis in mari fuit operatio chriſti in paſſiōe in qua ſumme dolebat ſecūdum ſenſitiuam: & ſumme gaudebat ſm̄ intellectiuā. Via colubri ſup terram fuit reſurrectio eius de ſepulcro. Ipſe enim aſſimilauit ſe ſerpenti dicēs Ioan. iij. Sicut Moyſes exaltauit ſerpētem in deſerto &c. Quartum autem quod dicit ſe penitus ignorare eſt via viri .i. quō Chriſtus ꝑfectus. & ideo vir oī virtute fuit in adoleſcētia .i. in virgine Maria.

De q̄tuor myſterijs ad intelligēdum difficilibus.



Maria. Dñs filius tecū. oſtendens ſuā ſapientiā in hoc myſterio. Pſ̄. ciij. Oīa in ſapientia feciſti. Cum em̄ ipſe ſit ſapiētia patris. .j. Cor. ij. Chriſtum dei virtutem & dei ſapientiam: nō niſi ſapientiſſime opus ꝓpriū ſuæ ꝑſonę ageret. Et quia ſapientis eſt ordinare ſm̄ Ph̄m ordinē ſummū ſeruauit in iſta ſua incarnatione ex virgine. Venit em̄ vt medicus ad curandū infirmitatē noſtram. Tolle morbos: tolle vulnera: nulla cauſa veniendi medico. ait Aug. ſic em̄ Chriſtus ait. Non eſt opus valentibus medico: ſed male habentibus. Sapiētis aūt medici eſt dare medicinā tp̄e quo ꝓſit infirmo. Vnde nō immediate poſt infirmitatē contractam per pc̄tm̄ incarnatiōis medicinā exhibuit qa min⁹ fuiſſet vtilis. Putaſſet em̄ homo ꝙ infirmitas ſua leuis fuiſſet: & ideo cito curata. vñ & minus gratus deo fuiſſet tanti bñficij: & ex ip̄a tam celeri ſanatione recidiuū paſſus eſſet. Non em̄ tp̄e legis naturalis vel etiā legis Moſaicæ venit vt cōuinceretur ſuperbus homo q multum ꝓnus eſt attribuere bona virtuti ſuæ non dei. Primo de ignorantia & poſtea etiam de impotentia. Nam tempore legis naturæ in tantam cæcitatem lapſus eſt homo: vt elementa & creaturas adoraret ꝓ deo oībus pene idolatriæ deditis: excæpta familia Abraæ. & de pc̄tis nefandis Sodomiæ non facerent ſibi conſcientiam: vt patet in Sodomitis. Geñ. xix. Tantæ igitur ignorantiæ prouidens deus legē populo ſuo valde multiplicato per Moyſen dedit: vt de veri dei cultu inſtrueretur & de peccatis vitandis. Sed qa lex illa adiutorium non præſtabat ad implendum qd' videbat: ſed tantū docebat agenda. Ideo nullus plene eam ſeruare poterat ex virtute ſua. propter qd' conuictus homo de ſua ingnorantia & debilitate coactus eſt clamare & poſtulare aduentum medici: q talem medicinam inſtitueret ſeu componeret: q̄ adiuuaret implere qd' præciperet. Et hæc ſunt ſacramenta habētia virtutem ex paſſione Chriſti quæ medicinæ dicuntur contentiuæ gratiæ Aug. ſuper Ioannem. Quantum eſt in medico ſanare venit egrotum .i. hominē quēlibet: ip̄e ſe interimit: qui præcæpta medici ſeruare non vult. Non autem differre voluit iſtum aduentum ſuū vſq; in finē: ne homo diu expectās & poſtulans remedium cōtra ſuā infirmitatē demū deſperaſſet de ſua ſalute. Et qa paucis ꝓfeciſſet .ſ. tantum illis q in fine fuiſſent reperti. Hæc diffuſe be. Tho. in. iij. par. q. .i. Ad ſapientiam etiā medici pertinet nō ſolū tēpus congruū ſeruare: ſed & modum .i. per conuenientia remedia Contraria em̄ contrarijs curantur. Infirmitates ex frigiditate ꝓuenientes ꝑ calida. Infirmitas in noīe cōtracta erat ex tumore ſuperbiæ. Et ideo ſapientia dei patris curare eā voluit per humilia contraria ſuperbiæ. Vñ Ap'ls ad Phil'. ij. Cum in forma dei eſſet .i. verus deus ſemetip̄m exinaniuit .ſ. formam ſerui accipiēs humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortē mortem autē crucis. Et iſtam humiliationem inchoauit in vtero matris: quia in prima ſui ſubita formatione inuent⁹ eſt minor omnibus paruulis. Aug. Erubeſcat homo fieri ſuperb⁹ poſtq̄ humiliatus eſt dñs. Talem & matrem elegit beatā Mariam quam ex omnibus humillimam cognouit. Et eius humilitas traxit eum de cœlo: vt ait Berñ. Immo ipſa dicens. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Et hoc eſt qd' dicit̄ Canti. .j. Cum eſſet rex dñs omnium in accubitu ſuo: id eſt in reqe ſua: quaſi dormire videretur & nō curare de ſalute humana: omnes enim ad inferos deſcendebant: nardus mea dedit odorem ſuum. Nard⁹ eſt herba parua: ſed multum medicinalis. Et ſignificat beatam virginem humilem quæ ꝑmaxime dedit odorem ſuę humilitatis quando totam ſe deo committens & ſubijciens ait. Ecce ancilla dñi &c. Qui odor vſq; ad cœlum aſcendit: & in cœlo accumbentem quaſi euigilare fecit & in vtero ſuo quieſcere. Et ſic dñs tecum .ſ. erit in te quieſcens. Spūſſanctus tecum: beneuolentiā ſummam exhibēs. Spūſſanctus ſuperueniet in te. Luc. .j. excitās dilectionem tuā in maiorem feruorem. Neceſſe em̄ erat (ait beatus Berñ.) nō modico amoris incendio præueniri: quæ mox concæptura erat dei filium. Hæc ille. Et ex hoc etiam mundo oſtendetur dei amor & beneuolentia. Sic em̄ deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum daret. Io. iij. Vt eſſet etiam vnigenitus matris Mariæ Aug. Quæ maior cā veniendi deo niſi vt oſtēderet nobis dilectionē ſuā: vt ſi amare pigebat: remeare non pigeat. Vñ & ip̄e dicebat ꝑ Hieremiā. xxxj. In charitate ꝑpetua dilexi te: ꝓpterea attraxi te miſerās .i. traxi te ad me ſuſcipiens mortalitatē tuā. Amor aūt & beneuolētia attribuit̄ ſpūiſancto. ꝓpter qd' dicit. b. Grego. Ipſe ſpūſſanctus amor eſt. Et hæc eſt ratio quare dicitur Chriſtus concæptus de ſpū ſancto. Qd' em̄ in ea natū eſt .i. concæptum: de ſpūſc̄tō eſt. ait angelus Ioſeph de ſponſa ſua beata Maria. Matt. .i. Non quia de materia ſpūſſancti ſeu ſubſtantia eius facta ſit illa humanitas chriſti: ſeu ꝙ ſpūſſanctus ſolus operatus ſit incarnationem illam. Sed vt dicit Mag. ſen. in. iij. qa mere ex amore & liberalitate dei factum eſt vt de⁹ vniretur homini nō ex meritis noſtris. & amor dr̄ ſpūſſanctus. Et hoc eſt qd' ait ap'ls ad Titum. ij. Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri dei non ex operibus iuſtitiæ quę fecimus nos ſed ſm̄ ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit. Vnde & ſol materialis per zodiacū diſcurrēs ex ſigno leonis quando eſt perferuentiſſim⁹ calor eius ſuper terrā: intrat in ſignū virginis: ad innuendū ꝙ ſol iuſtitiæ deus noſter ex tp̄e veteris teſtamenti qñ deus vel leo rugiens erat deus vltionū puniens terribiliter peccatores: vt patet per exēpla in ſcripturis: ex feruentiſſimo amoris calore intrans in vterum virginis totus fact⁹ eſt benign⁹ & ſuauis & humanus. Vnde & fructus tunc matureſcunt & ſuaues fiunt. Concluditur ergo dominus tecum: pater & fili⁹ & ſpūſſanctus. Amen.

¶ Dñs deus fuit cū Maria ad corpus chriſti formandū & ad ꝓlem exaltandū: & ad ip̄am magnificandum. Cap. XXII.

## DOMINVS TECVM. DOMINVS

nomen eſt poteſtatis. ait be. Amb. Et quia dñs facturus erat in ea pertinentia ad maximā poteſtatē. ideo ait. Dominus tecū .ſ. erit. Magna potentia dei ſolius & ab hominibus honorat̄. Et Iob. v. dr̄. Facit ſcilicet deus magna & inſcrutabilia & mirabilia abſq; numero. Magnum fuit creare cœlum & terram ex nihilo. Magnum ī diluuio ſaluare in arca homines: & de omni genere animalium. Magnum liberare populum de Egypto tantis mirabilibus. Magnum conducere populum illum in tanto numero per deſertum. xl. annis de cœlo māna præſtito. Magnum omnes gentes cum regibus ſuis de terra ꝓmiſſionis ꝑ Ioſue exterminare. Et omiſſis alijs innumeris veteris teſtamenti exemplis: magnum fuit Chriſtum cæcos illuminare: dæmōnes effugare: infirmos ſanare mortuos ſuſcitare. Sed oīa iſta magnalia excedit myſterium incarnationis & infinitæ potētiæ: quod angelus nunciat dicens. Dominus tecum erit. Et hoc tripliciter.

Dñs eſt nomen ptātis.

¶ Dominus tecum ad te incarnandum.
¶ Dominus tecum ad prolem vitę exaltandum.
¶ Dominus tecum ad te magnificandum.

## §. I. DOMINVS TECVM ERIT CITO

ad carnem de te ſumendū. Ecce em̄ concipies & paries filiū qui vocabitur altiſſimi filius. Lucę. .j. Quod immediate fuit impletū cum virgo reſpondit. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm̄ verbum tuum. Tunc verbum caro factum eſt .i. hō de virgine Maria. Et vt dicit Leo papa in ſermone. Quod dixit Eſa. liij. Generationem eius quis enarrabit? non ſolum de generatione æterna ex patre hoc intelligitur: ſed etiā ex matre tp̄ali gñatione: & ꝑmaxime quō ſit vnitum verbum hoī: qa nullus viator capere poteſt. Sed aliqua dicemus ſolum quo ad concæptum illius corporis Ieſu ex virgine: quæ tñ nō ſūt prædicanda quo ad aliqua ꝓpter carnalem populū: qui pure neſcit iſta ꝯſiderare. Damaſce. ſic ait. Ex pr̄is bñplacito & cooperatiōe ſpūſc̄tī tribuit creatori creari: & plaſmatori plaſmari & filio dei & deo incarnari & humanari ex caſtis & nō coinquinatis eius carnibus & ſanguinibus. Pro horum declaratione dicit Alb̄. vbi .ſ. ſm̄ philoſophiam naturalem ad cōſeruationem indiuidui & ſaluationē ſpēi: ponunt̄ q̄tuor digeſtiones. Prima fit in ore: qd' ꝓbant ex eo ꝙ aliquā operationem & effectū pl⁹ habet res maſticata q̄ nō maſticata. Secunda fit a ſtomacho vbi ſegregat̄ ſubtile a groſſo: & cōſtat ꝙ adhuc neutrum eſt pars corpis. Tertia fit ex epate vbi fit vlterior ſegregatio puri ab impuro: & conſtat ꝙ adhuc neutrum eſt initiū corporis vel pars corporis. Quarta fit in mēbris vbi tranſmittitur magis purum. Et illud ad mēbra trāſmiſſum facit tria. Primum eſt ꝙ nutrit & ſaluat ſubſtātiam ſuſcipientis: reſtaurando deperditū cōtinuæ defectionis quę ex calore naturali eſt agente in ſuam materiam. Scd'm eſt ꝙ eandē ſubſtantiā etiā augmentat & deducit vſq; ad debitā

Quatuor ſūt digeſtiōes

quantitatem: ſi eſt circa. Tertiũ eſt ꝙ his duabus actionibus ſupfluum tranſmittit ad viã gñationis: & ſic ſemen eſt ſuperfluitas quartę digeſtionis. Modo queritur de illo ſuperfluo. Aut de illo tm̃ fit deciſio: vel non tm̃ de illo. Si tm̃ de illo: illud nunꝙ̃ fuit generantis: nec pars corpis: qa in fine quartę digeſtionis: primo vel cõuertitur in corpus ſi eſt neceſſariũ: vel tranſmittitur generatiue ſi eſt ſuperfluũ. Ergo ſi tm̃ de illo fit ꝓpagatio: non erit eſſentialis propagatio: quia nec aĩa de aĩa: nec corpus de corpe. Item nunꝙ̃ ſuperfluũ illud vnitum fuit maſſæ corruptę: ex cuius coniunctione contrahitur originale: ergo ille qui generatur non habebit originale. Itẽ ſm hoc nihil eſſet in Chriſto: quia ſm eſſe nunꝙ̃ fuiſſet Adã ergo non deſcendiſſet ab eo ſm corpulentam ſubſtantiã qđ eſt contra beatũ Aug. Item ſi dicatur ab ipſo Adam deſcendiſſe: non ꝙ aliquid ſui fuerit in eo ſm eſſe: ſed tm̃ ſm originem aĩæ vegetabilis & nutritiue: quæ eſt potentia in ſemine: ergo potius dicetur deſcendiſſe a prima planta vel a primo animali in quo primã originẽ habuit aĩa nutritiua & vegetabilis. Propterea cũ aĩa vegetabilis ſenſitiua vna ſit ſubſtantia cũ rõnali in hoĩe & illa nullam ab Adam habuit originem ſm aĩam vegetatiuam & nutritiuã nullo mõ dicetur, dñs deſcendiſſe ab Adam. Et ſi diceretur ꝙ in ſemine eſt virtus aĩę vegetabilis & nõ in aĩa. hoc nihil eſt. Virtus em̃ non eſt ſine ſubſtantia cuius eſt virtus. Vnde ergo facta fuerit iſta concæptio. Dicimus cũ Damaſce. ꝙ non tm̃ de ſanguine: & de ſanguinibus & carnibus beatiſſimæ virginis facta eſt. Et dicim⁹ ꝙ duplex eſt humiditas ſui ſanguinis in corpe. Vna nutrimentalis: quæ venit a cibo: & adhuc non eſt corpus vel pars corporis: ſed adhuc põt vel vniri vel pars fieri vel tranſmitti ad generationẽ alterius corporis. Pręter hãc eſt ibi humiditas ſubſtantialis quæ eſt actualiter in omnibus mẽbris & eſt pars eſſentialis corporis: vel generantibus coniuncta vel per nutrimentum in corpus conuerſa & illi vnita. Et ex his vtriſꝗ̃ fit deciſio vel ꝓpagatio. Et hoc eſt qđ ſubtiliter tangit pħs in li. de aĩa dicens ꝙ eſt generationis factiuum. Et hoc duobus modis. Vno modo quia ex ſuperfluitate in vltima digeſtione fit pars ſeminis & rei generatæ. Alio modo quia per alimentum ſuſcipiunt completam quantitatẽ: tunc & ſubſtantiatiuam vt nõ poſſit ex ipſis decidere eſſentialiorem & veriorem partem ſeminis rei generatę: alr̃ ſi nutrimẽtum eſſet tm̃ materia ſeminis & non effectiuum: nõ bene diceretur factiuum quod dicit potentiam actiuantẽ. Nunc aũt eſt nutrimentum & materia ſeminis quantum ad maiorem partem ipſius ſeminis: & eſt cauſa efficiens & conferens mẽbris complementum ad decidendum de ſe partem eſſentialiorem & veriorem. Et idem tangit Damaſce. dicẽdo in vno loco. ex ſanguinibus: & non ex ſanguine. Et in alio loco dicit expreſſe. ex puriſſimis ſanguinibus & carnibus. Et Io. j. dicitur in plurali. Qui non ex ſanguinibus in plurali: neꝗ̃ ex voluntate carnis in ſingulari. Item ſciendum ſm Alber. vbi ſ. ꝙ fuit iſta concæptio per modum generationis: non per modum creationis. Nec Damaſce. dicit creans. ꝗ̃uis Magiſter ſen. dicat hoc. Sed dicit Damaſce. ꝙ non ſeminaliter, ſed conditiue per ſpiritum ſanctum. Et alia tranſlatio habet creabiliter: quaſi diceret ꝗ̃uis non ſit pure creatio: eſt tamen ibi proprietas & ſimilitudo creationis: quia videlicet facta fuit ſubito & immediate a deo qui non indiget materia. Quãuis em̃ Damaſce. dicat ꝙ ſpirituſſanctus deſcendit in eam: dans ei virtutẽ ſuſcæptiuã ſimul & generatiuam: nõ eſt intelligendum ꝙ illa virtus beatæ Mariæ fuerit cã immediata illius concæptus: ſed cã mediata. Nõ em̃ a virtute creata potuit hoc eſſe immediate: ſed a virtute increata dei. quod ꝓbatur: qa coniungere ea quæ ſunt infinitę diſtantiæ: eſt potentiæ infinitæ. Eiuſdem aũt virtutis eſt operari concæptionem & vnionem: quia ſimul fuit in vno. Sed in iſta vnione ſunt deus & homo qui ſunt infinitæ diſtantiæ: ergo hoc fuit a virtute infinita. nec virtutis creatæ. Nulla em̃ creatura eſt infinita virtute. Signanter aũt dixit angelus. Ecce concipies in vtero: nec eſt ſupfluũ in vtero ponere: quia videtur ꝙ cõcæptus non fiat niſi in vtero: ꝗ̃uis em̃ vterus ſit locus cõcæptionis: tñ eſt differentia inter concipere in vtero: & concipere in vterum: qa oẽs mulieres concipiunt in vterũ: recipientes a viro ſemẽ in vterum. Sola aũt beata Maria concępit in vtero: non hoĩe ſed ſpũſancto in ea concæptum operãte. ſm illud Hiere. xxxj. Nouũ faciet dñs ſuper terrã. Femina circũdabit virum. quod ſm Dionyſ. eſt nouiſſimum oĩm nouitatũ. Item in ipſo concæptu non habuit beata Maria delectationem cum libidine: vt habent cõmuniter mulieres. Vnde angelus docens modum ait. Virtus altiſſimi obũbrabit tibi i. refrigeriũ præſtabit tibi in eo concæptu: vt calorem libidinis nõ ſentias ſicut vmbra refrigeriũ præſtat contra calorẽ. Habuit tamen ſummã delectationẽ ſpũalẽ & gaudium quale intelligi non poſſet a nobis. Sed & delectationẽ naturalẽ habuit tunc in ſummo. Nam concæptio iſta fuit ſimilis illi quæ fuiſſet in ſtatu innocentiæ quantũ ad immunitatẽ peccati & libidinis. Sed illa fuiſſet cũ maiori delectatione ꝗ̃ ſit mõ quæ eſt cum libidine: ergo & illa fuit cũ maxima delectatione naturali ſine aliquo pctõ. Item natura nobilior nobiliores habet operationes & delectationes. Sed natura nõ corrupta nobilior eſt natura corrupta vt nunc: ergo maior eſt & nobilior eius delectatio. Hmõi aũt fuit concæptus Mariæ quia non natura corrupta in ea: ergo &c. Stetit aũt in vtero virginis ſm. b. Aug. iiij. de trinitate menſibus nouẽ: & dieb⁹ ſex. Et ſi dicaẽ ꝙ videtur ꝙ dies. xlvj. ſteterit in vtero virginis vltra debitum. Et rõ eſt: quia in alijs pueris in iſto ſpatio dierum. ſ. quadraginta vel quadraginta ſex ſm alios paulatim pficitur & organizatur corpus paruuli in oĩbus liniamẽtis ſuis: & tunc formato aĩa de nihilo creata corpori infunditur. Sed corpus Ieſu in ſubito cum dixit. b. Maria. Fiat mihi ſm verbũ tuũ. in inſtanti fuit de puriſſimis ſanguinib⁹ virginis corpus pfectũ completũ & organizatũ: & aĩa tunc creata infuſa: & ſimul deitati vnita. Nõ tamen ſupfluxerunt illi dies in manendo in vtero virginis. Sed infra illos vt dicit Magi. ſen. in. iij. corpuſculũ illud puriſſimũ ſup oĩa corpora paruulorũ in vtero exiſtentiũ deuenit ad notabilẽ quantitatem & ſolitam cõmuniter. Et ſic fuit in vtero. cclxxvj. diebus. Hæ ſunt trigintanouem hebdomadæ, & duo dies. Et cõgruentiſſimũ & precioſiſſimũ tp̃s eſt quo ſm ordinem naturę non errantis neꝗ̃ deficientis partũ congruit eſſe in vtero poſt animæ infuſionem. Nec debuit dominus concipi perfectione corporali: quæ eſſet contra modum humanæ natiuitatis: ſed perfectione ſpũali. Primo autem homini Adę de terra terreno cõgruebat pfectio corporalis. Scđo vero Adæ cœleſti cõgruebat in illo ſuo principio pfectio ſpũalis quæ intelligitur p virũ dũ dr̃ in illa auctoritate. Fœmina circũdabit virũ. Cõcæpit ergo. b. Maria cũ ſumma ſpũs delectatiõe & etiã cũ ſumma delectatiõe naturali. Sed naturalis fuit ibi materialis: ſpũalis fuit formalis. ſicut ipſa cõcęptio fuit ſpũ ſancto operante tm̃: & natura opationẽ ſuſcipiente: Quãuis aũt poſt cõcęptionem matres habeãt grauedinẽ & laborẽ in portãdo prolẽ ĩ vtero (ꝓut dicit Tobias filio ſuo. To b. iiij.) btã tñ Maria nullã grauedinẽ ſenſit: quia concæpit ſm ſtatũ innocentiæ. i. ſine pctõ originali in ꝓle. Vñ ſicut in illo ſtatu innocentiæ nõ erat grauamen in matre portante fœtũ: ita nec btã Maria habuit grauamẽ. Sicut corpus ꝓpriũ nõ grauat ꝓprie: ſic naturalr̃ corp⁹ mr̃is & filij in vtero ei⁹ ꝗ̃ſi vnũ corpus naturalr̃ nõ grauat. Item ꝗ̃uis diſſolutio ſeu diuiſio cõtinui ſit dolor: hoc eſt qñ fit iſtud a principio extra agentẽ p violentiã qđ nõ fuit in virgine. Fuit etiã talis dolor part⁹ datus in pœnã matrib⁹ cõcipientib⁹ cũ libidine. Qđ qa nõ fuit in virgine: iõ vt canit eccleſia: Neſciens mr̃ v̾go virũ peperit ſine dolore ſaluatorẽ ſæculorũ. Propterea. b. Maria ante partum tm̃ reficiebaẽ ſm intellectũ & tactũ: intelligẽdo & ſentiendo in ſe hr̃e gaudiũ paradiſi dñm Ieſum: ſed poſt ptũ reficiebaẽ de eo ſm oẽm ſenſum & intellectum Videns puulũ quẽ nouerat deũ: audiens vagientẽ quaſi guſtans cum oſcularet adorans pſentẽ palpans & amplexãs. Et iõ auctũ eſt gaudiũ & delectatio in partu. Itẽ ꝗ̃uis corp⁹ groſſum nõ poſſit tranſire per aliud corpus niſi diuidẽdo: hoc eſt ſm naturã: tñ qa partus virginis Mariæ fuit miraculoſus ſicut concæpt⁹: iõ exiuit in mũdũ p portã clauſam vt ꝓphetauit Ezechiel. ſaluo ſignaculo virginali: v̾go ante partũ: & v̾go poſt partũ. Sola etiam virgo lactabat vbere de cœlo pleno: non per aliũ modũ qui accidit in matribus.

Vnde facta fuerit cõcæptio chriſti.

Cõcipe ĩ vtero: & cõcipere in vterum differũt

Quãto tẽpore chriſtus ſteterit in vtero Mariæ.

¶ Qđ dñs fuit cum beata virgine per exaltationem prolis.

## §. II. DOMINVS TECVM. SECVNDO

ad prolem de te exaltandum: qđ declarat exprimẽs ꝗ̃lis erat naſciturus ex ea. Vocabis inqt nomen ei⁹ Ieſum. erit em̃ magnus &c. Hoc nomen Ieſus quod ſm. b. Berñ. eſt mel in ore. melos in aure. iubilus in corde: fuit ab æterno prædeſtinatũ rem noĩs deũ pſtãdo. Rom. j. Qui. ſ. Ieſus fact⁹ eſt ei ex ſemine Dauid ſm carnẽ qui pdeſtinatus eſt filius dei. Fuit a ꝓpheta prænuntiatũ p longa ante tp̃a. Abac. iij. Ego (ait) in dño gaudebo & exultabo in deo Ieſu meo. Ab angelo intimatũ Mariæ & Ioſeph: vt hic. & Mat. j. Apparuit angelus dñi Ioſeph dicens. Noli timere &c. Vocabis nomen eius Ieſum a Maria imperatũ: & a Ioſeph executioni mandatũ. Lu. ij. Vt circunciderctur puer vocatũ eſt nomen eius Ieſus. Hoc aũt eſt nomen ꝓpriũ eius: & qa noĩa imponunẽ rebus a ꝓprietatibus earum. Cauſam huius noĩs impoſitionis expſſit angelus di. Ipſe em̃ ſaluũ faciet pplm̃ ſuũ a pctĩs eoꝝ. Vnde Ieſus hebraice: latine ſaluator interpretatur. Quãuis aũt ſaluare a culpa remittendo cã ſit cõe tribus perſonis: qa inſeparabilia ſunt opa trinitatis ab extra: tñ redẽptio ppaſſionem propria eſt filij incarnati: q ſolus eſt incarnatus. Et ſm hanc filius ſolus ſanguine ſuo ſaluũ fecit pplm̃ ſuum a pctĩs eorũ. Vñ ipſe ſolus dr̃ Ieſus. i. ſaluator. Itẽ ꝗ̃uis vnũ ꝓpriũ non poſſit eſſe plurimũ ꝓpriũ: tñ vnius poſſunt eſſe plura ꝓpria vt riſibile: diſciplinabile & ſuſcæptibile hoĩs. Vñ cum verbũ incarnatũ habeat plures ꝓprietates ſibi ſoli cõuenientes & nulli alij perſonæ: põt a qualibet earũ denoĩari. Vñ plura noĩa q̃ dicuntur de eo. vt Eſaias. Vocabiẽ nomen eius Emanuel. Et vocabitur admirabilis. cõſiliarius fortis &c. conueniunt ei rõne diuerſarũ ꝓprietatũ: & a qualibet earum põt denoĩari. Cum vnũqđꝗ̃ ab vltimo & optimo pcipue habeat denoĩari. Finis autẽ eſt vltimũ in vnoquoꝗ̃. debet vnũqđꝗ̃ propriſſime a fine denominari. Et cũ finis incarnationis ſit ſaluatio humani generis per verbum incarnatum. Vbi fili⁹ dei incarnaẽ recte vocatus eſt Ieſus potius ꝗ̃ alio noĩe. Silr̃ ꝗ̃uis mirabilitas & fortitudo & conſiliũ cõia ſint diuinis pſonis tñ mirabilitas concæptus & natiuitatis de virgine: fortitudo in morte: conſiliatio in doctrina: verbo & exemplo ſolũ cõueniunt Ieſu: ſicut ꝓpria eſt ei incarnatio. Vñ hac rõne non conueniunt prædicta noĩa trinitati: ſed verbo incarnato. De iſtis duobus cõiunctis: Ieſus Chriſtus. dicit Alb. ꝙ nominãt vnã pſonã a duabus naturis quæ inuenta eſt ſm humanitatem: ſaluator ſm diuinitatẽ humanitati connexã. Quãtũ aũt incarnatũ ex virgine dñs exaltauerit oſtendit apl̃s ad Phil. ij. dicẽs. Deus exaltauit illũ & donauit illi nomen qđ eſt ſuper oẽ nomen &c. Et hoc angelus Gabriel expoſuit ſubdẽs poſt ꝗ̃ dixit virgini. Vocabis nomen eius Ieſum. Erit enim magnus &c. quorũ expoſitio ſequiẽ. de magnitudine prolis cõcipiendæ a virgine. i. Ieſu. Erit inquit magnus. Et primo locutio iſta videtur incõgrua. Nã cũ magnitudo ſit duplex. ſ. molis ſeu quantitatis materialis & virtutis. Et de magnitudine corporali nõ ſit intelligenda locutio: qa illa eſt indifferens. vñ Samueli dictum fuit de vno ex germanis Dauid. Ne reſpicias vultũ eius: nec altitudinem ſtaturæ eius: quia abieci eum. j. Reg. xvj. Ergo de magnitudine virtutis. Sed cũ qui nuntiatur ꝯcipiendus ſit de⁹: deo aũt nihil accreſcat: nulla virtus p incarnationem. Quicquid em̃ põt hõ põt deus & plus: ergo quicquid põt modo: potuit & prius: quõ igitur factus eſt magnus. Vnde & beat⁹ Ber. Quare erit & non poti⁹ eſt magnus qui ſemp ęqualr̃ eſt magnus: & non habet q̃ creſcat vt quaſi maior poſt cõcæptum futurus ſit ꝗ̃ ante ſit: quĩ immo potius paruus videbatur nũtiandus ſm illud Eſa. ix. Paruulus natus eſt nobis. Vnde & beatus. Berñ. Non laudatur dñs magnus & laudabilis valde: ſed & paruus dñs & amabilis valde. Propter qđ etiam dicit Pſ̃. Minuiſti eũ paulominus ab angelis. Qđ apl̃s ad Heb. ij. exponit de verbo incarnato. Ad hoc rñdet Alber. vbi. ſ. Dñs in incarnatione factus eſt magnus & paruus: qa deus & hõ. Magnus inquantũ deus: paruus inquantũ hõ. Ergo vna & eadem pſona eſt magnificata & paruificata. Qđ aũt perſona diuina ſit magnificata: hoc habet rõne humanitatis: quia. ſ. ipa humanitas deo cõiuncta eſt magnificata & exaltata. Nam diuina natura nõ habet quo creſcat: cũ infinita ſit. Paruificata aũt & exinanita dicitur diuina pſona rõne diuinitatis: nõ ex diminutione diuinæ naturæ in aliquo q̃ minui non poteſt: ſed cũ inferiori vnitione. Sicut & magnificatio non eſt naturæ extra metam ꝓpriam eleuatio: ſed cũ ſumma natura perſonalis cõiũctio. Et ſic erit magnus.

De ĩpoſitione noĩs ieſus ab angelo.

Duplex magnitudo.

¶ Primo altiſſima nobilitate.

¶ Secundo excellentiſſima dignitate.



¶ Tertio immenſiſſima poteſtate.

¶ Quarto copioſiſſima vtilitate.

¶ Quinto diffuſiſſima famoſitate.

¶ Sexto inauditiſſima nouitate.

His ſex modis erit magnus.

## §. III. DE NOBILITATE EIVS DICI

tur Prouer. vlti. Nobilis in portis vir eius. ſ. eccleſiæ cuius ſponſus eſt Ieſus: qñ ſederit cũ ſenatorib⁹ terræ. Et Lucę. xix. in parabola. Nobilis quidã abijt in regionẽ longinquã accipere ſibi regnũ & reuerti. Hic vtiꝗ̃ magnus. Nam Pſ̃. de eo. Magnus dñs & laudabilis nimis & magni. &c. Et quis magnus ſicut de⁹ noſter. Iob. Altior cœlo eſt ꝓfundior inferno. latior mari. & longior terra, menſura eius. ſ. ſpũalis: videlicet in poteſtatis ſublimitate. In ſapiẽtiæ lympiditate. In charitatis viſceroſitate. In pmanentiæ æternitate. Ber. Plane magnus qa tam magnus ꝗ̃ altiſſimus. Altiſſimus em̃ pater eius eſt. Quã altus aũt pater ſit non potuit inęqualem ſibi gignere filium. Fecit vtiꝗ̃ angelum magnũ ſed nõ quãtus eſt ipſe: & fieri non potuit altiſſimus: qđ ſibijpſi vſurpare voluit dicens. Silr̃s ero altiſſimo. Solũ aũt vnigenitũ quẽ nõ fecit: ſed genuit ops oĩpotentẽ: altiſſimus altiſſimũ. coæternus coæternũ: ipm̃ ſibi per oĩa cõparari: nec rapinam æſtimat nec iniuriã. Vnde & angelus poſtꝗ̃ magnus dixit: ſubdidit. Filius altiſſimi vocabitur. Ecce nobilitas altiſſima expreſſa. Quãuis autẽ dicaẽ in lib. Eccl̃i. Eris filius altiſſimi obediẽs. ſ. mãdatis dei. Aliter tamen ꝗ̃ iſte. Nã ſctĩ viri & obedientes diuinis mãdatis ſunt filij per adoptionem. ſm illud apl̃i ad Gal. iiij. Miſit deus filium ſuũ natũ ex muliere &c. vt adoptionẽ filiorum reciperemus. Hic aũt filius altiſſimi per æternam generationem. Vocabiẽ ait altiſſimi filius. Aliter ꝗ̃ alij. Nã alij vocantur noĩs illius impoſitione. Hic autem & noĩs & rei & diuinæ naturæ per operum declarationẽ. Vocabiẽ altiſſimi filius ęterna noĩatiõe. Pſ̃. Dñs dixit ad me filius me⁹ es tu: ego hodie. i. æternalr̃ genui te. Scripturæ atteſtatione. Ioannis prophetatione. Operum probatione. Patris æterni declaratione. Columbæ oſtenſione. Petri confeſſione. & dæmonum ſuſpitione. Doctrinæ ſingularitate: qa nunꝗ̃ ſic locutus eſt hõ dixerunt Iudæi miſſi ad capiendum eũ. Io. vij. Facile eſt de his auctoritates ſcripturæ habere ob breuitatem dimiſſas. Vocabitur ergo ab hoĩbus ex prædictis altiſſimi filius. Vnigenitus in eſſe naturę. Primogenitus in donis gratiæ. Summus in eſſe glorię. Vnus erit in eſſentia cum patre. Erit a patre æterna gñatione. Vnum principium in cõmuni inſpiratione.

## §. IIII. DE EXCELLENTISSIMA DI-

gnitate ait per os Dauid. Pſ̃. ij. Ego cõſtitutus ſum rex ab eo. Et Apoc. xix. dr̃, ꝙ habet ſcriptum dei filius in femore ſuo. i. humanitate. rex regum & dñs dominãtium. Qđ etiam oſtẽſum fuit in viſione Nabuchodonoſor in lapide illo exciſo a monte ſine manibus. qui percutiens ſtatuam illã ſignantẽ quatuor monarchias mundi ex quatuor partibus eius diuerſę materiæ confectam: ad nihilum rediget: & factus eſt mons magnus dominans oĩbus: vt habetur in Daniele. Vnde & angelus ſubdidit. Dabit illi dñs ſedem Dauid patris eius. i. dignitatẽ regiam. Sed poteſt merito dubitari de quo regno loquatur: videlicet ſpũali ſeu tpali. De tpali non videtur intelligendum cum ipſe dixerit. Regnum meũ non eſt de hoc mundo. Io. xviij. Vnde cum turbæ poſt miraculum factum ſatiando quinꝗ̃ milia hoĩm ex quinꝗ̃ panibus: voluiſſent eum facere regem: aufugit. Io. vj. Sed nec de ſpũali quo. ſ. regnat per gratiam in eccleſia: quia inquantũ homo nõ cõfert gratiam. Inquantũ deus ſemper habuit tale regnũ ſpũale: & ſic ei non fuit datũ qđ habebat. Sed reſpondeẽ ꝙ Chriſtus regnum tpale & ſpũale recæperit in ſua incarnatione. Nã etiã inquantũ hõ datum fuit ei dñium totius mundi. Sed non eo vſus pauperrime degens: vt nos ſuo exemplo induceret ad contemptum mundi. beatus Augu. Oĩa terrena cõtẽpſit homo Chriſtus: vt cõtemnenda eſſe demõſtraret. & exemplificat per particularia. Et iſto modo regnũ eius non fuit de hoc mundo. Regnum ſpũale inquantum homo habuit. inquãtũ caput eſt eccleſiæ merito paſſionis nobis gratiam procurãs & exemplo eccleſiã regẽs & verbo. ꝓpter qđ ait Pilato. Tu dicis quia rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum vt teſtimoniũ

Qđ chriſti⁹ ĩ ſua incarnatione regnũ ſpirituale & tpale recæperit.

ꝓhibeam veritati.Io.xviij.Vnde glo.ſuper dicto verbo.Dabit ei dñs ſedem Dauid &c.dicit.In preſenti vita corda inhabitans.ſ.per gratiã regnabit ad gloriam vocans vt regnem⁹ cum eo in patria. Hinc & Leo papa in ſermone.Agnoſce o Chriſtiane dignitatem tuã & diuinæ cõſors fact⁹ naturę noli in veterem vilitatẽ degeneri conuerſatione redire.Memẽto cuius capitis & cuius corporis ſis mẽbrum.Reminiſcere qa erutus de poteſtate tenebrarũ tranſlatus es in dei lumen & regnum.Non ſolum aũt hominum ſed & rex eſt & dñs angelorum.Vnde Mat.iiij.dicitur.Acceſſerunt angeli & miniſtrabant ei:vt.ſ.dño ſuo.Et ad Heb.j.Cum ĩtroducit primogenitum.ſ.Chriſtum in orbem terrarum dicit. Adorẽt eum omnes angeli eius.Et in hymno. Tremunt videntes angeli verſa vice mortalium.culpat caro:purgat caro.ſ.Chriſti: regnat deus dei caro.Et iterum ad Hebræ.j.Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis.ſ.Chriſtus tanto melior angelis effect⁹ quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cum igit̃ deus nominetur & ſit & deus ſit rex angelorũ: ergo & Chriſtus eſt rex angelorum.Sed pro huius pleniori declaratione ſciendum ſm Alber.vbi.ſ.ꝙ de domino Ieſu Chriſto poſſumus loqui ſm quatuor modos.Primo de ipſa hypoſtaſi ſeu perſona diuina.ſ.filio dei.Scđo de natura.i.perſona ipſa rõne diuinæ naturæ quæ eſt in ea.Tertio de perſona rõne humanæ naturæ aſſumptæ.ſ.ſm ꝙ eſt in vnione cum diuina. Et his tribus modis chriſtus eſt ſuperior omni angelo & rex angelorum.Quarto modo ſm ꝙ in ſe eſt ipſa humana natura circũſcripta diuinitate:& ſic eſt inferior angelo ſm illud. Minuiſti eum paulominus ab angelis. Quod verum eſt ſm naturam ſeu perfectionem naturalẽ:nã natura ĩtellectualis ſupior eſt rõnali:ſed ſm gratiam infuſam animæ eius & gloriam maior eſt omni angelo ſine cõparatione.vnde & ſedere dr̃ a dextris dei.Mat.vlti.in potiori gloria ſup omnes homines & angelos.

Chriſt⁹ dr̃ ſuperior & rex angelorũ.

## §.V.DE IMMENSA EIVS POTESTA

te.Ps̃.Quis deus magnus ſicut deus noſter? noſter.ſ.frater effectus per incarnationem.tu es deus qui facis mirabilia. notã feciſti in populis virtutẽ.i.potentiam tuã.Poteſtatem habeo ponendi animã.ſ.per mortem:& poteſtatem habeo iterum ſumendi eam.ait ipſe Io.x.ſ.ꝓpria virtute reſurgendo. Dicit beatus Aug.maius eſſe iuſtificare peccatorem: qđ fit remittendo.peccata ꝙ̃ creare cœlũ & terrã: qđ eſt immenſæ potentiæ.Nam per creationem res ꝓducit̃ ad eſſe naturę:ſed ꝑ iuſtificationem ad eſſe grãæ. Potior autẽ eſt grã ꝙ̃ natura: ait.b.Ambro.Filius autem hoĩs habet poteſtatẽ in terra remittendi peccata.ait ipſe Mat.ix.Immo vt ait Aug.de conſe.diſt.iiij.nemo.Nemo tollit peccata mundi: niſi Chriſtus qui eſt agnus dei tollens peccata mũdi:ſua deitate effectiue: ſua humanitate meritorie.De diabolo dñs dicit ad Iob penul.Nõ eſt ptãs ſimilis ei ſuper terrã.Sed dñs Ieſus fortis & potẽs dñs:potens in prælio eũ ſuperauit magnitudine potẽtiæ ſuæ.Cum fortis potentia naturali armatus malitia experimentali cuſtodiret atrium ſuũ.ſ.mundi:in pace oĩa poſſidebat,vt dicit̃ Lucæ.xi.Tyrannice ſibi vſurpato dñio nõ reperiebat̃ qui ei reſiſteret ex defectu virtutis in humano genere.Sed ſupueniẽs fortior eo.pugnãs cum ipſo manu inermi & affixa cruci.debellauit inquit beatus Aug.aereas poteſtates & vniuerſa arma eius in quibus cõfidebat abſtulit.ſ.malitias detegens verbo & exemplo & ſpolia eius diripuit aĩas captiuas ab eo liberando.Sed & hanc ſuam magnam poteſtatem diſcipulis cõicans ait.Ecce dedit vobis poteſtatẽ ſup oĩa dæmonia &c.Lucæ.ix.Data eſt mihi inquit omnis poteſtas in cœlo & in terra.Matth.vlti.Quę quidem poteſtas ſm Magiſtrũ in.iij.ſenten.ſibi collata eſt a principio ſuæ cõceptionis.Sed reſurgenti aſſerit ſibi collatam:qa tunc fuit hoc manifeſtatum.Nam ſicut ipſe fuerat potens in opere miraculorũ & ſermone corã deo & oĩ populo Luc.xxiiij.Ita cõceſſit apoſtolis vt in noĩe eius dæmonia eijcerẽt.Linguis nouis verba exprimerent.Serpentes tollerent: venena ꝓpellerent:infirmos a varijs languoribus curarent: cæcos illuminarent:mortuos ſuſcitarẽt:confortati potentia virtutis eius. In cœlo data eſt oĩs ptãs:qa his qui credunt in noĩe eius dedit ptãtẽ filios dei fieri.Io.j.Et ptãs eius ptãs æterna.vt dicit̃ Dan.ix.Recte ergo dicitur ei danda ſedes Dauid qui interpretatur fortis robore.Et figuratur regnum Chriſti ſuper eccleſiam militantẽ ꝑ regnũ Dauid:quia huius regnum eccleſiæ eſt in bello contra vitia:& in effuſione ſanguinis:& caſtigatione corpis:& crucifixione carnis a vitijs:ſicut & regnũ Dauid fuit cum bellis & laboribus.Sedes ergo Dauid eſt ei danda.ſ.ſpũalis regni ſacerdotij:magiſterij:iudicij: conuiuij. Et dicitur ſedes iſta Dauid vt dicit Albertus ꝓpter carnis ꝓpagationem:qa ab eo deſcẽdit: Propter diuinam electionem. Elegi hoĩem ſm cor meũ.ait dñs de Dauid Propter humilẽ exaltationem.Ex paruo aſſumptus eſt in regnũ humilis valde.Vnde ait.Vilior fiam plus ꝙ̃ factus ſum: & humilis ero in oculis meis dixit ipſe Michol.ij.Reg.vj.Propter hoſtium deuictionem:quia plurimos hoſtium ſubiecit.Propter ſanguinis effuſionem multos occidens:p̃cipue Goliath. Propt̃ diuini cultus augmentationem: vt patet.j.Paral.j.Propter ſpũalem promiſſionem.Ps̃.cxxxj.De fructu ventris tui ponã ſup ſedem tuã.Propter virtutum ſimilitudinem & charitatis magnitudinem.

Potior ẽ grã ꝙ̃ natura.

## §.VI.DE VTILITATE MAXIMA EIVS

dicitur in libro Sapientiæ.Magna ſunt iudicia tua domine: & inenarrabilia verba tua.Magnificaſti populum tuũ & honoraſti.Vere magnus dñs & magna mĩa eius: qui dat donũ æquale ſibi.inquit beatus Augu.Deus enim factus eſt homo vt homo fieret deus.Vnde Petrus in Canonica epiſtola Maxima & precioſa donauit nobis deus vt ſimus diuinę naturæ cõſortes.Quis maior honor eſſe poteſt? quę maior vtilitas? Vnde Leo papa in ſermone.Redijt in honorem ſuum ab antiquis cõtagijs purgata natura:mors morte deſtruitur: & natiuitas natiuitate reparatur.Quiſquis igitur pie & fideliter Chriſtiano nomine gloriaris recõciliationis huius gratiam iuſto perpende iudicio.Tibi enim quõdam abiecto:tibi excluſo a paradiſi ſedibus:tibi per exilia longa morienti tibi in cinerem & in puluerem diſſoluto cui iã nõ erat ſpes vlla viuendi per incarnationem verbi poteſtas data eſt: vt de longinquo ad tuum reuertaris auctorem. recognoſcas parentem:liber efficiaris ex ſeruo:de extraneo promouearis in filium:vt qui ex corruptibili carne natus es:ex dei ſpũ renaſcaris:& obtineas per gratiam quod non habebas per naturam.Et male conſcientiæ abſolutus reatu cœleſtia regna ſuſcipias ſi voluntatem dei facias diuino fultus auxilio. Hæc ille.Et ideo Eſa.ix.ait. Paruulus natus eſt nobis:filius datus eſt nobis.Et angelus ad paſtores.Lu.ij.Nat⁹ eſt vobis ſaluator qui eſt chriſtus dñs.i. ad veſtri vtilitatem. Vnde beatus Ber.Magnificetur a nobis paruulus & magnus dñs:quos vt faceret magnos factus eſt paruus.Paruulus(inquit Eſa.)natus eſt nobis non angelis qui cum magnum haberent: paruum non requirebant.Nobis ergo natus nobis datus: quia & nobis neceſſarius.Et ideo de nobis nato vel dato faciam⁹ id ad quod datus eſt nobis vtamur noſtro ad noſtram vtilitatem:& de ſaluatore ſalutem operemur. Hæc beatus Berñ. Tunc autem ſalutem conſequemur ſi vitam eius imitamur. Nam vt ait beatus Augu.in ſermone.Homo ſequendus nõ erat:qui videri poterat:deus ſequendus erat qui videri non poterat: vt ergo homini exhiberetur qui ab homine videretur: quem homo imitaretur.deus factus eſt homo qui omnia bene fecit. Vnde & angelus dixit.Regnabit in domo Iacob in æternum. Quod quidem de domo materiali Iacob intelligi non poteſt:quia illa non manet in æternum ſed de domo ſpirituali ſm interpretationem nominis.Interpretatur enim Iacob ſupplantatio.In illa ergo domo.i.mẽte regnat Ieſus per gratiam perducens inde ad gloriam: qui diabolum ſupplantat.i.ſuperat mundum & carnem cum cõcupiſcentijs ſuis.Qui vt Iacob patienter ſuffert iram fratris vitat ſcandala proximi.Simplex eſt & domi conſcientiæ ſecum manens:qui patriam & parentes ad voluntatem patris ſ.dei deſerit:qui vt aduena peregrinatus in terra vigilans die ac nocte ęſtu vritur & gelu ſuper gregem ſuorum ſubditorũ vel ſaltem ſenſuum & cogitationum ſuarum: ne aliqua occidatur a lupo infernali:q ditatus virtutibus & multiplicat⁹ in filijs bonorum operũ:ex Lya actiue & Rachel contẽplatiue.Demum diſponẽte deo ad patriam ſupnã regredit̃ in lucta angelum vincens malũ:tamen qui ſcilicet prępliat̃ ĩ fine nobiſcũ.Vnde nomen mutat Iſrael quod interpretat̃ vidẽs deum ſcilicet per gloriam.Regnabit in domo Iacob: miſeris miſerando:malos extirpando:bonos exaltando:omnibus imperando:hoſtes ſubiugando:curias celebrando: iura ꝓmulgando:regna dilatando.Hæ ſunt conditiones magni regis quas habuit & in vtilitatem noſtrã exercuit rex Ieſus quoniã deus magnus dominus.

Iacob ĩterpraẽ ſupplãtatio.



## §.VII.DE DIFFVSISSIMA FAMOSI

tate.Magnus erit.Prius dicebatur a Ps̃.In Iſrael magnũ nomen eius.ſ.veri dei.Nam alijs nationibus etiam Romanis in quibus erat monarchia declinantibus ad idolatriã:paruũ & pene nullum habebatur nomen veri dei cum multos colerent deos.Sed poſt verbi incarnationem impletum eſt qđ Malachiæ.j.pronuntiatũ eſt.ſ.A ſolis ortu vſq; ad occaſum magnum nomen meũ in gentibus.i.magna fama vbiq; diffuſa:de magnitudine veri dei incarnati.Qđ etiam ſignatũ fuit in principio ſuæ natiuitatis venientibus ex oriente tribus regibus magnis in ſapientia & ideo magis dictis adorare recenter natum:ex muneribus oſtendentibus verã fidem diuinitatis eius ex thure: mortalitatis aſſumptæ ex myrrha regiæ dignitatis naturaliter & ſpiritualiter ex auro:ad innuẽdum ꝙ ex tribus mundi partibus Aſia: Aphrica: & Europa venturi eſſent ad veram fidẽ eius reges & ſapientes cum populis ſuis:quia non ſoli venerunt. Et in occidente: die ſuæ natiuitatis oſtẽſo paruulo circa ſpherã ſolis in gremio puellæ:a ſibylla Octauiano monarchæ mundi qui reuerentiam ei exhibuit & ſacrificium:vt narrant hiſtoriæ.Magnus ergo dñs & laudabilis nimis:& magnitudinis eius.ſ. famę nõ eſt finis.Nam per longũ & latũ totius terræ & per profundum inferni & altitudinem cœli:diffuſa eſt fama infinitę bonitatis & pfectiõis ei⁹.Btũs Hiero.Gallia & Britãnia & Aphrica & Perſis Oriens & India vnum Chriſtũ adorant: vnam ſequunt̃ regulã veritatis.Diſt.xciij.legimus Licet nunc multę ex his nationes receſſerint a veritate fidei & vnitate eccleſię: vt India & Aphrica Oriens & Perſis.In huius figuram legit̃ iij.Reg.x.c.Quia magnificatus eſt rex Salomon ſuper oẽs reges terræ: & oĩs terra deſiderabat videre vultum eius. btũs Berñ.Vere magnificatus eſt:qa magnificauit eum dñs in cõſpectu regum vt adorent eum oẽs reges terræ:oẽs gentes ſeruiant ei.In ſe quidem nihil factus eſt maior: qa adeo maximus erat vt creſcere non poſſet.Sed factus eſt magnus in mẽtibus hominũ:& opinione & laude:qui prius nullus putabatur.Vnde & regina Saba audita fama eius gloriæ & ſapiẽtiæ quæ deſignat gentilitatem:veniens ad eum videndum cernens magnificentiam eius & curiæ ſuæ: adeo ſtupuit vt vix in ea remaneret halitus.Dixitq; ei.Maior eſt gloria &c. Viciſti famam virtutibus tuis.Beati ſerui tui qui ſtant corã te &c.Et regnum Salomonis figurat regnum eccleſiæ triumphantis in quo regnat Chriſtus cum ſanctis: & in ſanctis in gloria:in ſupna Hieruſalem q̃ interpretat̃ viſio pacis. Vbi eſt perfecta pax in qua regnat rex pacificus Salomon.Nã regnauit multo tempore ĩ maxima pace & gloria: ſicut regnũ Dauid quod fuit in bellis:ſignificat regnum ſpirituale eccleſiæ militantis:ſed de ſuperno regno veri Salomonis dr̃ Eſa.xxxij.Sedebit populus in pulchritudine pacis in reqe opulẽta.Et de hoc ſimpliciter intelligitur quod ait angelus.Regni eius non erit finis.Nam regni quo regnat in eccleſia militãti eſt vtiq; finis:qñ ſcilicet finietur mundus:tunc nõ erit amplius eccleſia militans:ſed triumphans efficietur.Et finis nõ erit talis regni in quo Chriſtus regnat cum ſanctis & ſancti cum eo.

Figuratio adorationis triũ magorum.

Regni eius nõ erit finis quõ ĩtelligitur.

## §.VIII.SVMMA NOVITATE ERIT

magnus.Hiere.xxxj.Nouum enim faciet dñs ſuper terrã fœmina circundabit virũ.Et Dionyſius dicit:ꝙ hoc eſt oĩm nouorum nouiſſimũ.Magnus inquã erit. ait Alber. ſm omnẽ modum.Hiere.xxxij.Magnus deus concilio & in cõprehenſibilis cogitatu.Magnus ſm ſubſtantiam: qa deus magnus. Ps̃.xlvij.Magnus dñs & laudabilis nimis in ciuitate dei noſtri.Magnus ſm quantitatem:qa omnipotens nomen eius. & ideo glorioſe magnificatus eſt.Exo.xv.Magn⁹ etiam ſm qualitatẽ:qa ſumme bonus.ps̃.Magnus dñs & magna virtus eius.ſ.bonitatis.Magnus ſm relationem:qa filius altiſſimi dei.ij.Reg.vij.Ego ero ei in patrẽ:& ipſe mihi in filium. Magnus ſm qñ:qa æternus.Eccli.j.Fons ſapientiæ verbum dei in excelſis.magnus ſm vbi:qa vbiq;.bea. Auguſt. Deus vbiq; eſt non locis: ſed actionibus.ps̃.cxxxviij. Quo ibo a ſpiritu tuo & quo a facie tua fugiam.magnus ſm ſitũ: qa vt ait Eſa.vl.Cœlum mihi ſedes eſt:terra ſcabellum pedũ meorũ.Et ſedet ſup cherubin:& volat ſup pẽnas ventorũ. Sedet q̊q; ad dexteram patris & interpellat pro nobis.magnus ſm habitum:qa veſtimenta eius ſunt alba ſup niuem:& qualia non põt facere fullo ſup terram.Fortitudo & decor indumẽtum eius.Prouerb.vlti.magnus ſm actionem: qa in principio creauit deus cœlũ & terrã.Geñ.j.id eſt filium genuit:in q̊ oĩa creauit & recreauit & glorificauit.Ipſe opera fecit quę nemo alius fecerat:q̃ teſtimoniũ perhibent de eo ꝙ fili⁹ dei ſit. magnus paſſione.Vidimus em̃ eũ(dicit̃ Eſa.liij.)nouiſſimũ viroꝝ & virum dolorũ. Qui paſſus eſt pro pctĩs nr̃is. btũs Ber.Et tu qdem virgo paruulum pariens:paruulum nutriẽs paruulũ lactãs.Sed videns paruulum magnum cogita.&.ſ. Ecce paruulus in medio ſtatuitur.O paruulus paruulus deſideraĩ.O vere paruulus:ſed malitia nõ ſapientia.Studeamus effici ſicut paruulus iſte.Diſcamus ab ipſo:qa mitis eſt & humilis corde:ne magnus videlicet de⁹ factus ſit ſine cauſa hõ paruulus:& ſic paruus eſt & magnus:leo & agnus: leo de tribu Iuda:& agnus q tollit pctã mundi. Dñs ergo tecũ ad magnificandum filium ex vtero tuo.

## §.IX. QVANTVM AD TERTIVM

principale.dñs tecũ:ad te v̾ginẽ matrẽ magnificãdũ. Et hoc ipã expreſſit in cãtico ſuo dicẽs.Fecit mihi dñs magna q potens eſt.Iõ magna:qa dñs fortis & potẽs eſt.Et vt no.dñs Io. dñici ſup magnificat in dictoꝝ.Duodecim magna dicuntur in ſcriptura q̃ dñs fecit in maria: ſignata p.xij.ſtellas:quæ habebat in capite mulier amicta ſole.Apoc.xij.

De.xij. magnis q̃ fecit dñs in maria.

¶Primo fecit magnũ patriarchã vehementer affectum.

¶Secundo fecit magnum prophetam a dño dilectum.

¶Tertio fecit magnum monarchã diuinitus effectum.

¶Quarto fecit magnam fœminam venerandã.

¶Quinto fecit magnam creaturam inhabitãdam.

¶Sexto fecit magnam veritatem imitandam.

¶Septimo fecit magnum obiectum realis bonitatis.

¶Octauo fecit magnum ſubiectũ diuinæ claritatis.

¶Nono fecit magnum concæptũ æternalis vnitatis.

¶Decimo fecit magnam auem altius ſcandentem.

¶Vndecimo fecit magnam edem ſanctius habentem.

¶Duodecimo fecit magnã vocem latius currentem.

Hæc oĩa fecit in maria magna.Et ideo aptiſſime dicitur. dñs tecum ad te tam magnificandum.Quantũ ad primum fecit dñs Abraã magnũ patriarchã:de quo ſcribit̃ in Geñ. ꝙ ibat proficiens atq; ſuccreſcens donec vehementer magnus effectus eſt:cuiq; dixerat dñs cuius figuram tenebat in ſua perſona.Ego ſum merces tua magna nimis: magnus vtiq; poſſeſſiue: magnus expectatiue: magnus cui facta eſt repromiſſio magna.vidiſti magnũ factũ ſub vmbra &c. Intuere hoc factum illi cui dñs fecit magna in re certa & luce præclara. Abraam patriarcha quaſi patrum archa.Qm̃ ex eo patres ꝓdierunt in mundũ.Ecce pluſq; Abraam in maria:ex qua nati ſunt ſpũaliter oẽs patres etiam Abraam.ſ. in fide filij.Et potens fuit deus ſuſcitare filios Abraæ ſpũales de lapidibus iſtis gentilibus:vt dicit baptiſta. Abraam concha patrum: maria concha dei.Abraam pro mercede deum expectat:iam illa eum habebat.Quam pulchre Abraam dictus eſt ſuccreſcens.i.ex ſubiectione creſcens:vel ſucceſſiue creſcens. Quis dubitat in veteri teſtamento Abraam ſignificare patrem cœleſtem:qui vnus in natura cum filio ſe ſubdidit in filio vni puellæ:qui paruus erat in orbe terrarum.Sed magnificatus eſt ꝑ mũdum vniuerſum vt a ſolis ortu vſq; ad occaſum laudabile nomen eius.Scđo fecit dñs moyſen prophetam magnũ.Sic em̃ de eo habet ſcripura. Fuitq; moyſes vir magn⁹ valde in terra Egypti.Ergo a maiori maximus fuit in terra viuentium.Præludebat hic Chriſto:qui factus eſt in maria. In Egyptum venit qñ mundũ intrauit areolam reperit aromatum.ſ.mariam quæ irrigabatur ſicut paradiſus deliciarum.q intrauit vt paſcatur ibi & lilia colligat. In hac areola factus eſt & genitus ille propheta magnus de quo clamabat turba.Propheta magnus ſurrexit in nobis.Luc.vij.Hoc fecit dominus magnum in maria.Quod vtiq; vere magnũ æſtimauit Elizabeth,ꝙ eſſet a matre domini ſalutata. Vnde exclamauit. Vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? Ad hãc autem venit deus non tribus menſibus

Maria dr̃ ꝯcha dei.

apud eam manſurus ſed nouẽ immo in æternũ. Venit non
viſurus ſed videndus. Non tranſiturus ſed manſurus. non
vt cognatus: ſed vt filius & dñs deus meus. Non ſolum illu-
minatur⁹ ſed ꝓphetiſſam facturus. Cum ex hoc beatam me
dicent oẽs gñationes: nec mirũ. Si eñ ad vocẽ Mariæ Eliza-
beth ꝓphetauit: & paruulus Ioannes in vtero eius exultauit
factus ꝓpheta: quanto magis ipſa dici debet prophetiſſa ꝓ-
phetas faciens. Fecitq; dñs monarchã magnum Dauid: vn-
de de eo dicit. Fecitq; tibi nomen grande iuxta nomen ma-
gnorũ. ſ. principum q ſunt in terra. Quæ tñ magnitudo ter-
ræ eſt inſtar puncti. Sed mundus talis nuncupat magnos: qa
veſtigia gerunt magni dei: q eſt rex regũ & dñs dominantiũ.
Ecce capaciſſima v̄go dicit. Fecit mihi dñs magna: dedit eñ
ſibi nõ vt ancillæ vel nutrici vel doctrici: ſed vt dilectæ ma
tri dñium vniuerſorum cuius regni non erit finis. Ad cuius
aſpectũ angeli tremunt: cœli non capiunt: elementa pauent
veneratur oĩs mundus: inferna ſuſtinere nequeũt. Hic fact⁹
eſt in Maria: & inde Maria imperatrix & monarcha mundi. Fe
cit deus quarto cuidam ꝙ eſſet magna fœmina. ſ. Sunamitis
illa coniugata: eo maior quo cœnaculum in domo ſua me-
Heliſæ⁹ ruit ædificare: in quo ſuſciperet Heliſęum: q interpretaĩ de⁹
qd inter ſaluator meus. Sed dñæ noſtræ Mariæ fecit dñs non ſolũ vt
pretaĩ. eſſet magna fœmina: ſed & maxima virgo. In cuius vteri
ſcti cœnaculo reciperet Heliſæus. i. ſaluator deus meus non
figurate ſed expreſſe: vt ſaluum faceret populũ ſuũ a pctis eo
rum. Nam ſuper defunctũ genus humanum expãdit ſe: & fa
cta ſunt organa hoĩs membra diuina diſcurrens hincinde p
Iudæam. Samariam: & Galilæam: calefacit verbis exemplis
& miraculis atq; oſcitans ſepties: toties ꝓteſtans ꝙ eſſet pro
pheta ꝓmiſſus in lege tandem collocatus in lecto crucis: ſur
rexit q erat mortuus & cœpit loq dicens. Vere filius dei erat
iſte: ac reſtitutus eſt matri ſuæ: q̃ ſtabat iuxta crucem hoc mu
nus expectãs. hoc reputauit ſibi q̃ magnũ: vñ dicere potuit.
Fecit mihi dñs magna filium reddens viuum. Quintum ma
gnum qđ fecit deus eſt terra & cœlũ & in eo luminaria ma-
gna. ij. Eſdr. iiij. Magna eſt terra: excelſum cœlum: velox cur-
ſus ſolis. Et magnificus qui fecit iſta. ſ. deus. Terra eſt beatiſ-
ſima virgo quo ad corpus terrenũ humile & fructiferũ. Cœ-
lum ipa quo ad aĩam totã cœleſtem plenã claritate & ſyderi
bus virtutum. De his cœlo & terra dicit dñs Eſa. vl. Cœlum
mihi ſedes eſt & terra ſcabellum pedum meorum. In aĩa eñ
eius propter maximam puritatẽ requieuit deus. Et in corpo
re eius terreo fuit ſcabellum vbi ſteterunt pedes eius. i. huma
nitas aſſumpta in ventre eius. Ibi & ſol maximus. Sol iuſti-
tiæ Chriſtus deus noſter. Et quẽ cœli capere nõ poterãt ſuo
gremio cõtinuit. Et quem totus nõ capit orbis in ſua ſe cla-
ſit viſcera fact⁹ homo. Fecit ergo mihi magna qui &c. Sextũ
Mulier magnum eſt veritas. Vñ tres cubicularij q mouerãt quæſtio
eſt vino nem quid eſſet oĩbus fortius. Cum vnus dixiſſet vinum: al-
& rege ter rex. tertius. ſ. Zorobabel dixit mulierem oĩbus prædictis
fortior fortiorem. Sed erat & quartũ adhuc fortius. Magna eſt veri-
ſed veri tas & fortior oĩbus. Et hoc declarans per rõnem aſſenſerunt
tas eſt oẽs rex cũ principibus ſuis dicentes. Magna eſt veritas & p̃-
fortior. ualet. ij. Eſdrę. iiij. Mulier magna & fortis eſt beata maria. ob
cuius amorem & deuotionem multi ſe exponunt laborib⁹
mortis. Multi qui rapiunt ei. i. eccleſijs eius: & imagini offe-
runt. Ipſa procurat veſtes virtutũ hoĩbus. ipſa gignit reges
ſpũales & vineas colentes. ſ. prę̃latos merito ſui & exemplo
Tamen fortior eſt ipſa & maior veritas Chriſtus qui ait. Ego
Pſalm. ſum veritas. Sed veritas (ait Pſ.) de terra orta eſt. i. de virgi-
lxxxiiij. ne: & iuſtitia exinde. i. iuſtificatio de cœlo ꝓſpexit. Septimũ
eſt magnum obiectum. ſ. aĩa iuſtificata & timorata. Ro. viij.
Quos iuſtificauit hos & magnificauit: dicente ſancta Iudith.
Qui timent te: magni erunt apud te. Hæc autem virgo bea-
tiſſima humillima: cũ qua timor filialis ꝯxerat fœdus ita vt
cum angelo ſibi loquente turbaretur in eius ſermone. i. me-
rueret anteq; angelus ei dixiſſet. Ne timeas maria &c. fuerat
a tota trinitate præſcita ſimplici ſcientia & prædeſtinata ele
ctionis notitia cõformis futura incarnati magni verbi pluſ
q̃ oĩs alia creatura: cum ſit filius eius imago patris in cœlis:
& matris in terris religionis proprietatem in vtroq; conſer
uans. Hæc fuit a patre vocata per angelum in ſponſam vt
Rebecca per Eliezer procuratorem Abraæ in cõiugiũ Iſaac.
A ſpũſancto ſanctificata ab oĩ titillatione poſſibili quantũ-
cumq; minima. A filio ſuo magnificata ſic vt altior diceret

omni ente finito. Hæc eſt ab angelo venerata: deſiderata a
patriarchis: a prophetis prænuntiata: quæſita a regibus: a ſa
cerdotibus figurata. exaltata ab aplis: martyribus admirãda
lux confeſſoribus: a virginibus imitanda: & inuocanda a cũ
ctis nationibus quæ ſub cœlo ſunt: proculdubio ceciniſſet:
fecit me magnam niſi aſtitiſſet humilitas profundiſſima: &
diuinas laudes narrat non ſuas dicẽs. Fecit mihi dñs magna.
Octauum magnum. ſ. ſubiectum vocat ſcriptura diuina cir
ca quod principalius verſatur intentio ſua ad hoc volentes
diſcipulos vocat. & ait. Audite me: quia de rebus magnis lo
cutura ſum. Prouerb. viij. Tres ſunt res pſonales magnæ: de
quibus proponat omnem ſermonem. Pater & filius & ſpũſ
ſanctus: & hi tres vnum ſunt. Sed particulariter tres res ma-
gnæ dicuntur caro ſpũs & verbum: quæ ſunt vnus hõ. Er-
ga quem ſicut & finem ſpecialius eloquia diuina verſantur.
Eſt eñ Chriſtus deus & hõ finis omni credenti & ſcribenti
ad ſalutem. Cui oẽs turbę præcedentes & ſequentes noui te-
ſtamenti & veteris clamant oſanna. Necnon vigintiq̃tuor
ſeniores qui ſunt oĩm librorũ veteris teſtamenti ſcriptores
certi capitũ coronas eorũ ad hmõi agni pedes apponunt: ſi-
cut ille de ſe cuncta ſcripta fuiſſe teſtatur cũ ait. Conſumma-
tum eſt: & glo. quam fecit poſt ſuã reſurrectionem cum ape-
ruit illis ſenſum vt intelligerẽt ſcripturas dicens. Qm̃ opor
tet impleri oĩa q̃ ſcripta ſunt de me in lege & ꝓphetis & Pſ.
Lu. vlti. Verũ quanto facta ſunt potiora verbis vel ſcriptu-
ris: tanto ſunt maiora oſtenſa in Maria q̃ in ſcriptura p deũ.
Nam ſcripturæ dedit vt Chriſtum loquatur. Mariæ cõtulit
vt per eam Chriſtus pandaĩ. Ibi eum multiplex tegit figura
hic veſtit eum Mariæ caro pura. Ibi ꝓnuntiatur: hic oſtendi
tur. Ibi latet in mortua charta: hic patet in carne monſtrata.
Ibi dicta ſunt magna: hic facta ſunt magna: quia fecit mihi
(inquit) dñs magna qui potens eſt. Nonũ eſt magnus concę
ptus & noſter ꝓfectus pietatis increatę: qui dicitur mĩa ſua
qa ſm magnitudinem ſuã ſic mĩa ei⁹ cũ ipſo eſt: magna eñ
eſt mĩa dei ſolius: dicit Eccleſiaſticus. Hæc ita lata eſt ꝙ miſe
ricordia dñi plena eſt terra: ita lõga ꝙ vniuerſæ dñi viæ mĩa
& veritas: ita ꝓfunda ꝙ ad infernũ adeſt. ꝓpheta Abachuc
iij. Cum irat⁹ fueris mĩæ recordaberis. Ita ſublimis ꝙ in cœ-
lo dñe mĩa tua: & mĩa eius ſup oĩa opera eius. Ita domeſtica
ꝙ complet viſcera eius. Lu. j. Per viſcera mĩæ dei noſtri &c.
Ita multiplicabilis ꝙ mĩa eius a ꝓgenie in progenies. Lu. j.
Ita durabilis ꝙ mĩas dñi in æternum cantabo. Hanc nedum
magnam ſed & maximam fecit in virgine pia vt merito no
minetur mater mĩę & regina eius. Vnde in antiphona Salue
regina mĩæ. Hãc qui petit ſine ipa duce ſine pẽnis ſeu alis tẽ
tat volare. Si miranĩ Iudęi montani laudantes deum: qa de⁹
magnificauit mĩam ſuam cum Elizabeth partum ſterili tri
buendo: quanto debent laudibus dignis deum efferre Chri
ſtiani: q virgini tantæ talẽ miniſtraui cõcęptũ & partum no
uum pręſentibus præteritis & futuris recordatus mĩæ ſuæ:
ſicq; fecit ſibi magna. Magnam auẽ. ſ. aquilã Chriſto ſub fi-
gura regis cuiuſdã licet mali Ezechiel ꝓpheta Ioannem euã
geliſtam demõſtrat: cui fuit tam alte volandi data poteſtas
vt de medio cedri medullã eius cum frondibus ſuis quæ ſi-
gnificat mediam in trinitate perſonam cũ frondibus verbo
rũ ſuorũ: q̃ ſunt ad ſanitatẽ gentiũ: & portauit in vrbẽ nego-
tiatorũ. i. credentiũ dicens. In principio erat verbũ & verbũ
erat apud deum &c. vſq;. verbũ caro factũ eſt &c. Ecce prio
volauit maxima auis virgo & non cõtinuit alas quouſq; p-
ueniret apud deũ. Inueniſti eñ gratiã (ait angelus) apud deũ.
Ipſa virgo parauit viam Ioanni: portas aperuit reſerauit ar-
cana. Quid ſi dixero virginem fuiſſe Ioannis doctricem: vt
per hanc diuinitatis notitiam fœcundata inferior præfata
diſcipulus Chriſti & filius recõmendatus mariæ peruenerit
ad illud ſcire ſupremũ. Mater fuit facta Ioannis teſtimonio
filij ſui. Matris eſt docere filium: filij eſt auſcultare matrem.
Et quia noluit ꝙ mater ſua publice prædicaret omniũ mu-
lierum norma futura: quibus prædicare non licet: dedit ma
riæ vt Ioannes filius eius edoctus ab ea per orbẽ poſtea ver-
bum diſſeminaret diuinum. Et quia deus eſt qui operatur in
tus in docendo ſiue ſit angelica ſiue lingua humana. Ideo p
hoc non intelligitur quin ipſe Ioannes vt aquila grandis
tulerit medullam cedri potans de ſacro diuini pectoris ſon
te: Fecit ergo dñs aquilam grandem magnarum alarum Ioã
nem: ſed mariam maiorem quæ eum edocuit. Fecit ergo dñs
magna.



magna. Vndecimum magnũ ponit Aggęus propheta. ſ. do
mum dei: dicens. Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimę
plus q̃ primæ: dicit dñs exercituum. Qđ dictũ de materiali
domo dei. i. tẽplo intelligi nõ põt: cũ lõge inferior gloria &
magnificentia illius tẽpli materialis in Hieruſalẽ poſt Ag-
gęũ vſq; ad vltimã deſolationẽ & deſtructionẽ eius per Ro
manos q̃ fuerit ante tempora Salomonis & aliorum regũ.
Hinc eſt ꝙ exorans vnus de reædificatoribus primis narrat
fleuiſſe ſeniores q viderãt gloriam magnã dom⁹ prioris vi
dentes vere infœlicitatem ſequẽtis dictæ domus. Hæc ergo
gloria magna dom⁹ p ꝓphetã demõſtrata: de alia domo cla
rius exponaĩ. ſ. v̄gine glorioſa. de qua canit eccleſia. Dom⁹
pudici pectoris templũ repente fit dei. Hæc ergo domus dñi
ex patrũ lapidibus conſtructa: polita: & picturata virtutib⁹:
coopta p totum auro charitatis: tanto glorioſior eſt domo
ſeu templo Salomonis: quãto filius inhabitator eius eſt pl⁹
q̃ Salomõ. tanto glorioſior eſt quanto eius caro pura eſt di
gnior petra dura. tanto glorioſior quanto aĩa eius excellen-
tior q̃ fuerint ſctõꝝ ſctã. tanto glorioſior quanto diuina na
tura præſens eſt potior ꝓpitiatorio. tanto glorioſior quãto
angeli cõprehenſores ſunt meliores q̃ illius miniſtri viato-
res. tanto glorioſior quãto victima figurata. ſ. Ieſus gratior
eſt figura. ſ. vitulæ concrematæ: q̃ magna virgo recæpit in
vtero. Dicatur ergo illud Baruch. iiij. O Iſrael q̃ magna eſt
domus dei: & ingens locus poſſeſſionis eius: magnus & im
menſus meritis gr̃a & gloria. Dicat ergo virgo btã. Fecit mi
hi dñs magna qui potens eſt &c. Duodecimum ſæpe ſermo
diuin⁹ noĩ magnũ adiungit: vt dicat etiam Pſ. In Iſrael ma-
gnum nomẽ ei⁹ primo: deinde p̃dicata catholica fide addat
De tri- p Malach. i. c. Magnum nomẽ meũ in gẽtibus. Triplici aũt
plici modo dr̃ magnũ. Magnum. i. p̃cioſum. magnum quaſi vir-
mõ dicẽ tuoſum. & magnũ. i. famoſum. Magnum p̃cioſum: quia in-
di ma- cõicatum mira includens. ſicut nomen Adonai non indica-
gnum. tũ patrib⁹ vel nomen Tetragrãmatõ immẽſa ſacramẽta &
diuinas pfectiones includens. Hoc mõ dr̃ magnũ nomẽ Ma
riæ. Et dimiſſis quatuor interpretationib⁹ iã vulgaribus no
tis. hoc nomen ſcribiĩ Hebraice quinq; lr̃is ſicut Latine. & qd
De ĩter- ſignificent habes. ſ. in ſermo. de noĩe Mariæ. Sed p aliũ mo
pretatio dũ nunc oſtendemus q̃ ſit magnum. i. p̃cioſum nomẽ iſtud
nenomi Maria ex interpretatione videlicet quinq; literaꝝ qbus ꝯponi
nis ma- tur iſtud nomen Maria ſm Hebraicũ alphabetum. Prima er
riæ ſm go lr̃a hui⁹ noĩs Maria eſt M, quę apud Hebręos diciĩ Mem.
quinq; Sed iſta lr̃a m. apud Hebræos peritos duplicaĩ. dr̃ eñ Mem
lr̃as. & Men. Et Men nunq; ponitur in principio alicuius dictio-
nis nec in medio: niſi in iſto noĩe Maria. quia de vna tm̃ veri
ficatur apud eos: quibus oĩa in figurã contingebant: qm̃ illã
figurabat q nec ſimilem viſa eſt: nec habere ſequentẽ. Eſt au
tem differentia apud Hebræos inter Mem & Men. quia pri-
mum eſt apertum ſuperius & clauſum inferius. Scđm econ
trario eſt clauſum ſuperius & apertum inferi⁹. Vide q̃ ſubti
liſſime ſpũſſctũs dixit virginẽ mariã incognitam futurã vi
ro prole tñ fœcũdãdã de cœlo: & ſic aptã deo: clauſam viro:
qđ mĩta alteri foret aſcribẽdũ: cũ nullũ aliud nomẽ cũ Men.
lr̃a tali ſumat initiũ. Si v̄o aliorum noĩa terminanĩ p Men
Men qd nimirum qa oẽs beati futuri ſunt virgines corpore: qa. ſ. ibi
interpre neq; nubẽt neq; nubentur. Interpretatur aũt Men: ſm Amb.
tatur. ſup Beati immaculati. viſcera vel ex ipſis. in quo tam digni
tas q̃ charitas Mariæ oſtenditur. Dignitas quippe: qm̃ in vi
ſceribus eius fuit aliqñ realis habitatio chriſti vt dicatur tẽ-
plum dei: ſacrarium ſpũſſcti. Charitas vero actiue & paſſiuę
oſtenditur in ea. Actiue quidem: quia pietatis viſcera gerit
ad ſingulos intercedẽs pro oĩbus. Charitas paſſiue. ſ. ꝙ fue-
rit ab oĩbus deſiderata & amata oſtendit alia interpretatio
ſupradicta. ſ. ex ipſis. qa videlicet ex parẽtibus ipſis eſt expe
Aleph ctata, cõmendata & ꝓgenita viſceroſe. A, quę eſt ſcđa litera
qd ĩter- in nomine maria apud Hebræos dr̃. Aleph. & interpretatur
pretaĩ. Aleph doctrina in quo eius vtilitas prædicatur. Eſt eñ oĩm
viuentiũ ſub deo rõnabiliter doctrina ſalutaris: & ſpeculũ
Res he- directiuum totius humanæ. Tertia lr̃a eſt R, quam Hebręus
braice la dicit Res: & interpretatur caput: in quo denotatur ipſi⁹ capa
tine qd citatis immenſitas glorioſa. Caput eñ oĩm deus: Caput no-
ſignat. ſtrum eſt Chriſtus ꝓles eius. Caput eñ eſt quodãmodo no-
ſtræ ſulutis: q̃ caput nutriens ſalutare: caput antiqui ſerpen-
tis contriuit. Capit oẽs ſpũs intelligentię q̃ mater eſt ſapien-
tiæ. Capit oẽs grad⁹ gloriæ: quæ regina eſt viæ ſimul & pa-

triæ. Capit oẽs modos indulgentiæ: q̃ caput eſt mĩæ. Quar- Ioth qd
tũ elementũ ſeu lr̃a eſt I, q̃ eſt minima figura apud eos. & di- ſignat.
citur Ioth. & interpretaĩ cõfeſſio ſeu ſcientia. Vbi coloratur
virginis humilitas ꝓfunda & virtuoſa quæ nihil ſibi attri-
buit: ſed oĩa cõfiteĩ a dño accępiſſe. De quinta lr̃a. ſ. A, iam di
ctum eſt. Ex his etiam quinq; lr̃is Hebraicis ſimul & Latinis
eliciendo numeros ſignificatos per eas ſm Latinos & He-
bræos. Verbi gr̃a. Prima litera. ſ. m. ſignificat apud nos mil
le. apud Hebræos. xl. ſimul cõiungẽdo numeros iſtos & ſur
gunt in numero duoꝝ miliũ & centũ. Et a ꝓmiſſione facta
primo Abraæ: ꝙ in ſemine eius bñdicerẽtur oẽs gentes terrę
qđ eſt Chriſtus. vt ait Apl's ad Gal. quia maria mr̃ chriſti &
Abraam ſeminaliter deſcendit vſq; ad natiuitatem eius flu-
xerunt anni duo milia centũ & nõ vltra. vt notat p̃fatus Ioã
nes dñici: q etiã declarat quõ iſte numerus colligiĩ ex dictis
lr̃is maria per ſingulos deſcẽdẽdo cui⁹ eſt tot⁹ iſte ſermo de
duodecim magnis rebus ſuper magnificat. verſi. Quia fecit
mihi magna. Excæptis his q̃ habentur in quinto magno.
Qđ etiã nomen Mariæ ſit virtuoſum contra pericula & ma
la & famoſum per oĩa patet ex dictis. ſ.

¶ De quadruplici bñdictione btẽ virginis. Cap. XXIII.

BENEDICTA TV IN MVLIE
rib⁹. Et primo occurrit dubiũ: qa aut iſtud addit
ad id qđ prius dictũ eſt: gr̃a plena: aut nihil ad-
dit. Si addat: ergo id qđ addit aliquid eſt. ergo il-
la gr̃a cui additur plena nõ fuit: & ſic angelus non videĩ ve-
rũ dixiſſe cũ ait: gratia plena. Si nil addit quin ibi continea-
tur: ergo ſuperflue dicitur. Itẽ natura eadẽ eſt in ea & alijs mu
lieribus: ergo ſi alias excedit hoc eſt in gratia. Sed hoc conti-
net cũ ait: gratia plena. Ad qđ dici poſſet ꝙ non fruſtra hoc
dicitur. Nam cum dr̃ gr̃a plena: p̃cipue intelligiĩ de gratijs
datis a deo. In eo ꝙ dicitur: bñdicta tu in mulieribus: notan-
tur quædã quæ pertinent etiã ad gratiã humanam. ſ. lauda-
ri & benedici ab hoĩbus. Comprehendit etiã iſta benedictio
omnium aliorũ benedictionem ſine dubio ſm Alber. Quid
eñ magni aut miri ſi habuit benedictionem omniũ gentiũ
quæ benedictiones omniũ angelorum habuit & gratias. Et
dicit Damaſce. A nullo illuſtrium vincitur. i. ſanctorum &
ſanctarum excellentium: ſed omnes ipſa ſuperat & excellit.
Pro cuius declaratione ſm Alber. ſciẽdum eſt ꝙ quadruplex De qua
eſt ratio benedictionis. drupli-
¶ Prima benedictio eſt maledicti euacuatio. ci rõne
¶ Secunda eſt fœcunditatis ampliatio. benedi-
¶ Tertia eſt ſingularis gratiæ collatio. ctionis.
¶ Quarta eſt congratulantiũ gratiæ collaudatio.
De prima Pſ. Bñdixiſti dñe terrã tuã. i. humanã naturam ex
cludendo & euacuando maledictũ culpæ illatũ a deo cũ ait
Geñ. iij. Maledicta terra in opere tuo. De ſcđo habetur Geñ.
ij. Benedixit eis dicens. Creſcite & multiplicamini & replete
terrã. De tertia. ſ. bñdictione gr̃æ ſingularis dr̃ Geñ. xij. Bñdi
xit dñs Abraæ & Pſ. cxiij. Bñdixiſti oĩb⁹ q timent dñm. De
quarta dr̃ Mat. xxi. ꝙ pueri Hebræoꝝ clamabãt & laudabãt
cum magno gaudio chriſto Ieſu. Bñdictus qui venit in noĩe
dñi. Scđm oẽm modũ bñdictionis fuit benedicta virgo ma
ria in mulieribus. i. ſup oẽs mulieres. vt ly tu. notet excellen-
tiam ſuper alias.

## §. I. DE PRIMA BENEDICTIONE

qua. ſ. euacuatur maledictũ. Sciendum ꝙ hæc eſt triplex ſm
ꝙ triplex maledictũ excluditur. Vñ Hiero. Totũ maledictũ
qđ intulerat Eua: abſtulit benedictio mariæ.
¶ Eſt enim maledictum naturæ.
¶ Eſt maledictum culpæ.
¶ Eſt maledictum pœnæ.
Nam vt ait Amb. Pudor eſt fœminis nuptiarũ præmia non
habere. i. filios. Ideo maledictũ naturæ eſt opprobrium ſteri
litatis: qbus hæc ſola eſt cauſa nubẽdi. xxxij. q. ij. c. i. Propter Pudor
qđ Fenẽna exprobrabat Annæ eo ꝙ ſterilis eſſet: & maledi- eſt fœmi
cta dicebatur ſterilis q̃ fructũ nõ faciebat ſm legẽ. Hanc ma nis ꝓlẽ
ledictionem abſtulit btã maria: q̃ virginitatẽ ſterilẽ in mun nõ hr̃e.
do nobilitauit & exaltauit ac dedicauit in ſe virginitatẽ vt
rẽ excellentẽ & a deo bñdictam: q̃ ſi non replent terrã vt nu-
ptiæ: replẽt paradiſum tamẽ. Maledictũ culpæ eſt triplex. ſ.
libido impregnantis. Vnde btũs Hiero. ſup Mat. dicit. & ha-

betur.xxxij.q.ij.cõnubia.Cõnubia legitima carēt q̄ dē pctõ. non tñ tpe illo quo cõiugales actus geruntur: pñtia ſpũſſancti dat. & ſi ꝓpheta eſſe videatur q̄ officio gñationis obſequitur. hęc ille. & hoc ꝑpter libidinē.i.delectationē inordinatā illā qua ratio abſorbetur ſm Pħm. Fœditas cõcipientis. Iob xiiij. Quis põt facere mundū de immundo cõcæptū ſemine? Pctm̄ naſcentis. Pſ̄.l. In pctis concæpit me mr̄ mea.b. Aug. in lib. de fide ad Petrū de cõſe.diſt.iiij. firmiſſime. Firmiſſime crede & nullatenus dubites oēm hoīem: q̄ p̄ cõcubitum viri. & mulieris cõcipitur: cū pctõ originali naſci: impietati obnoxium mortiq; ſubiectum. Ab hac triplici maledictiõe fuit excluſus cõcæptus Mariæ. Et rõ eſt: quia nõ fuit ſimilis alijs. Non em̄ ex humano ſemine.ſ. myſtico ſpiramine vbū dei factū eſt caro de virgine Maria. Vnde imprægnans fuit ſpũſſctũs: q̄a ipſe operatus eſt illā vnionē. Concipiens fuit virgo. Eſa.vij. Ecce virgo cõcipiet.ſ.ꝑmanens virgo. Et cõcæptus eſt deus. Mat.i. Vocabitur nomen eius Emanuel qđ eſt interpretatū nobiſcū deus. Deus aūt peccare non põt nec in eum cadit pctm̄.

Maledictū pœnæ ē triplex,

Maledictū pœnæ eſt triplex.ſ. dāni virginitatē pdēdo: quæ.ſ. recuperari nõ põt: cui præmiū ſpeciale cõcedit: nec aliter mulier cõcipere põt vel parere. Scd'm maledictū pœnæ eſt laboris in portando fœtū: ſubijcitur enim multis paſſionibus mulier in portando in vtero prolē. Vñ & Tobias dixit filio ſuo.iiij.c. Memor eſſe debes quanta pericula ſuſtinuit ꝑpter te.ſ. mater in vtero ſuo te portās. Tertium eſt dolor in partu. Geñ.iij. In dolore paries filios. Sed ab iſta triplici maledictione euacuata eſt & liberata btā Maria. Nā vt ecclesia canit. Neſciens mater virgo virum peperit ſine dolore ſaluatorem ſæculoꝝ. Et ſic nec virginitatem amiſit: nec dolorem: ſed ſummū gaudiū in partu habuit. ſm illud Eſa.xxxv. Germinans germinabit.i. pariet lætabunda & laudans. Nec vllū laborē ſenſit in portando: ſicut nec in btitudine dolor reperit. Et btūs vēter q̄ te portauit. exclamauit quædā mulier de turba ad Chriſtum. Lucæ.xi. Apte igit dr̄. Bñdicta tu in mulieribus. q̄a p̄ tuam bñdictionem excluſa eſt a te omnis maledictio mulierum.

## §.II. SECVNDA BENEDICTIO EST

fœcunditatis ampliatio ſeu ſuperexaltatio. & hæc poteſt eſſe triplex.

¶ Primo ex parte agentis.

¶ Secundo ex parte generati.

¶ Tertio ex parte gignentis.

De bñdictiõe ſupexaltate fœcunditatis Mariæ,

Quælibet iſtarū eſt triplex. Et quantū ad primum. Agens in iſta concæptione fuit deus pr̄ ibi exercens ſuā potētiā. de⁹ filius oñdens ſuā ſapientiā. ſpũſſctũs exhibēs ſummā beneuolentiā, ꝑut. ē. declaratū eſt in p̄cedenti ſermo. Exaltata vtiq; eſſet ſup oēm gñationē & ampliata illa gñatio: in qua ſolū pater eſſet agens. Sed plus exaltata & magnificata vbi & fili⁹ & ſpũſſctũs etiam operatus eſt. Ex parte aūt generati tripliciter eſt ampliata generatio iſta. Nam concæptus eſt vir perfectus in naturalibus, non em̄ vt alij concepti in vtero matris diſtulit per tempora ad habendū vſum rõnis. Alij pueri per plures annos manent anteq; intelligant vel loqui pñt: vnde & infantes dicuntur. Sed ſubito Chriſtus concæptus habuit cõpletū vſum rõnis & memoriā tenaciſſimā: intelligentiā acutiſſimā: & volūtatē prõptiſſimā ad oē bonū: loq̄ pfectiſſime potuiſſet ſi voluiſſet. Scd'o eſt ampliata & magnificata iſta gñatio: q̄a cõcæptus eſt vir ſctũs gr̄a & virtutib⁹ pfectus. Aīa nr̄a naſcitur vt tabula raſa in qua nihil pictum eſt: nullus em̄ in ea habitus virtutis vel ſciētiæ: ſed in tēpore cū multo labore acquiruntur virtutes & ſciētiæ vel infundunt a deo. Nõ ſic Chriſt⁹ cõcæptus nõ ſic: ſed q̄ñ vbū caro factū eſt.i. hõ de virgine Maria in inſtanti aīa illa repleta fuit omi gr̄a: virtute & ſcientia: imo & gloria. Vñ viator & cõprehēſor. Viator quātū ad paſſibilitatē & actū moriendi nõ ꝓ ſe: ſed ꝓ nobis. Cõprehēſor lympidius cõtēplans gloriā dei: q̄; q̄cūq; in pr̄ia ſine cõparatiõe. Tertio adhuc magis exaltata eſt ſup oēs generatio iſta. Concæptus eſt ſummus deus. Eſa. xlv. Vere tu es deus abſconditus.ſ. in carne nr̄a. Sic igit exaltatur ſup oēs gñationes mulierū Gñatio Marię. & ideo benedicta tu &c. Ex parte gignentis.ſ. virginis eſt ſuperexaltata fœcunditas eius ſup alias mulieres: q̄a virgo cõcæpit: virgo peperit: virgo lactauit deū pariter & hoīem. In cuius figurā eſt ſignum datum Gedeoni de victoria habenda contra inimicos ppl̄i dei: videlicet vt vellus poneretur in area p̄ noctē & de mane reperiret vellus plenū rore: area autē arida & ſicca per totū. Vellus aūt eſt pellis aīalis mortui: & ſignat noſtram mortalem humanitatē. Iſtud in nocte vitæ pñtis poſitū in area vteri virginalis: reperit plenū rore cœleſti.ſ. deitatis vnitæ cū ea. quē rorē optabat Eſa. dicens. Rorate cœli deſup &c. Area tamen.i. corpus virginis remanſit arida: q̄a non humectata alicuius ſemine: ſed virgo in partu: vgo in cõcæptu: virgo in lactatione. vñ canit eccleſia. Sola virgo lactabat.ſ. dñm Ieſum chriſtū. vbere de cœlo pleno: non alio mõ. Illud aūt vellus plenū rore expreſſum in torculari crucis: impleuit concham eccleſiæ rore cœleſtis gr̄ę: p̄ quā habitat in nobis. Et hoc myſterium eſt ſignum confortās nos ad habendam victoriā de inimicis infernalibus qui infeſtant populum dei. ergo benedicta tu &c.

## §.III. TERTIA BENEDICTIO EST

ſingularis gr̄æ: nõ ſolū gratū facientis & gratis datæ: ſed excellentiæ cuiuſdā ſuper alios. Et hoc tripliciter.

¶ Primo q̄ eſt caput & principium fœminarum.

¶ Secundo q̄ eſt mater omnium.

¶ Tertio q̄ eſt domina vniuerſorum.

Quantū ad primum dr̄ btā Maria caput & principiū fœminarū. q̄a quicq̄d boni fuit in fœminis: ipſa habuit. & in ſummo gradu. & aliquod bonum habuit qđ nulla alia habuit.

De triplici bono qđ fuit in Maria qđ repitur ī fœminis.

Triplex aūt bonum reperit in fœminis. Bonū virginitatis bonū coniugalitatis. & bonum viduitatis. Beda. Bona eſt caſtitas coniugalis: melior cõtinentia vidualis: optima ītegritas virginalis. Et in vginitate eſt triplex bonū. Carnis incorruptio: nullius viri ſubiectio: angelica conuerſatio. De primo dr̄. Sap.vj. Carnis incorruptio facit ꝓximum deo. & rõ eſt: q̄a ſm Greg. in homil. Tanto vnuſquiſq; a ſupno amore diſiungit: quanto in infimis delectat. Vñ & p̄ ꝯtrariū tanto vnuſquiſq; deo magis approximat & cõiūgit: quāto magis a delectationibus terrenis abſtrahit: & q̄a p̄ virginitatē abſtrahit hõ a maximis delectationibus: ideo magis approximatur & cõiungitur deo.

De triplici bono ī virginib⁹.

Vnde & Sibyllæ & ſi Gentiles ꝓpter virginitatem credimus eis collatum ſpiritū prophetię. Sed btā Maria in hoc oēs virgines exceſſit: quia nullum ſtimulū carnis ſenſit: nec cogitationē turpem admiſit: ſed in ſumma puritate etiam āgelos ſuperauit. Scd'm bonum virginum eſt: quia nulli viro virgo ſubijcitur. Euæ em̄ cõiugatæ cū oībus alijs fœminis cõiugatis dictum eſt. Sub viri poteſtate eris. & ipſe dñabitur tui. Geñ.iij. & be. Aug. dicit.xxxiij. q.v. noluit. q̄ dñs ſtatuit coniugatas eſſe quaſi famulas virorum.ſ. in diſpoſitione domus & familiæ. Sed virgines liberæ ſunt ab huiuſmodi ſeruitute.j.Coꝝ.vij.c. Quæ virgo eſt cogitat q̄ dei ſunt: quõ placeat deo vt ſit ſctā mente & corpore. Vñ & libera eſt a ſeruiture viri. Btā aūt Maria non ſolum viro ſubdita nõ fuit: & ſi Ioſeph virum haberet. ſed dña ei⁹ & ipſe ſeruus eius. ſciebat em̄ & teſtis erat ſuæ virginitatis vnde & maternitatis dñi q̄nimmo ipē rex regū & dñs dñantium Ieſus filius eius ipſe erat ſubditus ei: vt ſcribitur Luc.ij. & Apoca.xix. Tertium bonum in virginib⁹ eſt angelica cõuerſatio. Omne em̄ ſimile appetit ſibi ſimile. Angeli ſunt virgines: & ideo delectantur cõuerſari cum virginibus. vñ Hiero. Angelis ſemper cognata eſt virginitas: in carne em̄ præter carnem viuere angelicum eſt non humanum. Et angelus apparens Ioanni virgini oſtēdit ei illa mirabilia quę ſcribit in Apoca. Et Gabriel Danieli caſtiſſimo duplicē aduentum Saluatoris manifeſtauit. Sed nulla vnq; pura creatura ita familiariter cõuerſata eſt cū angelo ſicut btā Maria. Non em̄ ſolum ea vice q̄ñ incarnationem nuntiauit: ſed frequentiſſime. Bñdicta ergo tu in mulieribus vginibus.i. præ cūctis & ſup cunctas virgines ꝑpter prædicta. In coniugatis reperitur triplex bonū.ſ. fides: ꝓles & ſacramentū. vt ait btūs Augu.

De triplici bono ī cõiugatis.

Et in oībus his tribus exceſſit btā Maria coniugata omnes cõiugatas. Et fides quidē intelligit vt alter alteri ſeruet fidelitatem non cõmiſcendi ſe cū altero vel altera. Sed btā Maria non ſolū cū altero ſe nõ commiſcuit: ſed nec cū ſpõſo ſuo Ioſeph. de cõi cõſenſu virginitatis votū emiſerunt: & vterq; in virginitate ꝑmanſit. vt dicit. b. Aug.xxvij. q.ij. btā Maria. Tanto coniugiū eſt ſanctius quanto caſtius. nec ideo Ioſeph voluit dimittere eam. vt Matthæus euangeliſta dicit.c.j. cū videret eam p̄gnantē: q̄a eā ſuſpectā haberet de



ret de adulterio. ſed vt dicit Berñ. reputabat ſe īdignum cū tam ſancta manere: q̄m cum ſciret eam plenam omni honeſtate & modeſtia & ſanctitate: æſtimauit eam nõ de viro: ſed a ſpũſctõ impregnatam. Bonum prolis ſequit ex ꝯiugio. & ꝑpter hoc eſt inſtitutum mr̄imonium. nõ hoc bonū defecit in btā maria: ſed duo oēs coniugatas eſt cum virginitatis honore gaudium mr̄is hñs. Vñ nec primam ſimilē viſa eſt nec habere ſequentem. Proles autem cõiugataꝝ eſt pura creatura & pcā ori: ſed ꝓles virginis eſt deus & homo ſanctiſſimus. Tm̄ ergo diſtat inter ꝓlem huius virginis & ꝓlē cõiugatarum: quātū inter deū & hoīem. Tertiū bonū in ꝯiugatis eſt ſacramētum. Vñ apl̄s Ephe.v. Hoc aūt dico magnū ſacr̄m in Chriſto & eccleſia. Significat em̄ cõiunctionē xp̄i cum eccleſia: quo ad conſenſum mutuum volūtatis exp̄ſſum p̄ verba cõiunctionem xp̄i cum eccl̄ia.i. bonis fidelib⁹ p̄ dilectionem. Quo autem ad ꝯiunctionē corpoꝝ p̄ copulā ſignificat cõiūctionē dei cū nr̄a humanitate in vna pſona. & ſic indiſſolubilis eſt talis cõiunctio. Nūq; em̄ ſeparata eſt deitas ab humanitate poſtq; eam ſibi vniuit. Hinc eſt q̄ matrimoniū conſummatum p̄ copulā: nūq; diſſolui põt vt correſpõdeat ſignum ſignato. Hoc autem ſacramentum impletum eſt in vtero vginali in quo facta eſt talis vnio & ꝑmaxime bonū iſtud coniugatoꝝ reperit in virgine.

triplex bonū reperit in viduis.

In viduis autem reperitur triplex bonum.ſ. libertas contemplatiõis. Vñ de Anna ꝓphetiſſa vidua dr̄ Luc.ij. q̄ templum frequentabat deo ſeruiens in orationibus die ac nocte. Secundum bonum eſt carnis maceratio. Nā vt ait apl̄s.j. ad Tim.iiij. Vidua ī delicijs viuens mortua eſt. Vnde & ſancta Iudith vidua ieiunijs inſiſtebat cõtinuis. Tertium eſt exercitium in operibus pietatis & mīæ. vt oſtendit apl̄s in dicto.c. Et vidua illa Sareptena Heliam de cibo neceſſario pauit. Hæc omnia ſine comparatione fuerunt in btā maria. nam ieiunia nõ ſolum in lege mandata ſeruabat. ſed & ſm bea. Amb. alia addebat. tota dedita erat orationi & cõtemplationi xp̄m mendicum & pauperem de ſua paupertate nutriuit. Qđ aūt mr̄ ſit oīm & dña pater: q̄a mater eſt eius q̄ omnia creauit: & q̄ nos redemit ſua paſſione. Bene ergo dicitis. bñdicta tu in mulieribus. quo ad gratiam ſpecialem ſuper omnes.

De q̄rta benedictiõe.ſ. ꝯgratulationis laudantium.

## §.IIII. QVARTA BENEDICTIO DICI

tur congratulatio laudantium. de qua in cātico triū pueroꝝ qui orabāt in camino ignis. Dañ.iij. Bñdicite omnia opera domini domino: laudate &c. Hæc triplex eſt in beata maria ſup omnes mulieres. Collaudatæ quippe ſunt aliquę mulieres ex virtutibus ſuis: & bñdictæ ab hominib⁹ vt Iudith & aliquæ aliæ: ſed nulla eatenus vt maria. Collaudatur em̄ ab angelis: ab hominibus: & ab omnibus corporalibus rebus. Ab angelis quidem vt hic. Benedicta tu in mulierib⁹. & merito q̄a genuit angelorum reſtauratorem conciuium ſuorū redemptorem. Reſtaurauit enim filius ſuus reddendo p̄ æq̄pollentiam deperditū: multiplicando numerum & augmētando ſuperadditum.ſ. quartam hierarchiam in qua ipſe cū matre ſua ſup omnem hierarchiam: p̄ quem laudant angeli atq; archangeli &c. in præfatione maieſtatē dei & aſſumpta ipſa btā maria: laudantes angeli benedicunt deum. Laudāt homines & benedicunt btām mariam p̄ Elizabeth dicentes Luc.ij. Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus vētris tui. qui fructus ventris ſui factus eſt hominibus ſapientia: iuſtitia: ſctificatio & redemptio.j.Coꝛ.i. Sapientia.ſ.ī docendo. Iuſtitia in virtuoſe & pfectiſſime cõuerſando oſtendens quõ iuſti efficiamur p̄ eius imitationem. Sanctificatio ſacramenta inſtituendo quæ nos ſctificant. Redemptio per paſſionē a diabolo cuius captiui eramus in redimendo. Laudant quoq; omnia corpora beatam Mariam: q̄a ea immutauit, cauſaliter innouando. Ecce ego creo cœlos nouos & terram nouam. ait filius eius in Apoc. ac etiam nobilitando: & omnia quodammodo in chriſti corpore vniendo: q̄a corp⁹ ipſa ei dedit: qđ cum oībus corporalibus aliquo modo conuenit & excedit. Et ideo quia iſtis de cauſis bñdicta eſt ī mulierib⁹: ſuper omnes mulieres benedicta & puras creaturas: ſicut dicimus de domino. Benedicite omnia opera domini domino. ita dicere poſſumus beatæ mariæ. Benedicite omnia opera dominę omnium.

¶ De benedictione beatæ mariæ virginis apud omnem generationem. Cap. XXIIII.

## BENEDICTA TV IN MVLIEribus.

Altius & copioſius iſtā vltimam bñdictionē laudationis & magnificationis reaſſumēdo. Tu inquit exiſtens in numero mulierū q̄ ad ſexū non viroꝝ: ſimplr̄ es benedicta: oēm ꝯtinēs in te bñdictionē ſctõꝝ.

Maria vgo ī ſe ꝯplectit oēm bñdictionem.

Quāuis autē collatio tp̄alis fœlicitatis etiam dicatur benedictio quædam. Vñ & Iſaac dixit Eſau filio ſuo bñdictionem poſtulanti temporalium q̄; ſpũalium. In pīguedīe terræ erit bñdictio tua. Geñ.xxvij. Et. Sathan ad dñm de Iob ait. Operibus manuum eius benedixiſti. qđ quaſi declarans ait. Poſſeſſio eius creuit in terra. Tamen potior bñdictio ſine comparatione eſt operatio vel collatio beatitudinis verę diſpoſitiue vel completiue q̄ omnia bona comprehēdit. vñ apl̄s ad Ephe.j. Benedictus deus qui benedixit nos omni benedictione in cœleſtibus. & dñs dicet in finali iudicio. Venite benedicti patris mei percipite regnum vobis paratum. Mat.xxv. Ideo bñdicti: q̄a bona opera egiſtis: q̄bus paratū eſt regnum beatum. Hanc benedictionem beatitudinis in p̄ſenti & futuro ſuper omnes poſſidet btiſſima Maria. & hoc ipſa exprimit in cantico ſuo dicens. Beatam me dicent oēs generationes. Et Salomon Prouerb. vlti. Surrexerunt filiæ: ſ. per imitationem eius animæ ſanctæ: & beatiſſimam prædicauerunt. & ſic omnes generationes benedicunt beatam mariam collaudantes de bonis ei collatis. Eſt autem triplex generatio naturæ intellectiuæ.

¶ Prima generatio æternalis.

¶ Secunda generatio angelicalis.

¶ Tertia generatio humanalis.

Harum proprium eſt benedicere.

## §.I. DE ETERNALI DICIT DEVS

pater ad filiū p̄ Pſ̄. Ante Luciferum genui te. de qua Eſa.liij.c. Generationem eius q̄s enarrabit? ſ. æternam. quaſi diceret nullus. Ipſe igit deus poſtq; cuncta creauit per verbum ſuū. & cum ſpũſancto: bñdixit beatiſſimæ Mariæ in figuram. & beatam. dixit q̄ñ benedixit diei ſeptimo in qua requieuit ab omni opere quod patrarat. Geñ.i.

Maria gñatiõi æternali bñdixit quõ.

Eſt autem iſta benedictio operum conſummatio: a peccatis vacatio: æternæ requiei p̄figuratio: q̄ omnia plene reperiūt in beata maria. Fuit em̄ in beata maria pfecta operum cõſummatio: q̄ñ omnia creata in vno hoīe vniunt cum creatore: & primum fit vltimū & vltimum fit primū. nõ em̄ eſt perfectio motus vel operis niſi in circulo. Eſt ſecundo ibi.i. in virgine vera a peccatis ceſſatio. In eius em̄ volūtate pctm̄ nullū fuit nec eſſe potuit. Tertio requies etiam huius non fuit futuræ req̄ei ſignū tm̄: ſed etiam cauſa. Si ergo ſeptima dies eſt bñdicta ꝑpter ſabbatum dei.i. ceſſationem ab opibus: & tñ excellētior eſt ſabbatiſmus recreatiõis: qua ſcilicet requieſcens in virgine mūdum recreauit ſabbato creationis: ergo & bñdictio maior. In omnibus em̄ requiem quæſiuit: & in ipſa ſola inuenit in qua inuenit oīa quæcūq; quæſiuit. Vñ & in tabernaculo ei⁹ requieuit. Eccli.xxiiij. Poſtq; aūt ipē æternaliter genitus de virgine natus: cõuerſatus eſt in mundo ſemel prædicās mulieri exclamanti & dicenti. Beatus vēter qui te portauit &c. Subdit ipſe. quinimmo: beati qui audiūt verbum dei: & cuſtodiunt illud. quaſi diceret. non ſolum illa quæ me portauit beata eſt: ſed oēs qui audiunt vbum dei & obſeruant: & implent opere illud. Et q̄a ipſa pfectius audiuit & obſeruauit oīa mādata dñi & cõſilia. ideo beatiſſima & bñdicta præ cūctis benedicta ergo tu in mulieribus.

Maria exercuit oēs act⁹ octo btitudinū ī ſūmo bono.

Primus ſermo Chriſti ad diſcipulos erudiendos fuit verbum de beatitudinib⁹. de quibus Mat.v. Quæ beatitudines octo ſunt perfecti act⁹ virtutum diſponentes ad ſup̄nam & æternam beatitudinē. Ad quos actus exercendos Chriſtus exhortatus eſt in diuerſis locis euāgelij ſi q̄s inquirere velit. q̄ omnia verba beata maria pfectiſſime impleuit. vt docet p̄ ſingulos Alber. vbi ſ. Et prima q̄dem eſt. Beati pauperes ſpũ. vbi glo. pauperes ſpũ ſunt: q̄a non neceſſitas: ſed fides & deuotio beatos facit: vt contemptis omnibus dño viuant. Importat ergo abdicationem rerum. Hæc autē abdicatio fuit in ſummo in beata Maria. Nā hæc abdicatio fit duobus modis.ſ. per rerum ſubiectionem: vel per rerū omnimodam abiectionem. Sed magna eſt pauptas p̄ rerū ſubiectionē: maior p̄ rerum abiectionē: maxima autem quæ eſt ex vtriſq; cõpoſita. de qua dicit

Apl's.ij.Cor.vi. Nihil habẽtes & oĩa poſſidentes. Hoc autẽ non potuit eſſe niſi in btã Maria omnimode: & perfecte & proprie. Oẽs alij ſi res abiecerunt non retinuerunt. & ſi retinuerunt nõ abiecerũt: quia tantũ procuratores & fructuarij & nõ domini fuerũt. Btã aũt mater dei virgo exiſtẽs & regia cœli ius & dominiũ & vſufructũ poſſeſſionis habeat in rebus filij ſui. Vnde & bene potuit relinquere & omnia poſſidere. reliquere quãtũ ad vſũ & fructum: poſſidere quantũ ad proprietatẽ & ius dominij. & ſic beatiſſima virgo potuit habere perfectiſſimã paupertatem. Itẽ in rerũ abiectione eſt ordo & gradus. Et ponit Alber. nouem gradus paupertatis

Nouẽ ſũt gradus paupertatis

in hominibꝰ. Primus gradus paupertatis eſt dare ſuperflua perſonæ: prout perſona ſonat indignitatẽ. Secundus eſt dare ſupflua nõ ſolũ pſonę: ſed & ſuperflua naturę. Lu.xi. Qđ ſupereſt date eleemoſynã. gloſ. prȩter victũ & veſtitũ. Tertius gradus eſt dare nõ ſolum ſuperflua: ſed neceſſaria. glo. dicit etiam valde neceſſaria cum proximis diuidamꝰ. Quartus eſt oĩa neceſſaria & ſuperflua ſimul dare: ſed ſemetipm̃ retinere. i. non ꝓpter deũ qđ & philoſophi fecerũt. vt dicit Hiero. de Socrate. xij. q. ij. gloria. Quintus eſt omnia dare & ſemetipm̃ addere: ſm illud Mat. xix. Si vis perfectus eſſe vade & vende oĩa quæ habes & da pauperibus & ſequere me. ſ. te tando. Sextus eſt oĩa dare & ſemetipm̃ relinquere. & vltra hoc laborare manibus vt tribuat neceſſitatem patienti: vt fecit Paulus qui laborabat manibus ſuis. vt ipſe dicit ad Corint. vt ſibi & ſocijs ſubueniret. Septimus eſt omnia dare etiam ſeipm̃: & ſpũ & corpore laborare: vt paſcat proximum ſpũali cibo. Qui gradus eſt melior priori: qa meliꝰ eſt reficere aĩam ſemper victuram (ait btũs Gre.) ꝙ̃ corpꝰ moriturũ. Octauũ aũt ponit eſſe in beatiſſima virgine perfectiorem cæteris qui eſt relinquere oĩa & ſeipſum & de ſubſtantia corporis ſui accipere & ad refectionẽ animarum ꝓximis dare. Hoc em̃ fecit ſola beatiſſima Maria: quæ de puriſſimis carnibus & ſanguinibus ſuis viaticum nobis confecit. Panem viuum qui de cœlo deſcendit: qui eſt vere vita quem q religioſe manducauerit mortem non guſtabit in æternum. hunc toti mundo mendico ipſa dedit. Nonus gradus perfectiſſimus eſt filij ſui Ieſu: qui eſt omnia dare corpus & animam propriam. & diuinitatem habens vnitam ꝓximis dare ĩ cibum animę: ſub ſpecie tamẽ aliena. & hoc fuit opus ſũmæ miſericordiæ & ſummum paupertatis dñi Ieſu in via. Nec attenditur perfectio paupertatis penes propinquationem ad ſummum defectum rerũ: ſed penes deuotionem: voluntatẽ: & perſonæ dignitatem. Si em̃ æque parũ habent miles & ruſticus: pauperior dicetur miles ꝙ̃ ruſticus. immo qđ ruſtico diuitiæ: militi paupertas. & qđ militi diuitiæ: principi eſt paupertas. Ergo cum beatiſſima virgo Maria præcelluerit oẽs dignitate: qa regina cœli: mater dñi: & omniũ in æquali paupertate oẽs excelleret. Ergo bñdicta tu es & beata in paupertate ſpiritus.

De ſcđa btitudine diſpoſitiua.

Quantũ ad ſecundam beatitudinẽ diſpoſitiuam dicit gloſ. ſuper illud. Beati mites. Mat. v. Mites ſunt qui malis moribus dominantur. & alia gloſ. Mitis ſeu manſuetꝰ eſt qui nec irritat: nec irritat̃: nec nocet: nec nocere cogitat. Ad hanc hortatur Ieſus chriſtus exemplo ſui dicẽs Mat. xi. Diſcite a me: qa mitis ſum & humilis corde. hæc in excellentia habuit beata Maria ſup oẽs. Nam pfectũ dominium habuit: qm̃ malis moribus dominabatur ſine pugna interiori. Omnium autem aliorum dominiũ huius mũdi fuit cum pugna. Similiter nullum hominẽ irritauit: nulli nocere cogitauit: ſed omnibus ꝓdeſſe ſtuduit. Diſcurre p totam ſeriem euangelij & nunꝙ̃ inuenies (ait beatus Berñ.) verbum durum & aſperũ egreſſum de ore eius. Omnia beata virgo æquanimiter aduerſa ſuſtituit excellentiſſime: qđ facit mitis ſm glo. & ideo mitiſſima. Vñ canit eccl'ia in hymno. Virgo ſingularis inter omnes mitis: nos culpis ſolutos mites fac & caſtos. Non obſtat quod dicitur de Moyſe Nume. xij. Erat Moyſes mitiſſimꝰ hominum ſup terram. In ſuplatiuo gradu: qa ĩtelligit̃ de illis q tunc erãt ſup terrã: non de virgine.

De beatitudie luctus.

Quantum ad tertium de beatitudine luctus. ſm illud. Beati qui lugent. Ad oſtẽdendum ꝙ nec iſta ei defuit: ſed alios exceſſit: ſicut & in alijs. Nota quod ait bea. Auguſt. xxviij. q. i. iam vero. Ea ſunt in noſtris officijs gratiora: ſcilicet quæ cum liceret nobis non impendere: dilectionis tamẽ cauſa impendimus: & hoc ſicut quo ad homines: ita quo ad deum. Sed beata maria non erat debitrix ad lugendum pro peccatis: quia nullum in ſe habuit: lugebat tamẽ ex dilectione peccata populorum. & quando vt ait btũs Greg. Stabat mater doloroſa iuxta crucem lachrymoſa dũ pẽdebat filiꝰ. non minus lugebat peccata crucifigentium ꝙ̃ afflictionem filij. Vnde ſicut in cruce orauit: vt ait Apl's ad Heb̃. v. cum lachrymis & clamore valido. ſ. pro peccatis humani generis relaxandis: ita & mater eius beata Maria fontes fecit lachrymarum de ſuis pudiciſſimis oculis. vt ait Anſel. ĩ illa paſſione quam ſuſtinere nouerat pro peccatis hominum & pro incolatu præſentis miſeriæ. quare non magis lugebat ꝙ̃ Dauid dicens. Fuerunt mihi lachrymę meę panes die ac nocte dum dicitur mihi quotidie vbi eſt deus tuus. & permaxime poſt aſcenſionem filij. Vnde ob conſolationem ſui ſm be. Hiero. viſitabat loca ſæpe vbi filius aliquid magni egerat. Vere ergo benedicta tu in mulieribus: & beata beatitudinis luctu.

Quarta btitudo

De quarta. ſ. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã. Nulla pura creatura magis deſiderauit iuſtitiam bonorum operum in ſe & in toto humano genere ſicut beatiſſima Maria. Eſurire eſt opera iuſtitiæ difficiliora feruenter appetere. Sitire eſt opera iuſtitiæ communiora & faciliora deſiſterare: ſicut laborioſius & tardius comeditur ꝙ̃ bibitur. Qui edunt me adhuc eſurient: & qui bibunt me adhuc ſitient. ait diuina ſapientia Eccl'i. xxiiij. Et quia magis ſibi incorporauit diuinam ſapientiam & gratiam ꝙ̃ aliquis vel aliqua: ideo magis eſuriuit & ſitiuit iuſtitiam bonorum operum. Eſurire quippe proprie eſt viatorum ſitire. Saturari & inebriari eſt compræhenſorum. vt oſtendit Pſ. xxxv. Satiabor &c. & inebriabuntur ab vbertate domus tuæ &c. Inter eſurire autem & ſatiari eſt medium: ſcilicet comedere. Sed cum nihil ſit vacuum & illa ſint extrema: extat & mediũ. mediũ aũt ptinet ad ſtatum medium. Ille autem ſtatus eſt ſtatus beatæ virginis. Habebit ergo beata maria iſtam beatitudinem citra compræhenſores: & vltra viatores.

Quinta btitudo

¶ De quinta beatitudine: videlicet. Beati miſericordes. in qua excellit ſine comparatione omnes. Quod patet ex hoc: quia dicitur ipſa & prædicatur mater miſericordiæ: quod nulli alij proprie conuenit. Dicuntur autem aliqui viri miſericordiæ: qui omnes habẽt comparationem ad mĩam per modum originis eſſentialis: & per modum matris. Conuenientia autem eſſentialis improportionabiliter excedit modum inhærentiæ p modum accidentis. Vnde vniuerſos excellit mĩa. Item quicquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati. Beatiſſima autem virgo eſt cauſa filij: filius autẽ eſt cauſa totius boni & omnis miſcordiæ: ergo & mr̃ eſt cauſa totius mĩæ: qđ alij non ꝯuenit. Itẽ illud qđ æque proprie & principaliter habet duas naturas inconfuſas: æque proprie habet proprietates duarum naturarum. Vñ & iſtæ æque proprie ſunt. Chriſtus eſt deus. Chriſtus eſt homo. ergo & hæc. Chriſtus natus eſt a deo. Chriſtus natꝰ eſt ab homine. ergo etiã & ſic. Chriſtus eſt a deo. Chriſtus eſt ab homine. Sed Chriſtus omnes opatiões attribuit patri a quo ipſe eſt. ergo & matri a qua ipſe eſt attribuentur opationes eius quæ conueniunt ei ratione humanæ naturæ: ſicut & pri operationes quæ conueniunt diuinæ naturæ. Sed ſm humanam naturam xp̃s exhibuit nobis officium ſummæ mĩæ in paſſione. ergo beatiſſimę virgini attribuuntur effectus ſummæ mĩæ. quod etiam patet in modo loquendi eccleſiæ. Hodie morte quã fœmina intulit: fœmina fugauit. & q̃ dãnauit ſaluauit ipã. Bñdicta ergo tu in mĩa.

Sexta btitudo

De ſexta. ſ. Beati mũdo corde. dicit gloſ. Mundi corde ſunt quos conſcientia nõ arguit pctõꝝ: ſeu qui ſibi nihil conſcius eſt: ſed hoc fuit potiſſime: imo ſingulariter in beata Maria. ergo pmxime fuit mũdo corde. Item actus fidei purificat. ſm illud Petri ĩ Actibꝰ. Fide purificans corda eorum. Sed beatiſſima Maria habuit fidem perfectiorem cunctis: ergo & puritatem quæ mundi cã eſt. Item ſm Diony. tres ſunt actus hierarchiæ: purgare: illuminare & pficere. & ſũt ita ordiati: vt magis purgatꝰ ſit magis illuminatꝰ & magis pfectꝰ. Sed btiſſima Maria fuit maxĩe pfecta & illumĩata. ergo & maxĩe purgata & mũda.

Septĩa btitudo

De ſeptĩa. ſ. Btĩ pacifici. dicit glo. Pacifici ſũt q oẽs motꝰ animi rõni ſubijciunt: qa his nihil repugnat ſimiles patri ſuo q eſt ſumma quies. Sed hoc fuit in ſummo in beata virgine. Item alia gloſ. Dum lex carnis repugnat legi mentis non modo alteri: ſed nec nobis pacifici eſſe poſſumus. Sed in beata maria caro non rebellauit aduerſus ſpm̃. ergo ipſa maxime fuit pacifica. Item ſi pacifici dicuntur qui faciũt pacẽ inter alios

quod



quod & fecit filius dei pacem faciens his qui prope & his q longe erant. medium vniuerſale per quod fuit facta pax inter deum & homines: fuit beata virgo mediatrix & reconciliatrix omnium. ergo & ipſa in ſummo pacifica.

Octaua btitudo

Benedicta ergo tu in pace. De octaua qua dicitur. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Dicit Alber. ꝙ non intelligitur de quacunꝙ̃ perſecutione: ſed de ea quæ eſt p martyrium. Sed videtur ꝙ hanc non habuit: quia martyriũ nõ habuit.

Arguit̃ contra.

Doctores tamen dicunt ipſam cõſecutam fuiſſe aureolam martyrij in perſecutione mortis filij. bea. Berñ. Longe plus ꝙ̃ martyrem cenſemus: in qua paſſionis ſenſum cõpaſſionis ſuperauit affectus. Ioan. Damaſ. etiam appellat eã martyrem in paſſione filij. Probatur autem ſic. Dationi animæ debetur aureola martyrij: ergo datiõi precioſiſſimæ animæ & dilectiſſimæ debetur precioſiſſima aureola martyrij. Sed beatiſſima virgo maria dedit precioſiſſimam & dilectiſſimam animam. ergo habebit precioſiſſimam aureolã. Medium probatur. dedit enim dilectiſſimam animam. i. vitam filij. Ipſa enim in infinitum plus dilexit animam. i. vitam filij ꝙ̃ beatus Petrus animam. i. vitam ſuijpſius. Quod dedit precioſiſſimã patet: quia datio huius animæ. i. vitæ filij fuit precium totiꝰ mũdi: & redimibilis creaturæ. & ſic dedit animã in infinitũ plus dilectã. ergo & habet precioſiſſimam aureolam martyrij. Itẽ dolor cauſatur ex amore: vt quantũ qs plus aliquid amet: tãto plus doleat de amiſſione eius. Dolor autem ſanctorum in martyrijs eoꝝ cauſabatur a natura propter ſeparationẽ animæ a corpe. Dolor aũt btẽ Mariæ a natura & grã: ſed maior etiã a grã. Sed fortior & perfectior eſt cauſatꝰ a grã ꝙ̃ a natura. ergo improportionabiliter maior fuit dolor eius in paſſione filij ꝙ̃ martyris cuiuſꝙ̃ in ſua paſſione. ergo & potiſſima in hac perſecutionis beatitudine. Et ſic patet ꝙ generatio æterna. i. filius dicet eam btãm: quia audiuit v̾bum ſuum. & ſeruauit verba ſua. ſ. de iſtis octo beatitudinibꝰ quas pfectiſſime habuit ſup omnes. & ſic beatam me dicent: & bñdictam benedictiõe optima omnes generationes. vnde benedicta tu in mulieribus.

## §. II. DE GENERATIONE ANGELICA

De gñatiõe angelica q̊ mõ bñdicant mariã mltipl'r

poteſt exponi illud Geñ. j. Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ & dicitur ibi generatio creatio a deo. & generatio cœli eſt creatio angelorum. Sic beatꝰ Aug. ſuper Geñ. ad literam exponit illud. In principio creauit deus cœlum & terram. cœlum. i. angelicam naturam. Hæc autem generatio cœli. i. angeli creati beatificant, laudant & benedicunt multipl'r virginem glorioſiſſimam. & Gabriel pro oĩbus angelis laudans inquit. Aue gratia plena. cum ſibi nuntiauit concæptum filij dei. ad partum vero eius poſtꝙ̃ angelus cum magna luce apparens nuntiauit paſtoribus cum magno gaudio natiuitatem filij virginis: facta eſt cum ĩpſo multitudo militiæ cœleſtis: id eſt angeloꝝ canẽtium, Gloria ĩ altiſſimis deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Lucæ. ij. quaſi dicat. gloria paratur in cœlis propter deum natum ex virgine maria: & pax reconciliationis cum eo hominibus. ſ. habentibus bonam voluntatem. In aſſumptione vero eius cũ aſcẽdit ad cœlum gaudent angeli: canit eccleſia: & laudantes benedicunt deum. & admirantes de tam excellenti gloria dicunt. Quæ eſt iſta quæ aſcendit ſcilicet in cœlum: de deſerto mundi. ſ. huius derelicto & priuato bonis virtutũ: vbi ſunt beſtiæ ſylueſtres dæmonum & malorum hominum. delicijs affluens. i. omni ſuauitate & perfectione virtutum. innixa ſuper dilectum ſuum: ſcilicet filium: id eſt coniuncta cum eo omnem tranſcendens hierarchiam noſtram.

hiſtoria q̃ſi'n fuit ædita illa antiphona Regina celi &c.

Tempore quoꝙ̃ beati Gregorij magni cum ipſe in proceſſione progrediens per vrbem cum omni clero & populo ad rogandum deum pro ceſſatione ſeuiſſimæ peſtis quæ Romam inuaſerat: deferri faceret quandam tabulam vbi depicta erat imago beatæ Mariæ ꝓ vexillo ante proceſſionem: viſi ſunt angeli circa figuram beatæ virginis canentes in laudem eius. Regina cœli lætare alleluia. quia quem meruiſti portare alleluia. reſurrexit ſicut dixit alleluia. Cui addidit beatus Gregorius. Ora pro nobis deum alleluia. Quod interpretatur laudate dominum. Surrexerunt ergo filiæ Sion & beatiſſimã dixerunt: reginæ & concubinæ laudauerunt eam. vt dicitur Cañ. vi. Filiæ Sion ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ. i. angeli qui dicuntur filiæ: nõ propter ſexum: ſed propter intelligentiam. filiæ autem Sion propter claram ſpeculationem & cõtinuã diuinoꝝ. Sion interpretatur ſpeculatio: & ad hoc ſunt creati. Surrexerunt aũt ad venerandum eam quam intuentur ſuper ſe: quam ibi vocat vnam columbam ſuã electã genitricis ſuæ: quia ſola fuit tota cum dei voluntate vnita. colũba ſine felle peccati dealbata: niue candidior: meritorum ſplendoribus ſpũſſancti fœcũdata: muneribꝰ electa: & præelecta ex oĩbus genitricis ſuæ. i. ſynagogæ: ex qua nata eſt. Reginę autem ſunt animæ ſanctæ: quæ ratione bene hic ſe & alios rexerunt. Cõcubinæ autem ſunt animæ reproborum: quæ cũ non habeant deũ in ſponſum generant filios illegitimos ſcilicet malorum operum quibus non debetur hæreditas ſuperna. & hi etiam reprobi laudant beatam virginem. vt dicet̃ in. §. ſeqn. Sed filiæ Siõ. i. angeli magis laudãt: qa eam magis ſpeculantur & perfectiones eius. Vñ in ſuplatiuo gradu beatiſſimam dicunt. & ſic beatam me dicent omnes gñationes etiam angelorum. Benedicta ergo tu in mulieribus a generatione omni angelica.

## §. III. DE GENERATIONE HVMANALI

dicit Salomon Eccl's. i. Generatio præterit. ſ. hoĩm p mortẽ. & generatio aduenit. ſ. per natiuitatem aliorum hominum. terra autem in æternum ſtat quam inhabitant. Et Matth. j. Liber generationis Ieſu chriſti. Abraam genuit Iſaac. Iſaac genuit Iacob &c. Hæc autem eſt triplex.

de triplici gñatiõe hũana q̃ bñ dicit mariam.

¶ Gñatio praua reproborum.
¶ Gñatio recta electorum.
¶ Gñatio inclyta doctorum.

Et oẽs hæ beatam dicũt & bene dicunt de ea. vnde aptiſſime bñdicta tu in mulieribus. De prima dicit Chriſtus Mat. xv. Gñatio praua & adultera ſignum q̃rit. Et Moyſes in Cãticis. Generatio enim ꝑuerſa eſt & infideles filij. Deut. xxxij. Infideles enim filij dei tm̃ per creationem. dicunt beatã virginem & benedictam: bene dicentes de ea. Licet adultera ſit talis generatio: a deo vero recedens: vt Iudæi: Gentiles: Græci & Latini: Saracæni: Turcæ: Armeni: Indiani: Georgiani: Neſtoriani: Hæretici: Schiſmatici: & mali chriſtiani bñdicunt eam. Ioſephus maximus hiſtoriographꝰ Hebræorum bene dicit de ea. Multi cõuerſi ex Iudaiſmo ex miraculis virginis beatam dixerunt dum legunt in ſynagogis ſuis mirabilia quæ ſcripturæ & palam & in figuram dicũt de ea velit vel nolint benedicunt. Et cum in fine conuertentur ad veſperam circũibunt ciuitatem eccl'iæ ad veritatem fidei recipiendam. plene beatam dicẽt eã omnes illæ generationes. Non em̃ præteribit generatio hæc (ait Ieſus Luc. xxi.) donec omnia fiant.

Saracæni & turcæ q̃l'r benedicũt beatam mariam.

Saracæni & Turcæ benedicunt virginem adorantes eam in templis ſuis & thurificantes: & nomen eius in tali reuerentia eſt: ꝙ blaſphemãtes eam graui pœna mulctãtur. Fatentur em̃ Chriſtum de ipſa virgine natum: cœlũ viuum aſcendiſſe: non mortuum fuiſſe & demum in fine mundi mũdum iudicaturũ. vt patet in Alchorano lege eoꝝ. De Latinis Gentilibus Virgi. Iam redit & virgo redeunt Saturnia regna. Iam noua progenies cœlo demittitur alto. Natæ meæ vires mea magna potentia ſolus. Et te ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri: Irrita perpetua ſoluẽt formidine terras. Quamuis autem beatus Hiero. dicit Virgilium nõ hæc intendiſſe dicere De Chriſto: tamen poſſibile eſt etiam ꝙ ſicut Cayphas ꝓphetauit de ſalute mundi per mortem vniꝰ ſ. Chriſti: non hoc intendens nec intelligens: ita & Virgiliꝰ de Chriſto & matre eius benedixerit. vt ſentit beatus Aug. Ouidius quoꝙ̃ poeta in lib. de vetula ait. O virgo fœlix virgo: virgo ſignata per ſtellas. Quis mihi tantum det viuere vt dignus poſſim laudum tuarum ferre præconia. Nam niſi tu fores deus non ſumeret carnẽ. ex te hic deus omnipotẽs Non tamen creditur Ouidius illum librum feciſſe: ſed aliquis infidelis Ouidio intitulans. Ex Græcis fuerunt cõmuniter Sibyllæ. Vnde & Lactan. ponit earum verba de Chriſto in Græco: & poſtea in Latino. hæ laudãt beatam mariã. Schiſmatici & hæretici etſi in multis errẽt: vel quia diuiſi ab vnitate eccleſiæ: vel quia male ſentiunt de aliquibus articulis venerantur benedictam & beatam dicunt virginem glorioſam exceptis illis qui aſſerũt iſpam habuiſſe alios filios ex Ioſeph: qđ blaſphemum eſt & hæreticum dicere. Sed & mali Chriſtiani modo ſuo benedicunt virginem. Nam & homicidæ: adulteri: inceſtuoſi: blaſphemi: proditores: & oĩ

vitiorum ſpurcitia infecti: aliqui venerantur & benedicunt
beatam mariam: ieiunãtes in honorem eius ſabbatis & per
totum annum diem annuntiationis: vł vigilias feſtiuitatũ
eius in pane & aqua. Et multi videntur magis beatam vir⸗
ginem in venerationem habere q̃ Chriſtum filium eius ma
gis ex ſimplicitate moti q̃ ſcientia. Sed qa honor matris in
filium redundat: patientiam habet huius ſimplicitatis. Ec⸗
cleſiæ plurimæ diſperſæ p̱ orbẽ terrarum ad honorem bea⸗
tæ mariæ dedicatæ plenæ imaginibus: oſtendunt deuotio⸗
nem eximiam ſtipendiariorum & hominum perditorum
ad beatam mariam cui ſe recõmendantes cum votis gratias
innumeras percipiunt beneficiorum ac euaſionis ex maxi⸗
mis periculis. Generationes ergo reproborum beatã eã di⸗
cũt & bñdicunt. Scd'a generatio eſt rectorum & electorũ. de
pſ̃.xxiij. qua in Pſ̃.cxi. Generatio rectoꝝ bñdicet̃. Et in alio. Hæc eſt
generatio quærentium dñm. Sap̃.iiij. O q̃ pulchra eſt caſta
generatio cum charitate vł cum claritate. Hæc generatio cõ
prehendit eccleſiam cũ oĩbus bonis fidelibus. Hi mirabili⸗
ter quantum poſſunt etſi nõ quãtũ meret̃ venerant̃ beatam
mariã & bñdicũt. Vñ eccl'ia ſtatuit dici in diuino officio &
horas canonicas dietim ad honorem eius ſicut ad honorem
dei officiũ illud: & ita ſunt in p̃cæpto quo ad obligatos. Ad
dit quoq; eccl'ia omnibus ſabbatis cum vacant eam in miſ⸗
ſis vel officio toto honorari ſolẽniter & cũ ſequentiꝭs: & ſi⸗
cut honorat̃ dñs fili⁹ in dñicali officio ob ſuã reſurrectionẽ:
ita & ipſa honoratur dña mater ĩ ſabbato. qa illa die ſcilicet
ſabbati mortuo filio & fide extĩcta de eius diuinitate in om
nibus diſcipulis & aliꝭs: ſola vera cognitio ſuæ diuinitatis
in ea requieuit illa die. Nam ſeq̃nti die recuperauerunt plu⸗
Quare ter pulſant̃ cã⸗ panę de ſero & manę, res. Statuit inſup̱ eccl'ia ſingulis diebus pulſari ter campa⸗
nas eccleſiarum de ſero: & iterum de mane. Ad quid niſi vt
honoret̃ beata maria & laudet̃ ex ſalutatiõe angelica. Gene⸗
ratio hæc electorum eccl'iæ bñdicet̃: & beatiſſimam dicunt
virginẽ hãc ex multitudine eccleſiarum dedicatarũ ſub titu
lo eius per totum orbem. Quæ ciuitas: qd' caſtrum: q̃ villa
eſt q̃ non habeat eccl'iam & ſolẽniorẽ in ei⁹ noĩe fabricatã?
Certe nec in noĩe ſaluatoris: nec in honorem aliquoꝝ ſctõꝝ
reperiunt̃ in tanto numero. Sed & in ipſis eccl'iꝭs vel domi⸗
bus priuatis non deficit alibi imago btĩſſimæ mariæ bene⸗
dictæ. Et vbi in eccleſiꝭs in parte iferiori earum quaſi in ſan
cta ponit̃ imago crucifixi tãq̃ cãdelabrum ad illuminandũ
& incitandum ad ſui imitationem. In parte ſuperiori ſeu ſa
crario quaſi in ſancta ſanctoꝝ in loco propitiatorij. ſ. tabulę
altaris cõmuniter ponit̃ figura btĩſſimæ mariæ cum filio in
vlnis: vt ab ipſa ſperemus ꝓpitiationẽ a pctĩs noſtris apud
filium ſuum. Hoc autem ſalubriter iſtitutum eſt: vt dum ſa
cerdos diuina ſacramenta p̱tractat Mariam intuens pẽſet q̃⸗
lis fuit cui creditum eſt ſolo ꝟbo ꝟbum carnẽ efficere. Et q̃⸗
lis debet eſſe ſacerdos q debet ex ꝟbo ſuo (vel potius chriſti
a ſe plato) corpus Chriſti & ſanguinem efficere ex ſubſtãtia
panis & vini. Et exẽplo ſuæ humilitatis & puritatis diſcat
purã gerere mentẽ & humilẽ: ac mediatricẽ ponat ꝓ ſe ad in
terpellandum ad digne & fideliter miniſtrãdum tantum ſa
cramentum. Fiunt ꝓceſſiones annuatim ad honorem ſalua
De cã iſtitutio⸗ nis ꝓceſſionis ĩ duabus feſtiuita tib⁹ btẽ mariæ ꝟginis. toris in aſcenſione & die palmarum in eccl'ia. & ſimiliter bi
na vice ad honorem btẽ mariæ. ſ. in die purificationis p̱ cor
reſpondentiam ad diem in ramis palmaꝝ. Nam ſicut tunc
portantur rami oliuæ cum palmis in ſignum victoriæ xp̃i
de morte p̱ reſurrectionem: oſtendentes etiã nos victoriã de
vitiꝭs p̱ pñiam ad vitã grãe reſurrexiſſe: ita in die purificatio
nis candelas accenſas geſtamus in manibus lumen ardẽtiſſi
mæ charitatis virginis deſignãtes: & eã viuã in noſtris opi⸗
bus habere ꝓteſtantes. Scd'a autem vice ꝓceſſio fit in aſſum
ptione btẽ mariæ: qñ tota cœleſtis curia cũ filio ſuo dño, ſal
uatore obuiã venit ad aſſociandũ in cœlũ in thronum ſuũ.
Hãc quoq; btãm p̃dicãt & bñdicũt oẽs ſermocinãtes & p̃di
cãtes chriſticolis exordiũ ꝓ grã impetranda a ſalutatiõe an
gelica faciẽtes. Demum octo ſunt ſolẽnitates particulariter
deo ſub tali feſto ſacratæ. ſ. natiuitatis dñi: circũciſionis: epi⸗
phanię: reſurrectionis: aſcenſionis: trinitatis: penteceſtes: &
corporis Chriſti. Et totidem ſunt celebritates ꝟgini ſanctiſ
ſimæ dedicatæ. ſ. feſtum ſanctificationis in vtero: qd' qdam
dicũt ꝯcæptionis: feſtũ natiuitatis ſuę in qua nata eſt ſancta.
feſtum annuntiationis qñ de⁹ ex ea fact⁹ eſt homo. vnde ma
ximum in quo facta eſt mater dei & regina cœlorum & an⸗
gelorum. magis tñ dies illa denominat̃ ab ea cõmuniter vt
dicatur dies annuntiationis q̃ incarnationis: feſtum viſita⸗
tionis: qñ. ſ. viſitauit cõcæpto deo Elizabeth: & Ioannes tũc
ſanctificatus fuit & ꝓpheta inſtitutus. qd' feſtũ inſtituit Vr⸗
banus papa circa annos domini. M.ccclxxxv'. Feſtum puri⸗
ficationis: quando. ſ. quadrageſima die natiuitatis filij obtu
lit eum in templo iuxta mandatum legis offerens ſacrificiũ
pro eo & eum redimens. quod dicit̃ Maria candelaria. Feſtũ
aſſumptionis: quando in cœlum aſcendit. Feſtum niuis qd'
iſtitutum fuit a Liberio papa. vt habetur in hiſtoria ex quo Exẽplũ de ꝯſtructiõe tẽpli btẽ mariæ maiorũ
dam miraculo quod cõtigit romę. Nam cum quidam ciuis
prædiues nõ habens prolem cogitaret quõ ſubſtantiam ſuã
expenderet ad honorem dei genitricis: cui deuotiſſim⁹ erat:
mente pertractans de ædificando eccleſiam ad ſui hono⸗
rem: beatiſſima virgo ſibi locum deſignauit in quo cõſtrue
ret templum ſibi per ſignum tale: vbi. ſ. nix eſſet dẽſa in illa
parte, conſtrueret. cũ tñ tunc eſſet de mẽſe auguſti in quo nul
libi apparet nix vł deſcẽdit: cũ ſit intenſus calor ſuper terrã:
ſcilicet. v. auguſti. Et ex hoc ſigno papa Liberius conſtruxit
ibi tẽplum qd' ſancta maria maior nuncupat̃. vna ex quat⸗
tuor principalibus vrbis eccleſiꝭs. Diſpenſatiue autem hoc
diſponit diuina ſapientia vt tali die niuis agatur feſtum bea
ti dñici patris noſtri: qui filius ſingularis adoptiuus fuit ip⸗
ſius. Nam naturalis dictus eſt dominus: ipſe aũt adoptiuus
dñicus. cui ob eximiam puritatem habitũ dedit album vt ni
uem deſup̱ tñ nigram cappam deſignantem humilitatem.
nec em̃ vna ſine altera eſſe valet. Ipſã a filio ſuo tribus lan⸗
ceis contra mundũ vibrante ꝓpter tria vitia. ſ. auariciã: ſup
biam & luxuriam: ad deſtructionem ſe parante indulgentiã
impetrauit & dilationem pñiæ: offerẽs ſe miſſuram ipſum
filium Dñicum cũ alio ſibi adiũcto frãciſco. ſ. qui cum filiꝭs
ſuis mundum ad pœnitentiam reducerent. Octauum & vlti
mum feſtum eius eſt qd' antiquitus dicebatur ſanctę mariæ
ad martyres: qd' feſtũ celebrat̃ certa die in ſancta maria rotũ
da. Sed poſtea a Bonifacio papa aucta eſt ſolennitas vt vbi
prius fiebat ſolum romę ad honorem ſanctæ mariæ & oĩm
martyrum: poſtea inſtitutum eſt vt celebraret̃ ad honorem
oĩm ſctõrum vbiq; terraꝝ. ſ. die nouẽbris. & ita ſeruat̃. In q̃
ſolennitate ip̃a eſt præcipue oĩm ſctõrum honorata.

## §. IIII. TERTIA GENERATIO EST SAN

de tertia gñatiõe ſ. ſctõꝝ doctoꝝ q̃ bñdicit beatã mariã
ctoꝝ doctorũ. De q̃ apl's. ſ. Ad Coꝝ. iiij. In xp̃o Ieſu ego vos
genui p̱ euangelium. Generare igitur dicuntur doctores &
p̱dicatores eccleſiæ & prælati: eos quos ſua doctrina trahũt
ad bene operandum. Et primo ponemus doctores ſeu auto
res ſacræ ſcripturæ. De hac ſub figura ruth moabitide ex q̃
nata eſt virgo maria. Benedicta es tu filia a domino. Ruth.
iij. inquit Booz. In libro quoq; Iudith. Ipſa quoq; iterficiẽs
Holofernem ſęuiſſimum tyrannum & inimicum populi
dei: figurauit beatiſſimam virginem caſtiſſimam: pulcher⸗
rimam peremptricem diaboli. Quæ propter hoc benedicta
fuit & collaudata multiplr̃. vñ Ozias princeps populi iſrael
dixit ad eam. Bñdicta es tu filia dño deo excelſo prę omni⸗
bus mulieribus ſuper terram. Benedictus ſit dominus qui
te direxit in abſciſſiõe capitis principis inimicoꝝ nr̃orum:
quia nomen tuum ita magnificatum eſt vt non recedat laus
tua de ore hominũ: qui memores fuerunt ꝟtutis tuæ. Iudith
xiij. Et immediate. ſ. dr̃ q̃ vniuerſi adorauerunt dñm dicen
tes ad eam. Benedixit te deus in virtute ſua: qa p̱ te ad nihi⸗
lum redegit inimicos noſtros. Achior quoq; ex gentili fa⸗
ctus iudæus ad eã dixit. Benedicta tu a domino deo tuo: qm̃
in omni gente quæ audierit nomen tuum magnificabitur
de⁹ iſrael ſup̱ te. Et. in. c. xv. dicitur q̃ ioachim põtifex ſum⸗
mus de hieruſalẽ venit bethuliã ad videndũ eã cũ preſby⸗
teris ſuis vniuerſis: et benedixerunt illam oẽs vna voce di⸗
centes. Tu gloria hieruſalẽ: tu lætitia iſrael: tu honorificen⸗
tia populi noſtri: quia feciſti viriliter & confortatũ ẽ cor tuũ
& ideo eris benedicta in æternũ. Quod oĩa hec p̱fectius ſint
impleta in maria figurata q̃ Iudith figura de ſe patet. Omiſ⸗
ſis autem aliꝭs ꝓphetiꝭs & figuris ſolum nũc tãgatur id qd'
dixit Eſa. xi. c. Egrediet̃ virga de radice ieſſe: & flos de radi⸗
ce eius aſcendet: & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini qd'
exponens eccleſia in officio ait. Virgo dei gnitrix virga eſt
flos filius eius. Et ſuper hunc florem requieſcet ſpiritus al⸗
mus. Signanter autem dicit florem non de virga aſcende⸗
re: ſed



re: ſed de radice eius: ad tollẽdum errorem eorum q dixerũt
chriſtum corpus attuliſſe de cœlo. vnde & cœleſte. vel ſecũ⸗
dũ manichæos hæreticos corpus habuiſſe fantaſticum. non
verũ: propterea dicit florẽ. i. chriſtum aſcendiſſe ortum fuiſ⸗
ſe de ieſſe qui fuit pater dauid: ad oſtẽdẽdũ q̃ ſm̃ corpulentã
ſubſtantiã aſſumptã ꝓceſſerat a ieſſe. nõ ex aere vel ex mate
ria cœleſti: ſed ex ſubſtantia corporis virginis glorioſæ. q̃
virgo per ꝓpagationem carnalem deſcendit a ieſſe. Aſcen⸗
dit iſte flos campi terreſtris ſemp̱ ꝓficiendo non in ſe: qa ſu
per eũ requieuerat ſpũs almus ab initio ſuæ concæptionis
cum plenitudine ſummæ gratiæ & veritatis: ſed aſcẽdit me
rẽdo pro nobis quouſq; aſcendit crucem incluſiue: q poſtea
reſurgens refloruit in carne ſua: & aſcendens in cœlum fact⁹
eſt flos campi cœleſtis. Dicitur autem ꝟgo maria virga: qa
Quare btã ꝟgo dicatur virga. ſemper recta fuit nunq̃ inclinata ad terrena: ſed ſemper ere⸗
cta ad cœlum. Hæc virga eſt multipliciter benedicta in figu
ris ſacræ paginæ. Virga Ioſeph cuius faſtigium adorauit ia⸗
cob moriens mariã deſignat: quam debet reuereri quilibet
moriens vt ab ea tueatur. Ipſa enim eſt virga de qua Eſa. ce⸗
cinit. Pauebat aſſur. i. diabolus virga percuſſus ſuffragij. ſ.
virginalis. Hæc eſt virga moyſi quæ verſa in ſerpentem
ſummæ prudentiæ: in myſterio incarnationis filij ſui & in⸗
ſtructionis apoſtolorum deuorauit ſerpentes magorum. i.
confutauit ſapientiam ſapientum huius mundi: & pruden⸗
tiam prudentum reprobauit: ac hæreſes cunctas interemit.
Synagoga autem ſignificata per moyſen quæ pri⁹ ab ea fu⸗
git: vt a re horribili. demum in finem reſument & reuerten⸗
tur in virgam cognoſcens illud pſ̃. xxij. Virga tua. ſ. virgo
maria. & baculus tuus. ſ. crucis filij eius: ipſa me conſolata
ſunt. hac virga plurima miracula geſta ſunt. hac virga extẽ
ſa ſuper mare rubrum huius ſæculi peccatis rubricati. ſub⸗
mergit ægyptios dæmones. & hebræos. i. electos lætos edu
cit. Hac virga percuſſa petra: cor. ſ. durum & obſtinatum pre
cibus & meritis eius aquas lacbrymarum afflu ẽter emittit.
O q̃ pulchre oſtenditur virgam fuiſſe Aaron quæ arida in
tabernaculo domini poſita cum aliꝭs virgis ſola inuenta eſt
viruiſſe floruiſſe & fructum feciſſe. Deſcẽdens enim ip̃a nõ
ſolum ex tribu regali: ſed ſacerdotali. dedicata ab infantia in
templo domini cum aliꝭs virginibus ipſa arida. ideſt virgi⸗
ne permanente: non humectata humano ſemine viruit. Vir
tutẽ gñandi a ſpũſancto ſuſcæpit: floruit chriſtum concipiẽ
do. fructum fecit benedictum ventris ſui ipſum parturiẽdo.
Hæc vt miraculum præcipuũ reponitur in ſacrario diuino.
Hæc eſt virga regis aſueri: qui interpretatur beatitudo: qua
extenſa ſuper illum qui ingrediebatur ad eum ſaluus erat. &
qui non tangebatur ab ea: occidendus eꝭciebatur. Acceden
tes enim ad deum oratione vel in morte tot ſunt demerita
noſtra q̃ niſi interueniant preces virginis reprobantur vt
præſumptuoſæ oratiões noſtræ & rei mortis iudicamur ni⸗
ſi ipſa ſubueniat. Mandauit quoq; dominus ieſus primis p̃⸗
latis & prædicatoribus diſcipulis ſuis in via portare virgã
ſ. ſpẽ ſuffragij virginis glorioſæ. Et breuiter alia omittẽdo.
vt dicitur in libro ſapiẽtiæ. Benedictum lignum ſcilicet hu
ius virgę per quod fit iuſtitia. Imitando enim eam iuſti effi⸗
cimur & ſicut ſequendo virgã ligneæ recte ſcribimus & alia
agimus: ita recta opera facimus imitando veſtigia eius. Iuſti
tia etiam per eam facta eſt virga: quia ab iniuſto poſſeſſore
diabolo detenti iuſte per filium eius liberati ſumus. Sancti
quoq; doctores eccleſiæ ſtupentes ſatiari non valent collau
dare benedicere & prædicare hanc virginem glorioſiſſi⸗
mam quæ virginitatis gloria permanente huic mundo lu⸗
men æternum effudit ieſum chriſtum dominum noſtrum.
Beata es maria (inquit vt puto Gregorius) quæ dominum
portaſti creatorem mũdi: genuiſti eum qui te fecit & in æter
num permanes virgo. Benedicta & venerabilis es ꝟgo ma
ria quæ ſine tactu pudoris inuenta es mater ſaluatoris. Bea⸗
tus Ber. ſuper illud. In plenitudine ſanctorũ detentio mea.
ait. Merito in plenitudine eius erat detẽtio ſua. cui nec fides
defuit patriarcharum: nec ſpiritus prophetarum: nec zelus
apoſtolorum: nec conſtantia martyrum: nec ſobrietas con⸗
feſſorum: nec caſtitas virginum: nec fœcunditas coniugato
rum: nec puritas angelorum. Idem. De plenitudine eius: id
eſt bonorum virginis mariæ recipiunt vniuerſi. Eger cura⸗
tionem: triſtis conſolationem: captiuus redemptionem: pec
cator veniam: iuſtus gratiam: angeli lætitiam: tota trinitas
gloriam. deniq; filius dei carnis ſubſtantiam. Beatus Hiero.
in ſermone de aſſumptione mariæ. Talibus decebat virgi⸗
nem oppignerari munerib⁹: vt plena eſſet gratia quæ cœlis
dedit gloriam: terris deum pacemq; refudit: finem vitiꝭs: vi⸗
tæ originem: moribus diſciplinam. Beatus Auguſt. De te o
virgo maria quid dicam pauper ingenio: cum quicquid di⸗
cam minor eſt laus tua q̃ mereatur dignitas tua. Si cœlũ ap⸗
pellem altior es. Si matrem gentium dicam excellis. Si for⸗
mam dei appellem digna exiſtis. Si dominam angelorum
vocem p̱ omnia comprobaris.

¶ De triplici fructu bñdictæ mariæ virginis. Ca. XXV.

## BENEDICTVS FRVCTVS VEN

tris tui. Hæc verba appoſuit eccleſia in ſalutatio
ne angelica: quę fuerunt Elizabeth. Quando em̃
beata maria concæpto filio eam viſitauit: excla⸗
mauit ipſa elizabeth repleta ſpiritu ſancto dicẽs. Benedicta
tu inter mulieres: & benedictus fructus ventris tui. Ideo aũt
angelus non dixit illud. ſ. benedict⁹ fructus ventris tui. quia
nondum fructus ventris fuerat ſalutauit: ſed ipſum quaſi ꝓ
miſſum in hoc dixit. Benedicta tu in mulierib⁹. fructum cõ⸗
prehendat. Eccleſia autem vt iam exhibitum & maxime btẽ
mariæ virginis commendatiuum hoc appoſuit. Ponitur au
tem coniunctio copulatiua. ſ. & benedictus &c. quæ continet
finem ad ãgelicam ſalutationem & adiectionem ad p̱ſonã
filij pertinente. Et vt notet inter bñdictionem filij & matris
aliquã diſtinctionem: ip̃a em̃ bñdicta eſt ꝓpter bñdictionẽ
fructus. Vnde ſua benedictio deſcendit a bñdictione filij. Et
hoc eſt qd' btũs Ber. ait. Non ideo bñdictus fructus ventris
tui: qa tu bñdicta. ſed iõ tu bñdicta: qa bñdict⁹ fruct⁹ vẽtris Bñdict⁹
tui. quoniam ille in benedictionibus te præuenit. Signãter fructus
autem dixit potius fructus ventris q̃ filius tuus: quia filius ventris
eſt quid commune ad ſpũalem & carnalem generationẽ fru tui dicit̃
ctus autem plus determinat carnalem: & maxime cum hac q̃re.
determinatione ventris qui eſt locus generationis carnalis
ꝓpter quod etiam dixit nõ corporis: ſed vẽtris. vt veritas ge
nerationis magis exprimeretur. Habuit autem iſte fructus
ventris beatæ mariæ. i. dñs ieſus omnes dignitates ſuæ ma⸗
tris vel in ſe vel in æquipollenti excellentiſſimo congruen⸗
ti. Habuit bonum cõiugale: quia ſponſus vniuerſalis eccle⸗
ſiæ. Item virgo fuit & pater qui verbo veritatis nos genuit.
ex aqua quoq; & ſpũſancto: ex matre eccl'ia oẽs fideles regña
uit. Item ſicut ipſa mater dei: ita ipſe filius dei: & plus eſt eſſe
filium dei q̃ matrem dei. Cõcedendum inſuper q̃ ipſa a fru
ctu ventris ſui. i. filio in omnib⁹ priuilegiꝭs excellit̃. Nec in
hoc laus matris diminuitur: ſed exaltatur in eo q̃ non tantũ
filium genuit ſibi æqualem: ſed in infinitũ meliorẽ. qd' etiã
ex hac parte quodammodo infinitam inſinuat matris boni
tatẽ. Oĩs em̃ arbor ex fructu cognoſcitur ſuo. vt etiam dicit̃
Mat. vij. Infinita ergo bonitas fructus quæ eſt in ieſu quo⸗
dammodo inſinuat infinitam bonitatem arboris producẽ⸗
tis mariæ. Hæc omnia Alber. Sed ad dilatandũ materiã dici
põt q̃ triplex eſt fructus ventris marię bñdictus. de tripli
¶ Eſt fructus naturalis ventris ſui corporalis: benedict⁹ per ci fructu
diuinam vnionem. ventris
¶ Eſt fructus virtualis ventris ſui mẽtalis: bñdictus propter bñdicti
ſummam perfectionem. marię.
¶ Eſt fructus ſpũalis ventris ſui exemplaris: benedictus ꝓ⸗
pter ſanctam imitationem.

Hæc p̃nt notari ĩ illa autoritate Eccl'i. xxiiij. Ego q̃ſi vitis
fructificaui ſuauitatem odoris: & flores mei fruct⁹ honoris
& honeſtatis. Primus fruct⁹ ibi notat̃. fructificaui ſuauitatẽ
odoris. ſ. chriſtum qui eſt ip̃a veritas afficiẽs intellectiuã. Se
cundus ibi. flores mei fructus honoris & honeſtatis. Tertius
ꝟo ibi. Ego q̃ſi vitis &c. vt patebit.

## §. I. DE PRIMO FRVCTV DIXIT DEVS

promittendo dauid. De fructu ventris tui ponam ſuper ſe⸗
dem tuam. ſ. ad regnandum in eccleſia militãti & triumphã
ti. Signãter aũt dicit. de fructu ventris tui. non lumboꝝ tuo⸗
rum. In concæptione em̃ hominis deciditur ſemen a lũbis
patris: & materia conceptus a vẽtre matris. Sed quia chriſt⁹
non ex virili ſemine: ſed ſolum ex puriſſimo ſanguine ſan⸗
ctiſſime virginis eſt conceptus. iõ dicit. de fructu vẽtris tui.
i. de fructu naturali. ſ. filio ventris. ſ. ſolius virginis marię: q

tuus dr̄ quia ex te deſcendet ex progenie tua: hic regnabit in æternum. Benedictus autē eſt iſte fructus ventris virginalis omni benedictione quæ excogitari poteſt. Ipſe (ait apoſtolus) ſuper omnia & in omnibus benedictus. Eſt enim deus (ſcd'm Anſelmū) quo melius excogitari nō poteſt. Itē bn̄ dicitur aliqd ꝓpter aliqd' bonū qd' habet. Sed quicqd boni eſt i creaturis ē i deo & pfectius & cauſa omnium bonorum qa iuxta illd' Iaco. i. Omne datum optimum & omne donū perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum. ergo omnis benedictio & ratio benedictiōis reperit̄ in eo. Vt em̄ dicit Damaſce. ſiue ſecundum bonitatem: ſiue ſecundū virtutem: ſiue ſecundum ſapientiam: ſiue ſecundum tempus: ſiue ſecundum locum deficiat a perfectione deus non eſt. Cōfitere ergo deo. i. lauda in bonis. & benedic deum ſæculorū. dr̄ Tobiæ. xiij. Quoniā ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt oīa. ſ. bona. Roma. xj. Item quicquid boni eſt in creaturis eſt in homine. vnde dicitur minor mundus. & omnis creatura ſm̄ beatum Grego. in homel'. Sed quicquid boni eſt vel eſſe poteſt in homine eſt in chriſto ieſu. maius eſſe non poteſt q̄ vniri deo in vnitate perſonæ. quod in chriſto. Nam deus & homo vnus eſt chriſtus. ſicut anima rationalis & caro vnus eſt hō. i. vna perſona. ait beatus Athanaſius. Item proprietates ſeu perfectiones quæ ſunt in inferioribus ſunt excellētiꝰ in ſuperioribus. vt oſtendit Dionyſius in cœleſtibus hierarchijs. Sed dn̄s ieſus ſuperior eſt omni hierarchia & virgine in ſuperna gloria. Ad philip. ij. ait apoſtolus. Donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine ieſu oē genu flectatur: cœleſtiū: terreſtriū: & infernorū. Et ad Heb. i. c. Cum introducit primogenitū in orbem terrarum. dicit adorent eum omnes angeli dei. Item. ij. Eſdræ. iiij. dicitur. Veritas magna eſt & fortior præ omnibus. Omnis terra veritatē inuocat: cœlū etiā ipſam benedicit: & oīa opera mouētur et tremunt eam: et non eſt cum ea quicq̄ iniquū. & inualeſcit. viuit & obtinet in ſcl'a ſcl'oꝝ. Benedictus ergo deus veritatis id eſt q eſt veritas. Ego ſum veritas. ait Chriſtus Io. xiiij. c. Et veritas de terra ortaē. i. virgine humillima firmiſſima & fructuoſiſſima. Benedictus ergo fructꝰ ventris tui ieſus. & multo magis q̄ ipſa virgo benedicta. Vnde in omnibus duodecim priuilegijs quibus beata maria excedit omnes creaturas ipſe ieſus eam excedit. Nam primum eſt q beata maria nunq̄ peccauit. Sed filius eius nec peccauit: nec originale contraxit vt ipſa. beatus Bern̄. O bone ieſu peccatum non cōmiſiſti nec contraxiſti: eſt enim tibi pater ab æterno. Sed deus eſt in quem peccatum cadere non poteſt. Eſt & mater tibi ex tēpore. Sed virgo eſt corruptelam parere non potuit incorruptio. Secundum priuilegiū eſt q peccare non potuit. Sed hoc quia fomes qui trahitur ex peccato originali religatus vel extinctꝰ fuit: vt in actum non exiret. Sed ieſus quia ſine originali concæptus: ideo nec fomite infectus. Vnde vt ait Damaſcenꝰ. Impeccabilis erat dominus ieſus. Tertium priuilegium eſt q in omni actu liberi arbitrij ipſa ſemper meruit: non tamen vſum liberi arbitrij concæpta vel mox nata habuit: etſi citius cæteris. Sed dominus eius ab initio ſuæ concæptionis vſum liberi arbitrij habuit. Vnde dicit Hieremias. Fœmina circundabit virum, ideſt in vtero habebit hominem perfectū omni ſenſu & vſu liberi arbitrij: & extunc cœpit mereri in quolibet actu interiori: non pro ſe qui non egebat: ſed pro nobis. Quartum priuilegium eſt puritas in ſummo: ſed recæptiuam habuit: ieſus autem datiuam. Vnde ipſa pura in ſummo ad modum aeris a ſole depurati. Ipſe autem ad modum ſolis depurantis. Cādor enim eſt lucis æternæ: ſpeculum ſine macula: & imago bonitatis. Sapien. vij. Quintum priuilegium eſt: quia ipſa eſt virgo virginū ipſe autem filius virginis. Vnde canit eccleſia. Sācta maria virgo virginum mater & filia regis regum omnium. i. ieſu. Sed plus eſt eſſe filium virginis q̄ virginem matrem p imitationem virginum. Sextum eſt q ipſa eſt mater & virgo p generationem. Ipſe vero fuit & eſt virgo pater. per creationē. Nobilior autem eſt creatio q̄ generatio: & actus creatoris q̄ actus creaturæ. Eſa. vij. Ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius emanuel. quod interpretatur nobiſcum deus: vt dixit angelus. In pricipio autem creauit deus cœlum & terram. vnde & pater omnium dr̄. Septimū priuilegium eſt: quia ipſa eſt mater omnium. Sed ipſe eſt pater omnium etiam p gubernationem & curam. Sapien. vj.

Rom. ix

De duodecī priuilegijs bn̄dicti fructus ventris mariæ.

Hiere. xxxj

Ipſi enim eſt cura de omnibus. Eſt autem pater hic curæ. plꝰ autem eſt eſſe patrem q̄ matrem. ipſa autem genuit facto: ipſe verbo. plus autem eſt & primæ generationi ſimilius generare verbo q̄ facto. Octauum priuilegium eſt. quoniam ipſa nullius habuit ignorantiam eorum ſcilicet quæ decuit ſcire. Ieſus autem omnium habuit ſcientiam. In ipſo enim ſunt (ſecundum apl'm) omnes theſauri ſapientiæ & ſciētiæ dei. Nonū priuilegiū eſt: q eſt porta cœli. Ipſe autē eſt oſtiū: vt dr̄ Ioan. x. in quo eſt porta. Decimum q habuit cōmunicationē paſſionis xp̄i p compaſſionem ſuam: ſed ipſe ſuſtinuit ipſam paſſionem. Eſaiæ. liij. Vere dolores noſtros ipſe tulit. Et Pſ̄. Dolores inferni circundederunt me. Vndecimū q ipa eſt ſuper omnes choros exaltata. Ipſe autem habet nomen quod eſt ſuper omne nomē. ſ. vt vocetur & ſit deus exaltatus ſuper omnia. Duodecimum q ipſa eſt regina miſericordiæ: ipſe autem pater miſericordiarum. ij. Coꝝ. i. Bn̄dictꝰ deus pater miſericordiarum & deus totius conſolationis. Patet ergo quia benedictus fructus ventris mariæ ieſus magis quam ipſa.

Col. ij.

## §. II. NOTANDVM QVOD NON DICI

tur determinate cuius reſpectu fructus iſte mariæ ſit benedictus. Et ratio eſt: quia ſimpliciter & abſolute eſt benedictus omnimodo. & in omnibus vt declarabit̄. & ideo per nihil ſpecificum coarctari potuit. Benedictio quoq̄ mariæ nō reſtringitur ad mulieres tantum: quia dicitur benedicta i mulieribus ſed cauſa & origo omnis bn̄dictionis demonſtrat̄. Poſſumus ergo loqui ſm̄ Albertum de iſta benedictiōe fructus mariæ. i. ieſu ſm̄ triplicem viam.

Quare nō dr̄ cuius reſpectu iſte fructus mariæ ſit bn̄dictꝰ

¶ Primo quantum ad ſignificationem.

¶ Scd'o quātum ad ſuppoſitionem.

¶ Tertio quātū ad ſubſtantiam & oēm ſui partem.

Quantum ad primum. ſ. ſignificationem. ſciendum q iſta benedictio habet tria ſignificata: quorum omnium rō ſaluatur in iſta beatitudine qua dicitur. Benedictus fructus ventris tui. Nam vt dictum eſt. ſ̄. Primo eſt benedictio maledicti euacuatio. Secunda eſt benedictio omnis boni poſſeſſio. Tertia eſt benedictio congratulantium laudatio. & quælibet harum eſt triplex. Eſt enim triplex maledicti euacuatio. Incidit enim per peccatum triplex maledictum. Primū eſt fomitis punctio. ideſt inclinatio habitualis ad malum & delectabilia carni quæ in actum progreditur cum quis incipit habere vſum liberi arbitrij. De quo apoſtolus ad Roma. vij. Video aliam legem in membris meis repugnātem legi mētis meæ. i. dictamini rationis. & captiuum me ducentem in legem peccati. ſ. ſaltem quo ad motus vitiorum qui ſunt venialia. Sed benedictus fructus ventris tui. ſ. ieſus. quia excluſus omnino ab omni fomite & mali inclinatione. i. Petri. ij. Peccatum non fecit nec inuentus eſt dolus in ore eius. quinimmo agnus fuit qui abſtulit peccata mundi. Et vt dicit beatus Auguſt. de conſe. di. iiij. nemo. Nemo tollit peccata mūdi niſi chriſtus qui eſt agnus dei tollens peccata mundi. Secundum maledictum inductum per peccatum eſt labor inueniendę veritatis. Vnde Sapien. ix. dicitur. Difficile æſtimamus quæ in terra ſunt: & quæ in proſpectu ſunt cum labore inuenimꝰ. quæ autem in cœlis ſunt quis inueſtigabit. Vnde omnes philoſophi in multis errauerunt circa naturalia. Sed & circa moralia & ſalutem propriam: vt dicitur Eccl's. ix. Nemo ſcit vtrum odio vel amore. ſ. dei ſit dignus. & hoc quia ignorat ſi opera ſua etſi videantur bona: ſint vere bona & meritoria. fructus aūt ventris beatæ mariæ fuit bn̄dictus: quia nullam ignorantiam habuit: ſed omnē ſciētiā. Omnia em̄ quæ fuerunt: ſunt vel erunt in actu: omnia ſciuit anima xp̄i. ad Heb. iiij. Omnia nuda & aperta ſūt oculis eiꝰ. Tertium maledictum eſt neceſſitas incinerationis. Gen̄. iij. Puluis es & in puluerem reuerteris. Propterea ad humiliandum hominem dicit̄ Eccli. x. Quid ſuperbis terra & cinis. Sed fructus mariæ ab hoc excluſus eſt ſecundum illud quod ait pſ̄. in perſona eius. Non derelinques aīam meam in inferno: quo deſcendit mortuus. nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. ſ. corporis. Secūda ſignificatio bn̄dictionis eſt omnis boni poſſeſſio. ſm̄ illud dictum Abraæ. Bn̄dicam tibi & magnificabo nomen tuum. quo ad temporalia & naturalia. eriſq̄ bn̄dictus quo ad ſpūalia & gratuita & in te benedicent̄ oēs gentes quo ad diuinalia: quia per chriſtū fructū



fructum mariæ quæ deſcēdit ex abraā deū & hoīem recipiūt homines bn̄dictionem gloriæ. Fructus aūt hic mariæ bn̄dictus eſt oīs boni poſſeſſione triplr̄. Primo qa habuit chriſtꝰ bonitatem humanæ naturæ in ſummo. Vnde Damaſce. dicit. q aſſumpſit dei filius primitias humanæ maſſæ. i. humanitatem in ea puritate quæ fuit in adam in ſtatu innocētiæ. Et ꝓpterea dr̄ Eſa. vij. c. q emanuel partus ex virgine butyrum & mel comedet: vt ſciat reprobare malum: ideſt non ſumere malum peccati: & eligere bonum gr̄æ. Dicit̄ autem comediſſe. i. ſibi vniſſe: ſicut qd' comedit̄ incorporat̄ & vnitur comedenti: butyrum qd' eſt pinguedo lactis. i. innocentiā. & mel dulce. i. ſapientiam. Scd'm bonū qd' in ſe habuit chriſtus eſt bonū diuinæ naturæ in ſummo: quia fuit verꝰ deus. Vnde apoſtolus. In quo. ſ. chriſto inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. & Actuū. x. Pertranſiuit ieſus benefaciendo & ſanando oēs oppreſſos a diabolo: quoniam deꝰ erat in illo. Nemo enim poteſt expellere diabolum ab hoīe peccatore: niſi deꝰ remittendo peccata. Creaturæ & ſancti habent bonitatem accidentaliter. ſed ieſus quia deus verus habebat bonitatem eſſentialiter: quo modo nemo bonus niſi ſolus deus. ſ. eſſentialiter. ait ipſe Luc. xv. Tertium bonum huius benedictionis eſt bonitas vnionis naturæ diuinæ cū humana. Leo papa in ſermone. Salua igitur vtriuſq̄ ꝓprietate naturæ & in vnam coeunte perſonam ſuſcipitur a maieſtate humilitas: a virtute infirmitas: ab æternitate mortalitas: vt quod noſtris remedijs ꝯgruebat: mori poſſet ex vno: & reſurgere haberet ex altero. Et propter iſtud bonum vnionis dixit zacharias laudans deum. Benedictus dominus deꝰ iſrael: quia viſitauit. ſ. per hanc vnionem & inde fecit redēptionem plæbis ſuæ. Tertia ſignificatio benedictionis eſt congratulantium laudatio de qua Raphael ad Tobiā & filium ait. Benedicite deum cœli: & coram omnibus viuentibus confitemini illi: quia fecit nobiſcum miſericordiā ſuā. Et hæc eſt triplex. ſ. angelorum. hominum. & rerum corporalium. Angeli laudant & benedicunt fructum vētris btē mariæ: quia per ipſum reſtauratus eſt numerus diminutus eorum. Vnde eccleſia canit. Per quem. ſ. chriſtum maieſtatē tuam laudant angeli: adorant dominationes: tremunt poteſtates. cœli cœlorumq̄ ꝟtutes ac beata ſeraphin. benedicite ergo dn̄m oēs angeli eius. Permaxime homines benedicere & laudare debent ieſum: quia factus eſt eorum frater: eorū ductor. eorum redemptor. Neq̄ enim (vt ait Petrus apoſtolus in actibus apl'orum) eſt aliud nomen datum ſub cœlo: in quo oporteat nos ſaluos fieri. q̄. ſ. p ieſum chriſtum: & iō qui præibant & qui ſequebantur clamabant filio dauid dicentes. Oſanna. i. obſecro ſalua nos. benedictus qui venit in nomine domini oſanna in excelſis. Matth. xxi. Qui præibāt ſignificant patres veteris teſtamenti: qui ſequuntur patres noui: & omnes debent benedicere congratulando de ſaluatione facta per chriſtum. Tertio etiam alia corporalia hn̄t congratulari & laudare modo ſuo de fructu ventris mariæ: quia aliquo modo vnita ſunt cum ſuo creatore inquantum deus factus eſt homo: qui participat cum omnibus corporibus inquantum & ipſe corpus habet. & ipſe omnia demum renouabit & meliorabit. & ideo. Benedicite omnia opera domini domino: laudate & ſuperexaltate eum &c. Benedicite cœli dn̄o: benedicite aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt &c. Benedictus ergo fructus ventris tui ſm̄ triplicem ſignificationem benedictionis.

Quare dr̄ xp̄m cōediſſe butyrum & mel.

Qd' angeli bn̄dicūt fructum vētris mariæ.

## §. III. QVANTVM AD SVPPOSITIO

nem. inquantum. ſ. ſupponit p xp̄o hoc qd' dr̄. Bn̄dictꝰ fructus vētris tui: habet tria. & p oībꝰ illis reddit̄ locutio vera. Eſt em̄ bn̄dictꝰ fructꝰ iſte triplici bn̄dictione. ſ.

Qd' xp̄s habuit triplicē benedictionē.

¶ Bn̄dictione naturæ.

¶ Bn̄dictione gratiæ.

¶ Bn̄dictione gloriæ.

Et quolibet iſtorum eſt triplex. Benedictio naturæ in eo fuit triplex. Habuit em̄ corpꝰ benedictum: aīam bn̄dictā: & deitatē bn̄dictam. Corpus eius fuit bn̄dictum quo ad materiā: qa nō ex materia corrupta: ſed ex puriſſimis ſanguinibꝰ ꝟginis fuit concæptū. Sap̄. viij. Ad corpus incoinquinatum acceſſi. Fuit bn̄dictum in armonia. quia optime proportionatum: cum omnimoda ꝓportione humorum. adeo q non incurriſſet aliquam ifirmitatem ſi diu vixiſſet. & morte violenta. ſ. crucis non fuiſſet occiſus ſed ſenio defeciſſet. Ex quo cum non eſſet debitor mortis: quia non per carnalem propagationē ex viro ꝯcæptus: volūtarie tn̄ ſuſcepit mortale corpus. Benedictum fuit illud corpus in forma & pulchritudine. Pſ̄. xliiij. Specioſus forma præ filijs hominum: ꝓpterea benedixit te deus in æternum. Habuit enim congruentem quantitatem. Nam etſi in concæptione: quia ſubito fuit perfectiſſime organizatum corpus illud & diſtinctum ab omnibus ſuis liniamentis paruiſſimum fuit ſuper omnes concæptos in vtero: tamen ſpacio quadraginta dierum: vel quadraginta ſex vt dicunt phyſici: quibus corpus concæptum paulatim complet̄ & organizat̄ in membris ſuis peruenit ad debitam & communem quantitatem. Siliter in figura & colore fuit ſpecioſiſſimum: vt oſtēdit̄ ex quadā ep'la quam ſcripſit quidam gentilis Tiberio tunc imperanti in partibus iudææ moram trahēs p parte romanorum. hic in ea declarat effigiē eius & formam prout oculis ſuis viderat. Animam quoq̄ habuit benedictam. iuxta illud Sap̄. viij. Sortitꝰ ſum animam bonam. fuit itaq̄ benedicta anima illa a deo tūc creata: qa infuſa corpori ſine pctō: ſine fomite. ſine ignorantia fuit. Fuit benedicta: quia intelligentiam habuit acutiſſimam omnia tunc intelligens: memoriam tenaciſſimā: voluntatē ad omne bonū ſine difficultate promptiſſimam. Species oīm reꝝ fuerūt in mēte eius iditæ ſeu cōcreatæ ſicut dr̄ de Adam. Fuit ergo bn̄dicta anima illa oīm naturarum naturali cognitione: ꝟtutum politicarum perfectione: ſup̄ma naturali dei dilectione. vt merito dici poſſit de eo illud. Præueniſti eū in bn̄dictiōibus dulcedinis. qa ante natiuitatem iſta habuit aīa eius. Habuit & bn̄dictam deitatem in ſe. vn̄ pſ̄. cxliij. Bn̄dictus dn̄s deus meus qui docet manus meas &c. Deus meus dr̄. qa per deitatem vnitam naturæ nr̄æ: factus eſt noſter. Hō aūt factus & conuerſatus in terra docuit exemplo ſuo nos pugnare manibus noſtris. i. operibus contra inimicos ſpūales mundi fallentis: quem contempſit: carnis inficientis quā ieiunijs & abſtinētia afflixit: diaboli ſua dētis quē documentis ſcripturæ ſupauit in deſerto. Bn̄dicta ergo ſit ſancta trinitas atq̄ indiuiſa vnitas. Trinitas iſta ſancta eſt q̄ in ieſu habet̄. Nam ſancta caro: ſancta anima: ſācta deitas: & in ea indiuiſa vnitas. ſ. in perſona. qa vna perſona deus & homo: nō duæ perſonæ: nec duo ſuppoſita: ſed vnū. cōfitebimur ergo ei quia fecit nobiſcum miam ſuam. Benedictio ſcd'a. ſ. gratiæ fuit in fructu ventris mariæ. Et hæc triplex. nam habuit cum patre gratiam increatam. cum matre gratiam creatam: præter vtrumq̄ gratiam coniunctam. Habuit em̄ a patre gr̄am increatam. ſ. q ſit deus. Vn̄ ipe ait Ioā. vij. Mea doctrina non eſt mea. ſed eius q miſit me patris. q̄ſi dicat ſm̄ beatum Aug. ſup Ioannem. Ego q dicor ſapientia & ꝟbum: non habeo eſſe a meipſo. ſed a patre qui hanc gratiam dedit mihi vt ſim deus. Habet etiā ab eo q ſit filiꝰ dei. pſ̄. ij. Dn̄s dixit ad me filius meus es tu. Leo papa. Verbum em̄ dei: deus filius dei: vt liberaret hoīem ab æterna morte factus eſt hō: & tanto fœdere vtrāq̄ naturā cōſeruit: vt nec inferiorem conſumeret glorificatio: nec ſuperiorem diminueret aſſumptio. Habet demum a prē q ſit ſpirator ſpūſſancti. Mittā inqt ipſe vobis a prē ſpiritum veritatis. Ioan. xvi. id eſt mittam ſpm̄ ſctm̄ a me ꝓcedentem. Sed q a me procedat & vobis mittā: hoc habeo a patre. Vn̄ & cū inſtituit ſacramētum: in quo ſe totum dimiſit vobis eleuatis oculis in cœlū ad patrē bn̄dixit: q̄ſi totum qd' eſt recognoſcens a patre habere. Cum matre triplicē gr̄am habuit: creatam videlicet qa oēm gr̄am & gratis datā & gratū facientē & ſingulariter priuilegiatā habuit: vt ſicut ipſa dr̄ gr̄a plena: ita & fructus ventris eius ꝟbum. ſ. caro factum plenum gr̄æ dicatur. excellentiꝰ tn̄ in ipo vt. ſ̄. dictū eſt. Scd'o qa oēm gratiam dedit. ſicut em̄ de plenitudine eius. ſ. virginis recipiunt vniuerſi. vt ait beatus Bern̄. ſic de plenitudine chriſti nos omnes accæpimꝰ gr̄am. vt ait Ioan. i. pfectius tn̄ per xp̄m. Tertio dedit vltra id quod habuit. Dat enim remiſſionē pctōꝝ: quā remiſſionem in ſe nō habuit nec filius: nec mater. qa nullum pctm̄ filius habuit. mater nullū actuale. dat tn̄ aliter filiꝰ. aliter mr̄. filius efficienter vt deꝰ: meritorie vt hō. Mater ſuffragio orationis ſuæ impetrādo remiſſionem pctōribus pœnitētibꝰ. Cōgrue ergo elizabeth ait. Benedicta tu in mulieribꝰ: & ita benedictus fructus ventris tui ieſus. qui tecum gratiam habet. Ex coniūctione præter vtrumq̄. ſ. deitatis cum huma

Qd' xp̄s cū mr̄e habuerit triplicē gr̄am creatam

nitatis coniunctione habuit triplicem gratiam. Vna ꝙ fuit filius plurium. Nam mater eius habuit patrē & matrē. ſ. Ioachim & Annam. Sed non deū habuit patrem ſed hoīem vt dictum eſt Ioachim. Pater vero chriſti non habuit prēm nec matrem nec deū nec hoīem. Ipē vero habuit prēm & matrē & deū prēm & hoīem matrē. Scd'o ex ipſa coniunctione dei cum homine habet ꝙ ſit redēptor. Filiꝰ hominis non venit miniſtrari: ſed miniſtrare. & dare animā. i. vitā redemptionem ꝓ multis. Matth. xx. ca. & quomodo declarat princeps apoſtolorꝫ. Petrus in. i. canonica dicens. Non enim corruptibilibus auro & argento redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione: ſed precioſo ſanguine agni immaculati. Qd' pręmium ſanguinis fuit infiniti valoris ad nos redimēdum ꝓpter diuinitatem ei vnitam: & inquantum eſt redemptor & ſponſus animarū. ij. Corꝫ. xi. Deſpondi enim vos vni viro virginē caſtā integritate. ſ. fidei & dilectionis exhibere xp̄o. Eſt & ſacerdos fidelium ſiue pontifex. ad Heb̄. ix. Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum &c. Introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta. Iudex quoqꝫ viuorꝫ & mortuorum. Ioan. v. Pater non iudicat quemq̄ꝫ: ſed omne iudicium dedit filio. inquantum ipſe ſolus in humanitate quam ſumpſit cunctis apparebit. Tertio ex hmōi coniunctione habet ꝙ ſit beatitudo omnium. Ioan. x. Ingredietur ſ. quilibet beatus & egredieť & paſcua inueniet. Ingredietur ad deitatem chriſti contemplandam. Egredietur ad humanitatem ſpeculandam. ex vtroqꝫ fruitionis refectionem beatę inueniet. & ideo Benedic anima mea dn̄m &c. Qui ꝓpitiať omnibus iniquitatibꝰ tuis: & ſanat omnes infirmitates tuas deus homo per ſacramēta ab eo inſtituta: qui redimit de interitu vitā tuam: inquantum redemptor & coronat te ī quātum beatificat. Benedictio quoqꝫ gloriæ qua benedictus eſt fructus ventris Marię eſt triplex. Habuit enim gloriam cōprehenſoris: gloriam redēptoris: & gloriam creatoris. Gloriam habuit comprehenſoris dum fuit viator quod nulla creatura habuit. Nam in mundo quilibet ſanctus eſt ſolum viator. in alio tātum comprehenſor. Chriſtus autem ſimul in mūdo viator inquantū mortalis & merebatur. Cōprehenſor: quia clare ītuebatur anima eius diuinitatem cui erat vnita vt nunc. Et ſummam auream habuit ſuper omnes aureolas & præmia accidētalia oīa in ſummo: vt aperte intelligatur de illo. Dilectus deo & hoībus cuius memoria in benedictione eſt. ſimilem illum fecit in gloria ſanctorum. Eccli. xlv. ſ. dum hic etiam vixit. Habuit & gloriam redemptoris inquantum ipſe hominum liberator: dęmonum ſuperator: & naturæ humanæ exaltator. Et ideo Pſ̄. cxliiij. Per ſingulos dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuum &c. Tertia q̄ eſt gloria creatoris oſtenditur in miſericordia in ſanctis: in iuſtitia in damnatis: in magnificentia in cœlis & elementis. Vnde te cœlorum militia laudat: adorat: pręedicat: triplexqꝫ mundi machina benedicit per ſæcula. Et ideo benedictꝰ fructus ventris tui.

## §. IIII. TERTIO POTEST CONSIDErari iſta bn̄dictio fructus vētris btē mariæ quātū ad ſubſtantiā & partes eiꝰ integrales. & hoc tripl'r.

¶ Primo quantum ad principium & cauſam.
¶ Secundo quantum ad eſſentiam.
¶ Tertio quantum ad efficientiam.

Si ergo conſideretur iſte fructus inquantum eſt benedictꝰ tripliciter ſm̄ triplicem ſui originē: habet originem iſte fructus benedictam trinitatem quæ operata eſt hoc myſterium incarnationis. Vn̄ benedicta ſit ſancta trinitas creatrix & gubernatrix omnium. Habet originem fructus iſte quantum ad ſuā deitatē ꝑ generationem benedictum patrem. ij. Corꝫ. j. Benedictus deus & pater dn̄i noſtri Ieſu chriſti pater miarꝫ. Habet originem quantum ad aſſumptam humanitatem benedictam matrem ꝑ natiuitatem in vtero & ex vtero. Vnde Elizabeth aptiſſime ait ei viſitanti ipſam. Benedicta tu īter mulieres: & benedictus fructus ventris tui: & vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me. Luc. j. Quantum ad eſſentiam benedictus eſt fructus ventris Mariæ tripliciter.

Fructus ventris mariæ dr̄ bn̄dictus tripl'r.

Benedictus fructus ventris tui. Ait beatus Bern̄. benedictus in odore: benedictus in ſapore: benedictus in ſpecie vel decore. Odore ſuo implet cognoſcitiuam. Vnde in canticis. In odore vnguentorum tuorum currimus. i. gratiarum. Nam in odore eius reuiuiſcunt mortui. Quem ſentiēs Iſaac ait in figuram eius filio ſuo Iacob: de quo deſcendit. Ecce odor filij mei ſicut odor agri plene. ſ. gratiarum & bonorum. cui benedixit deus. Gen̄. xxvij. In ſapore quoqꝫ benedictus fructꝰ hic reficiens affectiuā vt ſummum & dulciſſimum bonum. Can̄. ij. Fructꝰ eius dulcis gutturi meo. ait anima deuota hoc deguſtans. Pſ̄. Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt dominus: beatus vir qui ſperat in eo: & multo magis qui hoc ī patria guſtat. Adde ad ſaporem valorem. Valet enim ꝯtra omne malum in medicamentum: in cibum habentem omne delectamentum: in precium comparans omne bonum. Bn̄dictus eſt iſte fructus in ſpecie vl' decore. Pſ̄. xliiij. Specioſus forma præ filijs hominum: propterea benedixit te deus in æternum. Petrus. In quem deſiderant angeli ꝓſpicere. Quātum ad efficientiā eſt benedictus fructus ventris mariæ actiuam & paſſiuam.

i. Pet. i.

Actiuam quidem: quia benedixit nos bn̄dictione temporali: benedictione ſpirituali gratiæ: & benedictione ſupernali gloriæ. Vnde Pſ̄. lxvj. ter dicit. Benedicat nos deus deus noſter: & benedicat nos deus. & ſignanter dicit deus noſter: vt notet iſtum fructum ventris Mariæ: qa per hoc eſt factus noſter deus ſingulari modo: quia ex ea carnem noſtram aſſumpſit. Quantum ad benedictionem paſſiuam. i. quia fecit nos benedicere: vt ſic per eum recipiamus virtutem eum benedicendi. i. laudandi. Tripliciter hoc accidit. Facit em̄ nos benedicere corde. iuxta illud. Benedic anima mea dominum: & omnia interiora mea nomini ſancto eius. Ore: ſm̄ illud. Benedicam dominum in omni tempore ſemper laus eius in ore meo. Et Petrꝰ in cano. Nulli malum pro malo reddentes: aut maledictum pro maledicto: ſed ecōtrario benedicentes. Opere Pſ̄. cxxxiij. Ecce nūc benedicite dominum: omnes ſerui domini. ſ. bene operando. & ſic cōcludendo primum fructum. ſ. naturalem ventris materialis Mariæ vtiqꝫ benedictus omnimodo fuit. Et virgo vt vitis fructificauit ſuauitatem odoris. ſ. dominum Ieſum: qui. vt ait ipſe ſapiēs Eccli. xxiiij. Sicut cinnamomum & balſamū aromatizans odorem dedit: & quaſi myrrha electa dedit ſuauitatem odoris.

¶ De. xij. fructibus ſpiritus qui fuerunt in maria. Capitulum. XXVI.

BENEDICTVS FRVCTVS VENtris tui. Eſt alius fructus virtualis Mariæ. de quo dominus. Poſui vos ſcilicet in mundo vt eatis & fructum afferatis ſcilicet bonorum operum. Omnis enim arbor quæ non facit fructum bonum excidetur ſcilicet per mortem: & ī ignem mittetur: ſcilicet æternū. Matth. vij. Fructus iſte bonus procedit ex ventre bonæ mētis. Mens enim ideo dicitur venter animæ: qa in ea continēť cogitationes & affectiones ex apprehenſis a ſenſibus quaſi ex cibis comeſtis: quæ mens occulta eſt cum ſuis cogitatiōibus & affectionibus. ſicut venter & cōtenta in eo.

Mēs dr̄ venter aiæ q̄re.

Iſti autem fructus ventris beatæ mariæ ſunt benedicti propter ſummā eorum perfectionem. & propterea dicit Eccli. xxiiij. vt inductum eſt. ſ̄. Flores mei fructus honoris & honeſtatis. Flores ſunt inchoationes fructuum: vbi ergo ī alijs ſanctis virtutes ſunt quaſi flores. i. imperfectę & incompletę reſpectu virtutum patriæ: in ea fuerunt iſti flores fructus: quia virtutes habuit quaſi ad modum patriæ aliquo modo vt oſtenſum eſt ſ̄. cum agereť de gratia virtuali eius. Et iſta bona opera ſunt fructus quibus debetur verus honor & in quibꝰ eſt vera honeſtas: ad quod inſinuandum cantať de ea quod ſcribitur in canticis. Emiſſiones tuæ paradiſus cum pomorum fructibus. Emiſſiones dicuntur operationes ex ventre mentis ꝓcedentes. iſtæ fuerunt paradiſus quaſi ſimiles operibus eorum qui ſunt in paradiſo adeo perfectæ fuerunt. Poma quæ ſunt rotūda ſunt pater & filius & ſpūſſanctus: quia ſicut pomum eſt rotundum: & figura rotunda eſt capaciſſima & nō inuenitur ibi principium vel finis: ita æternus pater: æternus filius: æternꝰ ſpūſſanctus ſine principio & ſine fine vnꝰ deus: omnia continens. quibus diuinis perſonis aliquando fruebatur. & iō cum dr̄. cū pomorum fructibus. Et ad ſe inuocandum ad huiuſmodi fructus producendos aiebat. Eccli. xxiiij. Tranſite ad me omnes qui cōcupiſcitis me. i. amatis: & a generationibus meis implemini. i. operibus virtuoſis quæ generatæ. & productæ ſunt a ventre mentis meæ: ſicut



ſicut fructus ab arbore. & ſicut filij a ventre matris. Implemini ait. ſ. copioſe ea agendo: & qa ipſa ſola implent & reficiunt aīam. Nam opera mala eſurientem & vacuū reddunt.

Omnia ꝟtuoſa dicūtur fructus quare.

Vnde & fructus dicuntur opera virtuoſa. vt dicit gloſ. beati Amb̄. quia mentem reficiunt ſyncera delectatiōe. Sed inter cetera opera virtuoſa ꝑmaxime delectant animam illa duodecim quæ enumerat apl's ad Gal'. v. quæ appellat fructus ſpiritus dicens. Fructus ſpiritus ſunt charitas: gaudium: pax patientia: benignitas: bonitas: longanimitas: manſuetudo: fides: modeſtia: continentia: caſtitas. Hi. ſ. fructus fuerunt fructus ventris mentalis Mariæ valde ſuaues. Et ideo ſubdit. Spiritus em̄ meus ſuper mel dulcis. i. iſti fructus ſpiritꝰ mei. Dulcia autem communiter alliciunt appetitum. Sunt enim dulcia amica naturæ & ideo inuitat ad hmōi ſui exemplo dicens. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me &c.

## §. I. QVOD ISTI FRVCTVS SPIRItus fuerunt in Maria: declaratur.

Primus itaqꝫ fructus ſpiritꝰ ventris Mariæ mentalis dr̄ charitas: quæ hic non importat virtutem. de qua dictum eſt. ſ̄. tiť. v. c. xxj. ſed actum eiꝰ. Hic fructus charitatis eſt quæ de terra ad cœlum euocat. & ſic ad ip̄m pertinet a terrenis ſeparatio & ad cœlum eleuatio. Sed btā Maria fuit oīno a terrenis eleuata: qa nec puluis venialis adhæſit pedibus affectuū eius: qd' nulli ſanctorum contigit. Fuit etiam eleuata ad cœlum ſuper omnes in contēplatione & cognitione & affectione diuinorum. Vn̄ dicit Eccli. xxiiij. Ego quaſi cedrus exaltata ſum in libano. Libanus qui interpretatur candidatio ſignat eccleſiā militantē & triūphātem: cādidā puritate. Sicut ergo cedrus in libano eſt altior oī arbore: ita beata virgo magis eleuata erga deum in eccleſia & dilectione. Præterea in Pſ̄. fit triplex quæſtio. Prima eſt: quis aſcendet in montē dn̄i. Secunda quis ſtabit in loco ſancto eius. Tertia eſt: domina qs habitabit in tabernaculo tuo: & quis requieſcet &c. Difficile ſiquidem & perfectū eſt aſcēdere. Difficilius & perfectius ſtare. Difficillimum & perfectiſſimum eſt habitare & quieſcere. Aſcendere pertinet ad apl'os qui ſunt maiores de eccleſia: ſed non pertinuit ad eos habitare: ſed deſcendere. In figuram huius angeli aſcendebant & deſcendebant per ſcalā quā vidit Iacob. Gen̄. xxviij. Vnde & apl's qui raptus fuit ad tertium cœlum poſtea deſcēdebat ad diſponēdum cubilia infirmorum: vt patet. i. Corꝫ. vij. Ad perfectiorem ergo ſtatum q̄ꝫ apl'orꝫ pertinet aſcendere & ſtare. Hi autem videntur eſſe comprehenſores qui aſcēdentes in cœlum ſtant fixi in actuali dilectione diuinorū nō tamen videntur quieſcere inquantum appetūt corpora eorꝫ cum ipſis animabus glorificari quod nondum impletur. Virgo autem beatiſſima ſemper aſcendens de virtute in virtutem: & ſtans in habituali dilectione perfectius q̄ꝫ ſancti in patria: etiam habitando quieſcit anima & corpore glorificato. Et ideo dilectus meus mihi & ego illi modo excellentiſſimo. Secundus fructus dr̄ gaudium: qd' importat delectationem in creatura rationali. Et vt ait bea. Ber. Illud eſt verum gaudium: quod non de creatura: ſed de creatore concipitur: cuius comparatione omne dulce amarum: omne pulchrum fedum: omne quod delectare poteſt moleſtum. vn̄ Pſ̄. Viderunt omnes fines terrę. ſ. per fidē: ſalutare dei noſtri. Iubilate deo omnis terra. vbi dicit gloſ. ꝙ viſio ſaluatoris eſt cauſa iubilationis.

Iubilatio quid īportat.

Et ſm̄ bea. Greg. in moral'. Iubilatio importat quoddam gaudium intenſum quod occultari non valet: & exprimi nō poteſt. Si autem ad partum virginis gaudet chorus cœleſtium & angeli canunt deo myſterium cernētes. Et magi gauiſi ſunt gaudio magno valde reuidentes ſtellam quæ eos ad puerum & matrem eius perduxit quanto magis iubilatione ſunt repleti videntes eum. Nulla autem lingua fari poſſet: nec intellectus capere gaudia ꝑfectiſſima virginis quæ percæpit in concæptu filij in partu: in lactando eū: in portando eum in gremio: in collocando & in conuerſando cum eo. Exultauit (ait in cantico Luc. i.) ſpūs meus in deo ſalutari meo. id eſt extra ſaltauit. ſupra ſe ſaltauit præ gaudio: quieſcendo in deo ſalutari. Item cum dr̄ a Chriſto. Gaudete & exultate: qa nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Luc. x. Gaudium hoc eſt de præſenti iuſtitia & prædeſtinatione æterna. Si gaudium generatur ex hoc ꝙ quis eſt prædeſtinatus filius dei per adoptionem. & ſecundum præſentem iuſtitiam: multo magis habet gaudere ꝙ ſit prædeſtinata vt ſit mater dei & habeat oēm ꝑfectiſſimā iuſtitiam: prout fuit virgo Maria. Tertius fructus eſt pax. Pax ſm̄ beatum Aug. xix. de ciui. dei. ab oībus optatur: ſed a paucis vera pax inuenitur: quia non quæritur vbi eſt. Cecinerūt angeli nato dn̄o ex virgine. In terra pacem eſſe hoībus bonæ voluntatis. nō eſt bona voluntas illa in qua eſt peccatum: & ideo non eſt pax impijs. vt dicit dn̄s ꝑ Eſaiā. Sed in pace in idipſum: dormiam & requieſcam. ait pſ̄. Cum homo dormit ſopitus eſt a vitijs & perturbatiōibus paſſionum: & requieſcit in idip̄m. id eſt deum qui ſemper eſt idem ipſum. qa immutabilis cōformans ſe voluntati ſuæ. tunc eſt in vera pace. vt dicit btūs Augu. in libro confeſſionum. Omnia alia ſunt aſpera: & tu ſolus deus es requies: & inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te. In oībus requiem quæſiui: ait beatiſſima Maria ſemper ſubdita voluntati dei & ſemper habens non ſolum bonam: ſed optimam voluntatem. & ideo fructum pacis habuit. mundus caro: dæmonia: diuerſa mouent prælia: & conturbant pacem noſtram. Sed mundus pacem eius turbare non potuit: quia paupercula ſpiritu. Diabolus pacem eius perturbare non potuit: qa humillima. Caro non concupiuit aduerſus ſpiritum: qa fomes in ea extinctus fuit. & qa omne ſimile appetit ſuum ſimile. ipſe qui eſt pax noſtra in ipſa pace pleniſſima requieuit in tabernaculo ſuo. ſm̄ illud pſ̄. lxxv. In pace factus eſt locus eius. Quartus fructus eſt patientia. Patientia opus perfectum habet. ait Iacobus in canonica. c. i. cum. ſ. quis propter aduerſa contingentia non contriſtatur: ſed æquo animo fert. Ad hoc valent exempla ſanctorum qui & ſi iuſti: multa paſſi: ſed patiētiſſime. Sicut Tobias qui nec eſt contriſtatus ꝙ plaga cæcitatis venerit ſuper eum: cum tn̄ operibus inſiſteret pietatis. Sic Iob amiſſa omni ſubſtantia familia & ſanitate corporis: in omnibus his non peccauit nec ſtultum aliquid contra deum locutus eſt. & vt ait illa ſancta vidua Iudith. Omnes qui deo placuerūt ab initio per multas tribulationes tranſierunt fideles. Qui vero tentationes non ſuſcæperunt cum timore domini: & impatientiam ſuam & improperium murmurationis ſuæ contra dominum protulerunt exterminati ſunt ab exterminatore. Iudith. viij. Virgo autem beatiſſima non caruit aduerſis: ſicut nec filius eius.

Btā virgo in aduerſis fuit patientiſſima.

Sed nato paruulo inde ad paucos dies quæſito ad occiſionem oportuit fugere in Egyptum: & ibi manere per ſeptennium inter idolatras & alienigenas. & duodennis cum remanſiſſet in templo ipſa non percipiēte per triduum quæſiuit non ſine dolore: ſed ſine ira & triſtitia rationem abſorbente vel obfuſcante. Similiter in perſecutionibus filij patientiſſima fuit. Vnde dicitur de ea. Sicut lilium inter ſpinas: ſic amica mea inter filias. Lilium vel roſa non amittit ſuam pulchritudinem vel odorem inter ſpinas: ſic nec ipſa odorem patientiæ inter tribulationes. Quintus eſt longanimitas. Hæc ſecundum gloſ. in expectatione boni non deficere: ſed refici quando quis habet tolerare aliquem dolorem vel laborem ad breue tempus: val expectare habet aliquod magnum bonum. ſed cito recipiendum æquo animo conatur ſufferre propter breuitatem temporis eius. Sed quando in huiuſmodi videt ſe diu permanſurū in labore vel dolore vel conſequendo bono. multum ſolet attędiari & fatigari: & aliquando deficere ex diuturnitate eiꝰ. Sed longanimitas retinet hominem ne attędiet ſed perſeuerans maneat. & ſi non ita cito: ſed diu labor maneat & bonum illud expectatum proueniat: & reficit mentem quadam certitudine præmij. Vnde Apl's. ij. Corꝫ. vi. Exhibeamus noſmetipſos ſicut dei miniſtros in longanimitate.

Etas deatæ mariæ.

Per multos annos fuit beata Maria in laboribus mundi & expectatione gloriæ videlicet circa ſexaginta annos ſecundum communiorem opinionem ſemper magis feruens & auida ad omne bonum opus. Sextus eſt bonitas. Hæc ſecundum gloſ. dulcedo animi eſt. ſed ſecundum Philoſophū dulce eſt quod amaro impermixtum. dulcius quod amaro impermixtiꝰ. dulciſſimū quod amaro impermixtiſſimum. Sed animus beatiſſimæ Mariæ fuit omni amaro impermixtiſſimus. Vnde Sap̄. viij. dicitur. Non habet amaritudinem conuerſatio illius. ſcilicet ſapientiæ. ſed cum nulla creatura pura conuerſata eſt intimius & perfectius. ergo ipſa habuit ſummam animi dulcedinem. Vnde & cantamus ei. O clemens. O pia. O dulcis virgo Maria. Vnde & bonitatis huius fructum habuit. Pſ̄. xxx. Quam

magna multitudo dulcedinis tuæ dñe: quam abſcondiſti ti-
mentibus te. Sed beata Maria ſuper omnes timuit deum ti-
more ſancto: ergo & maximam dulcedinem animi habuit.
Præterea bonum eſt ſuiipſius diffuſiuum ſm Diony. & hoc
pertinet ad iſtam bonitatem velle bonū alioꝝ & ſuum com-
municare. Sed beata Maria ſummum bonum ſuum com-
municauit. ſcilicet filium offerēdo primo in templo: poſtea
in patibulo. vnde maxime habuit dulcem fructum bonita-
tis. Septimus eſt benignitas. Hec ſecundum gloſ. eſt largitas
rerum. Vnde & dicitur benignitas. quaſi bona igneitas. bo-
nus ignis eſt qui calefacit etiam a longe. Qui ergo beneficia
exhibet non ſolum amicis: ſed etiam inimicis: ille eſt beni-
gnus. Vnde Apoſtolus ad Roma. xij. Si eſurierit inimicus
tuus ciba illū &c. Hoc em̄ faciens congeres carbones ignis
ſuper caput eius. id eſt ſup mentem ad inflāmandū eum ad
amorem tuum ex talibus operibus ignitis. Apparuit enim
(ait idem Apl's ad Titum. ij. ca.) benignitas & humanitas
ſaluatoris noſtri dei. Adeo enim nobis benignus apparuit:
vt omnia ſua largiretur: & pro crucifixoribus exoraret. Sed
eius mater ipſum imitata aurum ſibi oblatum a Magis cito
pauperibus largiter erogauit. j. Coꝝ. xiij. c. Apoſtolus ait.
Charitas benigna eſt. et quanto maior charitas: tanto maior
benignitas. Sed charitas beatæ Mariæ omnes exceſſit vt di-
ctum eſt: ergo et benignitas. Octauus eſt manſuetudo. hęc
ſecundum gloſ. eſt tractibilitas. Vnde manſuetus quaſi ma-
nu ſuetus: qui. ſ. permittit ſe tractari ſine iraſcendo & iſta eſt
differentia inter patientiā & manſuetudinem quę ſi l'is vide
tur quia patiētia moderat̄ & regulat paſſionē triſtitiæ q̄ iſur
git ex aliqua moleſtia ne nimis cōtriſtetur. Sed manſuetudo
refrenat paſſionē irę ne frāgat̄ & cōtra rationē aliquid agat.
vñ gloſ. dicit ꝙ manſuetudo eſt cōtra irā. Eccli. iij. Filij in mā
ſuetudine pfice opa tua: & ſup hoim gloriā diligeris. Qui er
go minꝰ habet de ira: magis habet de māſuetudine. Sed bea
tiſſima Maria fuit ſine aliqua ira. ergo fuit manſuetiſſima.
Nec obſtat qđ dr̄ Lu. j. ſcilicet ꝙ cū audiſſet ſalutationē ange
licā turbata eſt in ſermone eiꝰ. Nā illa turbatio nō fuit iræ
ſed admirationis: vt dictū fuit. ſ. Preterea māſuetus dicitur
tractabilis. Tractabilis aūt eſt qui eſt omnibus cōformis &
cōformabilis. ſ. in eo quod non eſt malum. Et tractabilis eſt
qui eſt oībus oīa. Vel ſm genera ſingulorum: vt Paulus qui
factus eſt Iudæis ſicut Iudæus: & his qui ſine lege erant id eſt
gentilibus tanꝗ ſine lege eſſet &c. Vel ſecundum ſingula ge
nerū. & iſte eſt ſimpliciter oībꝰ oīa: & ſic fuit beatiſſima Ma
ria. vnde tractabilis et manſueta in ſummo. Bern̄. Quid ad
Mariam trepidat accedere humana fragilitas: nihil enim aſ-
perum in ea reperies: nihil auſterum. tota ſuauis eſt omībus
miſericordiæ ſuæ ſinū aperit: & ſic oībus oīa facta. vnde et
ſumme māſueta. Nonus fructꝰ eſt fides. hæc ſm gloſ. ibi eſt
inuiſibilium certitudo. Incenditur aūt ex certitudine delecta *(Triplex delectatio ex certitudine.)*
tio tripliciter. Primo per ſcibilium pluralitatē: vt ſi delecta-
tio eſt in ſciendo. quanto plura ſcit: tanto maiorē quis habet
delectationem. Scđo per nobilitatem & melioritatē ſcitorū
vt ſi delectatio eſt in ſciendo naturalia inferiora multo ma-
ior delectatio eſt in ſciēdo altiora: vt trinitatem: deitatē: bea-
titudinē propriam: & hmōi. qa nobiliora ſunt iſta oībꝰ infe
rioribus: & imperfecta cognitio horū magis delectat ꝙ pfe-
cta cognitio inferiorū ſm Philoſophū. Tertio p modū ſciē-
di perfectiorem: vt ſi ſciatur per reuelationē a deo maior ſe-
quetur delectatio ꝙ ſi per acquiſitionē humanā. Sed beatiſſi
ma virgo ſemper habuit maiorem certitudinem ſm omnē
iſtum triplicē modū: & ſic habuit maiorem fidem cæteris &
ex ea maiorē delectationem. Differt ergo fides prout eſt fru-
ctus a fide put eſt virtus theologica: qa. ſ. vltra communem
aſſenſum ad credibilia prout eſt fructus importat quādā cer
titudinem de eis: non tñ eo modo quo in patria. poteſt etiā
hic fides dici fidelitas ad pmiſſa: quæ etiam fuit permaxime
in virgine Maria. Decimꝰ fructus eſt modeſtia. hæc ſm gloſ.
in dictis & in factis conſiſtit. vt. ſ. ita moderentur vt non fiat
exceſſus vel defectus: & præcipue quo ad victum & habitū
& geſtus exteriores. In vitutibꝰ politicis dicit Alber. vbi. ſ.
Virtus eſt medietas duorum extremorum. Vnde in his mo-
dus eſt circa medium. Bern̄. tene medium ſi non vis perdere
modum. In theologicis aūt tanto maior eſt virtus: quāto ma
ior eſt eleuatio & extenſio ad conſecutionem finis. Nam tan
to maior eſt fides: quanto magis eleuat potentiam ad credē-
dum: & tanto maior ſpes: quanto magis eleuatur mēs ad ſpe
randum. Et modus in delectatiōe eſt ſine modo diligere ſm
Ber. Si ergo modeſtia eſt tenere modū: modeſtiſſimum erit
iu ſummo tenere modum in ſummo. ſummus autē modus
in via eſt eleuare potentiam ad perfectiſſimum actum qui
pōt eſſe in ſtatu viæ: Hoc autē fuit ſumme in beatiſſima vir-
gine. Item in alijs viatoribus modeſtia eſt cohibitio & reſtri
ctio appetitionum inordinatarum a concupiſcentia ſurgen
tium: & fructus modeſtiæ eſt refectio ſpūalis & delectatio de
hmōi cohibitione & reſtrictione. vnde eſt quaſi delectatio
pugnatorum poſt victoriam. Sed modeſtia beatæ virginis
non eſt de reſtrictione appetituū inordinatoꝝ qui in ea non
poterant eſſe. ſed perfecta ſubiectio ſenſualitatis ad ſpiritū
& ideo fructus modeſtiæ in ea non eſt in coertione inordina
torum appetituū: ſed delectatio ſuper eo ꝙ dicti motus inor
dinati non inſunt nec eſſe poſſunt. Et ſic ſua refectio in mo-
deſtia eſt per modum innocentiæ: in alijs per modum pœni
tentiæ. Sed ſtatus innocentiæ præcellit ſm dignitatem ſtatū
pœnitētię: & in delectatione ſpūali. ergo maxime modeſta.
Vndecimus fructus eſt continentia. ſm gloſ. hæc eſt abſtine
re a placitis bonis. & intelligitur de placitis ſm ſenſum. Nō
em̄ eſt bonum virtutis abſtinuiſſe a bonis placitis ſm intel-
lectum. Illa em̄ ſunt bona & ſm virtutem appetenda. A bo-
nis aūt ſenſibus delectabilibus eſt abſtinendum. Summe ve
ro delectabile ſm ſenſum eſt actus generationis. Et ideo ab
hoc abſtinere eſt maximum virtutis. Quod poteſt eſſe tribꝰ
modis: qa per abſtinentiam ab hmōi perfectam: vt in cōiu-
gatis: vt. ſ. ab alijs abſtineāt extra ſe. Aut abſtinētia pfectiorē
vt ī viduis. Aut perfectiſſimū: vt in v̄ginibꝰ. Hoc aūt fuit in
beatiſſima virgine in ſummo. & ideo perfecte continēs. Prę
terea virtus eſt circa arduum & difficile. Sed maxime arduū
& difficile videtur eſſe abſtinere ab actu generationis natu-
ræ corruptibilitate. pcipue circa illam partem. Vñ Salo. Nō
poſſum eſſe continens niſi tu dederis mihi. inquit ad deum. *(Sap. viij)*
& hoc ſcire donum dei eſt: vbi ergo eſt illa abſtinētia in ſum
mo ibi & continentia in ſummo: ſed hoc in virgine Maria.
ergo &c. Pręterea augmentat virtutem continentiæ abſtine
re nō ſolum a rebus bonis et licitis: ſed etiam debitis: & quā
to magis debitis: tanto maior continentia abſtinere ab illis.
Sed beata virgo abſtinuit ab honoribus ſibi debitis ſuper
omnes. Vnde Elizabeth viſitauit & prima ſalutauit vt mi-
nor quæ tñ erat maxima: quia mater dei effecta. vnde ab alijs
abſtinuit. ergo &c. Duodecimus eſt caſtitas. hæc ſm gloſ. eſt
recte vti licitis. Apl's. Siue manduceris ſiue bibatis vel aliud
facitis: oīa in gloriam dei facite. Oēs ergo actiones humanæ *(j. Coꝝ. x)*
ſunt referibiles ad deum. Ille ergo perfectus in ſummo erit
qui omnes actus ſuos ī deū referet. & hmōi ſic referre eſt vti.
Vnde Magiſter ſen. in. j. diſ. j. dicit ꝙ vti eſt id qđ in vſum
venerit referre ad id quo fruendum eſt. ſ. deo qui ſolus fruen
dus eſt. Sicut aūt contingit referre differenter: ita cōtingit vti
differenter. Nam viatores contingit referre in deum omnia
eos dico qui ſunt boni habitualiter. Sed beata Maria omnia
ſemper actualiter referebat in deū. Odilio Cluniaceñ. Vnū
pro certo ſcimus ꝙ omnis Mariæ actio ſemper intenta fuit
in dño. Quod autem nullus viator omnia ſemp retulerit in
deum patet: quia nullus potuit ſe abſtinere ab omni veniali
& pro tunc non actualiter illud referebat in deū in quo pec-
cabat etiam venialiter. Ipſa ergo ſola ſemper vſa eſt licitis:
ideo caſtiſſima fuit: ab eo ſaltem cauendum eſt quod dicit. b.
Aug. Nihil peius ꝙ vti fruendis: & frui vtendis. Vtitur fruē
dis qui deo ſeruit propter temporalia. Fruitur vtendis qui fi
nem vltimum ponit in creatura: & hoc pprie non eſt vti ſed
abuti. Ex prædictis patet quomodo fructus honoris & ho-
neſtatis produxit venter mentalis virginis glorioſæ. fructꝰ
ſ. duodecim ſpūs figuratos per duodecim filios Iacob: qui-
bus benedictionem dedit ipſe ſignificans deum. Et ideo be-
nedictus fructus ventris tui.

§. II. EST ET ALIVS VENTRIS AFFE
ctionalis viſceroſę compaſſionis fructus. eiuſ in concæptu
zelus honoris diuini & ſalus animarum. In parturiendo la-
bor & dolor pro huius executione ſcilicet ſalutis aliorū. Vñ
Apl's. Filioli quos iterum parturio donec Chriſtꝰ formetur
in vobis. Hanc affectionem ſuper omnes habuit beatiſſima
Maria ad dei honorem & hoim ſalutē. Vnde & mater oīm
dr̄ quos



dr̄ quos. ſ. concæpit per affectum dilectionis & peperit p la-
bores & dolores in paſſione filij. Vñ mulier illa habēs in ca-
pite coronam. xij. ſtellarū. quod expoſitum eſt. ſ. de virgine
Maria & eius. xij. ſingularibus gratijs & priuilegijs. exponit̄
a. b. Ber. & Alb̄. deſignare virginem Mariam. Et ibi dicitur
Apoc. xij. ꝙ habebat in vtero & clamabat vt pareret & cru-
ciabat̄. Draco autem ante mulierē ſtabat vt deuoraret partū
eiꝰ: ſed non potuit. Nā cum pareret maſculū: ſubito raptꝰ eſt
puer ante thronum dei. Concępit vt dictū eſt affectu eximio
oēs electos dei: ſignatos per maſculum ppter vnitatē eorū
et virilitatem. Clamauit deſiderijs & ſuſpirijs orationibꝰ &
meritis vt pareret. ita ꝙ omnes veros fideles. Diabolus dra
co quęrit quem deuorat. Sed electi cum moriuntur tunc na-
ſcuntur in cœlis. & ſtatuuntur ante thronum diuinę maieſta
tis in gloria. Et draco vacuus et confuſus remanet. Vnde &
viti aſſimilatur cum dicit. Ego quaſi vitis fructificaui. ſimi-
lis enim fuit filio ſuo dicēti. Ego ſum vitis et vos palmites.
ſcilicet apl'i & cæteri fideles. Qui manet in me ſcilicet vnitꝰ
hic fert fructū multū bonoꝝ operum. pducit̄ palmes a vite
vt filius pducit̄ a patre. Vñ et ipſe Ieſus dicit̄ pater noſter in
hymno. Præſta pater pijſſime: patriꝗ compar vnice. ſic ma-
ter eius vt vitis producit palmites ſibi hęrentes per deuotio
nem: vt mater oīm per imitationem. Et notandum ꝙ ſicut
nulla arbor producit ſpecioſiorē fructum vitæ: ita nulla eſt
ita procliuis ad terrā ex ſe niſi per aliam eleuetur ſicut vitis.
Nulla eſt ita turpis & deiecta in trunco vt ipſa ad deſignan-
dū ꝙ humilitas quæ facit hominē procliuum ad terrā ex ve-
ra ſui recognitione & deiectū & vilem in cōſpectu aliorum
ſm apparentiā exteriorē: & ex ſe nō aſcendentē ad altum ho
norum & dignitatū niſi ab alio eleuetur: pduxit precioſiſſi-
mum fructū ſcilicet dñm noſtrū Ieſum Chriſtū. fructū copio
ſiſſimū perfectorum operum: fructū pcurationis ſalutis ho-
minū: qa reſpexit humilitatē. (ait ipſa) ancillæ ſuæ. His fru-
ctibus electorum quorum beata Maria dr̄ vitis et mater da
tur benedictio a dño dum dicit̄ in Pſ. cxiij. Benedixit om-
nibus qui timent dñm & demum dicetur eis. Venite benedi
cti patris mei percipite regnum vobis paratum. Mat. xxv.
Benedictus ergo & fructus iſte ventris affectionalis beatæ
Mariæ. Sciendum etiam ſm Albertum ꝙ in iſta ſalutatione
annunciatur beatiſſimæ virgini perfectiſſima beatitudo: &
per ipſam & in ipſa toti humano generi. Perfectio autem
beatitudinis conſiderari poteſt vel quantum ad ſubſtantiā
vel quantum ad cauſam vel quantum ad efficiētiam. Si quā
tum ad ſubſtantiam: vel eſt a malo excluſio: & hoc notatur
in aue. vel eſt ad bonum inductio et hoc comprehenditur in
gratia plena. Si attendatur quantum ad cauſam ſic dicitur
dominus tecum. Si quantum ad efficientiam: vel hæc eſt me
diata: & ſic eſt. benedicta tu in mulieribus: vel ex cauſa im-
mediata: & ſic eſt benedictus fructus ventris tui.

¶ De viſitatione btē Mariæ facta Eliſabeth. Cap. XXVII.

EXVRGENS MARIA ABIIT IN *(Exurgere qs dr̄ tripliciter.)*
montana Iudææ cum feſtinatione. Lucæ. j. In ſa
cra ſcriptura dicitur quis exurgere tripliciter.
¶ Primo enim dicit̄ exurgere qs a ſomno culpę.
¶ Aliquādo dicitur exurgere pœnitens in ſpe veniæ.
¶ Tertio modo dicitur exurgere ad profectum gratiæ.

Peccatori em̄ dicit̄ quod ait Apl's Eph. v. Surge q dormis
et exuge a mortuis et illuminabit te Chriſtus. In peccatis per
manens dicitur dormire: quia ſicut in ſomno dormiens nil
meritorij operis agit quia vſus liberi arbitrij eſt ligatus: ita
pctōr in tali ſtatu ꝙ opus agat de genere bonorum nihil me
retur ad vitam æternā valēs. Et ſicut dormiēti in ſomnis vi
detur ſibi aliquando habere multas diuitias & delitias et in
eis gaudere: ſed euigilās ſe illis vacuum videt & quaſi illu-
ſum vñ contriſtatur. Ita pctōri videt̄ iſta bona mūdi tenere
et poſſidere: et dum ſperat ſe in eis pmanere in morte quaſi
euigilat: & tunc cernit illa fallacia fuiſſe & tranſitoria: et eis
carere ſeu ea dimittere per mortem: affligitur et nimis dolet.
Pſ. Dormierūt ſomnū ſuū & nihil inuenerunt oēs viri di-
uitiarum in manibꝰ ſuis. Cū autē peccator reuertitur ad pœ-
nitentiā dicit̄ ſedere per humiliationē ſui. Nā & de more lo-
quendi eſt cū quis humiliat̄ dicit̄ poſitus ad ſedendū. Vnde
Chriſtus per Pſ. humiliationem ſuę paſſionis vocat ſeſſio
nē dū ait. Tu cognouiſti ſeſſionē meam. i. approbaſti & gra
tā habuiſti humiliationē meā. Tali igit̄ humiliato in pœni-
tętia: vnde & ſedēti. dicit̄ vt ſurgat ſcilicet ſperādo veniā pe-
catoꝝ: & adiutoriū gratiæ ad bene agēdū. Nā vt ait bea. Am.
de pœni. diſ. j. nemo. ij. Nemo digne pōt agere penitentiam:
niſi qui ſperauerit veniā. Talibus igitur pœnitentibus dicit
Pſ. cxxvj. Surgite poſtꝗ ſederitis qui manducatis panem
doloris. i. vos qui paſcimini dolore & lachrymis cōpūctio
nis: poſtꝗ ſederitis. i. humiliaueritis vos: ſurgite ad ſpem ve
niæ. Proficientibus quoꝗ & perfectis dicitur. Surgite & ite
quia non habetis hic requiem. dicit propheta. Surgite affe-
ctu ad patriā ſupernā contēplando et deſiderādo ſuperna et
ad ipſa feſtinādo: & iſto modo loquitur ſpiritusſanctus aīæ a
deo dilectæ. Surge propera amica mea columba mea formo
ſa mea & veni. Iam em̄ hyems trāſijt: imber abijt & receſſit:
flores apparuerūt in terra noſtra &c. Vt ſurgat dicit̄ ad con
templationē & amorē ſupnoꝝ & perfectionē virtutū. Amī
cā vocat aīam propter charitatem quæ eſt amicitia vera dei
cū hoīe: colūba mea ppter ſimplicitatē: quia colūba fel ma-
litiæ nō habet. formoſa mea ppt̄ morū honeſtatē. ppera ait
quia neſcit tarda molimina ſpūſſancti gr̄a. i. nō pmittit tar-
dare ad bene operandū. Et ſubdit rationem aptitudinis ad
iſtū pceſſum ad ſuperna: quia iā trāſijt hyems frigida pctōꝝ
quæ deleta ſunt. Imber abūdans paſſionū & tētationum re-
ceſſit: nō ita frequēter moleſtant: flores ſctōꝝ deſideriorum
manifeſtant̄ in terra viuentium. Tempus putationis adue-
nit. ſ. reſecādi ſupflua &c. Et iſto tertio modo ſurrexit Maria
cum dicit̄. Exurgēs Maria abijt cū feſtinatione in montana
Iudææ. Sunt aūt tria mōtana quæ tranſiuit Maria.
¶ Primus mons veræ humilitatis.
¶ Secūdus mons fraternæ charitatis.
¶ Tertius mons ſupernæ contēplationis i ocūditatis.

§. I. QVANTVM AD PRIMVM ID EST
de vera humilitate poteſt exponi illud Geñ. xix. dictum *(Humilitas dicit̄ mōs & vallis diuerſis reſpectibus.)*
Loth. In monte ſaluū te fac. Nam vt ait Gratia. de pœ. diſ. j.
§. taciturnitas. Sine humilitate nemini poteſt eſſe ſalus. Di-
citur autem humilitas & vallis et mōs diuerſis reſpectibus.
Nam vallis dicit̄ quę eſt in imo: quia p eā habet̄ vera cogni
tio proprię vilitatis: quoniā puluis et cinis infructuoſus. Eſt
enim humilitas (ait beatus Ber.) virtus qua homo veriſſi-
ma ſuiipſius cognitione ſibi vileſcit. Et ſcđm hoc dicit. Pſ.
Emittis. ſ. tu deus fontes videlicet gratiarum in conuallibus
id eſt mētibus humilium. Mons vero dicit̄ humilitas inquā
tū per eā eleuatur mens ad cognitionem dei & aliarū virtu-
tum: & demū exaltat̄ in cœlū: quia qui ſe humiliat exaltabi-
tur. ait dominꝰ Ieſus Mat. xxiij. Et ſm hoc Anſel. in libro de *(ſ. ti. iiij. c. xij. §. ij quaſi in fine.)*
ſimilitudinibus. vocat eā & aſſimilat monti ad quē aſcendi
tur ſeptem gradibus de quibus habes. ſ. in ca. de humilitate.
Sed vt breuius loquamur. gloſ. ſuper illud Matth. iij. Sic
decet nos implere omnem iuſtitiam. dicit. i. perfectiſſimam
humilitatem: cuius gradus ſunt tres. ſ. ſubijcere ſe ſuperiori:
quod eſt neceſſarium ad ſalutem. Secundus ſubijcere ſe ęqua
li: quod eſt humanum & quietum. Tertius ſubijcere ſe infe-
riori: quod eſt exemplū perfectiſſimum: ſicut fecit Ieſus pe-
tens & ſuſcipiens baptiſmum a Ioanne baptiſta. rex a mili-
te: dñs a ſeruo: ſanctificator a ſanctificato: et poſtea etiam la-
uans pedes diſcipulorum. Per hunc montem exurgens Ma-
ria abijt in montana Iudææ: quæ interpretatur confeſſio:
quia per hanc homo nihil ſibi attribuit: & totum deum eſſe
confitetur. quando viſitauit Eliſabeth humiliauit ſe inferio
ri pergens regina ad vaſallam: domina ad ancillam: mater
dñi dei ad matrem ſeruuli: quod intelligens Eliſabeth viſi-
tata & a ſpirituſſancto edocta ait. Vnde hoc mihi vt mater
domini mei veniat ad me. q. d. non eſt hoc decēs: ſed potius
ꝙ ego venirem ad te vt dominam meam et matrē dñi mei.
Et non ſolū iuit: ſed et prior ſalutauit: et non ſolū ſalutauit:
ſed cum ea tribus menſibus ſtetit: vt in partu tunc futuro ei
ſeruiret. Et quis vnꝗ audiuit talia vt regia maximi domini
grauida pergat ad ſeruam ſuā adminiſtrandum ei in partu
eius. Vnde exemplo eius debent homines etiam inferioribꝰ
ſuis humiliari et ſeruire aliquādo.

§. II. SECVNDVS EST MONS CHA- *(De monte charitatis.)*
ritatis qua quis confitetur deum. et ideo mons Iudææ ſum-
me bonū & ſibi munificētiſſimum. Hic eſt mons in quo be-

neplacitũ eſt deo habitare in eo. Etem̃ dñs habitabit in finẽ.
in Pſ̃. Nos em̃ ſumus (ait apl̃s) in q̃s fines ſeculorum deuene
.Cor.x. runt. Et in iſto ſeculi fine propter nimiã charitatem qua dile
xit nos deus: verbum caro factũ eſt & habitauit in nobis. Et
de monte exiuit lex euangelica, vt prædixerat Eſaias quę eſt
lex charitatis Chriſto cũ apl̃is recumbente cũ diſcipulis ſuis
in monte Sion & dicente. Hoc eſt p̃cæptũ meum vt diliga-
tis inuicẽ. Et ad hãc vt ad finem reducit lex decalogi data in
monte Synai vt mons altiſſimus ipſa charitas eleuans nos
ſuper cherubin & ſeraphin: & cum deo vniens. Habet enim
amor vim vnitiuam: inq̃t Diony. qđ & ip̃m nomen inſi-
nuat. Charitas dr̃ quaſi chara vnitas, nec aliqua vnitas crea-
turæ eſt charior ea nec p̃cioſior. Habet & iſte mons gradus
ſuos quibus aſcenditur ad ſummũ eius. Primus eſt incipien
De gradib⁹ mõtis .ſ. charitatis. tium: quorum officium eſt tentationibus reſiſtere viriliter:
a ca criminalibus abſtinere. Scđs proficientium: quorũ exer
citium eſt nõ ſolum vitia euitare: ſed aſcenſiões in corde ſuo
diſponere in valle lachrymarum huius vitæ. vt in ſtatu vir
tutum in quo eſt non q̃eſcere: ſed in anteriora ſe extẽdere &
p̃fectoria opa. Nam ſm̃ btm̃ Bern̄. in via dei non pgredi eſt
regredi. In cuius figura illa aĩalia de quibus loq̃tur Ezechiel
in pria ſua viſiõe ſctõs deſignãtia (vt exponit btũs Greg.)
dicit q cum ambularent non reuertebantur: ſed vnũquodq̃
ante faciem ſuam gradiebat̃. Ezech. i. Tertius gradus eſt deo
inhærere feruentiſſimo amore. vt cum Pſalmiſta. xlij. dicat.
Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita de
ſiderat aĩa mea ad te deus &c. Et cũ aplõ. Phil'. j. Cupio diſſo-
lui & eſſe cum Chriſto. Et ne videatur proximum non cura-
re: cum eodem ad Ro. ix. dicere. Optabã ego anathema eſſe a
Chriſto pro fratribus meis. Quod tamen ſane intelligendũ
eſt. Non em̃ optabat ſeparari a charitate Chriſti propter ſa-
lutem pximorum. Anathema em̃ ſeparationem importat: qa
hoc fuiſſet contra ordinẽ charitatis. ſed optabat & opere age
bat vt ad tp̃s ſepararet̃ a conſolationibus. & quaſi fruitione
Chriſti ex dulcibus contẽplationibus eius eas dimittẽdo fre
quenter. vt conuerſioni & ſaluti aĩarum inſiſteret p̃dicando
& diſcurrendo. De ipſius gradibus charitatis dicit be. Augu.
de pœ. diſt. ij. ſi qs. Charitas cum fuerit nata nutritur: cũ fue-
rit nutrita roboratur: cũ fuerit roborata pficitur: cum fuerit
perfecta qd dicit. Mihi viuere Chriſtus eſt & mori lucrum.
De his gradibus habes in tit. de charitate. Per montem iſtum
exurgens Maria abijt viſitando Elizabeth: vt mutuis affati-
ſ. ti. vj. c. ij. §. ij. bus adinuicem conſolarentur vt a verecundiæ pœna. Eliza
beth ſubleuaret. Erubeſcebat em̃ vt dicit euãgeliſta ſe graui
dam reperiri in ſenectute: & carnalibus actibus operam de-
diſſe, & ideo occultabat ſe. Et confortata ex verbis btẽ virgi-
nis q̃ prius verecundabat̃ eſſe grauida: poſtea in dño gloria
batur ſe pphetam ediſſe. Venit vt & de bonis & donis col
latis ſibi a dño vt ei reuelatis fœcunditatis ſuæ ei congaude
ret. Venit vt filius ſuus Ioannes in vtero ſctĩficaretur: & iam
filij ſui Ieſu Chriſti ppheta inſtitueretur: & ipſa pphetiſſa ef
ficeretur. Nam poſt Elizabeth p ſp̃m pphetiæ oſtendit ſibi
notum qđ erat oĩbus occultum. ſ. virginem dei matrem effe
ctam. De filij ſui pfectu ait. Vt facta eſt vox ſalutationis tuæ
in auribus meis: exultauit infans in vtero meo. Creditur tũc
Ioannem qui ſex menſes habebat in vtero matris acceleratũ
obtinuiſſe vſum liberi arbitrij iuxta illud eccleſiæ. Accelera
tur ratio in paruulo nõdum nato inſtinctu ſacri pneumatis
& tunc ſanctificatũ fuiſſe purgatũ. ſ. ab originali dei & gr̃a
repletum: vt p̃dixerat patri archangelus in templo dei: & co
gnouiſſe ſaluatoris ſui in vtero virginis exiſtentis aduentũ:
& ideo exultauit modo nobis ignoto in vtero. Et qđ voce
non poterat: nondum natus opere exultationis vt propheta
Chriſtum demonſtrauit.

## §. III. TERTIVS MONS EST CON-

templationis in qua reperitur maxima iocunditas. de q̃ dñs
De mõte contẽplatiõis p Eſaiam. Et faciet dñs in monte hoc. ſ. contemplationis di-
uinorum: cõuiuiũ pinguiũ: conuiuium medullatorum. i. re-
fectionẽ ſp̃ualem plenã iocunditate & delectatione. Et figu
ratur mons iſte p montẽ Thabor: ad cuius ſummitatem du-
cens Ieſus Petrum: Iacobum: & Ioannem transfiguratus eſt
ante eos: oſtendens aliqualiter gloriam ſuã. Ex cuius viſio-
nis ſuauitate inebriatus Petrus ait. Dñe bonum eſt nos hic
eſſe. Ad hm̃õi aſcẽſum oportet ducere Petrum qui interpre-
tatur diſcalciatus. Iacobum qui interpretatur ſupplantans.
& Ioannem in quo eſt gr̃a interpretatus. i. mundi contẽptũ:
diaboli tẽtationum ſupplantationem: & carnis caſtimoniã
gratioſam. Et per hanc contemplationem aſcendit mens hu
mana vſq̃ ad exercitium patriæ ſupnæ. de qua Eſaias: Gau-
diũ & lætitia inuenietur in ea gr̃arũ actio & vox laudis. Per
hunc montẽ contẽplationis tranſiuit btã virgo in qua eſt cõ
feſſio laudis diuinæ & gratiarũ actionis & ſummũ gaudiũ
qñ poſtq̃ intrãs domum Zacharię ſalutabat Elizabeth: ipa
q̃q̃ Elizabeth repleta ſp̃ũſancto cum filio ipſam matrẽ dñi
cognoſcens mirabiliter collaudauit: Vñ tunc in altiſſimam
contemplationem diuinorum aſcendens & ſummo gaudio
repleta Canticũ canticorum intonuit dicens. Magnificat aĩa
mea dñm &c. vbi magnitudinem diuinę maieſtatis contem
plans exultauit in dño. Vbi ſciendũ vt notat per totum dñs
Ioannes Do. cardi. ſup Magnificat. circa principium. Cauſa De cauſa gaudij materialis.
materialis gaudij eſt vox laudis ex lætitia cordis proueniẽs
vt dicit Iſid'. in li. Etymo. Et notandũ q canticorum quædã
ſunt obũbratica: quædã figurata: quædã iubilata. Prima ſũt
oĩa cantica veteris teſtamenti: qa oĩa in figurã contingebãt
illis. j. Cor. x. Scđa ſunt oĩa cantica noui teſtamenti: qa nũc
nox præceſſit: dies aũt appropinquauit. Sunt aũt nõ ſolum
figurata p cantica veteris teſtamenti: ſed etiam iſta cantica
quodãmodo figurant cantica vitæ æternæ. Eſt em̃ ſm̃ Dio-
ny. ſtatus noui teſtamenti medium inter ſtatum veteris teſta
menti qui erat ſolum figuratiuus: & ſtatum patriæ vbi nil
figuræ ſed oĩa in luce clareſcunt. Nam in nouo teſtamẽto &
exhibetur res figurata p vetus teſtamentum: & eſt etiã figura
tiua eorũ quæ ſunt in patria. Tertia aũt cãtica ſunt ea quæ cã
tantur in vita æterna. de q̃bus dr̃ in Apoca. q cantabant ſan
cti canticum nouũ ante ſedẽ dei & agni. Item canticorum: alia
ſunt cantica ſolum: alia ſunt Cantica canticorum: & in ve-
teri teſtamento notum eſt. In nouo cantica tria ſunt. ſ. Be-
nedictus. & Nunc dimittis. tertium eſt Gloria in excelſis. qđ
eſt Canticũ canticorũ. Et cantica q̃dẽ ſunt de victorijs: ſed
Cantica canticorũ de præmijs. Cantica veteris teſtamẽti ſub
ordinant̃ canticis noui teſtamenti figuratiue: qđ intuenti ſa
tis lucide patet. Nam oĩa illa cantica cõpoſita ſunt p gr̃arũ
actione: aut ex hoſtium pſtratione. ſicut Cantemus dño glo
rioſe &c. Exo. xv. & quædã alia. Aut p quadã liberatiõe. vt
illud Ezechi. Ego dixi in dimidio &c. Eſa. xxxviij. Aut p do
norum recæptiõe vt illud Annę Exultauit cor meũ in dño &c.
j. Reg. ij. Et qa vera victoria patuit dño duce nato: ideo eius
milites angeli cecinerũt Gloria in excelſis deo. Inſpecta aũt
libertate ſui & ppl̃i Zacharias cecinit. Bñdict⁹ dñs de⁹ Iſrael.
Cum autem Symeon donum maximũ in vlnis ſuſcæpit: &
ipſe canticum cecinit: Nunc dimittis. Cantica aũt canticorũ
Salomonis ſubordinantur huic Cantico cãticorũ v̾ginis. ſ.
Magnificat. Et vt docet egregius Orige. ſup Cãtica cantico-
rum, non ſtatim a principio ſunt cãtata Cãtica canticorum: ſed
pri⁹ Egypto calcata & mari rubro trãſmiſſo hoſteq̃ pſtrato
cantatũ eſt Cãtemus dño glo. &c. Sed nondũ vẽtũ eſt ad Cã-
ticũ canticorũ. Notandũ igit̃ q ſicut illa Cantica canticorũ
Salomonis ſex famoſa cantica pręceſſerunt ſex gradus ſigni
ficantia q̃bus ad Cantica cãticorũ mens põt aſcendere hũa-
na. Sic ſex act⁹ famoſos huic Cãtico cãticorũ v̾ginis ſcripta
circa virginẽ almã deſcribit euãgeliſta vt euidẽter eluceſcat
q illa iſti vt vmbra deſeruiunt. Præceſſit primo canticum
Moyſi. Exo. xv. Cantemus dño &c. ſignificãs libertatẽ pctõ
rũ. i. a pctĩs. Scđo canticum ppl̃i Iſrl̃. Aſcendit pute⁹ &c. Nu. De origine Cãticorũ.
xxj. Et notat largitatẽ gr̃arum vel donorum. Tertio cãticũ Delbo
re. Qui ſponte obtuliſtis aĩas veſtras &c. Iudi. v. Et inſinuat
obedientiam ſubditorum. Quarto canticum aliud Moyſi
illud. Audite cœli q̃ loq̃r. Deut̃. xxxij. & demonſtrat inſtru-
ctionẽ diuinorum eloquorum. Quinto cãticum Annæ illud. Exul
tauit cor meũ. & figurat vbertatẽ gratuitorum. Sexto canticum
quodlibet Dauid in pſ̃. qđ figurat venuſtatem & varietatẽ
dulciũ ſonorum. i. gaudiorum meritũ. Poſt q̃ ſequit̃ Cãticũ cãtico
rũ Salo. Ergo v̾ginẽ ſacrã deſcribit euangeliſta cantatricẽ a
vitijs denudatam primo dicens. Aue. i. ſine ve. gratijs fœcũ
datam cũ ſubdit gratia plena dei ſolius imperio ſubiugatã
cum ſubinfert: dñs tecum. benedicta tu iñ mulieribus. q. d.
mulieres cæteræ ſub viri poteſtate ſunt. tu ſoli dño qui eſt te
cum: diuinis eloquijs illuſtratam: qñ cogitabat qualis eſſet
iſta ſalutatio. ruminans ſcripturas: & iterũ quærens. quõ fiet
iſtud



iſtud tanti filij delicijs impregnatã: qa inuẽta eſt in vtero ha
bens de ſp̃ũſancto: modulatis gaudijs prædotatam: cum in-
trãs domũ Zachariæ & ſalutans Elizabeth auditis ab ea lau
dibus ſuis totum a deo recognoſcens: & ad montẽ contem-
plationis & diuinæ laudis aſcendens ait. Magnificat anima
mea dñm. Et aduerte fideliter: qa quicq̃d in illis obumbra-
tis Canticis canticorum petit̃: aut factũ eſſe deſcribitur: totũ
hic lucide habitum inſinuatur. Nam ibi petit̃ oſculũ. Oſcu-
letur me inq̃t oſculo &c. Hic habetur cõiunctio. ſ. diuinæ na
turæ cum humana. Ibi poſtulabatur tractio. Trahe me inq̃t
&c. hic habetur diſcurſio. nam Maria pergit cũ filio in vtero
ad Elizabeth. Ibi quæritur locus paſtus & accubitus. hic ha-
betur cubans in aluo paſtus alimentis virginis. Ibi videba
tur longe ſaliens in montibus hic feſtinanter in mõtana du
citur realiter. Ibi quærebat̃ in lectulo & non reperiebatur:
hic claudit̃ in corpuſculo & prædicat̃ mater. Ibi vocabatur
dilectus vt deſcendat: hic humanatur vt ſe oſtendat. Ibi con
uerſio ei⁹ ad humanã naturã ſperabat̃: vt iam facta deno-
minat̃. Ibi natus factus petebat̃ ad oſcula & amplexus: hic in
carnatus alitur vt pariatur: & detur oĩbus eius deſideranti-
bus amplexus. Et ſic lege oĩa Cantica canticorum Salomo-
nis: & qđ ibi reperis obumbratũ: in virgine videbis ſub car
ne reuelatum. Et qa dicebatur q hoc precioſum Canticũ cã
ticorum. ſ. Magnificat. ſubordinatur Canticis vitæ æternæ.
Sũmus gradus btĩtudinis eſt viſio diuinitatis. Sciendum q primus gradus & ſummus beatitudinis eſt vi-
ſio ip̃a diuinitatis: ex qua tamq̃ ex fonte oĩs alius grad⁹ bea-
titudinis accidentaliter deriuatur: vt noſter ſanctus doctor
in. iiij. ſen. aſſerit. diſt. xlix. In qua viſione ſuper extrema aĩa
rapta mox magnificat deũ vt primus verſus inſinuat. Et qa
tanti boni viſio ſine immenſo gaudio eſſe nõ poteſt: ſtatim
exultat ſpirit⁹ in deo ſalutari ſuo: vt dicit ſcđs verſus. In hoc
autem lumine & gaudio aĩa ſeipſam cognoſcit: & videt ſe il
la tanta gloria indignam: & ſic fatetur ſe humilem ancillam
vt tertius verſus ſonat. Hinc comparat p̃mia: præmiatum
ad præmiantem. Et addit. Quia fecit mihi magna. mihi indi
gne magna præmia & præmians potens eſt. vt habetur in
quarto verſu. Inde vero perſpicit non ex meritis humilita-
tis: ſed ex mera miſericordia omnes beatos beatitudinem cõ
ſecutos: & dicit in q̃nto verſu. Et miſericordia eius a proge-
nie in progenies &c. Poſtmodum de ipſa improportionata
proportione. ſ. præmij & præmiatæ aię differens cum aĩa ha
beat vltra id qđ de ſui natura conſeq̃ põt: fatet̃ id euenire ex
mera dei potentia dicens in ſexto verſu. Fecit potentiam in
brachio ſuo. Sed ip̃a potẽtiſſima manu intuetur æquiſſimã
iuſtitiã malos merito punientẽ. & dicit. Diſperſit ſuperbos
mente cordis ſui. Et qm̃ non eſt parua portio illius ſummæ
fœlicitatis: ſocietas beatorum repleta ad ſupabundãtiam & in
ebriata ab vbertate domus dei ipſos intuetur & ait in verſu
ſeptimo. Eſuriẽtes impleuit bonis &c. Qm̃ vero iſta eſuries
non eſt in patria ſed fuit in via: ibi intuetur promiſſiones fa
ctas ſub duplici teſtamẽto: teſtante Pſ̃. xlvij. Sicut audiuim⁹
ſic vidim⁹. Exultaq̃ in tali pſpectu. iuxta illud Cant̃. j. Exul
tabimus & lętabimur in te memores vberum tuorũ. i. teſta-
mentorũ. Et ſicut ſunt duo teſtamẽta: ſic ſubmittit duos ver
ſus. ſ. Suſcæpit Iſrael puerum ſuũ. & Sicut locutus eſt. p no-
uo teſtamento: Sicq̃ igitur Canticũ canticorum iſtud. ſ. Magni
ficat. oĩa cantica continet paradiſi: vbi effectualiter ſine ceſ-
ſatione cantatur canticum nouum Magnificat. ſm̃ illud Pſ̃.
cxlix. Cantate dño canticum nouum: laus eius in eccleſia ſan
ctorum. Quod canticum dr̃ nouũ nouitate vniuerſitatis: qa
factũ a matre oĩm & dña illud Magnificat. Nouitate poteſta
tis: qa nunq̃ viſa eſt tanta poteſtas. Nouũ faciet dñs ſup ter-
ram &c. Nouitate iocunditatis: nullum canticum cantatur ĩ
eccleſia tanta iocunditate & ſolennitate ſicut Magnificat. Si
ergo exurgens Maria ab oĩbus terrenis abijt in montana cõ
feſſionis diuinæ: hoc em̃ interpretatur Iudæa. vt dictum eſt.
in cœleſtibus iocundiſſime contemplans diuina. Et in hoc
monte iocundo contemplationis ſita ait. Magnificat aĩa &c.
Hæc omnia Ioannes Dñici.

¶ De cantico beatæ Mariæ virginis in quo aliqua dicuntur
magna tripliciter. Cap. XXVIII.

## MAGNIFICAT ANIMA MEA

dñm. Beatiſſima Maria ex principio huius cantici
allicit animos oĩm vt audire inclinentur q̃ cantat
præmittens Magnificat. i. magna dei prædicat. Sic & ſapien-
tia cunctos ad ſe cõgregare cupiens de ſummis excelſiſq̃ vir
tutibus inquit Prouer. viij. O viri ad vos clamito. Vox mea
ad filios hoĩm. & ſequit̃. qm̃ de rebus magnis locutura ſum.
Vbi eſt breuiter notandũ q aliqua dicuntur magna tripl̃r. Magna dicũtur tripl̃r.
¶ Primo priuatione & hæc ſunt expulſiua.
¶ Scđo æſtimatione. & hæc ſunt dubitatiua.
¶ Tertio vera perfectione. & hæc ſunt attractiua.
Magna priuatione ſunt vitia & pctã. Vñ. ij. Eſdræ. vij. dr̃.
Sumus in magno peccato vſq̃ in diem hanc. Et dicũtur ma-
gna peccata: qa priuant magnis bonis. ſ. gratia dei & gloria.
Et horum magna ſp̃ũ diabolico cantica componunt Poetę
Comœdias Tragœdias & Satyras obſcænas. quorum mũd⁹
hodie eſt plenus: & quæ ſunt de ſe fugitiua videntur allecti-
ua: cum hodie vulgus a veritate aures auertant ſcripturarũ
& ad fabulas cõuertantur. quibus põt inuehi illud Chriſti.
Io. viij. Propterea vos non auditis magnalia dei: qa ex deo
non eſtis: ſed ex p̃re diabolo. Magna æſtimatione dicunt̃ di-
uitiæ & hm̃õi tp̃alia de q̃b⁹ Prouer. xv. dr̃. Theſauri magni
& inſatiabiles: quæ tñ in rei veritate modica ſunt: & quaſi ni
hil. Eccl̃s. j. Omnia vanitas. & horum vſus malus multa bo
na aufert: qa difficile eſt immo impoſſibile diuitem intrare
in regnum cœlorum. Mat. xix. Intelligendo de illis diuitib⁹
qui ponunt finem in eis & abutuntur eis. Sed bon⁹ vſus eo-
rum magna bona acquirit. iuxta illud. Facite vobis amicos
de mamona iniquitatis. Horum cantica componunt auari- Lu. xvj.
tiæ dediti quæ eſt idolorum ſeruitus Horum ſcholæ ſunt ple-
næ ita vt dicatur per Hieremiam pphetã A maiori vſq̃ ad
minorem. A ſacerdote vſq̃ ad leuitam omnes auaritiæ ſtu-
dent: ſed fallaces eas appellat ſaluator: quia promittunt læti
tiam & parant triſtitiam. Veræ aũt res magnæ ſunt quia ma
gnis conceduntur. Hæ res ſunt magnæ: maiores & maximę.
Magnæ res ſunt virtutes & dona quę hic habentur. Maiores
ſunt virtutes quæ habentur in patria. Maximæ vero pater
& filius & ſp̃ũſſanctus. Maximæ dico pſonæ. De rebus ma-
gnis & maioribus dicit apl̃s. j. Corum. xiij. Nunc manent fides
ſpes: charitas tria hæc. Maior aũt horum eſt charitas. Ecce q
charitas eſt maior illis: ergo & fides & ſpes magnę res ſunt:
quia omne cõparatiuum præſupponit ſuum poſitiuũ. Cha
ritas aũt quæ ibi deſcribitur quæ nũq̃ excidit eſt charitas pa
triæ: & hæc maior dicit̃. ſ. virtutibus quæ habentur in via.
Deus autem eſt maximus. & q habet̃ ipſe a nobis per gratiã
vel gloriam eſt maximum donũ. Vñ Apl̃s Petrus epiſtola
ij. c. j. ait. Vocauit nos ppria virtute: per quam maxima & p̃-
cioſa nobis donauit promiſſa: vt per hæc efficiamur diuinę
naturæ conſortes: quia ergo inſerta eſt mentibus hoĩm veri
ſummiq̃ boni cupiditas: vt ait Boe. de pĥica conſol'. Bonũ
cognitum mentem trahit Magnum bonũ magne trahit: ma
ius bonum magis trahit: ſed maximũ bonum maxime tra-
hit. Vt ergo virgo ſancta ad ſcholas ſuas omnes traheret: di-
miſſis peccatis & fabulis ſpretis mundanis tradere pmittit
de maximis delicijs. & ait. Magnificat anima mea dñm. Pſ̃.
Magnificabo eum nimis in ore meo. Et in alio Pſ̃. Repleat̃
os meum laude: vt cantem tota die magnitudinem tuam. In
quo verſu primo tria poſſunt conſiderari circa illud Canti-
cum canticorum.
¶ Primo cauſa materialis al's ſubiectiua. magnificat.
¶ Secundo cauſa actualis & effectiua. anima mea.
¶ Tertio cauſa finalis & obiectiua. dominũ.

## §. I. QVANTVM AD PRIMVM MA-

teria huius cãtici eſt tradere magnalia dei. vñ dicit Magnifi-
cat. Vñ notandum q ſicut oĩm rerũ conſtantiũ determinata
eſt magnitudo & quãtitas: teſte philoſopho i. iij. & iiij. phy-
ſicorũ. Sic oĩs creatæ naturæ eſt determinata potentia: cũ ſo-
lius dei dicatur potẽtia infinita. Cũ igit̃ human⁹ itellect⁹ di
cat̃ & ſi aliq̃ creatura: nulli dubiũ eſt qn ei⁹ potẽtia ſit finita
& limitata. ita vt ſupra ſe aſcendere nõ poſſit niſi diuino lu-
mine ſuperiori duct⁹ dicẽte Pſ̃. xxxv. In lumine tuo videbi-
mus lumẽ. Tria aũt ſunt q̃ intellectui noſtro obijci pñt.
¶ Primo vilia & mechanica.
¶ Secundo media & phyſica.
¶ Tertio pręmia & theologica.
Et p vſum quidem & occupationem mechanicorũ: vt eſt
textoria & cementaria & hm̃õi virt⁹ intellectiua hebetat̃ vt

Vndedi experiĕtia notū eſt.Vñ & dicunt mechanicæ artes a mechor
cant me mecharis ſm Alb.qa intellectus quaſi mechatur & degene-
chanicę rat a ſua nobilitate:cum magis ſit inclinatus ad naturalia &
artes. digniora.Vnde q diutius ſe dederunt hmōi mechanicis etiā
ſubtilibus & ingenioſis:vt picturæ:ſculpturæ:& hmōi ſpe-
culatiuis:magis inepti ſunt.Media vero.i.ipſorum natura-
lium conſideratio & iugis ſpeculatio magis iuuat intellecti
uam quia verſatur circa proprium obiectum:qđ eſt veritas
abſtracta a materia.Sed iſtorum naturalium ſpeculatio eſt
duplex.Vna eſt quæ conſiſtit in ipſis rebus qualis vocatur
ſcientia naturalis:quæ ſpeculatur curſus ſtellarum:herbarū
vires:naturas animaliū:& hmōi.Et hęc eſt imperfecta:& mi
nus virtuoſum reddit intellectum.Scđa eſt q̄ rerum fines &
cauſas inueſtigat pro poſſe.ſ.a quo res ipſe ſunt:& ad quem
finem vltimū factæ ſunt:& quē repręſentāt præloquunt.Et
iſta eſt vera pħia naturalis ſm deſcriptionem etiā ipſi⁹ phi-
loſophi.ſ.phyſicorū in principio.ad quā tn̄ ſpeculationē ipſe
non deuenit.ꝓpter qđ vocat metaphyſica vel theologia. li
cet ꝓprie ſit naturalis:qa inuiſibilia dei a creatura mundi ꝑ
ea q̄ facta ſunt intellecta conſpiciunt.Sempiterna quoq; vir
De⁹ ē ꝑ tus ac diuinitas.ad Ro.i.Qua via nullo alio lumine illuſtra-
ſe notus ti antiq philoſophi venerūt in cognitionē ipſius dei vt oſtē
dit diuus Aug.in.viij.de ciui.dei.Et hinc eſt ꝙ deū eſſe dr̄ ꝑ-
ſe notū.neq; cōtineri ſub articulis fidei:qa in lumine natura
li demonſtrat deū eſſe.vt optime ꝓbat doctor noſter ſctūs
Tho.de Aquino.in primo contra Gentiles. Hæc ſpeculatio
iuuat intellectū non parum:dicente Pſ̄.cxviij.Mirabilia te
ſtimonia tua &c.Sed aliqua & tertia obijciuntur intellectui
quæ voco præmia:& theologica:ſub quo mēbro intelligo
oīa quæ naturali lumine intelligi nō poſſunt:vt eſt æterna
fœlicitas quā nec oculus vidit nec auris audiuit &c.Simpli-
cia æterna trinitas ꝑſonarum.Iudicia dei q̄ incomprehēſibi
Ro.xi. lia ſunt vt dicit apl's.Myſterium incarnationis & alia hmōi
q̄ fidei tm̄ ſubduntur:& hæc ſunt q̄ maxime intellectum ꝑfi-
ciunt:intantū vt dicat ſpūſſanctus per os Eſaiæ.Niſi credi-
deritis non intelligetis.Hæc ſunt quę ſummo ſtudio & vigi
lantia attēdēda ſunt & audienda.Et de his cantrix noſtra ꝑfe
cte loqui & docere promittit dicens.Magnificat anima mea
dnm̄:quaſi diceret.dnm̄ dictura & doctura eſt aīa mea. Hæc
ſunt illa magna quibus premi metuebat ille ſapientiſſim⁹
Iob dicens.c.xxiij.Nolo multa fortitudine contēdat mecū:
neq; magnitudinis ſuæ molæ me p̄mat.Eſt em̄ magnus in
fortitudine & iudicio & iuſtitia:& enarrari non pōt.ait idem
c.xxxix.Et tn̄ tantam audaciam tribuit ei ſpūſſanctus vt hęc
virgo paruula puella audeat enarrare & magnificare:& ſpre
tis mechanicis vilibus & naturalibus medijs inſiſtit theolo
gis ſummis.Sed nec mirum virgo ſctā ſi magna loqueris de
deo:qa iā magnus in medio tui ſctūs Iſrael.Eſa.xij.Sed hæc
pars qua dicit magnificare ſe dnm̄:eſt admiratiua & diſputa
bilis.Nam ſcimus ꝙ magnus dn̄s & laudabilis nimis:& ma
gnitudinis eius non eſt finis.vñ dr̄ Eccli.xliij.Terribilis dn̄s
& magnus vehementer:& mirabilis potentia eius:glorificā
tes eum & exaltate illū quantū poteſtis ſuperualebit adhuc:
& admirabilis magnificentia eius. Ex quibus verbis videt
ꝙ nec magnificari poſſit nec vt magnus eſt enarrari. Vnde
ergo virgo ſancta ſe dnm̄ magnificare tam audacter profi-
tetur:cum ipa potius videat minoraſſe qa quem cœli cape-
re non poterant in ſuo corpuſculo comprehendit.Pro quo
ſciendum ꝙ eſt triplex magnitudo.
De tri- ¶Prima intenſiua & virtualis.
plici ma ¶Secunda extenſiua temporum & localis.
gnitudi ¶Tertia diuiſiua & corporalis.
ne. De prima magnitudine dr̄ in pſ̄.cxlvi.Magn⁹ dn̄s & ma-
gna virtus eius:& ſm hanc dn̄s dr̄ infinitus:qa infinita eſſen
tia:infinita bonitas:infinita ſapiētia:infinita charitas:& qc-
quid bñ dici pōt de deo:cum infinito dici debet:nec tn̄ illud
etiam quicqd ſit exprimitur.Et quia infinito nihil addi pōt
deus ſic eſſentialiter magnificari nō pōt.Et ad iſtum ſenſum
prędicta verba Eccli dicunt.tn̄ iſtę virtutes dei diminutę ap
prehendebant a paucis:quas virgo p̄fata magnificentius ex
preſſit:ſi quis verba eius diligenter attendit.Et iō etiam iſto
mō aliqualiter dr̄.Magnificat aīa mea dnm̄. Scđo dr̄ aliqua
magnitudo extenſiua loco vel tempore ſicut dr̄ tempus ma
gnū:annus:menſis vel dies:& hoc.ſ.quia ꝑ magnū ſpatiū tē
poris durat. Et locus dr̄ magnus:qa multū ſpatiū occupat.

vt in pſ̄.ciij.Hoc mare magnū & ſpatioſum. In hac duplici
magnitudine dicere pōt virgo ſctā illud magnificat. Nam
iā venerat magnitudo tēporis & oīa tēporanea & ſub tēpo-
re:lauſq; diuina in terris ſub magno ſilentio latebat. Vt em̄
ait deuotus btūs Ber.in quodam ſermone de aduentu.Ange
lus nō loquebatur amplius hoī:patriarcha defecerat. deerat
propheta:ſacerdos auaritię ſtudebat:dux non inueniebatur
qñ venit dn̄s intantum vt diabolus auderet dn̄o dicere oīa re
gna mundi eſſe ſua.Mat.iiij.Et ipe dei filius cū iam prædica
re cœpiſſet:ait ſe non habere vbi caput ſuum reclinaret:erat
em̄ dn̄s non ſolū paruulus:ſed fere nullus in conſpectu & cō
uentu hoīm:qa defecerat laus eius quaſi totaliter laudabant
idola non verus deus.Hanc vero quaſi extinctam alma vir-
go reſuſcitans:primo ſub nouo teſtamento cantico & voca
li laude dei ſic magnificat dnm̄.q.d.Magnificate dnm̄ i ęter
nū:vt quilibet amplius dicat:ſemꝑ laus ei⁹ in ore meo.Ma-
gnificat etiam localiter.Nā olim not⁹ in iudæa de⁹ in iſrael
magnū nomen eius.Sola em̄ ſynagoga in terris diuinas lau
des vt cūq; decantabat.In alijs em̄ regionibus mundi idola
& dæmones colebantur:& ipſa laudibus efferebantur.At
vbi per os virginis diuina laus inſonuit:cœpit ꝑ alia loca
diuulgari & cōicari in eius figura:nō in ſua ciuitate:ſm pere
grina in montanis exiſtens laudare cœpit & peregrinari:qa
magnificentia ei⁹ peregrinari debebat & extra iudæā effun-
di.Laus em̄ eius ab extremis terræ.Tertio modo magnitudo
eſt ſenſitiua & corporalis:ſicut dr̄ magnus hō qui eſt magnę
ſtaturæ & hmōi.A ſæculo non eſt auditum neq; intellectum
ꝙ dn̄s iſto modo potuit magnificari:& tn̄ dn̄s deus factus eſt
paruus.ſine manibus humani ſeminis abſciſſus:& demum
creuit in montē magnū.Dañ.ij.Dic ergo o v'go benedicta fa
ctor me⁹ fact⁹ eſt paruulus:filius me⁹ clauſus eſt in viſcerib⁹
meis.Creſcit & magnificatur & magnus efficitur alimentis
meis nutritus.Cum magnifico.i.magnum facio:donec per
partum requieſcat in vlnis meis:tunc etiam illum paſcens
lacte pectoris mei faciam illum magnū donec magn⁹ vir ſit
aptus ad magnum ſacrificium verum.Ergo intellige poſt
multa.Magnificat anima mea dnm̄ &c.

## §.II.SECVNDA CAVSA HVIVS CANTICI.

ſ.actualis & effectiua notatur cū dicitur.anima mea.vbi
canticum illud deſcribitur.
¶Primo ſuauitate dulcis harmoniæ.
¶Secundo ſerenitate lucis theologiæ.
¶Tertio integritate nudatæ theoriæ.
Et ꝑ hæc oīa trahit ad auiditatem talis melodię.Ad ſentien
dū tn̄ qđ dictū eſt excitandæ ſunt & aperiēdę aures cordis &
non corporis tātū.vt em̄ ait bea.Grego.in homil.ſuꝑ illud
Lucę.viij.Si qs habet aures audiendi audiat. Sunt alię aures
q̄ corporales quibus aīa vtitur.Vbi ergo aīa loquit aīæ exi
gitur auditus:qa tales potentiæ requirunt qualia ſunt obie
cta capienda:Oē em̄ ſimile ad ſuū ſimile inclinat.Eccli.xiij.
Et impoſſibile eſt nō corpus corpore moueri.vt dr̄ in li.ſex
principiorum.Volens igitur alma iſta cantatrix docere:qb⁹ au
ribus op⁹ ſit ad percipiendū qđ dr̄.dixit cauſam inſtrumētā
liter agētē hui⁹ cātici fore aīam:vt aīa ſeparet ad id qđ natu
rali etiam voce exprimit:qa ex abundantia cordis os loqui
tur.Hinc eſt ꝙ plærūq; huius cantus ſuauitas non ꝑcipit:qa
ad eum audiendū & intelligendū ſolæ corporeæ aures ape-
riunt & interiores claudunt.Audi ergo o aīa:qa aīa loquit.
Magnificat inqt aīa mea dnm̄.non ſolum corpus & lingua:
ſed aīa & lingua ei⁹:& hinc ſuauitas exprimit qđ eſt p̄miū. De tri-
Ad cuius euidentiā p̄mittendū ꝙ harmonia triplici organo plici or-
cantat.ſ.materiali:vocali & mētali.Materiale organū eſt tu gano q̄
ba lyra:cithara:& hmōi mortua & inſenſibilia. Vocale aūt harmo-
organū eſt ipa lingua cū pertinentijs ſuis quibus vocalis cā nia can-
tus format.Sed ſpūale organū eſt ipſa mēs inflāmata & irra tatur.
diata.De qua apl's.Pſallam ſpū pſallam & mente.Inter hæc
aūt dulcis eſt harmonia inſtrumentalis:dulcior vocalis:dul
ciſſima mētalis.De primis duabus Eccli.xl.Tibia & pſalte-
rium dulcem faciunt melodiam:& ſuꝑ vtramq; lingua ſua-
uis & hoc patet manifeſte.Nā inſtrumenta muſicalia q̄ dul-
ciora ſūt vt organū:pſalteriū:cithara:tibia:& hmōi tūc ſua
uius ſonare dicunt cū vocali melodiæ magis appropinqre
vident:vnde etiā in cōmendationē huius cōſueuit dici:vi-
detur ꝙ loquat.De iubilo autē cordis & mētali melodia dr̄
Eccli.xxx.



Eccli.xxx.Non eſt cenſus ſuper cēſum ſalutis:& nō eſt oble
ctatio ſuꝑ cordis gaudiū.Quis ergo erit tātæ ſufficientiæ vt
valeat explicare vel percipere quantę melodię eſt canticum:
qđ inſtrumentaliter virginis ſctē aīa cantat:Cōſidera ſi va
les qualis ſit cithareda:qualis cithara:qualis & cantici mate-
ria.Nam & bonus cantor ſi voce rauca vtatur:male cantat:
& bonus cithareda fracto inſtrumento male citharizat nec
etiam ſufficit vox pulchra & inſtrumentū nobile ſi auctor
artis ſit imperitus.Ad hoc etiam datis peritia artis & inſtru
mentorum cōpoſitione ꝑfecta vbi materia ſit diſplicibilis:
de ſuauitate citharizantium vel cātantiū aliquid ſubtrahit.
In iſto aūt cantico cithareda eſt ſpūſſanctus qui etiā in oī in-
ſtrumento inepto & vili ſuauiter ſonat.Tetigit em̄ puerum
citharedam Dauid & pſalmiſtā fecit.Tetigit & puerū iunio
rem Danielē:& iudicē ſenū conſtituit.Paſtorē armentorum
Amos & ꝓphetam conſtituit.Piſcatorē Petrū & principem
apl'orum ordinauit:Telonearium & publicanū Matthæum &
apl'm & euangeliſtam creauit.Perſecutorē fidelium Saulū &
in prædicatorem gentiū Paulū cōuertit.Qualiter aūt canta-
bit & harmonizabit ſpūſſanctus vbi inſtrumentū eſt aīa vir
ginis ſanctiſſimæ.Sicut em̄ mortua charta reſonare non pōt
perfecte qđ viua vox exprimit dicente beato Hiero. ad Pau
linum.Habet neſcio quid latentis energiæ viuæ vocis act⁹:
& in aures diſcipuli ex auctoris voce tranſfuſa fortius ſonat.
Exemplum ſubdit de Eſchino.Sic & oēs corporei actus etiā
ad hoc in vnū ſimul collecti non poſſunt ꝑuenire ad hoc vt
perfecte exprimere valeant qđ ipſa ſpūalis aīa alte cogno-
ſcit.Hinc eſt ꝙ Paulus loqui non potuit:qđ in paradiſo aīa
ſua cognoſcit.Hoc ergo nobiliſſimo inſtrumento qđ eſt aīa
non qualiſcūq;:ſed v'ginis beatiſſimæ vtitur ſpūſſanctus ad
canendum qđ dicit.Magnificat aīa mea dnm̄ &c. Adde his
duobus nobiliſſimo citharedæ & ſuauiſſimo & optimo in-
ſtrumēto p̄cioſam & delectabilē materiā:qa hic canunt ma
gnalia diuinæ laudis:& tūc q̄ſuis a longe aurib⁹ aīæ perci-
pies ſuauitate huius cantici.Magnificat aīa mea dominum.
Scđo cum dicitur aīa mea:oſtendit ſerenitas & profunditas
theologicæ veritatis & in hoc cantico contēta.vt dicit btūs
Aug.Diuina lux quæ puriſſima eſt:non niſi a puris oculis
poteſt intueri.Vnde & Saluator Mat.v.Beati mundo corde
quoniā ipſi deū videbunt.Quod demōſtrari pōt tā rōne q̄
experiētia exēplari.Rōne quidē qa vnūquodq; recipitur per
modū recipiētis.Lux ergo quæ eſt deus:qa erat lux vera.Io.
i.Nō recipit lux niſi a luce:vel aīa luce illuſtrata.Lux autem
animæ eſt ipſa puritas:ſicut tenebræ ei⁹ eſt peccatum.ꝓpter
quod dicitur Ioā.i.Lux in tenebris lucet & tenebræ eam non
cōprehenderūt.Et hoc tota die ad ſenſum patet.Quāti enim
quotidie audiunt vocē verbi dei:& tamē eā nō apprehēdūt
quia ſunt in tenebris peccatorū:& q minus his tenebris pec-
catorum participant:magis a luce veritatis verbi dei mouē-
tur.Propter quod quaſi ſatis notū eſt ꝙ ſoli boni audientes
meliores efficiunt ꝓpter verbū dei:mali autem & ſi audiunt
aure corporis audiūt:& in ſuis malitijs perſeuerāt.Patet idē
exēplo.Eſt enim & quodlibet corpus aliud quāto purius &
terſius:tanto magis ſolis radios recipit:& tāto clarius in op-
poſitum corpus per reuerberationem reſplendet.Hinc eſt ꝙ
& dn̄s maiorem lucē veritatis illis tribuit:qui puriores fue-
runt:vt etiam Sibyllis Paganis merito virginitatis ſpiritū
ꝓphetiæ mirabiliter tribueret:vt dicit btūs Hierony.contra
Iouinianum.Et Ioannes purior cæteris altius in diuinā con
templationem aſcendit dicens illud. In principio erat ver-
bum &c.Hæc igitur increata ſapientia quæ in aīas ſanctas ſe
transfert:& amicos dei & prophetas cōſtituit.vt dr̄ Sap̄.vij.
quantum irradiauerit aīæ puriſſimæ virginis in qua etiam
perſonaliter habitabat humani ſenſus nō eſt exprimere. Et
dum exprimi non pōt:euidentiſſime deducit:ꝙ hæc nitidiſ-
ſima virgo lucide nouit diuina magnalia:q̄ exprimit voce
aīam eius dicens.Magnificat aīa mea dnm̄:taliter.ſ.vt dicat
audacter.Confitebor dn̄o nimis in ore meo:in medio mul-
torum laudabo eum.pſ̄.cviij.nimis inquit nō reſpectu ma-
gnificat:ſed reſpectu audiētium qui magna capere nequeūt.
Tertio vero in eo quod dicit.aīa mea.oſtendit integritatem
theoricæ contemplationis.quaſi diceret non ſolum anima:
quæ contemplationem exprimit:ſed anima mea anima ta-
lis:anima tanta:anima libera.Vbi eſt attendēdū ꝙ nullus
poteſt dicere anima mea proprie niſi qui totaliter habet ani-

mam liberam ab omni ſeruitute:quæ triplex eſt a qua opor-
tet eſſe immunem:vt ſit anima ſua.
¶Prima ſeruitutis criminis ſeu vitiorum. triplex
¶Secunda ſeruitutis ſanguinis ſeu propinquorum. libertas
¶Tertia ſeruitutis mercedis ſeu terrenorum. ſiue im-
De prima expreſſe dr̄ Iob.viij.Qui facit peccatum, ſeruus muni-
eſt peccati.Sed peccatum ſicut triplex eſt.ita & ſeruitus eius tas ne-
tiiplex.Eſt enim peccatum mortale quod perfecte facit ho- ceſſaria
minem ſeruum peccati & diaboli perfecte id eſt complete. aīæ ꝑfe-
iuxta illud.ij.Pe.ij.A quo quis victus eſt ei ſeruus additus eſt ctę cōtē
Et vt dicit beatus Augu.tot dominorum quot vitiorum:& planti.
hoc maxime impedit animam poſſit in via deo vacare. Per
originale autem peccatum ſenſus hominis & cuncta cogita-
tio eius prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua.vt dicitur
Gene.vi.Nec liberat anima ab impedimēto talis ſeruitutis
pugnæ carnis contra ſpiritum. Vnde non poteſt ita libere
volare ad deum per contemplationem & vacare diuinis:nec
aliquo ſacramento:circumciſionis:vel baptiſmatis vel alte
rius liberatur a tali ſeruitute:licet ſubleuet plus & minus:ſed
ſemper remanet pugna carnis quæ animam captiuam ducit
ſub lege peccati ſm inclinatinationem:& ſi nō dn̄etur oīno.
Veniale autem tepefacit animam:& pigriorem reddit ad
aſcendendum in deum:feruorem tollens ſpūs. Secunda ſer-
uitus quæ eſt propinquorum etiam animam aliqualiter te-
net captiuam:ne in deum totaliter vadat ſicut patet de illo q
Chriſtum ſequi cupiebat:ſed tamen retinebatur ne eum ſeq
retur dicens.Permitte me prius ſepelire patrem meum & ſe-
quar te.Matth.viij.Cōtra quem defectum.ſ.nimiæ affectio
nis ad parentes:venit dn̄s mittere gladium ſeparationis di-
cens.Veni ſeparare filium aduerſus patrem:& filiam aduer
ſus matrem ſuā &c.Mat.x.Et hoc ideo:quia caro & ſanguis
regnum dei non poſſidebunt ſm apoſtolum. vnde & btūs
Amb.Hæc eſt vera ſacerdotis fuga abdicatio domeſticorū
& quædam alienatio chariſſimorum vt ſuis ſe abneget qui
deo ſeruire gliſcit.xij.q.i.cui portio. Tertia ſeruitus quæ eſt
mundialium rerum ſpinis ſuis ſolicitudinem animam liga
tā tenet ne libere deo ſeruire valeat.vt patet de illo q domi
no ſeruire cupiebat perfecte habens multas poſſeſſiones.
Cui cum dominus interroganti quid ſibi deeſſet ad perfe-
ctionem diceret.Si vis perfectus eſſe vende omnia quæ ha-
bes & da pauperibus & ſequere me. retroceſſit triſtis diſce-
dens ab eo:quia multas habebat poſſeſſiones.Mat.xix. Ne-
ceſſe eſt ergo vt anima quæ vult intelligere magnalia dei &
in conſpectu eius ſolius ſemper meditari a iugo cuiuſlibet
harum ſeruitutum eſſe exutam & liberatam. In cuius figurā
dixit dominus Abraæ Gene.xij. Egredere de terra tua.i.de
mundanis cupiditatibus tuis.& de cognatione tua.i. de ami
cis & de attinentibus.& de domo patris tui.i.de vitijs & cri-
minibus:per quæ quis efficitur filius diaboli & de domo.i.
familia eius.iuxta illud Ioā.viij.Vos ex patre diabolo eſtis.
& deſideria patris veſtri.i. diaboli vultis facere & veni in
terram quam monſtrauero tibi. terram ſcilicet contempla-
tionis & ſuauis perfectionis.Hinc eſt etiam ꝙ dominus vo-
lens oſtendere viam perfectæ contemplationis aſſumpſit
Petrum diſcalciatum cōtra amorem terrenorum. Iacobum
ſupplantātem fratrem contra amorem propinquorum.Ioā
nem gratiam contra nequitiam peccatorum quæ ſunt ei cō-
traria:& duxit in montem contra cupiditatem vallis mun-
dialis.excelſum contra iniquitatem ꝓfundi infernalis. ſeor
ſum contra vinculum propinqnorum ſeu affectionis parē-
talis.& ibi transfiguratus ante eos oſtendit gloriam ſuam.
Mat.xvij.Talis poteſt dici filius dei renatus non ex ſangui-
nibus iniquitatum:neq; ex voluntate carnis neceſſitatū ami
corū:neq; ex volūtate viri mūdi vanitatum.Et talis pōt di-
cere.aīa mea &c.Cū aūt nullius creaturæ purę aīa ſit quæ nō
fuerit ſubiugata pc̄tō.qa ſi dixerimus qm̄ pc̄m̄ nō habem⁹
ipſi nos ſeducimus:& veritas in nobis nō eſt.vt dicit Io. in
canonica.excepta ſancta virgine.vt ait bea.Augu.Et paren-
tū amorem oblita eſt ſegregata ab eis in ſua infantia & deo
totaliter mancipata vt hiſtoria natiuitatis eius docet. & ab
omni terrena cupiditate elongata.In cuius ſignum eſt quia
magnum theſaurū auri ſibi a Magis impenſi pauperibus ꝑ
Ioſeph diſpenſatum ita paupercula remanſit vt inde ad pau
cos dies.ſ.in die purificationis agnum emere non poſſet ad
offerēdum in ſacrificiū:ſed obtulit ſacrificium pauperum.ſ.

par turturum: aut duos pullos colũbarum. Lucæ. ij. Reſtat vt talis virgo ab oĩ iugo ſeruitutis excuſſa totam animam ſuã poſſideret: & dicere ſola potuerit: aĩa mea: & tota cecinerit vſq; in finẽ. nos aũt id facere nõ valemus nedũ vnum integrum canticũ: ſed nec vnũ feſtinatũ Pater noſter. vt habem⁹ exemplũ in legenda beati Berñ. qn aut iugũ peccati: aut cura rei familiaris: aut repræſentatio alicuius amici vel propinqui mentẽ intercidat: & aut multum aut parum reuocat. Ab his autẽ oĩbus btã virgo totalr̃ ſemota fuit. Nec te moueat q̄ trium generum pc̃tõꝶ dixi iugo non teneri quaſi in originali non videatur eſſe concæpta: qa & ſi in eo concæpta: tñ ab ipſo totaliter liberata non ſicut cæteri ſed ſpecialius: quia in ea non ſolum fomes pc̃ti fuit ligatus: ſed penitus extinctus qui in nobis nec ligatus nec extinctus eſt: ſed aliqualiter minoratus per ſacramenta. Si ergo in hac vita vis vnam aĩam totaliter iubilantem & contemplantem cæteris omiſſis experiri: hanc mente auſculta intonantem & dicentem. Magnificat anima mea dominum: quia meditatio cordis mei in cõſpectu tuo ſemper.

## §. III. TERTIO TANGEBATVR CAVſa finalis & obiectiua cum ait. dominum. Et ex hoc oſtenditur q̄ virgo fuit.

¶ Primo formoſa patenter veneranda.
¶ Scd'o laus eius gratioſa frequenter decãtanda.
¶ Tertio eſt deitas glorioſa ſolerter adoranda.

Quantũ ad primũ notandũ q̄ ſicut dr̃ Eccl's. vlti. Faciẽdi plures libros nullus eſt finis. Rõ: qa hoĩm genus famã deſiderãs q̃ ex oĩbus maxime ex libris acquirit̃ naturalr̃ loq̃ndo principalr̃ circa libroꝶ cõpoſitionẽ dedit operã efficacẽ. & q̃ nõ valuerunt cõponere fieri fecerunt. & eos aut ſuo noĩe dedicari: aut de ſuis factis egregijs cõponi & reintegrari ſicut etiam hiſtoriæ infideliũ plurimæ narrant. & Valeri⁹ maxim⁹ etiã in caplõ de cupiditate glĩæ dicit. Nam qa progenies deficit ſæpius & aliq̃n terminatur ad ignominiam: congregatæ diuitiæ: ædificia põpoſa: fortia bella: parta ſceptra & hmõi. in quibus fama q̃ſita & cõſiſtere deputata citius euaneſcunt: niſi libroꝶ tenaci memoriæ ſint mandata. Hac via mũdi homines vani glĩam aſſequi cupientes aliqui ſtuduerunt circa collectionem magnoꝶ libroꝶ: vt Origenes q̃ quadraginta milia libroꝶ edidit: aut ſuo noĩe aſcripſit. ſicut narrat Señ. Alij tractauerunt facta egregia magnoꝶ, adhuc viuentiũ vt ipſi fauorem libris pſtarent. ſicut mendax Virgilius. Alij laborauerunt tractare materias delectabiles & obſcenas. vt vani poetæ Alij ſubtilia etiam diſputando libros collegerunt vt pħi. Alij vtilia & apta lucris: vt iuriſtæ. Alij vtilia aĩæ vt theologi & hmõi, Tñ oẽs errauerunt ab vtero quærentes in his famam. Nam teſte Hiero. Fama vt vmbra fugit inſequẽtes: & inſequit̃ fugientes. Vnde taliũ nomen eſt in maliũ: qui vocauerunt noĩa ſua in terrenis ſuis. Qui aũt gloriam dei q̃rit: a deo gloriat̃ etiã mũdo impedire volẽte: vt patet in Ioãne euangeliſta & btõ Gregorio papa. Hæc igitur debet eſſe recta intentio ſcriptoꝶ & oĩm aliorum qualitercũq; operantium magnificare. ſ. deum & nomen ſanctum eius: oĩ ꝓpria vtilitate delectatione & fama poſtpoſita. Et quo purius os laudantis tẽditur in deũ: eo glorioſius fama glorioſa in laudatione reſultat. Pſaltes ergo glorioſa btã Maria præciſe dei laudes canere ſtudet & hic eius oĩs finis & intẽtio, Et ideo dicit. Magnificat aĩa mea dñm. Et nota q̄ non dicit deum: non ſponſum: nõ patrẽ: non filium. q̃uis quodlibet hoꝶ dicere potuerit vere. Sed tñ dicit dñm: vt oĩ via ꝓprias laudes fugeret: & diuinis tñ intenderet. Si em̃ dixiſſet deum: ſuam humilitatem tacuiſſet: qd' fieri non poterat cum ea vſq; ad redundantiam plena eſſet: & oĩ verbo actu geſtuq; ſe humilem. i. vilem p̃dicaret ꝓ poſſe. Qui em̃ dicit deũ ſui dicentis nullã conditionẽ exprimit cũ deus nõ dicat̃ relatiue. Si dixiſſet ſpõſum: multum ſe laudaſſet: ſi dixiſſet patrem vel filium ęquæ laudis eſſet. Sed vbi dicit dñm qd' eſt relatiuum ad ſeruum & ancillam. Et hoc nomen ſeruus & ancilla eſt nomen vilitatis: q̃uis ſit ſumma ingenuitas: in qua ſeruitus xp̃i comprobatur: cui ſeruire regnare eſt reſeruans ꝟbũ angelo dictum. Ecce. ſ. ancilla dñi. dñm dixit. Magnificat aĩa mea dñm. Et ex his duobus redditur famoſa: qa tm̃ laudes dñi cecinit: & quia ſuæ humilitati ſemp ſtuduit. Propter primum illud canticũ Mariæ oĩ die infallibiliter cantatur & hora multum apta. ſ. in veſperis. & modo multum grato & ſolenni magis q̃ oĩa cantica eccleſiæ. & ſic non ſolũ beata virgo famoſa ex cantico: ſed etiam ip̃m canticũ famoſius cæteris. Scd'o ex eo q̄ dicit dñm. iſta laus redditur gratioſa & frequenter decantãda. Ad magnam em̃ laudẽ quatuor requirunt̃. ſ. vt ſit a magno laudante: magno mõ: de magnis factis: & de magnis perſonis. Et hic non dico magna niſi virtuoſa. Nam vt dicitur in Pſ̃. Peccatori dicit deus: quare tu enarras iuſtitias meas &c. quia vt dr̃ Eccli. xv. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Hinc & Seneca. Sit tibi tã turpe laudari a turpibus q̃ ſi laudes ob turpia. Scd'o etiam magna laus magno modo debet pronunciari. iuxta illud pſ̃. Bonum eſt confiteri dño & pſallere nomini tuo altiſſime &c. Et illud. Laudate dñm de cœlis cum ſequentibus. Tertio debet eſſe magna laus de magnis factis. Vnde etiam ſcientiæ ſæculares quæ diſtinguũtur penes ſubiecta habent inter ſe gradus nobilitatis ſuæ. vt illa dicatur nobilior quę eſt de nobiliori ſubiecto. Et propter hoc theologia dr̃ nobiliſſima & maxima ſcientia: qa eſt de nobiliſſimis dictis & factis: & de nobiliſſimo ſubiecto qd' eſt de⁹ vt docet ſc̃tũs doctor noſter: in. j. pte. q. j. Quarto magna debet eſſe laus de magnis pſonis. Ex his quatuor redditur magnificum iſtud canticum. Nam laudans eſt magna. ſ. aĩa virginis talis & tanta. Modus eſt nobiliſſimus: quia exultauit ſpũs meus &c. ait. De magnis factis quæ hic narrantur: vt patet in proceſſu cantici. Reſtabat ergo vt a quarto magna laus diceretur vt tota eſſet magna. Et hoc fit cum ait. dñm. Prudẽter em̃ & antonomatice ait. dominum. abſolute dicit. & non dominum talem: quia non loquitur de dño alicuius angeli aut portionis mundi: ſicut fecerunt oẽs tragici comici & hiſtoriographi: ſed de dño vniuerſali. Heſter. xiij. Dñs vniuerſorum tu es: & in ditione tua cuncta ſunt poſita. ait Mardochæus ad deum loquens. Sed dicis ex his dictis bene ſequit̃ q̄ iſta laus ꝓponatur oĩbus ſcripturis mundialibus, ſed non diuinis: qa ſicut iſta de dño: ita & tota ſcriptura ſacra de dño loquitur. Ad quod r̃ñdeo q̄ non ſine ſpeciali cauſa & rõnali vſus eccleſiæ inoleuit magis reuereri vnam partẽ ſcripturæ ſacrę q̃ aliam. Nam non ꝑpter finẽ nec ꝑpter auctorem nec ꝑpter materiam particularẽ: ſed propter modum & finẽ particularẽ ad quẽ ordinati ſunt. qa pſalmi & cantica licet habeant eundem finem: qui eſt dñs deus: tñ facta ſunt ad hunc finem particularem: vt iocundet̃ mens in deum ex eis & aſcẽdat. Et ſic adhuc inter iſta eſt aliq̃ differentia reuerentialis. nã ad pſalmum & cantica ſedetis alternatim a choris excæptis q̃buſdã. vt Laudate dñm & hmõi. vt cum ibi inuitentur oẽs creaturæ ad laudandũ deũ. & nos etiam reuerentius aſſurgamus. In nouo teſtamento cum legit̃ de epiſtolis vel alijs locis epiſtolarum ſedet̃. cũ de euangelio recti ſtam⁹. quod etiã de cõſe. diſ. j. apl'ica. docetur. Et in nouo teſtõ ſunt cantica in quibus etiam fit differentia reuerentialis non a cauſa agenti principali q̃ eſt ſpũſſanctus: nec ex cauſa materiali vel finali: ſed ex cauſa inſtrumentali. Tria aũt ſunt q̃ p̃ferunt ſcripta ſcripti. Tempus. ſ. in quo adinuentę ſunt: forma tradendi: & dignitas pſonæ tradentis. Reſpectu primi iſtud canticum p̃ponitur oĩbus ſcripturis veteris teſtamenti. Reſpectu ſecundi præponitur oĩbus epiſtolis actibus & prophetijs noui teſtamenti. Reſpectu tertij præponit̃ oĩbus ſcriptis in euangelijs. excæptis his q̃ ex ore xp̃i emanauerunt: qa nulla perſona poſt xp̃m dignior reperitur & ideo hoc frequentãdum. Tertio dicebatur q̄ ex hoc q̄ dicit dñm. reddit̃ ipſum glorioſum & adorandum. Et iſte eſt finis principaliter intentus in iſto cantico. Teſte em̃ pſal. Initium ſapientiæ timor dñi. Initium oĩs boni & ordinatæ operationis eſt timor dñi. Cũ ergo iſte terminus dñs includat timorem. iuxta illud Malach. j. Si ego dñs vbi eſt timor meus? Vt mentem ad timorem dei & reuerentium excitaret. ait. dñm. Vbi diligenter annotandum q̄ tria ſunt quæ faciunt principaliter aliquem dominum glorioſum & honoratum: quæ etiam continentur in etymologia huius noĩs dñs. Et hæc ſunt. Primo largitio beneficiorũ: & ſic dr̃ dñs quaſi dominus. Scd'o liberatio oppreſſoꝶ: & ſic dr̃ dñs quaſi do manus. Tertio debellatio inimicorum: & ſic dr̃ dñs quaſi do minas. Dimitto quartam etymologiæ ſignificationem quæ eſt potius ſeruorum & tyrannorum q̃ dñorum: & eſt modernorũ. ſ. deprædatio ſubditorum. Et dr̃ dñs ſm hoc quaſi do minus. immo do multũ & cuncta ſurripio. Primo igitur dr̃ dñs quis effici glorioſus pro donorum largitione

origeñ. q̃dragita milia librorũ edidit. virgili⁹ hic dicit mẽdax.

Rõ q̃re M. dixit Magnificat aĩa mea dominum &c.

Ad laudẽ magnã q̃tuor requiruntur.

Obijcit

Rñſio.

Nota tria pſerentia ſcripta ſcriptis

De trib⁹ q̃ faciũt glorioſum & honoratum.



gitione: & hic eſt dilectus & reueritus. vt dicit̃ de rege Aſuero qui vt oſtenderet magnitudinem imperij ſui: fecit grãde cõuiuium cunctis principibus ſuis &c. Heſter. j. c. Et iſta beneficia ſunt triplicia.

¶ Primum affluentia entitatis temporalis.
¶ Secundum clementia pietatis paternalis.
¶ Tertium iuſtitia æquitatis iudicialis.

Primum fecit magnum Salomonem, patet hoc. iij. Reg. x. cum dedit munera magna reginæ Saba. Secũdum fecit magnum dauid. vt patet in. j. &. ij. Reg. & præcipue de clementia qua vſus eſt erga Saulem inimicum ſuum & erga filium Abſalonem: qui coniurauerat contra ipſum. Tertium fecit magnum Salomonem & præcipue in iudicio duarũ meretricum contendentiũ de filio viuo cuius eſſet illarũ. iij. Reg. iij. Noſtra ergo virgo pſaltes: vt oſtendat in conſpectu noſtro glorioſum quem canit dulciter ait: dñm. & demum exprimit quomodo dat oĩbus affluenter & nõ improperat dicens. Eſurientes impleuit bonis. & prius de ſe. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: & fecit mihi magna. Deinde addit quomodo oĩbus dimittit clementer. Et quãtum in ſe eſt neminem damnat: & dicit. Et miſericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Tertio quomodo iudicat omẽs æqualiter & nullius perſonam accæptat: & dicit. Depoſuit potentes de ſede & exaltauit humiles. Secundum quod reddit dominum glorioſum eſt liberatio oppreſſorũ: ſicut patet de iudicibus Iſrael qui magni fuerunt in ſuo pplõ vt domini & rectores vt Gedeon & Sanſon & alij de quibus ĩ li. Iudi. p totũ: quia liberauerunt populũ a magna oppreſſiõe & ſic etiã Saul in principio regni ſui. quod optime fecit Ieſus xp̃s liberãdo & ſanãdo oẽs oppſſos a diabolo: vt ait Petrus in cañ. j. quia deus erat in illo: & ideo dicit dominũ q̃ſi dans manum ad adiuuandũ. Tertium quod facit dñm glĩoſum eſt debellatio inimicoꝶ. Et hoc fecit Iudã machabæũ cũ ſimone & ionatha glorioſos dños in illo populo: qa freq̃nter debellauerũt ĩimicos ppl'i iſrl'. Et hoc egiſſe dñm oſtẽdit dicens. Fecit potentiam in brachio ſuo &c. Et dicit dominum quaſi dominans hoſtibus.

¶ De ſecundo verſu dicti Cantici & de multiplici gaudio & varia accæptione ſpiritus. Caplm̃. XXIX.

EXVLTAVIT SPIRITVS MEVS in deo ſalutari meo. Sciendũ q̄ ſpũſſancti p̃ſentia largit̃ mẽti claritatẽ & lumen viſionis teſte ſaluatore q̃ ait Io. xvi. Cũ venerit ille ſpũs ꝟitatis ip̃e docebit vos oẽm ꝟitatẽ. Quia ergo ſpũſſc̃tũs mirabiliter reqeuit in Maria: dicẽte ſibi angelo. Spũſſanctus ſupueniet in te: nulli dubiũ quin clare viderit q̃ dei ſunt. Ex tali aũt intuitione ſequitur gaudiũ. vñ & prim⁹ fructus ſpũs dr̃ charitas. ſecũdus gaudiũ. ad Gal'. v. c. Charitas quæ eſt vnio hominis & dei: maxime poſt verba angeli deſcendit in mariã: cum qua eſſentialiter erat filius dei carne indutus. Et qa proportionatur gaudium charitati ex qua prodijt: ſicut illa charitas Mariæ fuit ineffabilis. ita & illud gaudiũ inæſtimabile creditur, Et hoc inſinuat cum dicit. Exultauit ſpiritus meus. Vbi tria tanguntur.

¶ Lumẽ clarioris & iocũdioris ĩtuitionis xp̃i. ibi. Exultauit.
¶ Flumen ardentioris deuotionis. ibi. ſpũs meus.
¶ Culmen altioris & ſubtilioris cõtemplationis. ibi. in deo ſalutari meo.

## §. I. QVANTVM AD PRIMVM SCIendũ eſt q̄ vltra illud gaudiũ peſſimum de quo dicitur Prouerb. ij. de iniq̃s. Lætant̃ cũ malefecerit & exultãt in reb⁹ peſſimis. Cui⁹ finis ẽ qd' ip̃e ait. Extrema gaudij luct⁹ occupat. Et vt dr̃ in Apoc. q̃tũ ſe exaltauit & in delicijs fuit: tantũ date ei tormentũ & luctũ. Eſt triplex gaudiũ ſeu exultatio.

¶ Gaudium de inferiori entitate & deceptiuum.
¶ Gaudium de æquali bonitate & lætificatiuum.
¶ Gaudium de ſuperiori deitate & exceſſiuum.

ſ. ij. pte tit. vj. c. v. de tripli ci gaudio.

Gaudiũ primũ eſt de rebus inferioribus: vt diuitijs: honorib⁹: ꝓuinijs & hmõi. His autẽ inferiorib⁹ creaturis aĩa gaudẽte improprie dr̃ gaudiũ: & de tali gaudio dixit Thobias angelo. Quale mihi gaudiũ qui in tenebris ſedeo. & lumen cœli non video. q. d. Gaudere nõ poſſum: quia careo medio gaudij veri. quod eſt muniri lumine cœli quo aĩa mea veritatẽ cognoſcit. Et clarius de hoc falſo gaudio dr̃ Eccl's. ij. Riſum reputaui errorẽ: & gaudio. i. temperaliter gaudẽti dixi. Cur fruſtra deciperis? Anima quę ſic gaudet nõ exultat: ſed deſcendit: & inferna petit. ſm illud Iob. Gaudent ad ſonitũ buccinæ: & in puncto ad inferna deſcendunt. Secundũ gaudium eſt quando de ꝓportionata & quaſi æquali bonitate exiſtit: vt quando anima gaudet de ſalute proximi & de libertate ſui vera, de virtutibus acquiſitis & bonis operibus & hmõi. Et de hoc gaudio quod eſt lætitia animæ tenens eã in gradu ſuo ꝟtuali ſæpi⁹ habetur in ſcriptura: vt ad Rom. xij. c. Spe gaudentes. Et Eſdræ. Gaudium domini fortitudo veſtra. Sicut em̃ triſtitia debilitat vires. ita gaudium ſeu delectatio adauget. Vnde & delectatio ſm philoſophum perficit opus: & multo magis delectatio quę idem eſt quod gaudiũ ſi ſit ſpiritualis fortificat mentẽ magis q̃ delectatio mũdialis. Tale tamen gaudium non eſt deſcenſus neq; aſcẽſus. ſ. ſupra ſe. vnde & dicere nõ valet exulto: ideſt extra termĩos ſuos ſaltare. Tertium ergo gaudium eſt de fœlicitate ſupna vel de deo aut de his quæ ſunt ſupra capacitatem hominis. Et hæc leuant animam ſupra ſe. & tali gaudio eam lætificat̃ vt dicere poſſit exultare. i. extra ſe ſaltare ſiue exultare. exulare. i. extra terminos ſuos fieri. de quo gaudio ait chriſt⁹ diſcipulis Mat. v. Gaudete in illa hora: ideſt cũ maledixerint vobis homines & pſecuti vos fuerint propter me & exultate. Ecce enim merces veſtra multa eſt in cœlis. Quod obſeruãs beatus Vincentius ad Datianum ait minantem ei maiores cruciatus inferre. O venenoſa diaboli lingua: tormenta tua non timeo: ſed quãto te magis mihi iratum video & p hoc diſpoſitũ ad maiores pœnas inferendas: eo amplius exulto. Nolo glĩam meã minuas &c. Et qa de tali re q̃ eſt ęterna & incõprehẽſibilis fuit gaudiũ beatę mariæ: idcirco ſignanter dixit. Exultauit ſpiritus meus. Sed noſce oportet q̄ iſta tertia exultatio habet tres gradus: videlicet.

Iob. xxj

¶ Infimam & ſolitariam.
¶ Mediam & corpoream.
¶ Optimam & ſubitaneam.

triplex gradus exultationis.

Prima exultatio eſt qñ aĩa eleuatur ſupnaturalr̃ ad aliquid videndũ mirificũ. nõ tñ cũ multa vehemẽtia. ita q̄ ſola aĩa rapitur ad gaudẽdũ corpe tñ oĩno immoto a terminis ſuis. Et tale fuit gaudiũ & exultatio Annæ m̃ris Samuelis dicentis. Exultauit cor meũ in dño: & exaltatũ eſt cornu meum in deo meo. vbi cor ponitur ꝓ aĩa: & cornu ꝓ intellectiua potẽtia ꝓphetizãs & eleuata tũc ad cognoſcẽdũ q̃ dixit in illo cãtico. j. Reg. ij. Scd'a exultatio eſt vehemẽtior vbi aĩa altius rapit̃ & diuti⁹ immorat̃. nõ tñ ab officio vitali abſtrahitur. Et tũc aĩa ſecũ etiã corp⁹ rapit vel localr̃ ſubleuat & in altũ ſuſtollit. quẽadmodũ & Paul⁹ rapt⁹ ad tertiũ cœlũ de ſe dixit. ij. Coꝶ. xij. Siue in corpore ſiue extra corpus ſcio. Qualimodo rapiebat̃ aliq̃n corpus noſtri ſancti doctoris Thomę & p̃cipue vt legit̃ qñ ei dictũ fuit a crucifixo. Bñ ſcripſiſti de me Thoma. Nã tũc fuit viſus eleuatus a terra nõ parũ & talis raptus eſt ad quandam dulcedinẽ inſuetã. quam videtur innuere expertus Dauid. vt ait. Cor meũ & caro mea exultauerũt in deũ viuũ. Talr̃ etiã rapiebat̃ & p̃riarcha Dñicus ſæpe & multi ſc̃tõrũ. Tertia exultatio eſt vehemẽtiſſima: quæ ſicut maior eſt ita & ſubiectũ magis diſpoſitum reperit atq; fit de maximis ſubiectis & rapit q̃ſi in inſtãti ita vt non valeat trahere ſurſum corpus: nec ei aliquã dulcedinẽ infundere: ſed potius quadã pœnã ſimilẽ ei q̃ fit in morte ꝑpter ſeparationẽ aĩę a corpore: cũ aĩa ꝓ tũc deſinat exercere act⁹ vitales in ipſo corpe. Et ſi vis alti⁹ de hoc raptu informari: lege doctorẽ ſc̃tm̃ in q̃ſtionib⁹ de veritate. q. de raptu ar. j. ij. & iij. Et talis fuit raptus ꝟginis glĩoſæ. Vñ aĩa ei⁹ exultauit & ſaltauit extra ſe & termĩos ſuos. Et hinc puto ip̃am in p̃terito fuiſſe locutã. vbi dicit exultauit. Nõ em̃ potuiſſet ore proferre. exultat ſpũs meus: qa talr̃ exultabat vt corpus nihil agere poſſet: ergo nec loq. Sed iã ad officia corpis reuerſa dixit. Magnificat &c. Et exultauit. Iſtud autẽ poteſt euidenter oſtendi & in fide demonſtrari. Ex tribus em̃ ſimul iunctis cauſatur raptus vehementiſſim⁹. videlicet.

¶ Primo ex puritate ſubiecti videntis.
¶ Secundo ex immenſitate obiecti rapientis.
¶ Tertio ex claritate luminis oſtendentis.

de trib⁹ ex q̃bus raptus cauſat̃.

Iſta ſunt nota de ſe. Nã q̃ mẽs purior eo ad videndũ deum aptior: qa btĩ mũdo corde: qm̃ ipſi deũ videbunt. Et adde q̄

adhuc mẽs reddit habilior quo rapta fuerit vel illuſtrata a deo frequẽtius ꝓpter habitũ acq̃ſitũ ex aſſiduis actibꝰ ſicut docet doct. ſanctus Tho. vbi. ſ. q. de ꝓphetia. Iſta tñ ꝑ ſe nõ ſufficiũt. Nã in via mẽs & viſiõibus aſſueta nõ ſemꝑ videt: niſi qñ deꝰ vult ſibi demõſtrare ſicut docet. b. Hiero. ad Damaſum papã de iſaac decæpto. Gen̄. xxvij. q voluit bñdicere vni: & tñ bñdixit alteri. Et de Heliſæo q dixit de ſunamite ad Gyezi. Dimitte eã: qa aĩa eiꝰ in amaritudie eſt: & dñs cælauit ad me. iiij. Reg. iiij. Et de ṽgine btĩſſima q̃ triduo quæſiuit filiũ neſciẽs vbi eſſet. Luc. ij. Et iõ addit ſm̃ qđ requiritur. ſ. ꝙ obiectũ ſe repræſentet tali mẽti. & quo obiectum eſt nobilius: eo fortiꝰ trahit. nõ tñ ſimplr: qa poſſibile ꝙ deus q eſt ſummũ ens repñtet ſe mẽti puriſſimæ ſub aliquo modo infirmiori: vt ꝑ ſomniũ vel aliqd in imagĩatione creatũ: & tũc nõ forte raperet. Et ideo addit tertiũ. ſ. ipſa clara ɔ̃ſio & quanto clarior eſt tãto exultationis raptus ſit vehemẽtior. Cũ igit ɔ̃ſtet irrefragabilr ꝙ nulla mẽs creata ĩ hac vita fuerit purior mẽte virginis: & tractet de magnis dei q̃ nulla eſt res altior. Si modus videndi eſt alijs altior: nulli dubium eẽ poteſt quin eius exultationis raptus fuerit oĩbus alijs vehẽmẽtior. Ponit exĩde p̃fatus io. do. cardi. diuerſa genera viſionũ ꝓphetaliũ. de quibus. b. Tho. agit. ij. ij. q. de ꝓphetia. queͅ omitto: ſed ibi põt videri. Et ſubdit ꝙ his oĩbus ĩſpectis cõſideret ꝙ hæc ṽgo ſancta obũbrata erat p̃no lumine repleta iã æternæ ſapiæ nouo numĩe & ſpũſſcti fœcũdata radioꝝ culmine: quæq; dicit ſe magna p̃cinere & exultaſſe: nulla ſurgit ambiguitas qn ipſa viderit modo nobiliſſimo. & forte adhuc altiori oĩbꝰ p̃dictis nobis ignoto. Sicut em̃ fecit eam matrẽ ſui. ita etiã ſpecialr præ ceteris fecit vatẽ ſui vt abſolute & antonomatice intelligatur qđ dr̃ Exultauit.

## §. II. SECVNDO NOTATVR FVLMEN

ardẽtioris & feruẽtioris exultatiõis cũ dicit ſpũs meꝰ. Teſte beato Auguſt. Inuiſa diligere poſſumus: incognita nequaq̃. Quod de ſe patet ſatis cum voluntas ipſa cæca ſit & ſine lumine intellectus agere non valeat propter quod ſemper fertur ſuper cognitum aut apparenter aut exiſtenter. Mouet autẽ voluntas allectiue ab obiecto apprehenſo ſub ratione boni: & quanto videtur melius: tanto mouetur vehemẽtiꝰ. & rapitur. Et quia voluntas potentia paſſiua non eſt infinita: põt cogi aut neceſſitari ab obiecto ſibi demonſtrato ſub rõne ĩfiniti boni qđ ſatis videtur. Si enim obiectũ viſum ſub duplici gradu bonitatis aliter trahit ipſam voluntatem ad amandum q̃ viſum ſub ſimplici gradu bonitatis & magis ſub triplici gradu q̃ ſub duplici & ſic deinceps: ergo ſi oſtendatur aliquod bonum ei vt infinitũ: rapit & trahit ipſam vt non poſſit ipm̃ non velle amare. Et totalr amãt beati vidẽtes deũ clare: vt ſtante libertate arbitrij ipſi non pñt non amare. ſicut etiam in via homo non poteſt ſuũ bonum non velle in generali. licet hoc vel illud refutet decæptus. Hæc eſt em̃ cõfirmatio q̃dã in glĩa. ſ. clara viſio ſummi boni & illius viſionis continua cõſeruatio. qualem puto fuiſſe in virgine glorioſa. vñ naſcitur perfectus amor & feruor ſpũs. Et ſic credo hic expreſſum ſpm̃ ſanctũ pro feruore æſtuante & dirigente oẽs actus ſuos in deũ & debitũ finem. Eſt

De multiplici acceptõne ſpũs

autẽ ſciẽdũ ꝙ in ſacra ſcriptura ſpũs capit multis modis: & poteſt ṽificari: imo de facto verificatur illud. Exultauit ſpiritus meus. de quolibet ſpũ qui dici põt ſpũs virginis ſctẽ. Spũs nãq; malus qui inuadebat Saul. & qui fuit aliqñ ſpũs mendax in ore oĩm ꝓphetarũ. vt habetur in. iiij. lib. Regũ. Nõ fuit ſpiritus ṽginis: cuiꝰ ipſa ɔtriuit caput & nullam in eã habuit ptãtẽ. Silr ſpũs q ſignificat vẽtũ & figurat ſupbiã vel vanã glĩam: nõ fuit ſpũs mariæ: de q̃ põt intelligi illud Mat. v. Btĩ paupes ſpũ. i. q hñt modicũ de elatiõis vẽto. non dixit. q nõ hẽt ſpm̃: qa oẽs hñt aliqd de ipo: ſed btĩ q hñt parũ vt nõ ſuperent ab eo. Sola mater ṽgo cũ nihil de eo habuit. & ideo iſte ſpiritus. i. ventus ſuperbieͅ non fuit ſpiritꝰ Mariæ. Sed eſt alius multiplex ſpũs Mariæ.

¶Spiritus flatus & aerealis.
¶Spiritus angelicus ſupernaturalis.
¶Spiritus animæ rationalis.
¶Spiritus cœtus congregatiõis ſpiritualis.
¶Spiritus feruoris mentalis.
¶Spiritus vitalis naturalis.
¶Spiritꝰ deitatis æternalis.

cramẽti inquit. b. Aug. vt lux puriſſima ab illuminandis ex
cipit̃ & ꝑ immundos tranſiens non coinqnat̃. ſ. q. i. ſi fuerit.

Maria qd fecerit de auro ſibi oblato.

§. III. TERTIVM EST LVMEN STEL
lare: & iſtud eſt ꝯuerſatio ſctã ſenis Symeonis. Scĩ em̃ viri ſtellari
in ſcripturis dñr ſtellę. vñ Eccl̃i. xliij. Spẽs cœli glĩa ſtellarũ & ſctĩ aſ
i. pulchritudo ecclię eſt ex clara ꝯuerſatione ſanctorum. Et. i. ſimilãt̃
Corꝫ. xv. Stella differt a ſtella in claritate. i. ſanctus a ſancto vel dñr
in merito & p̃mio. Parauit igit̃ dñs & aliud lumẽ ante faciẽ ſtellæ q̃
oĩm pplõꝝ. ſ. ſanctũ Symeonẽ vt ſi ꝓpter lippitudinẽ ocu⸗ re & q̃⸗
lorũ nr̃orũ aſpicere nõ poſſumꝰ in ſolis & lunæ lumẽ eorũ modo.
ꝑfectionẽ imitãdo. vel ſaltẽ ad iſtũ ſanctũ ſenẽ attendamus
lumẽ cõuerſationis eius ſequẽdo. Ex ipſo ei triplex ſplẽdor
emanat prout de eo ſacer euãgeliſta enarrat. Ecce homo erat
in Hieruſalem cui nomen Symeon vir iuſtus & timoratus
expectans redemptionẽ Iſrael. Vbi tria de eo notantur. ſ. ꝙ

De luie ſtellari ſcĩ aſſimilãt̃ & q̃re & q̃modo.

¶Iuſtitiam exercebat ad proximum: quia iuſtus.
¶Timorem tenebat ad ſeipſum: quia timoratus.
¶Fidutiam habebat ad deum: quia expectans &c.

Iuſtitia proprie eſt ad alterum & ad ꝓximũ. Et (vt ait phi⸗
loſophus) mirabiles ſplendores ſunt in ea. Neq; heſperus
neq; lucifer eſt ita clarꝰ. Et iuſtitiam quidem diſtributiuam
exercere tenentur rectores ſm̃ illud Sap. i. Diligite iuſtitiam
qui iudicatis terrã vt honores diſtribuantur & officia & be
neficia ſm̃ merita hominũ non ſm̃ accæptionem pſonarũ:
i. reſpectu parentelæ vel amicitiæ. Pœnę & ſupplicia inferã⸗
tur malis ſm̃ qualitatem culparum: non ſm̃ preces & mũe⸗
ra. Iuſtititiam cõmutatiuam exercere debent homines in cõ
tractibus: vt emendo: vendendo: locando: mutuando & hu
iuſmodi: ita vt nulli fiat iniuria dolus vel fraus in cõuerſan
do. Non offendatur proximus per cõtumelias: detractiões:
vſurpatiões: rixas & huiuſmodi. Iuſte iudica proximo tuo.

Qui debeãt exercere iuſtitiã diſtributiuã & q cõmutatiuam.

ait dñs: ſed vt ait pſ̃. Mendaces filij hominum in ſtatheris iu
diciorũ & cõmutationũ: vt decipiãt ipſi de vanitate. i. falſita
te procedens in idipſum: ipſi incidunt vt decipiantur. Iuſtꝰ
erat iſte Symeon ad omnem proximum ſuũ. Timor cuſto⸗
dit hominem in ſeipſo. Nam per timorem dñi vnuſquiſq;
declinat a malo. ait Sapiens. Et niſi tenueris te inſtanter in ti
more domini cito ſubuertet̃ domꝰ tua. ſ. cõſciẽtiæ in pctã ru
endo. Quis non timebit te o rex gentiũ: ait Hier. ſ. cõſiderã⸗
do potentiam tuam: memorando iudicia tua quibus mũdũ
diſponis punitiones & flagella q̃ in peccatores immittis.
Debet tamen amor iſte eẽ filialis: non ſeruilis q̃ caueat̃ ne deꝰ
offendatur: ne virtus amittatur. Nã vt ait Horatiꝰ. Oderunt
peccare boni virtutis amore. Oderunt peccare mali formi⸗
dine pœnæ. Talis erat timor huius ſancti Symeõis. Cuiꝰ ra
tio eſt: qa vt dicit euange. ſpirituſſanctus erat in eo. Timor
vero ſeruilis nõ eſt cũ ſpũſancto: ſed ſolum timor filialis.
Fidutiam oportet habere ad deum. Hier. xvij. Benedictꝰ vir
q ꝯfidit in dño: erit dñs fidutia eiꝰ: & erit tamq; lignũ quod
ad humorẽ mittit radices. Cõfidere debet qlibet ĩ dño ꝙ nõ
deficiet ei in neceſſarijs ſaluti aĩæ: nec etiã in neceſſarijs cor⸗
poris ſi expediat ſaluti aĩę eiꝰ. Qd̓ em̃ multis deficiant neceſ
ſaria vitæ corporalis hoc iõ eſt: qa nõ hñt fidutiã ĩ dño vt de
bẽt vel qa nõ expedit ſaluti aĩæ. qd̓ etſi nõ intelligimus: qa
infirmi: ipſe tñ cognoſcit: qa medicꝰ ſapiẽtiſſimꝰ & pijſſimꝰ
Fiduciã hr̃e debemꝰ in ꝟbis dñi: qa fidelis dñs in oĩbꝰ ver⸗

bis ſuis.ait pſ.oīa ꝓmiſſa adimplēs.Promiſerat deus p ꝓphetas ſuos miſſurū filiū ſuum q mūdū de ſeruitute diabolica liberaret.Quod intelligētes ſancti viri multū anxie expectabant hmōi conſolationē futurā:inter quos fuit iſte ſanctus Symeon:vñ dicit bea.Amb.dicebat quotidie in orōnibus ſuis.Putas ne videbo:putas ne durabo.o ſi me inueniat hic illius natiuitas per quem oculi cordis reuelabuntur:fœlicem me æſtimabo:nec vltra viuere mihi curæ eſt illo viſo quē expecto ad mei & populi conſolationem.Frequēter vt imaginari poteſt corde & ore dicebat.Mitte illam ſcilicet diuinam ſapientiam de cœlis ſanctis tuis & de ſede magnitudinis tuæ.vt mecum ſit.ſ.incarnata ſapientia:vt mecum laboret.Eſtuans ergo hoc deſiderio reſponſum accæpit aˀ ſpū ſancto reuelante non viſurum ſe mortem niſi prius videret Chriſtum domini:vt dicit euangeliſta.Et in hoc fiduciā habens & nihil dubitans:ſed expectans conſolationē:non ſolum ſuam:ſed populi ſui & honorē diuini cultus dilatandi. Cum inducerent puerum Ieſum parentes eius in templum ideſt porticibus templi virgo beatiſſima in vlnis eum geſtans cognouit in ſpiritu ꝙ hic īfans erat qui expectabatur ad conſolandum & ſaluandum genus humanum.Et accæpit eum in vlnas ſuas a virgine ſanctiſſima:eum ei ad horā in manibus dimittendo.Qui repletus ſancto feruore cantare cœpit,Nunc dimittis dñe ſeruū tuū in pace:qa viderunt oculi mei ſalutare tuum.Et nobis quoqꝫ ſi cum iſto Symeone iuſtitiam habeamus timorem & reuerētiā:dabitur Chriſtus etiam manibꝰ operum non ſolum in ore per verbum. In cuius repræſentationem dantur hodie fidelibus cunctis candelæ benedictæ accenſę.Candela huiuſmodi ſignificat Chriſtum in quo eſt cæra carnis ſine commixtione genita: ſicut & apis producit cęram faciens:eſt lychnus albus:& leue animæ puriſſimæ ab oīni peccati onere libere eſt & ignis deitatis deus noſter ignis conſumens eſt.ait Moyſes Deut. iiij.Cum igitur Chriſti fidem habemus in manibus operū ſcḋm illam conuerſando vere Chriſtum tenemus & cum Symeone dicere poterimus.Nunc dimittis dñe ſeruum tuum in pace.mundum deſerendo:quia paraſti ante faciem omnium populorum lumē gloriæ poſt gratiam.

¶In purificatiōe btē Mariæ.Sermo aliꝰ de rōne nūeri variatione purifica.& de interꝑtatione noīs. Cap.XXXIIII.

IMPLETI SVNT DIES PVRgatiōis Mariæ.Luc.ij.Dicit Iſid.di.ix.c.ij.Iuſtū ē principē obtēperare legibus ſuis.Tūc enim iura ſua ab oībus obſeruanda exiſtimet qn̄ primus ipe eis reuerētiā pbet.ſ.obſeruādo ī ſe:Decretalis etiā dicit. qḋ qſqꝫ iuris in alterꝫ ſtatuit:ipe debeat eo vti.Cū ſapientis dicat auctoritas.Patere legē quā tu ipſe tuleris.extra de ꝯſti. cū oēs,Sicut egit Saul cū eēt rex & bonꝰ occidere volēs filiū Ionathā:qa trāſgreſſus fuerat mandatū ſuū factū ſub pœna mortis.j.Reg.xiiij.Sic & Caleuchus paganꝰ qui cum ſtatuiſſet legē vt adulteriū ꝯmittēs oculis priuaret.deprehēſum filiū cum ppl̄s pro eo rogaret vt ſibi parceret a dicta pœna:& ppl̄m in parte exaudiuit:& legē ſeruauit vnū oculū eruens filio:alterꝫ ſibi:nō ſic impij non ſic.ſ.agūt:ſed tanq̄ puluis leuis quē proijcit ventus a facie terræ:ita vēto elationis vel paſſionis:vel precū alteriꝰ hincinde mouentur a ſtabilitate legū ꝯ eas agentes.Chriſtus autē qa legē venerat non ſoluere:ſed adimplere:vt ipſe ait Mat.v.legē quā ipſe deus ſtatuerat ī veteri lege de purificatiōe mulieris poſt ptū:voluit & in ſe pn̄tato in tēplo & in matre ſe purificante adimplere. De qua dr̄ impleti ſunt &c,Vbi tria notantur.

¶Determinationis numeri ratio,Impleti ſunt dies.
¶Purificationis variatio,purgationis.
¶Nominis poſiti interpretatio Marię,

§.I.ET PRIMVM EST RATIO QVAre ille numerꝰ.ſ.xl.dierū determīatus fuit īſtitutꝰ ad purificationē parietis maſculū.ſicut em̄ fuit mādatū ī lege Leuiti. xij.ꝙ mulier quæ ex viro pepiſſet maſculū in capite.xl.dierum accederet ad templū:deferens filiū ad offerendum ſacrificium purificationis pro ſe & filio:numerū autē iſtum non expreſſit euāgeliſta:quia retulit ſe ad legem quā allegat. Aſſignat autē triplex ratio determīationis huiꝰ numeri ſcilicet

Deteriatiōis huiꝰ nūeri triplex ratio.

¶Hiſtorica.
¶Tropologica.
¶Allegorica.

Ratio ergo lr̄alis eſt qa aīa īfundit corpori in capite.xl.dierꝫ a prima ſui cōcæptiōe quo ad maſculos:& in illis diebꝰ.xl. paulatim organizatur corpus p oīa ſua lineamenta & ipſo corpore pfecto iufunditur aīa tūc de nouo & de nihilo.i.nō ex aliquo preexiſtēti creata.ſicut primo perficitur domꝰ:& poſtea inhabitatur.Quia ergo tunc cū infunditur aīa:inficitur immediate & maculatur peccato originali propter coniunctionē ad corpus concæptū in carnali concupiſcētia:cōueniens fuit ꝙ ſicut.xl.die a prima natiuitate.i.conceptione in vtero aīa ingrediens corpus vt templum materiale inficitur.ita.xl.die a natiuitate ſecunda.i.ex vtero in tēplū materiale ingrediēs expiaret magis ſanctificaret ſacrificijs illis q̄ uis per circūciſionē Hebręis purgaret originale:ſicut & baptizati:& ſi per baptiſmū a peccatis mundentur oīno:tamē & poſtea inungitur in vertice ad maiorē ſanctificationem. Secūda ratio eſt tropologica ſeu moralis.Significatur em̄ p hoc ꝙ ſicut puer introducebatur in templū materiale dei in capite.xl.dierū.ab ingreſſu in mūdum manifeſte.ita aīa ingreditur templū ſpirituale eccleſiæ militātis & poſtea triūphantis.De quo pſ.Adorabo ad templū ſanctū tuum in timore tuo.Et iterū.In tēplo eius oēs dicent gloriam poſt.xl. dies ſpūales.Hic em̄ numerus reſultat ex quatuor denarijs numeris.Decem eī ducta per quatuor faciunt.xl.& numerꝰ denarius ſignificat decalogū:quaternarius quatuor euangelia.Poſt obſeruātiā igitur decem pręceptorū cum fide viua quatuor euangeliorū ingreditur quis & reperitur in templo eccleſiæ militantis chriſto incorporatus & non ante:& poſtea in templo gloriæ triumphantis.Matt.xix.Si vis ad vitā ingredi ſerua mandata dei:vt nec vnum deficiat:quia q totam legē ſeruauerit:offendat autem in vno:factꝰ eſt omniū reus.Iac.ij.Illud ſolū eſt ſufficiens ad damnationem:& excludendū eum de templo eccleſiæ.Ita dicit beatus Hiero.de pœ.di.j.eccl̄ia.Qui eſt aliq̄ ſorde peccati pollutꝰ de eccl̄ia dici nō pōt.Tertia ratio eſt allegorica videlicet:qa ſicut.xl.generatione ab Abraā in genealogia quā deſcribit Matthæus in prīcipio ſui euāgelij dei filius intrauit in vterū vginis tēplū vginale:de quo canit eccl̄ia.Tēplū dñi ſacrariū ſpūſſcti ita.xl.die voluit induci hodie in tēplū dñi materiale figuratiuū vginalis:& vt etiā oſtendat ꝙ pueri cito dn̄t ad templū eccl̄iarum duci:vt ſe aſſuefaciāt deuotioni & cultui fidelis.

§.II.SECVNDO SCIENDVM INEO quod dicitur purgationis:ꝙ multiplex eſt purgatio:aliqua licita:aliqua illicita.

De purgatione multiplici &c.

¶Purgatio vulgaris.
¶Purgatio legalis.
¶Purgatio ſpiritualis.

Purgatio vulgaris dicitur cum quis ſuſpectus de aliquo crimīe vult probare innocētiam ſuam per aliquod experimentum.non ſcḋm naturam neqꝫ ſcḋm catholicam ſcripturam ſed per modum ſuperſtitioſum puta cum quis infamatur de homicidio vel adulterio vel furto ppetrato:offert ſe ad oſtēdendam innocentiam ſuam tangere ferrum ignitum:vl̄ bibere aquam feruentem ſine læſione:vel ſuſcipit ſponte duellum & huiuſmodi.Hæc omnino eſt prohibita:quia pertinet ad vitium tentandi deum cum quærat effectum miraculoſum in ea re quæ ſcḋm iura aliter probari poſſit & debet:faciens contra illud pręcæptum.Non tentabis dominum deum tuum.Hoc ergo prohibetur a iure canonico.vt habetur ij.q.iij.p totū & extra de purgatiōe vulgari p totū.Vñ legit de Hērico impatore ꝙ qa vxorē ſuā ſctām mulierē ſuſpectā habuit de adulterio cū q̇dā milite:voluit hāc purgationem facere:ita vt nudis pedibus ſuper ignitos vomeres incederet:ideo in morte anxiatus & punitus eſt.Purgatio legalis ē q̄ in lege mandatur.Et in lege quidē canonica indicit cū.ſ. qs clericus infamat de aliq̇ crimīe apḋ pſonas graues:& nō ab inimicis & leuibꝰ pſonis:nec ſufficiēter ꝓbat crimīe:ſed ſemiplene:tūc indicit ei purgatio vt.ſ.ipſe iuret ſe innocentē in illo crimine:& alij cōpurgatores pſonæ honeſtæ iurēt credere ſe illū verꝫ dicere.Quotꝰ debeat eſſe numerus ꝯpurgatorū arbitrio iudicis relinquit:vt hr̄.ij.q.iij.in glo.ſummaria.In lege aūt veteri q̇ ad mulierē parturientē maſculū:vt de alijs nunc teneamus:ſic faciebat:quia vt dictū eſt mulier q̄



lier q̄ cōcępto fœtu maſculū peperiſſet ī illo populo iudæorū ī capite.xl.dierꝫ pergēs ad tēplū offerebat ſacrificiū aīalis. & per illud dicebat purificari.ſ.ab illa irregularitate in partu ꝯtracta:qua ꝓhibebatur vt immūda ad templū accedere. Et licet beata Maria nō ad illud teneret:quia nō ex viro cōcęperat:ſed ex ope ſpūſſancti.tn̄ ad dandū nobis exēplū hūilitatis voluit purificari:vt cæteræ mulieres.vñ.b.Berñ.Vere btā Maria opus nō habes purificatione:ſed nūquid filius tuus egebat circūciſiōe:eſto ergo & tu ſicut vna ex mulieribus ſicut & ipſe eſt vt vnꝰ ex illis paruulis.Tertia purgatio eſt ſpūalis:& iſta neceſſaria eſt nobis vt anima ſit purgata a vitijs.non ſolū operū exteriorū:ſed etiā interiorū cogitationū & affectionū.Iac.iiij.Emūdate manꝰ peccatores & purificate corda veſtra duplices animo.Prouerb.xxv.Aufer rubiginē de argento & egredietur vas puriſſimū. Rubigo eſt peccatū vt dicit bea.Tho.ij.ij.Pura dicitur aliqua res quando non eſt mixta ſeu coniūcta cū alia re ſe ignobiliori & imperfectiori.ſicut vinū dicitur impurū cū miſcet aqua:aurū cum miſcetur argento:ſed cū miſcetur cū re pcioſiori nō dicitur impurꝫ:ſed magis purū.ſicut ſi miſceat vinum cum maluatico:non dicitur vinum impurū:ſed maluaticū impurū.Si includatur lapis precioſus in anulo aureo:non dicetur aurū impurum:& ſic de alijs. Ad propoſitū oīa terrena ſunt minus precioſa aīa humana.quinimo ipſi cœli:planetæ & quæcūqꝫ corpora virtutes gratia angeli:& multo magis ipſe deus:ſunt precioſiora & perfectiora aīa.miſcetur autem anima & cōiungitur quodāmodo his p cogitationē & affectū mentis.Cum ergo aīa cogitatū ſuū & affectū inordinatum ponit in his tunc anima efficitur impura & immunda.Cū vo cogitat q̄ dei ſunt & afficitur ad ipſas virtutes & alia ſpūalia:tūc efficit purior & pfectior.Aufer ergo rubiginem peccatorū cogitationū malarū & affectionū.& erit anima tua vas puriſſimum contentiuū liquoris gr̄æ diuinæ. Hanc ſumme habuit btā Maria:quia ea puritate enituit.vt ait Anſelm̄.quia maior ſub deo nequeat inueniri.Nunc ergo purgatiōis impleti ſunt dies.i.gradus p fectiōis nō ſunt emundati ab origīali & fomite eius ſicut angeli dicuntur purgari &c.

§.III.QVANTVM AD TERTIVM SCIENdum ꝙ nomen Maria vno modo interpretatur illumīatrix vt alia pro nunc dimittamus.Vñ ei cantamꝰ.Solue vincla reis profer lumen cæcis.Tripliciter autem illuminat.

Maria tripliciter nos illūiat.

¶Corporaliter.
¶Cauſaliter.
¶Exemplariter.

Siquidē multos priuatos lumine corporali illuminauit. Legit de ea ꝙ cū quidā paupculus ſed deuotus virginis habitās iuxta domos Iudæorū Romę:& ſæpe cātaret de ea ad cōfuſionē Iudæorū illud officij hodierni.Gabrielē archāgelū credimꝰ diuinitus te eſſe affatū:vterū tuum de ſpirituſctō credimus impregnatum:erubeſcat īfœlix Iudæus qui dicit Chriſtum ex ſemine Ioſeph eſſe natū.Ipſi Iudæi hanc inſultationem nimis egre ferentes procurarunt illum oculis priuari.Qui nihilominus propter hoc viſu priuatus non omittebat illud decantare.Et in hac die cum hoc ageret:a virgine illumīatus eſt:& viſum corporalem recæpit.Idem patet de alio qui cum optaſſet & frequenter a dño hoc poſtulaſſet videre ſemel virginem Mariam cum pluries in officio legeret de ea qa clericus erat.Tota pulchra es & hmōi.& ſibi ab angelo fuiſſet intimatum ꝙ ſi videret eam,ex nimio ſplēdore eius cæcaretur dixit ille ſe non curare de hoc dummodo eā videret.Cogitabat tamen ille caute vt cum ſibi appareret vnum oculum ſolum aperiret ad eam videndum .alium clauderet ne viſum eius amitteret.Cum ergo ſemel ſibi orāti appareret ponens manum ad vnum oculum ne aperiret. cum cœpiſſet alio aſpicere tanta claritate & conſolatione perfuſus eſt ꝙ vt plenius aſpiceret remouēs manum & aliū aperiret.Cæcus ergo factus non eſt contriſtatus præ dulcedine mentis quam expertus eſt:deprecatus eſt tamē virginē vt ſaltem ſibi vnum reſtitueret:cuius auxilio victum ſibi acquirere poſſet:quia ſcriptor erat.Sed beata virgo vt miſericordiſſima non ſolum vnum ſed ambos reſtituit & illuminauit.Secundo illuminat cauſaliter.& iſta eſt melior.Ex ipſa em̄ ortus eſt ſol iuſticiæ Chriſtus deus nr̄ qui illumīat

Exēplū.

oēm hoīem venientē in hūc mundū.Io.j.Ipſa tenebras hæreſum abſtulit illuminando veritatē.vñ canit eccl̄ia.Gaude Maria virgo cūctas hęreſes ſola intere.in vni.mū.Pr̄ia hęreſis de Chriſto ē ꝙ nō fuerit deꝰ vt dicūt falſi Iudæi & qdā hæretici in quā inciderūt apl̄i & oēs eiꝰ diſcipuli in paſſiōe putātes fuiſſe purū hoīem.Sola autem vgo ſtabat iuxta crucem:ſtabat recta fide eius deitate.Aliqui hæretici dixerunt contra humanitatem eius aſſerentes eum non verum hominem.Sed & hoc deſtruxit habēdo experientiam certā de eiꝰ humanitate.docuit:illuminauit apl̄os de multis myſterijs poſt aduentum ſpirituſſancti qui poſtea mundum illumīauerunt veritate fidei.Illuminat frequenter procurando reis lumē gratiæ & iuſtis cōſeruationē & augmētū eiꝰ.Illumīat exēplariter.eius em̄ vita inclyta & conuerſatio cunctas illuſtrat eccl̄ias(canit eccl̄ia)vñ & hodie dant candelæ bn̄dictæ accenſæ in manibus fidelium.Cādela tamen huiuſmodi ſignificat virginem Mariam:quia ſicut in candela eſt cæra mollis & ductilis ſignificans humilitatem:& lychnus albꝰ ſignificans puritatem:& lumen ardens innuens charitatē. ita ipſa in ſummo habuit iſta perfectiſſime in quibus eam debemus imitari in operibus noſtris.Et ideo in manibꝰ dātur q̄ opa deſignāt.Nō ergo ſufficit eā ī capſa memoriæ hr̄e ſicut fit cōiter recordādo de ſctītate eiꝰ & laudādo mirabilia eiꝰ.Sed oportet in manibꝰ operꝫ tenere imitādo &c.

¶De purificatiōe & quo qs debeat ſe offerre deo q̄ntū ad principium medium & finem. Cap.XXXV.

TVLERVNT EVM IN HIERVſalē vt ſiſterēt eū dño.Luc.ij.Propheta Dauid loquendo de ſacrificio qḋ quilibet debet facere de ſeipſo deo oſtēſo in oblatiōe facta in hac die purificatiōis.ſic ait Pſ. Circūiui & immolaui in tabernaculo eius ho.voci.canta.& pſal.di.do. Et videt mihi ꝙ velit dicere quomō debet quilibet cū dño Ieſu ſe offerre deo glorioſo quantū.ſ.ad principiū medium & finem.

Pſ.xxvj.

¶Et quantum ad principium ait.Circūibo.
¶Quantum ad medium ait.immolabo in tabernaculo eiꝰ hoſtiam vociferationis.
¶Quantū ad finis terminū.cantabo & pſalmū dicam dño

§.I.QVANTVM IGITVR AD PRImū vbi dicit circūibo.eſt notandum ꝙ ad offerendum debite ſe deo oportet circūire p omnes vias gratas.Ob cuius repręſentationem fit proceſſio hodie cū cādelis benedictis in manu delatis ad gloriam dei.Hortatur Apl̄s.i.Corꝫ.vij.omnes dicit.Vnuſquiſqꝫ ambulet hac vocatione qua vocatus eſt.& ſi clarū eſſet ibi ꝙ deus te vocaret ad iſtum vel illū ſtatum non oporteret te circūire:ſed ſubito exequi vocationem eius.Sed quia deꝰ vult nos tenere in vera humilitate & filiali timore ſolicitudine nr̄æ ſalutis.ſępius vocat tali modo ꝙ vult nos quærere & inueſtigare quæ ſit vocatio nr̄a deo magis grata.Et hoc eſt quod dicit.Circūiui.Et q̄uis per ſeipm̄ Chriſtus vocauerit Saulum ac ita quodāmō violenter.ꝙ ei ſit dictum.Durum eſt tibi ꝯ ſtimulum calcitrare.tn̄ eum miſit ad Ananiam ſimplicē virū.Vocauit & Centurionē Corneliu m.& nihilominus ad Petrum miſit dicens.Hic tibi dicet quid te oporteat facere.Sæpe ex tædio vitæ vel ex īdignatione cum ſocijs ſeu loci auſteritate.aut grauamine mandatorum tibi impoſitorum vel honoris appetitu libertatis aut rerum abundātia & hmōi.tu teipm̄ vocas ad alium ſtatum qui tibi videtur melior q̄ ille in quo es & in ſeipſo ſic erit.ꝙ tibi minus ſit vtilis tn̄ tu non cognoſcis.Aliqn̄ te vocabit angelus ſathanas transfigurans ſe in angelum lucis vt non pſeueres in diuina vocatiōe tibi facta.Aliqn̄ vocabit amor ſenſitiuus.& tibi vr̄ ſpūal'.Et oēs hæ vocationes ſub ſpecie boni factę ſiſes erunt his q a dño ꝓcedūt.Ergo ne decipiaris ſume in manu cādelā rōnis.Sed ſit bn̄dicta.i.exuta ſenſualitate & tota ſpūalis.Accēſa debet eſſe iſta cādela doctrinæ ſacrę.& fac tres circūitꝰ ſeu ꝓceſſiōes cū tribꝰ pauſatiōibꝰ.Primus circūitus eſt cōſiderare diligēter vñ ꝓcedit talis motus ad mutandū ſtatū & ſi eſt aſſociatꝰ talis motus ab aliq̄ ſupradictarū imperfectionū:nā ſi ſic eſſet talis vocatio ſit tibi ſuſpecta.Scḋs circūitus eſt examinare qs ſit verus ſeruus dei. cui te cōmittas regendū:q ſepatus ſit ab amore ſui attendēs ad glīā dei hūilis:nō pſumptuoſus,Et hoc q̄rere oportet cū

de tripli ci ſpūali circūitu ſup ꝓceſſione.

magno tortio accenſo & oculis bene apertis: quia non reperitur ſallacior mercantia q̃ homo cuius cor eſt inſcrutabile ſm Hiere. Sæpe intus lupꝰ rapax: ab extra ouis mitis. Ad inueniendum igitur talem hominem perfectum accende lumen Chriſti: & reſpice ne te decipiat color: habitus aut affectus proprius: non partialis inter ordinem & ordinem: ꝓfeſſionem & profeſſionem domeſticam & ſylueſtrem. Et quando talem dei ſeruum inueneris: illum conſule & ſuam doctrinā ſeu conſilium exequaris. ſm illud Tob. iiij. Conſilium ſemper a ſapiente inquire. Sapiente ſcilicet in materia agendorū. Tertius circūitus eſt cogitare omnia tua motiua circa hoc quod ex his magis cedat ad gloriam dei: ſalutē tui & ædificationē proximi. Frequenter vnus ſtatus eſt melior altero in ſe: & ꝙ ad diuinum honorem cōtrariū exiſtit. Contēplatiua ſublimior eſt actiua: & tamen marthæ mandatur actiuæ intendere non contemplatiuæ. Melior ſocietas inuenitur in vno ordine q̃ in altero: & tamen volēdo animam tuā ſaluare in minus bono in quo facta eſt profeſſio: ne alijs detur ſcandalum remanere debes in tuo. Ecce profeſſionem facimus iſto mane: ad docendum fideles facere iſtos tres circūitus vt bene prouideas tibi ad faciendum de te bonum ſacrificium. Et hoc eſt principium.

De medio obſeruādo in hoc ſacrificio.

## §. II. MEDIVM OBSERVANDVM CIR

ca tale ſacrificium: eſt totum ſe tradere & ſubijcere diuię voluntati nil ſui reſeruando ſibi. vt dicit Pſ. Immolabo in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis. Tabernaculum diuinum in quo ſeruatur oīs res ſacra: eſt ipſa dei voluntas. q̃ ſm ꝙ probat diuus Aug. contra Fauſtū) eſt forma via & regula omnis perfectionis. Et tanta eſt creatura bona & perfecta: quanto cum illa ſe cōformat. De iſto capaciſſimo tabernaculo loqui intendebat ſanctus ille Mardochæus quando orando dicebat. In ditione tua domine cuncta poſita ſunt: & non eſt qui tuæ poſſit reſiſtere voluntati. Heſter. xiij. In iſta voluntate dei offertur ſacrificiū figuratum per illud qđ offerebatꝰ in hierlm: in q̃ quotidie totus chriſtus pn̄tatꝰ vt ſonant verba propoſita. ſ. Tulerūt illū in hierlm. Hieruſalem em̄ interp̄tatꝰ viſio pacis & qui ſe conformat voluntati diuinæ ſemper pacem tractat. pacē videt ſm illud Pſ. Audiam quid loquatur in me dominus deus: q̄m loquetur pacem in plæbem ſuam. Immolare eſt totū ardere: & dare ſe hoſtiam deo ſanctam viuentem deo placentem in obſequium rationabile dei. & ſi tu aliquam partem de te reſeruaſti quæ non conſumatur in igne diuini amoris: pax nō duraret nec opꝰ bonum inchoatum: & non vociferares in diuino conſpectu. Scis ꝙ modicum fermētum totam maſſam corrumpit (ait apoſtolus) & parum carnis in corpore putridū: niſi abſcindatur: totum corpus corrumpit. huius rei experientiam vides in Iuda proditore & oīm religioſorum & religioſaꝝ ſimulatoribus qui etſi cum deuotione ſtatum religionis aſſumpſerunt: q̄a totum ſe deo non dederūt: totū amiſerunt. Qui autem deo tribuit totā voluntatē: totus ſemper ad deū vociferat ab eo directus & lætificatus: & iſta eſt hoſtia vociferatiōis ſeu clamoris & apta tali vocabulo vociferatiōis. Pſ. vtitur: quia talis voluntas tota in deum immerſa guſtat dulcedines mirabiles: & conuerſa in maximū ſtuporem neſcit quid loquatur: ſed ex admiratione ſtridet & vociferat. Sic dicebat Pſ. de eodem ſacrificio omnia oſſa mea dicent: domine quis ſimilis tibi. Vides totum hodie declaratum ꝑ exemplū quando mater amātiſſima virgo Maria poſuit totum Chriſtum in vlnis antiqui ſacerdotis Symeōis hic em̄ ſubito vociferatus eſt cum altis ſtridoribus ſtupore repletꝰ Nūc dimittis &c. Anna etiam prophetiſſa clamauit & quid neſcimus niſi ꝙ annuntiabat mirabilia. Et quando audis ꝙ clamabat vetuſtus dierum & veterana: intellige figuratum ꝙ ex tali completo ſacrificio obſtupeſcit & mutatur totus ſpiritus & etiam caro. totus Adam in Symeonem conuertitꝰ tota Eua Anna efficitur.

De fine ſacrificij.

## §. III. SEQVITVR DE FINE SACRIFI

cij vbi dicitur. Cātabo & pſalmū dicā domino. In qua parte oſtenditur hominem in ſacrificium deo oblatum ſemꝑ debere cantare in id quod ei acciderit: non ſolum patientiā ſeruando in aduerſis: ſed etiam iocundando in illis. ſicut ait Apoſtolus de ſe: Libenter gloriabor ĩfirmitatibus meis vt inhabitet in me virtus Chriſti. De quo em̄ quis tm̄ gaudere debet q̃tum de aduerſitate proſperitas cōiter tranſit: & vane hominem lætificare facit: mundum diligere & ſuperbia leuari vnde ad inferos conducunt: & ideo de eis contriſtandum & lugendum: ſed aduerſitas facit humilium corda reuerti ad deum mundum decipientem agnoſcere: & viam ad patriam p̄parare. Et cum loquitur de ipſis tribulationibus ſemper lætandum & cantandum cum affectu dicendo Cantabo. Ad hoc hortabatur Iacobus apoſtolus in epiſtola ſua. c. j. dicens. Omne gaudium exiſtimate fratres cum in tentationes varias incideritis. Oſtēdit autem hic Pſ. ꝙ homo deo ſacrificaturus debet mentem cum eo vnitam tenere ſemper & dicere: pſalmū dicam dn̄o. Dicere deo pſalmū eſt mentem in illam dulcedinē ſubleuare ſicut ſcriptura narrat de Heliſæo propheta. Offerre ſe ſacrificiū deo nihil alid' eſt q̃ omnes corporales ſenſus mortificare: quibus mortuis oportet ꝙ anima cum ſummo deo coniungatur: & in ipſo continue iubilet: q̃tū ipſe deus operatur in eo. vt dicere valeat cum apoſtolo. Noſtra ꝯuerſatio in cœlis eſt. De his duabus vltimis particulis formā nobis præbet ſanctus Symeō qui ſe deo ſacrificans Chriſtum dulciter recæpit in vlnis: cecinit de morte corporali qua vicinā aſpiciebat & dixit. Nūc dimittis &c. Et ſubleuauit mentē ad intuendū intꝰ qđ alibi erat abſcōditū dicēdo. Quia viderūt oc'li mei. Ecce igitꝰ quō dn̄s Ieſus ad faciendū de ſe ſacrificiū erat delatꝰ ad tēplum a m̄re virgine Maria & Ioſeph vt formā nobis p̄beret vt ſiſe pagamus. Vbi dicūt ꝟba p̄io ꝓpoſita euāgelij. Tulerūt illū. In quibus quidē verbis ꝓ ampliori declaratione noſtræ ꝑfectionis notabimus ſeptem partes.

Offerre ſacrificium deo quid ſit

¶ Prima eſt vnde mouetur iſta proceſſio.
¶ Secunda per quem defertur talis oblatio.
¶ Tertia quid eſt iſta donatio.
¶ Quarta quo dirigitur talis congregatio.
¶ Quinta cui datur talis benedictio.
¶ Sexta huius præſentationis aſſociatio.
¶ Septima quæ inde ſequitur remuneratio.

Ad primā r̄ndetꝰ ꝙ a Bethleē tulerūt. Ad ſcđam ꝙ Maria & Ioſeph tulerūt. Ad tertiā ꝙ deū & hominē Chriſtū tulerūt. Ad quartā ꝙ ad tēplū hierlm obtulerūt. Ad quintam ꝙ ad Symeonē ſacerdotē tulerūt. Ad ſextam ꝙ cum duabꝰ turturibus vel pari columbarum tulerunt. Ad ſeptimam ꝙ feſtum maximum Symeon & Anna fecerunt.

## §. IIII. QVANTVM AD PRIMVM

quicūq; de ſe vult facere cū Ieſu ſacrificiū: primo recedat a Bethleem. i. cura carnis: q̄a vt dicit ap̄ls. Si ſm carnē vixeritis moriemini. ſ. vita ſp̄uali. Quāuis antiq doctores dicant ꝙ Bethleem interpretatur domus panis: moderni tamen interpretantur domum carnis. Et ideo diſcedas a Bethleem ſicut fecit dn̄s Ieſꝰ nō coporaliter: ſed ſp̄ualiter. ſ. a cura carnis & ſolicitudinis vitę corporalis: de craſtino non cogitando: ſed ſperando in eo qui paſcit aues cœli & veſtit flores campi. Nō dico ne labores: ſed cum Chriſto dico ne ita ſoliciteris circa curā corporis vt omittas aliquā vocationē dei aut actū ad gloriā dei pertinētē. Si cogitaſſet populus dei Iſrael de quo viuemus in deſerto: de quo veſtiemur: nunq̃ egreſſi eſſent de Egypto: nunq̃ ad terrā promiſſionis deueniſſent: & poſtq̃ fuerunt inde egreſſi ſub ſpe diuini auxilij quando cogitauerūt comedere carnes & ſitientes de aqua trepidauerūt: ira dei deſcēdit ſuꝑ eos & mortui in deſerto non ſunt cōſecuti optatū finē terrę ꝓmiſſionis. Iſta eſt prima via & regula: quā debet ſeruare qui vult bene deo ſacrificare: Quicūq; autem cogitat prius de vita corporis q̃ de vita aīæ i ſuo ꝓgreſſu vtiq; non proſperabitur. Et de hoc experientiā vides in multis qui videntur inchoaſſe bonū facere: & ſicut cancri retro redeunt. Cernis gl'ioſam ꝟginē Mariā paruulā puellā receſſiſſe a parētibꝰ q cōiter habēt tantā curā de corpuſculo vt non ieiunet: non vigilet: non multū oret: ꝙ filios ſuos inertes & deſides efficiunt. Et q̄a ſic beata ꝟgo receſſit a conſanguineis ponendo totā ſuam ſpē in dulciſſimo filio ſuo: cibata: veſtita: cuſtodita; directa ab angelo ſctō qui de ea curā habebat ſpecialē loco cuius Ioſeph ſucceſſit: & poſtea filiꝰ eius: q receſſurus e mundo ꝑ paſſionē loco ſui reliquit Ioannē q curā haberet tātæ puritatis & matris ita perfectæ. O quantū eſt vtile ſe totum iactare domino: & ob eiꝰ dilectionem nil

De interp̄tatiōe bethleē ſm antiquos & modernos.



nem nil de ſe curare: huic angeli attendunt: ſancti adiuuant deus ſolicite curat: ſeruiunt puri Ioannes.

## §. V. SECVNDA RESPONSIO SCILICET

qui deferant oblationem id eſt qualis intentio debet mouere creaturam ad ſe deo ſacrificandū. Circa quod dicit euāgeliſta ꝙ parentes ſui paruulum Chriſtum tulerunt. Secundum autem veritatem grammaticæ parentes non intelliguntur niſi pater & mater: qui talis partus poſt deum ſunt prima cauſa. Vbi no. ꝙ tres parentes habuit ille benedictꝰ filius oblatus. Et primus æternus fuit pater ſuæ diuinitatis. Secunda fuit ſua veneranda mater eius humanitatis. Tertiꝰ Ioſeph. & hoc ſolum ſecundum opinionem communē hominum non ſecūdum veritatem: quia principium non dedit nec diuinitati nec humanitati eius. Spirituſſanctus talis humanitatis fabricator pater dici non poteſt: quia de ſubſtātia ſua nil poſuit. nec quo ad diuinitatem totam ab æterno procedentem a patre: nec quo ad humanitatem totam genitam ſolum a glorioſa matre. Et ſicut figulus pater non dicitꝰ vaſorum quę facit: ita non dicitur ſpirituſſanctus pater chriſti. q̃uis ex puriſſimis ſanguinibus virginis corpus fabricauerit templum diuinitatis ſicut dicit. magiſter. in. iij. ſen. Qn̄ ergo audis dicere ꝙ parentes ſui tulerunt Ieſum in Hieruſalem: intellige ꝑ parentes patrem domini: matrem mariam & Ioſeph nutritium. Et quando dico patrem (cum opera trinitatis ſunt indiuiſa: & totum ſimul faciāt quod eſt extra ſe: vt docet be. Aug.) intellige cū patre filium & ſpiritūſanctum. Dic ergo ꝙ quinq; perſonæ tulerunt ſacrificium iſtđ. Pater: filius: & ſpirituſſanctus Maria & Ioſeph. Hic tibi dimitto multas deuotas contemplationes. Et prima quomodo æternꝰ pater eſt ſummus ſacerdos: q de eo ꝙ ipſe eſt ſibi ipſi ſacrificium faciat. Secunda ꝙ filius qui ſe portat & de ſe facit ſacrificium ei qui eſt ipſe. Tertia ꝙ ſpirituſſanctus inuiſibiliter ardet. nō ſolum ligna huius ſacrificij: ſcilicet Mariā: Ioſeph: Symeonem: & Annam miniſtrans: ſed etiam ignē. vnde ipſe eſt ignis qui ipſemet eſt. quia ſpirituſſanctus ducit verbum ad tēplum: a quo ip̄e æternaliter procedit. Quarta ꝙ portatrix magis fertur a Chriſto delato q̃ portat ipſa. Iſtarū & aliarum explicationem meditationum ob breuitatem omitto. pro nunc ſufficit ꝙ quinq; nomina debent ducere ad tale ſacrificium. & ſi aliquis horum deficit mutatio ſtatus tui ſit tibi ſuſpecta. Pater igitur deus dirigat te in viā ſuam per ſpem cōſtantem: & non ꝑmittat tibi occurrere cogitationes retrahentes a bono propoſito. ſ. non volendi perſeuerare ex debilitate vel ex paupertate: aut ex ſolicitudine vel tentatione: aut alijs motiuis retrahentibus mentem a benefaciendo. Verbum filius te dirigat per ſua ſancta conſilia. qui lucernam accendit: lumen. ſ. ad reuelationem gentium ne poſſis errare ita ꝙ ſi incitaris ad apprehendēdum alium ſtatum in quo non es. reſpice in doctrinam verbi ſi hoc tibi conſulit & potes facere aliter non. Spirituſſanctus dirigat te purificādo q̄a te non mouebit prius q̃ tibi inſpiret notitiā cum dolore tuorum defectuum: & priꝰ te purgabit qua moueas paſſum tuorum affectuum. & ſi perp̄edis cum peccatis tuis aſcendere in altum ſtatum ſecundum apparentiam exteriorem: noueris te duci ab antiquo ſerpente ad inficiendum locum quo pergis. Oportet etiam vt te dirigat & ferat pura virgo maria. i. pura intentio & non maculata aut mixta. tu ſcis ꝙ vas purum dicitur quando non eſt ibi aliquid niſi illud ſine quo eſſe non poteſt. i. vas vacuum quolibet liquore vel re ſolida liberum a muſcæ oliuæ ſiccitate ſine rubigine: & omni alia immunditia. q̃uis plenum eſſet aere q̄a natura vacuum non ſuſtinet. Ita dico ꝙ mens pura eſt directa a Maria quando nullus reſpectus te ducit: nec tui nec alteriꝰ niſi tantum gloria dei. Et ne decipiaris a teipſo in iſtis motibus ſeu reſpectibus additur Ioſeph ad deferendum tale ſacrificium qui interpretatur augmentum vt ex hoc ĩtelligas q̄a q̃uis tibi videretꝰ portari a quatuor primis deferentibus debes conſiderare ꝙ ſtatus quo vadis ſi aſſumere intendis eſt ſuperior & perfectior illo vnde recedis. quia quilibet poteſt regulariter debito modo aſcendere & augeri: ſed non deſcēdere vel minui. Totum cogita exemplo gl'ioſæ virginis q̃ cum admonita eſſet ab angelo de mutando ſtatu ſuo egredi ſ. templi ſolitudinem: & venire ad humanam cōuerſationē vſq; ad habitandum cum humano ſponſo. cogitabat & cogitando paueſcebat in verbis angeli quæ interrogādo quō fiet iſtud. i. cum virginitatem ꝓpoſuerit ſeruare. quod oñdit cum ait. quoniā virū non cognoſco. qui quidem maior gradus eſt perfectior q̃ filios generare ſecundum curſum naturalem. Sed tūc certificata ab ipſo angelo ꝙ ad talem ſtatum dirigebat pater æternus obumbrando. verbum incarnādo. ſp̄ūſſanctus fœcundando. Ioſeph in virginitate eam conſeruando. aſſentit virgo ſeip̄am offerendo. & dixit. Ecce ancilla domini: fiat mihi &c.

Tres parētes habuit xp̄s

Ioſeph iterp̄tatꝰ augmētum.

## §. VI. RESPONDEO AD TERTIAM IN

quiſitionem. ſ. ꝙ oblatus in ſacrificium & delatus eſt deꝰ & homo Ieſus chriſtus. vbi declaratꝰ q̃lis debeat eſſe qui ſeip̄m vult deo offerre in ſacrificium. vt. ſ. efficiatꝰ chriſtus. & chriſtus factus de te deo qui iam eſt datus deo ei qui erat natus deus. & hodie defertur deo qui erat deus. Quis non obſtupeſcat in tantis mirabilibus: & tamē fiunt hæc propter doctrinam noſtram. Igitꝰ oblatus deo efficiaris humilis vt chriſtꝰ: pauper cū chriſto: patiens vt Chriſtus: indutus charitate xp̄i: orna te cum charitate Chriſti: forma te cum benignitate. Et ſic cōſequenter ꝑ ſimilitudinem factus Chriſtus eris debitū ſacrificium deo oblatum. Tale ſacrificium de ſe fecit maria: & inter creaturas nunq̃ apparuit tanta humilitas ſicut in ea: quæ ſe ancillā vocat mater a deo electa. Et ita cogita de alijs virtutibus ſuis: quas ob breuitatem dimitto. Cogita ſimilitudinem carnis: communitatem veſtium: ciboꝝ: & cōuerſationis. & pro certo teneas ꝙ vbicūq; chriſtꝰ erat ſiue magnꝰ ſiue paruus: ibi erat ſua dilecta mater. Nam extra ſuam p̄ſentiam viuere non valebat. Si virgo pura erat in nuptijs: hoc ideo quia Chriſtus ibi erat. Si verecundiſſima virgo & contemplationis magiſtra cum magno tumultu perrexit ad crucem: hoc ideo quia Chriſtus illuc profectus eſt. multo magis ſemꝑ ambulauit vbi orabat: vbi docebat: vbi prædicabat vbi miracula faciebat Ieſus. Et ita tota transformata in xp̄m odoriferum ſacrificium de ſe deo obtulit.

## §. VII. QVANTVM AD QVARTAM IN

quiſitionem docetꝰ in quo loco tale ſacrificium facere debes de te vel filijs tuis. ſ. quia ad templum Hieruſalem. i. ad domum viſionis pacis. ſic enim interpretatur Hieruſalem. O cum quanto dolorem intuenda eſt iſta infœlix ciuitas vocata fœlix. In qua eſt amplum templum Herculis ſuꝑbi. Ad quod accedens ad ſacrificandum quilibet cū ambitione ſtatus & appetitu magiſtratuum non hoc merendo ſed ꝯ̄rium. Hic eſt templum bellicoſi Martis & quilibet in cōi ab extra vel particulari ab intra de ſe ei offert ſacrificium continuatum per annos plurimos. Templo inhoneſti Iouis raptoris non ſacrificat: niſi qui non valet. Templum Veneris om̄es venerantur & ad templum ſemiramis multę gentes currūt. Templum guloſi Bachi nūq̃ reperitꝰ vacuū. Templo auari Midæ a maiori vſq; ad minorem: a ſacerdote vſq; ad leuitā omnes ſacrificium offerūt. Templū vero chriſti vacuū repitur: & non inuenitꝰ qui velit ſe in eo p̄ntare vel filios ſuos tā q̃ iā in p̄teritū ibi ſe p̄ntauit conuertit illud templum vanorum ac fallaciū deorum. O munde immunde nutritor oīm vitioꝝ ſectator oīs gn̄is maloꝝ: & ſolū deū exilio tradis. ſed certe docet te Chriſtꝰ & mater eius offerre te: & tuos in ſacrificium inquantum vales dei tēplo Hierlm vbi pax videtur pax ſeruatꝰ: pax tenetꝰ cū deo ſuo. ita referūt. b. Hier. & Amb. btiſſimam ꝟginem feciſſe poſt paſſionem & aſcēſionē filij ſui dilecti: diſcurrebat viſitando oīa loca vbi fuerat Ieſus cōuerſatꝰ: & ibi meditabatꝰ ſacra bn̄ficia ꝑ ip̄m facta humano gn̄i & a memoria horum non recedebat.

Nota tu prædicator.

## §. VIII. AD QVINTAM INQVISITIO

nem. ſ. ꝑ cuius manus fieri debet hoc ſacrificium. & r̄ndetur ꝙ per manus Symeonis q interpretatꝰ obediens. Iſtud ſacrificium multum continuauit dn̄s Ieſus qui comedebat in domo Simonis Petri. Simonis Phariſæi. Simonis leproſi in Bethania. i. in domo obedientiæ. i. in domo Matthæi qui interpretatur donatus alteri. ſ. deditus & ſibi abnegatus. intrauit & in domum diuitis. ſ. Zachæi ad oñdendum qđ verbis dixerat. Mat. xxiiij. Omnia q̃cumq; dixerint vobis facite & ſeruate. i. in rebus licitis. ſ. boni prælati. & etiam ſi praui eſſent: ſed ſecūdum opa eorum. ſ. mala nolite facere. verū q

poteſt inuenire bonum Symeonem antiquum iuſtum & timoratum expectantem populi ſalutem magis q̃ ſui in quo habitet ſpiritusſanctus. & habeat diuinum lumen: illum ſequatur & alios dimittat. Talem deſcribit Lucas euange. antiquum Symeonem in ſacro euange. hodierno. Elige Symeonem in patrem tuum ſpūalem qui ſit obediens ſuperioribꝰ ſuis: quia male poteſt alteri p̄cipere qui bene nō didicit obedire. Tolle Symeonem antiquum practicum & exptum iā ſanguine mortuum ne fetor oriri valeat ex tali cōuerſatiōe. Quære Symeonem iuſtum a peccatis mundum & liberum ne per malum exemplum vel doctrinam ad illa te inducat. Accipe Symeonem timoratum humilem qui in ſeipſo nō confidat nec præſumat qui plenus charitate: nō ſui amator: ne te liniat tpalibus. ſed ſit amator dei & ſalutis proximi q te defendat a malo. Reperi Symeonem plenum ſpūſctō: ſacra ſcriptura eruditum & ſana doctrina qui ſit multæ orationis in qua reſpondet ſpiritusſanctus. Per tales manus ſacrificauit virgo glorioſa ſe totam ſummo deo: quia paruula parentibus obediuit: puella antiquo ſacerdoti templi angelo ſancto. xiiij. vel. xv. annorum cum eſſet habitauit. Exinde cum vetulo virgine Ioſeph in Egyptum pergēs cum eo & inde rediēs cum filio ſuo multo tempore. Demum antiqua facta. xlviij. annorum manſionem habuit cum Ioanne ꝟgine puro quem ſibi in cruce xp̄s loco ſui in filium aſſignauit.

## §. IX. QVANTVM AD SEXTAM SCILI

cet cum qua ſocietate fieri debet tale ſacrificium: et dicit euāgeliſta ꝙ obtulerunt: pro eo vnum par turturum: aut duos pullos columbarum: ad quæ additi ſunt quinq; ſicli quibꝰ primogenitus redimebatur. per quos intelliguntur quinq; ſenſus corporis qui debent offerri in ſacrificium: vt tota anima tua domini ſit: q̃uis euangeliſta de ſiclis non loquatur. Sed neq; declarat ſi dati ſunt turtures vel columbæ. certum tamen quia alterum eorum. Sed neq; hoc vacat a myſterio. Ideo enim ſpiritusſanctus voluit euangeliſtam hoc ſcribere diſiunctiue ad doctrinā noſtri. quia aliquibus conuenit turtures offerre: alijs ꝟo columbas: nec omnes offerre turtures: nec omnes columbas, aliqui ſunt qui ſe deo volunt offerre in ſacrificiū & remanere in vita actiua & habitu laicali. Alij vero perfectius ſe offerre: intrando & reperiendo ſe in ſtatu regulari. Primi ſecum deferant par turturum. vnum par importat vnitatē & fidelitatem. Tu ergo qui in laico ſtatu vis te deo ſacrificare: ſerua iſta quatuor. vnitatem vt non quæras vel ſequaris ſectas: diuiſiones: partialitates & huiuſmodi. Serua charitatem dando eleemoſynas: prout Tobias filium ſuum docuit di. Si multum tibi fuerit abundanter tribue. ſi parum: & illud libenter impartiri ſtude Tob. iiij. Serua caſtitatem: ſicut & ipſe Tobias docuit filium ſuum dicit. Attende tibi ab omni fornicatione: & pręter vxorem tuam non patiaris crimen ſcire. De quo etiam dicit ꝙ celebrabat nuptias cum vxore in timore domini. Serua fidem legendo vel audiendo ſacras ſcripturas: audiendo diuina officia prædicationum verba illa credendo & obſeruando. Qui ꝟo in ſtatu religioſo ſe deo tradunt offerre debet pullos columbarum. i. duas columbas. Binarius numerus eſt principium diuiſionis: ad innuendum ꝙ tales debent eſſe diuiſi. i. ſeparati a mūdanis. Sed inter ſe debent eſſe quaſi vnum par. i. ſimul vniti & ſine diuiſione. Columbarum pulli ſunt calidi: ſed caſti. quia adhuc non ſunt colūbæ modicæ caſtitatis ſed pulli: ad innuendum: quia religioſi debent eſſe calidi. i. feruētes in diuino amore: ſed puri & mundi a carnalitate. Columbarum pulli non volant diſcurrendo: ſed clauſi manent in nidis ſuis. Sic & religioſi non debent diſcurrere vagi p ciuitates & villas niſi in neceſſitate quæ nō habet legem ſed clauſi debent eſſe in cellis vel caſtris ſuis. Columbæ quæ plorāt loco cantus ſignificant vitam religioſam plenam eſſe debere pnia. & qui vt ait Hiero. ſe & mundum lugeant & domini ſemp pauidi p̄ſtolent aduentū. Et maxime lugere debēt p pctis eoꝝ qui eleemoſynis eoꝝ nutriunt. Colūbæ q̃ nūq; quieſcūt ſup cadauer: ſignificant ꝙ religioſi debēt cōtēnere pecuniā & oē inclinans ad pctm̄. Columbæ habitantes ī cauernis petræ. Petra erat chriſtus inquit Apl's. ſignificant ꝙ vita talium debet eſſe confixa cum chriſto in cruce. & quantum fieri pōt contemplatiua. Columbæ reſident ſup culmina aquarum: vt videant ſi accipiter vel alia auis rapax volat ſuper eos vt capiat a quo fugiunt: ſignificant ꝙ debemꝰ moram facere iuxta aquas ſcripturarum eas meditando vt valeamꝰ cognoſcere & vitare inſidias dæmonū in aere habitantium. Columbæ habent collum variatum depictum & totum refulgens: deſignant ꝙ vita religioſorum debet eē ſpeculū aliorum & lux mundi. vt vidēdo eorum bona opera: verbis & factis glorificent patrem cœleſtem & cauere ab his quæ habent ſpeciem mali tollatur omnis ſuſpitio. Omnes iſtas proprietates de facili in virgine Maria reperies per excellentiam.

Margin: q̃tuor ſunt ſeruāda laico qui ſe deo vult offerre.

Margin: Religioſi hic aptiſſime ɔparāť colūbis

## §. X. AD SEPTIMAM ET VLTIMAM

reſpondetur ꝙ ex prædictis ſequitur feſtum ſolenne. ſ. lætitia Symeonis quia cantat. Nunc dimittis. Lumen intellectꝰ qui dicit Lumē ad reuelationem &c. Occurſus Annæ & ſtupor mentis. hoc eſt dicere ꝙ ex eis ſequitur. Læta obedientia. prompta humilitas deuota & integra: & lumen ſapientiæ veræ adhuc: quia Anna interpretatur gratia. Dico ꝙ ita viuendo currit & abundat gratia infuſa a deo cum tot reuelationibus & illuminationibus: ꝙ tota mens ſuſpenſa manet: & in ſtuporem vertitur: & cum Chriſto & matre ſua ſe reperit in æterna gloria. Amen.

¶ Quomodo gladius pertranſijt animam virginis b̄tiſſimę vt prædixit Symeon. Capl'm. XXXVI.

TVAM IPSIVS ANIMAM PER tranſibit gladius. Lucæ. ij. Multiplex reperitur gladius in ſcripturis. Eſt enim gladius materialis de quo dominꝰ ait Petro. Omnis qui accæpit gladium: gladio peribit. Matth. xxvi. Dicitur accipere gladium qui ꝑpria autoritate ſeu voluntate non dei vel legis autoritate occidit vel percutit aliquem. hic accipit gladium: quia vſurpat ſibi poteſtatem hoc faciendi. Nam qui deo iubente occidit & percutit: vt populꝰ dei ſub Moyſe & Ioſue & poſtea ſub iudicibus & regibus multos populorum Chananæorum & aliorum occiderunt. Ille non dicitur accipere gladium: ſed ſibi dato a deo vti & ideo licite. Et ſimiliter iudex qui occidit reum non accipit nec vſurpat gladium: ſed eo ſibi a lege dato ſi habet legitimam poteſtatem vtitur. vnde non ſine cauſa gladiū portat ait Apoſtolus. i. ante ſe portare facit. ſ. ad vindictam malefactorum. Qui vero accipit vſurpando: gladio peribit. quia a iudice punietur: vel ſaltē gladio diuinæ iuſtitię nil inultum patiētis. & de gladio iſto non loquitur Symeon ad virginem. quia vt dicit. b. Amb. Nulla hiſtoria docet Mariam de hac gladij nece migraſſe. i. morte violenta. ſed naturali & præſertim cum non anima: ſed corpus gladio tranſuerberetur. Eſt alius gladiꝰ criminalis. de quo Pſ̄. orat erui dicens. De gladio maligno erue me. Iſte eſt gladius odij detractionis: malæ perſuaſionis ad peccandum. de quo beatus Augu. Si fratri tuo male perſuades, occidis. vnde Pſ̄. Lingua eorum gladius acutus. de pœni. diſtin. i. noli. & Clemens. Qui odit et qui detrahit & qui occidit pariter homicida eſt. de pœni. diſtinc. i. homicidiorum. Occiſor corpus occidit gladio materiali. detractor occidit famam per quam quis viuit in memorijs hominum gladio detractionis. Odiens occidit animam ſuam gladio vindicatiuę affectionis. licet autem iſte gladiꝰ criminalis per animā tranſeat & plurimorum non tamen vnq; per animam beatæ mariæ quia ſola pctm̄ non fecit. Ergo de iſto non intelligit Symeon dicens. Tuam ipſius animam pertanſibit gladius. Eſt alius gladius ſpiritualis. & hic figuratus eſt per gladium quo percuſſit. Elezarus elephantem habentem ſup ſe caſtrum armatorum & occidit. ſicq; populum dei liberauit. ipſe tamen ſub eo oppreſſus: quia chriſtus gladio ſpirituali verbi ſuæ doctrinæ: ac dolore ſuæ paſſionis: & virtute ſuæ dilectionis mundū, occidit proſtratis agminibus dæmonū armatorū malitia bellantium ſicq; mortuꝰ populum dei liberauit. De iſto igiť itelligitur dictū Symeonis. Tuā ipſius animam pertranſibit gladius. Sed hic eſt tripartitus.

¶ Eſt em̄ gladius doloris internalis.
¶ Eſt gladius ſermonis diuinalis.
¶ Eſt gladius amoris virtualis.

De quolibet iſtorum poteſt iſtud vere & aperte intelligi dictum beatæ mariæ a Symeone. Tuam ipſius animam ptranſibit gladius.

§. i. De

Margin: Gladiꝰ multiplex reperitur in ſcripturis.



## §. I. DE PRIMO GIADIO SCILICET

doloris ſatis vſitata locutio eſt: cum quis habet magnum dolorem ex aliquo malo nouo. dicitur gladius pertranſiuit cor eius: etſi corpus non vulneretur vel lædatur. De hoc etiā ait Pſ̄. in ſeruum venundatus eſt Ioſeph. humiliauerunt in compedibus pedes eius. ferrum pertranſijt animam eius. i. gladius. cum incidiſſet in magnas tribulationes: quia venditus a fratribus in Egyptum delatus emptus a Phutiſare principe militiæ regis Pharaonis: falſo accuſatus ab vxore ſui patroni de adulterio quia noluerit ſibi aſſentire in malum incarceratus & vinculatus fuit propter quæ ferrum: id eſt gladius doloris pertranſijt animam eius. Et iſte gladius doloris paſſionis ipſius filij pertranſiuit animam ſuam. vł ſic. tuam animam quæ eſt quaſi ipſius propter intenſum amorem pertranſiuit gladius doloris. Tunc enim ſcilicet in paſſione filij reſeruati ſunt dolores partus. vt dicit Ioan. Damaſce. id eſt quos aliæ mulieres ſuſtinent in partu. Sed nec aliqua mulier habuit vnq; tantum dolorem in partu. nec aliquis martyr tantum dolorem ſenſit in ſuis tormētis quātum experta eſt beata maria in paſſione dilectiſſimi filij. Nō Petrus in crucifixione ſui. Non Laurentius in craticula combuſtus. Non Blaſius pectinibus ferreis dilaceratus. Non Iacobus per ſingula membra interciſus. nec alius. Vnde dicit bea. Hieron̄. Pluſq; martyr fuit & aureolam martyrij ſuper omnes clariorem recæpit. Ratio immenſitatis huius doloris eius hinc trahitur. Dolor fundat in amore quanto enim quis plus amat aliquam rem vel perſonam: tanto magis dolet de eius amiſſione vel læſione. quod patet per experientiam rerum magiſtram. Magis enim quis dolet de amiſſione mille florenorum quam de cētum: vtpote quia magis diligit. plus dolet de morte filij quam de amiſſione ſubſtātię. & pręcipue cum eſt bonus & vtilis ſibi. Sed beata virgo maria naturaliter valde diligebat Chriſtum filium ſuum. tum quia vnicum. Certum eſt enim ꝙ pater vel mater plus dolet de morte filij cum vnum tantum habet quam ſi multos haberet. tum quia totum aſſumptum corpus erat ex ſe patrē ibi non habebat: vt quia patrem non habuit terrenum & ideo ſtrictiꝰ amabat & de amiſſione magis dolebat. tū quia innocens & optimus filius erat. & tamen morte acerbiſſima & ignominioſiſſima inter latrones condemnatus erat & iō pertranſiuit gladius doloris animam eiꝰ. Erat in ea & amor amicitiæ qui fundatur in bono honeſto: vt quanto quis ſapientior & perfectior fuerit: tanto magis debeat amari & de eius abſentia vel morte doleri. Vnde & patriarcha Iacob de morte quā ęſtimauit filio ſuo Ioſeph eueniſſe valde doluit ꝑpter bonitatē eius. adeo vt cæteri filij congregati ad conſolandum eum: vix lenirent dolorem eius. Sed dominus noſter Ieſus Chriſtus erat optimus omnium hominum & angelorum ſapiētiſſimus ſibi & alijs vtiliſſimus. Vnde in paſſione eius animam eius pertranſiuit gladiꝰ doloris. Erat in ea amor charitatis maximę quæ deum reſpicit præcipue dolere facit de offenſa dei & perditiōe proximi. Cū ergo cerneret & ſciret populum illum grauiſſime deum offendere: qa directe in deum peccabant contumeliando corpus illud deitati vnitum: & hinc conſideraret populum Iudæorum ex q̊ nata erat: damnationem propter perfidiam incurſurum. Videret etiam apoſtolos omnes a deo propter peccatum receſſiſſe: valde dolebat. Et ſic animam pertranſiuit gladius. Sed forte aliquis dicet ſciebat beata maria ꝙ deus pater volebat eum pati illam paſſionem. Et ipſe filius propter hoc in mūdum venerat & hoc optabat. Indeq; ex ea ſequebatur redemptio mundi & ſalus populi: & gloria dei. Cum ergo eēt conformis volūtati dei. & ſumme ipſa optaret ſalutem mūdi. Vnde ipſa triſtari poterat vel dolere cum tātum bonum inde ſequebatur. Ad quod reſpondeo. ꝙ eo modo gladiꝰ doloris pertranſiuit animam virginis: quo & animam filij ſui qui dixerat pauloante. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortē Matth. xxvi. Eſt enim in nobis duplex anima vel magis ꝓprie loquendo duplex pars ſeu potentia animæ. ſ. intellectiua & ſenſitiua. Secundum potentiam intellectiuam chriſtus in paſſione ſumme gaudebat: quia deitate fruebať vt nunc. Sed ſm̄ potentiam ſenſitiuam dicebat: ꝙ ſentiebat illud pſ̄. Repleta eſt malis anima mea. i. doloribus adeo ꝙ vita mea in inferno appropinquauit. Sic & beata maria ſecūdū volūtatem rationalem volebat filium ſuum pati. ſciēs deum ſic ordinaſſe: & ſalutem humani generis conſequēdam: & hinc non dolebat: ſed quieta manebat. ſed ſecūdum ſenſualitatē ſumme dolebat: rationibus prædictis: quia vt dicit bea. Hierony. Licet in ſpū eſſet: tamen dum in carne vixit carnis mouebatur ſenſibus. Et ſecundum ſenſitiuam dicere poterat illud. Flecte ramos arbor alta. ſ. crucis &c. Sic ergo ipſius animam pertranſiuit gladius doloris. Ex quibus valde nobis attendendum eſt. ꝙ ſi voluit deꝰ beatam mariam matrem domini innocentiſſimam & ſanctiſſimam tantum dolorē pati & perſecutionem non debemus nos ab huiuſmodi eximi velle. vnde dominus per Hierem̄. c. xlix. ait. Ecce quibus nō erat iudicium calicem vt biberent bibentes biberunt. & tu ſi nocens eris non eris innocens: ſed bibens bibes calicem. Et Baruch. iiij. Delicati mei delicijs ſpiritualibus ꝟtutum: ambulauerūt vias aſperas. oportet te ergo multa pati.

Margin: De gladio doloris q̃re dolor dr̄ gladius.

Margin: Maria plus q̃ martyr & aureolam ſup oēs recępiſſe dr̄ & rō ponitur.

Margin: Arguiť ɔ p̄dicta,

Margin: Rn̄ſio.

## §. II. QVANTVM AD SECVNDVM

ꝙ gladius ſignificet aliquando verbum dei. oſtendit Apoſtolus dicens Ephe. vi. Gladium ſpiritus aſſumite quod eſt verbum dei. & ad Heb. iiij. Viuus eſt ſermo dei & penetrabilior omni gladio ancipiti: pertingens vſq; ad diuiſionē animæ & ſpūs &c. Et de hoc gladio videtur exponere. b. Amb. hoc dictum. Tuam ipſius animam pertranſibit gladius inquit. Oſtendit Symeon in hoc prudentiam Mariæ nō ignaram eſſe myſterij. pertranſiuit ergo gladius verbum dei animam Mariæ intellectiuam: quia intellexit verbum qđ dixerat Symeon. ſ. quō filius eius poſitus erat in ruinam populi Iudæorum & reſurrectionem gentilium conuertendorum ad fidem. & in ſignum cui contradiceretur a multis: quo ad veritatem myſterij incarnationis. ſ. Gentilibus: Iudæis & Hæreticis: quo ad imitationem a multis. ſ. omnibus malis Chriſtianis. Omnia autem Chriſti myſteria natiuitatis xp̄i: conuerſationis: paſſionis: & reſurrectionis fuerunt prænuntiata a prophetis & figurata. Et cum beata maria legiſſet & audiſſet ſcripturas & ſucceſſiue videret ſingula impleri. ſic gladius verbi dei pertranſibat animam eius intellectiuam: acutiſſime & perfectiſſime intelligendo. Vnde in iſto euāg. dicit Euangeliſta ꝙ Maria conſeruabat omnia verba hæc ſ. eorum quæ fiebant circa Chriſtum cōferens in corde ſuo. Quod exponit venerabilis Beda. quia. ſ. habuit menti ſcripturas ſacras & ɔferebat quæ ſcripta erant cum his quæ fiebant. verbi gratia vt deſcendamꝰ ad particularia. Cum beatiſſima virgo ſpūſctō concæpit filium quando dixit. Ecce ancilla domini fiat mihi &c. conferens verbum Eſa. illud. Ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabiť nomen eiꝰ Emanuel Eſa. vij. potuit dicere intra ſe. Ecce modo impleta eſt dicta prophetia. Et rememorans ꝙ Abraam qui interp̄tatur pater excelſus miſit procuratorem ſuum Eleazer ad accipiendam ſponſam non de terra promiſſionis: ſed ad regionem longinquam & ab eo dimiſſam filio ſuo Iſaac. quod & fecit: Rebecam videlicet puellam pulcherrimam quam inuenit ad fontem aquarum: quæ demum requiſita huic aſſenſit. Gen̄. xxiiij. Conferens hoc cum eo ꝙ Gabriel miſſus a patre excelſo. non in terram promiſſionis id eſt cœlum ad procurandā ſponſam cui vniretur in vnitate perſonę filius eius vnicus ex Sara: ſed in mundum remotum a cœlo. & quaſi a deo derelictum popter idolatriam & alia vitia quibus plenus erat mundus. vt. ſ. vniretur naturæ humanæ in mundo exiſtenti: non angelicæ in cœlo permanenti: inueniens ipſam Mariam pulcherrimā anima & corpore ad aq̃s ſcripturę legentem tunc meditantem vel orantem: angelus ipſe ſalutās & colloquium habens cum ea ſuper hoc demū ipſa conſentiente deſponſata eſt in ea humana natura & dei filio vnita: & ſumme ab eo dilecta: intellexit figuram illam impletam. Et ſic gladius pertranſiuit animā eius intelligendo. Cū autē audito concæptu Elizabeth inſtigata a ſpirituſancto pergeret ad viſitādum Elizabeth per mōtana Iudęę tranſiens: conferens in corde ſuo quod ait Salomon in canticis. ij. Ecce dilectus meus venit ſaliens in montibus tranſiliens colles. ſimilis eſt dilectus meus capreæ hynuloq; ceruorum. En ipſe ſtat poſt parietem nr̄m reſpiciens per feneſtras ꝓſpiciēs p cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Poterat dicere in corde ſuo: modo impletum eſt illud. Nam dilectus filius meus quem iam concæpi venit in me ſaliens

Margin: Verbū dei diciť gladiꝰ et quō pertrāſiuit animā mariæ ꝟginis.

Margin: Maria cōſeruabat ɔferēs ī corde expoſitio Bedæ.

in montibus quos aſcendo & collibus.excedens omnem.ſ. perfectionem montium ſublimium ãgelorum ac etiam collium ſanctorum virorum. Similis eſt dilectus me⁹ fili⁹ ſum me a me amatus capreæ quę facit magnos ſaltus:quia deſcendit de cœlo in vterum:poſtea in pręſepium: exinde in crucẽ aſcendet:poſt in limbum deſcendet:ac ſuper terrã reſurgens aſcendet & poſtea in cœlum.Similis eſt hinulo ceruorum.i. ceruulino.qui ſcilicet delectatur humano aſpectu.& deliciæ meę ait ipſe per Salomo.eſſe cum filijs hominum. paruulus eſt per humilitatem.Stat autem poſt parietem abſconſus ſcilicet in humanitate reſpiciens per feneſtras .i. per ãgelos natiuitatem eius & alia myſteria nunciantes:vt eius virtutem & maieſtatem videre poſſemus per cãcellos.i.homines hoc etiam manifeſtantes vt ipſũ videndo cognoſcere poſſem⁹. En dilectus meus loquitur mihi. cũ ſcilicet ſalutauit Elizabeth.Tũc exultauit infans Ioannes ĩ vtero Elizabeth & ſctĩficatus eſt Ioannes baptiſta ad verbum verbi quod pronuntiatum eſt per os virginis.Naſcens autem Ioannes ĩpe & de vtero matris egrediens vt communiter dicitur leuatus eſt de terra a beata virgine.Et conferens tunc beata Maria cum eo quod dixit Malachię. iij.c.Ecce ego mitto angelum meum. Hic eſt puer iſte Ioannes angelicam vitam ſeruaturus. qui parabit viam ante faciem meam.Hic erit de quo Eſa.xl. ait. Vox clamantis in deſerto parate viam domini: rectas facite in ſolitudine ſemitas dei noſtri.omnis vallis exaltabitur. & omnis mons & collis humiliabitur:& erũt praua &c. Parit beata virgo xp̃m & conferens in corde ſuo:dicit nũc impletum quod longe ante pręd ixit Eſaię.ix. c. Paruulus nat⁹ eſt nobis & filius datus eſt nobis. Et vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius:deus fortis:pater futuri ſæculi:princeps pacis. Et locum partus ſui conſiderans:confert in corde ſuo cum eo quod prænuntiauit Michæas propheta. v. cap̃. Tu bethleem terra Iuda paruulus vicus es in milibus Iuda ex te enim exiet dux qui regat populum meum Iſrael. Et egreſſus eius ſcilicet qui ad diuinitatem ſicut ab initio a diebus æternitatis.Nec intelligi poteſt de dauid rege qui fuit Bethleemita:qa iam multo tẽpore añ mortu⁹ erat.Sed loquitur de iſto paruulo meo:qui reget populum electorum ſuorum. Audiens autem beata Maria angelos canentes in cœlo.Gloria in altiſſimis deo:confert ĩ corde ſuo dicẽs. Nũc impletur prophetia Dauid dicentis.Cœli enarrant gloriam dei.i.angeli. & opera manuum eius.i.paruulum iſtum factũ virtute dei annuntiat firmamentum.i.cœlum nouam ſtellam emittens.dies diei.i.propheta illuminatus a deo Michęas.Mago inquirenti illuminato a Chriſto eructat verbum teſtimonium Chriſti nati:& nox nocti.i.princeps ſacerdotũ & ſcribæ obſcuri in fidelitate Herodi indicat ſcientiam.loci huius natiuitatis.Videnſq; paruulum vagientem & plorantem ait.Ecce quod dicit ſapiens.Sapien.vij. in perſona eius loquens.Primam vocem emiſit ſimilem alijs foris plorans. Venit octaua die ad circunciſionem pueri & cõferens in corde ſuo.ait dolens de pœna paruuli cum Ioſeph ſponſo ſuo. nunc impletur figura eius quod dixit Zephora vxor Moyſi cum circuncidit filium ſuum.Spõſus ſanguinum tu mihi es dolẽs de effuſione ſauguinis filij.Cũ aũt tredecima die a natiuitate filij veniſſent reges magi.i.magni aſtrologi ad adorã dum ipſum natum & ipſum venerati ſunt cum muneribus auro:thure: & myrrha: conferens in corde ſuo factũ iſtud cũ ſcriptura ſacra dicere poterat.Modo adimpleta eſt ſcriptura Dauid dicẽtis:Reges Tharſis & inſulę mune. offe.reges Arabum & Saba dona adducent quæ munera in parte etiam declarauit Eſa.lx.dicens.Omnes de Saba venient aurum & thus deferentes:& laudem domino annuntiãtes. Omne pecus cedar congregabitur tibi arietes Nabaioth miniſtrabũt tibi.Offerentur ſuper &c. ex ipſis muneribus oſtendẽtes maieſtatem eius.Cum vero.xl.die obtulit puerum ĩ templo recolens quod ſcriptum eſt Malachiæ. iij.ſ. Statim veniet ad templum ſanctum ſuum dominator quem vos quęritis & angelus teſtamenti ſcilicet noui inſtitutor quem vos vultis vos ſcilicet iuſti affectatis. vt Symeon & Anna & ſimiles. Et quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis inflammans ad amorem eum cognoſcentes.vt illum Symeonem dicere poterat conferens ſcripturam ipſam cũ eo quod fiebat:nunc impletur prophetia illa.Inde ad paucos dies cũ ex admonitione angelica ipſa cum paruulo Ieſu & Ioſeph fugiens perſecutionem Herodis deſcẽderet in Egyptum vt ibi maneret ad tempus.ĩ cuius ingreſſu corruerũt idola Egypti.Audiens hoc conferebat in corde ſuo hoc cum eo quod pręd ixit Hiere.Ecce dominus aſcendet ſuper nubem leuem ſcilicet virginem quæ leuis fuit quia ab omni onere peccati libera.aſcendit quia tenebat puerum in brachijs & deſcẽdet in Egyptum fugiens perſecutionem Herodis & commouebuntur idola ęgypti.ſ.in terram corruentia: in ſignum quia debebat idolatria de mundo ceſſare deſcendẽte domino per pręd icationem apoſtolorum in mundum.Et cum ibi maneret & percępiſſet magnam ſtragem quam fecit Herodes paruulorum vt iſtum occideret puerum:dicere potuit hoc conferens in corde ſuo.Ecce impleta prophetia Hieremię dicentis.Vox in rama audita eſt ploratus & vlulatus multus. Rachel plorans filios ſuos noluit conſolari:quia non ſũt. Poſt ſeptẽnium mortuo Herode angelo nuntiante reducẽs puerum de Egypto & pergens ad habitandum Nazareth ↄferẽs hæc in corde ſuo dicere poterat. Modo ĩpletum eſt quod ait dominus.ex Egypto vocaui filium meum.Et quod alius dixit.quoniam Nazarę us vocabitur.Duodẽnẽ factũ cũ dixiſſet ad templum poſt triduum quęſitum eum inueniſſet ĩ medio doctorum dicere potuit illud Eſdræ.In excelſo throno vidi ſedere virum quem adorat multitudo angelorum dicentium.Ecce cuius impe.in æternum permanet. Trigenarius factus cum acceſſit ad baptiſmum Ioan.Pie imaginari poteſt hoc ſibi a filio vel angelo reuelatum & dicere poterat conferens in corde ſuo.nunc impletum eſt illud Pſ̃. Vox domini ſuper aquas Iordanis domini Ieſu ad Ioannem Baptiſtam vt eum baptzaret.quod cum fieret deus maieſtatis intonuit paternæ.Hic eſt filius meus dilectus &c.dominus ſpiritusſanctus in ſpem columbæ ſuper aquas multas ad ſctĩficandũ eas pro baptiſmo.Et ſic de alijs myſterijs dici poſſet.

Qđ btã mariale uauit ĩo annẽ de terra.

## §.III. DE TERTIO GLADIO SCILI

cet dilectionis di.Pſ̃.Accingere gladio tuo .ſ. charitatis ſup femur tuum.i.in humanitate tua illam oſtendens potentiſſime.ſ.domine.Et Iudith.ix.c.ad dominum orãs ait. Fac domine vt gladio proprio.ſ.dilectionis ſuperbia eius conteratur.Vnde quaſi exponens ſubdit dicens & percute eũ labijs charitatis meæ.ſ. ad ſalutem populi mei pertranſiuit gladi⁹ iſte animam virginis quia ſuper omnes dilexit. Vnde cañ. ij.ait.Introduxit me rex ĩ cellaria ſua.ordinauit in me charitatẽ.fulcite me florib⁹:ſtipate me malis.q amore lãgueo &c.

¶ Quomodo inuenit Maria filium Ieſum duodẽnẽ ĩ tẽplo. & de triplici irrogatiõe beatę virginis. Ca.XXXVII.

# FILI QVID FECISTI NOBIS

ſic.Lu.ij.Damaſus pap̃.ex verbis ſcripturæ ſic ait. Anteq; ſcruteris non reprehendas:intellige prius & tunc increpa.Anteq; reprehendas prius audias. xi. q.iij.eorum.Cõtingit aliquando ꝙ videns aliquis vl' audiens aliquem defectum apparenter alterius non bene informatus de veritate:reprehendit talis dure & cõtumeliatᵣ vt puniatᵣ.Sed cum diſcuſſa cauſa percipit illum innoxium remanet confuſus:& ille grauatus iniuſte ab eo: ſicut accidit de patrono Ioſeph.qui quia nimis credulus fuit verbis ſuæ vxoris iniquę accuſantis eum de turpitudine adulterij intẽtati mendaciter non examinato negotio dure tractauit eũ carceri deputando iniuſte.Geñ.xxxix.Non ſic fecit.b.Maria ſed inuẽtum filium quem cum dolore quæſierat ait. Fili qđ feciſti nobis ſic.non reprehendit:non clamat:non blaſphemat:ſed cauſam huius rei interrogat.Ex quibus verbis põt formari triplex interrogatio circa ip̃m factum.

¶Quid feciſti nobis ſic.vt.ſ.a propinquorum conſortio te abſentares.

¶Quid feciſti nobis ſic.vt in hieroſolymorum templo latitares.

¶Quid feciſti nobis ſic.vt in doctorum medio te locares.

Ad quæ tria filius vt ſapiẽtiſſimus vnica ſententia plene reſpõdit dicens.qa in his q̃ patris mei ſunt oportet me eſſe.

## §.I.PRO DECLARATIONE PRIMI

quæſiti & ſuæ rñſionis ſciendum ꝙ mandauerat dñs ĩ veteri lege vt in tribus ſolennitatib⁹ iudæorum omnes de illo populo qui commode poterant:pergerent hieruſalem ad templum domini ad agendum gratias deo de beneficijs pcipuis collatis



collatis p̃rib⁹ eoꝝ.ſ.in feſto Phaſe ſeu Azymorũ.in feſto Pẽtecoſtes:& in feſto tabernaculorum.vt ergo obedirent parẽtes xp̃i.ſ.vera mater naturalis btã virgo maria & ioſeph pater putatiuus non naturalis.ſic dicit euangeliſta vt putabatᵣ filius Ioſeph.Lu.iij.ibat ad templum.In q̃ autem harũ ſolẽnitatũ non declarat euangeliſta.Pergentes autem ſecũ dixerunt puerũ Ieſum nolentes tm̃ theſauꝝ alijs cõmẽdare: & vt exemplũ daretᵣ parẽtib⁹ filios ſecũ ducere ad eccleſias:ſed cũ propter honeſtatẽ de more eſſet:vt mulieres ſeparatę a viris manerẽt ĩ tẽplo.i.ĩ porticibus tẽpli.Nã in tẽplũ ꝓprie ſumptũ ſoli ſacerdotes introibãt:pueri manebant cũ altero parẽtum p̃re vel m̃re. Credẽdũ eſt aũt ꝙ btã maria tm̃ theſaurũ penes ſe voluit reſidere.Cũ autẽ ibi manendo nõ curioſitati vacaret & vanitati vt hodie fit:ſed oratiõi & ↄtẽplatiõi mẽte ad cœleſtia fixa:puer ieſus abſentauit ſe a m̃re ea non pcipiẽte.Quærit ergo beatiſſima m̃r eo repto.Fili qđ feciſti nobis ſic:vt te a nobis abſentares q̃ eſt rõ? Cui rñdit:qa ĩ his q̃ patris mei ſunt oportet me eẽ. pater me⁹. (vt noſti) de⁹ eſt: tu aũt m̃r carnis meæ.Et cũ oporteat me eẽ.i. exerceri in his quæ ſunt patris cœleſtis:iõ decuit vt me abſentarẽ a te:& Ioſeph patre putatiuo. ad oñdẽdũ ꝙ nõ apte põt qs ſe tradere ſpũalibus & totaliter deo vacare:niſi abſentãdo ſe a parẽtibus & ꝓpinquis:qm̃ ait Pſ̃.xxvi.Pater me⁹ & m̃r mea dereliquerũt me: dñs aũt aſſumpſit me totalr̃.ſ.i ſuũ.Parentes em̃ ſunt parentes carnis:ex ſubſtantia ſua generant corp⁹. ſ. p̃r & m̃r.Vñ Adã dixit.Erũt duo ĩ carne vna.Geñ.ij.i.ad generãdũ vnã carnẽ ſeu corpus.ſ.p̃r & m̃r. Pater aũt.i.creator ſpũs ſeu aĩæ humanæ deus eſt:q creat aĩam organizato corpore & creãdo ĩfundit:nõ em̃ ſunt ex traduce aĩæ ſicut & corpora vtrũq; notat apl's ad Heb̃.xij.dicens.P̃res carnis nr̃ę habuim⁹ q nos erudierunt obtẽperabamus eis:quanto magis p̃ri ſpũum.i.aĩaꝝ & viuemus:qa igitur parẽtes ſunt carnis: ea q̃ ſunt carnis q̃rũt filijs ſuis vt ſit pulcher:ſit fortis corpe: diues honorat⁹ in mũdo:filios habeat vxorem ducat:cũ eis maneat:mũdo placeat:q̃ mũdi ſunt cogitet: abſtinentias fugiat:ieiunia non ſeruet iniurias non ſuſtineat: infirmitates & tormẽta & mortem p ſortilegia & alia illicita vitet.P̃r autẽ ſpũs de⁹ vult aĩam exerceri ĩ diuinis & ſpũalib⁹: & vt hoc ĩplere pfectius valeat:ea q̃ ſũt carnis reſpuere debet.& parentes carnis ne ĩpediãt in hmõi derelĩquat:qa igitᵣ nouerat xp̃s ꝓpinq̃s ĩpedire freq̃nter ſalutẽ vl' pfectũ ſalutis filioꝝ:ideo ſubtraxit ſe ad tp̃s a m̃re & ioſeph p̃re putatiuo:nõ ꝙ in aliq̃ impediretᵣ vel poſſit impediri ab eis in ope pfectoꝝ operũ: ſed ad oñdẽdũ ꝙ cõiter accidit in alijs parẽtib⁹:qa impediũt ꝓfectum ſalutis q̃rẽtes ĩ eis q̃ ſunt carnis:vñ nõ põt eẽ.i.exerceri in his q̃ ſunt p̃ris:& non q̃ ſunt ſpũs.i.aĩæ.Propterea dr̃ Matt.x.Inimici hoĩs domeſtici ei⁹:&.b. Amb̃.Hæc eſt vera fuga.ſ.ſæculi q̃dã abdicatio domeſticoꝝ.i.parẽtũ:& alienatio chariſſimorũ:vt ſuis ſe abneget q deo ſeruire gliſcit. xij. q.i.cui portio.Cũ aũt ꝑpendũt parẽtes carnis filios velle a ſe recedere deſerẽdo ſæculũ:religionẽ ſctãm ingrediẽdo multiplr̃ diſſuadent & ↄdicũt ne carnẽ deſerãt dicẽtes ſe in ſæculo poſſe ſaluari & deo ſeruire & parẽtib⁹ debere obedire nõ contriſtare ne maledicantᵣ ab eis: maioriſq; laudis & meriti eſſe:qa maioris laboris in ſæculo tẽtationib⁹ vtpote freq̃ntioribus reſiſtere:q; in clauſtro ſibijpſi otio vacare:crudelitatem q̃q; fore parẽtes derelinq̃re.Quib⁹ dicẽdũ eſt a filijs. In his q̃ patris mei (cœleſtis) ſunt oportet me eẽ.i.exerceri opibus ſpũalibus ad q̃ vocat inſpirando.Nã etſi in ſæculo poſſet qs multa bona facere:dei pcępta ſuare qs eſt hic q potuit tranſgredi & nõ eſt tranſgreſſus:qui poſt aurũ nõ abijt:vtiq; laudabimus eũ:fecit em̃ mirabilia in vita ſua. Greg. magn⁹ aliq̃ñ ĩ adoleſcẽtia ſua fuit illius opiniõis cum eſſet nobiliſſimus ex ſenatorio gñe Roma.ditiſſimus & doctiſſim⁹ philoſophus æſtimans ſe deo poſſe pfecte ſeruire ĩ habitu laicali:ſed ꝑpẽdẽs occupatiões ſæculi ſuccreſcere & paꝝ deo vacare:oĩa deſerẽs deo ĩ religiõe ſe tradidit.Nõ eſt hoc magnanimitatis & fortitudinis ĩgerere ſe piculis aĩæ:q̃ qs declinãdo põt euitare:ſed temeritatis & audaciæ:ſicut velle habitare cũ draconib⁹ & ſerpẽtib⁹ ad bellãdũ ↄ eos vbi qs põt eos declinare.Obediẽdũ eſt parẽtibus:ſed magis deo a q̃ oĩs p̃rnitas in cœlo & ĩ terra noĩatᵣ:cũ ſpirat ad ea q̃ ſunt ei⁹ volũtatis pfectæ.Maledictiões aũt parẽtũ q ingeruntᵣ filijs propᵣ hmõi de⁹ ↄuertit in bñdictiões:nec ꝓpter ſcãdalum eoꝝ eſt tm̃ bonũ ꝓtermittẽdum:qa eſt ſcandalum Phariſæoꝝ & puſillorum:vnde non curandum ſm doctrinam xp̃i. Sed quis eſt in ſæculo ita potens:diues:honoratus qui non quærat adhuc magis ſtatum ſuum mundialem augere:quanto magis in ſtatu ſpũali debet quærere augeri. Hæreticum autem eẽt dicere vel credere ſtatum religionis & contemptum mundi non eſſe in ſe maioris meriti & pfectionis:q; etiam in ſæculo laudabilr̃ viuere:qa hoc eſſet ↄ doctrinã xp̃i hoc ſuadẽtis: nec eſt crudelitas iſta parẽtes deſerere propᵣ deũ:ſed magna pietas.Vñ.b.Hiero.in ep̃la.Licet in limine ſenex iaceat pater.ſ.domus ad retinẽdũ filium ne recedat ab eo: & ex collo pendeat nepos ac mater vbera quibus te lactauit oñdat per calcatum perge patrem:p calcatã pge matrem:& ſiccis oculis ad vexillum crucis euola.Summum genus pietatis eſt in hoc eſſe crudelem.Vñ & cuidam volenti xp̃m ſeq:ſed prius expectare ſepulturam p̃ris.xp̃s ait.Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.tu autem vadas relinquens patrẽ tuum: & annuntia verbum dei.Mat.viij.Et aduertendum ꝙ ſubtraxit ſe xp̃s a parentibus cum eſſet duodẽnis cum.ſ.cõmuniter incipit in alijs pueris apparere ſcintilla vſus rõnis:cum concupiſcentia incipit excitari & titillare hoĩem ad malũ: vt.ſ. tũc qui vult eſſe in his q̃ ſunt p̃ris ſpũs.& totũ ſe tradere deo parentes & mũdũ deſerat non expectans ſenectutem vel iuuentutem poſtq; fuerit ſæculi oblectamenta expert⁹. Bonũ eſt viro (dicit Hiere.) ſi portauerit iugũ ab adoleſcentia ſua ſ.cõſilia chriſti adimplendo.Vnde & dominus deus cõmuniter q̃s elegit ad opa ſua magnifica agenda:vocauit in pueritia vel adoleſcentia.Samuel ꝓpheta domini ſingularis & iudex populi antiqui in pueritia fuit domino dedicatus.Dauid adoleſcentulus in regem domino iubente inunctus: & eius cithareda & pſaltes ad ꝓſternendum ſuperbum gigãtẽ Goliath aſſumptus.Ioannes Bapt.& præcurſor domini antra deſerti teneris ſub annis puerilibus ciuium turmas ac parentes fugiens petijt:ne leui ſaltem maculare vitam famine poſſet.Euangeliſtam Ioannem quem ſpũ ſapientiæ & intellectus præ cæteris impleuit ad eructandum verbum ſuũ in adoleſcentia vocauit vt patrem & retia deſeret beatum Nicolaum ſctiſſimum:Dñicum:Franciſcum:Berñ.Petrũ martyrem:Thomam in pueritia vel adoleſcentia ad mundi contemptum & propinquos relinquendos inſpirauit. Diſcant ergo adoleſcentes inſpirati ad dimittendum parentes ꝓpter obſequiũ deũ cũ dicũt eis.Fili qđ feciſti:vl' qđ facis ſic.i. cur ita nos deſeras.reſpondendo eis cum xp̃o. Quia in his quæ patris mei ſunt.ſ.cœleſtis oportet me eſſe.i.diuinæ inſpirationi aſſentire.& vt poſſim expediti⁹ diuinis intẽdere:oportet me vos deſerere.Sic & ipſa dei mater in infantia templo eſt oblata:& ibi ſm Ioannem Damaſ.enutrita relictis parentibus & propinquis ac domo parentum & tota tradita diuinis obſequijs.

Chriſt⁹ duodẽnis a parẽtib⁹ ſe abſentauit; q̃re.

Nõ ſũt abſtrahendi pueri ab igreſſu religionis.

Exẽplũ

Xp̃s ſubtraxit ſe a parentib⁹ adhuc duodennis quare.

## §.II.PRO DECLARATIONE SECVNDE

quæſtionis & reſponſionis conſiderandum eſt.ꝙ beata virgo in templo moram trahens non aſpiciebat hincinde homines vt faciunt vanæ mulieres & viri iuuenes. nec ad ornamenta templi curioſe nec ↄfabulabatur cum alijs vt multi faciunt.cum tamen xp̃s dicat.Domus mea domus orõnis vocabitᵣ.Et iõ nolite facere domum p̃ris mei domum negotiationis.ait Iudæis.Ioan.ij.Sed vacabat in templo orõni: meditationi:forte mente reuoluendo diuina bñficia facta & conferenda populo dei quæ repræſentabantur in illis pręcipuis ſolennitatib⁹.Nam in feſto Paſchæ qđ interpretatᵣ trãſitus repſentabatᵣ bñficium illud qđ tranſiens dominus per Egyptum occidit omnia primogenita Egyptiorũ ſine morte alicuius quæ erant in domibus hebręorum in quoꝝ ſupliminarib⁹ factum fuerat ſanguine agni ſignum thau.i.crucis p quod flagellum cogentibus ægyptijs ne peiora flagella paterentᵣ ſi retinerent eos populus ille trãſiuit de ægypto & quia ꝓpter feſtinantiam non potuerunt fermentare panẽ paſtam ſecum portarunt:& illam coctam comederunt & iõ in ſignum huius azymas comedebãt in illo feſto: quod erat de mẽſe martij vel aprilis.p illo autẽ nos habemus feſtũ reſurrectionis illo tpe quo deo gratias agere debemus & lõ ge. ampliores p maius bñficium nobis collatum: quia videlicet filius iſte beatæ virginis dominus Ieſus pfectę ætatis trãſiuit de hoc mundo ad patrem.de mortalitate ad immortalitatem reſurgẽs & occiſis virtualr̃ primogenitis Egyptiorũ

P̃ria ſolẽnitas.

i deſt vitijs capitalibus mūdi per paſſionem: populus dei libera morte per ſignum crucis creditæ exiuit de tenebris peccatorum dirigens ſe ad terram ꝓmiſſionis ſupnæ glīæ. In ſecunda ſolennitate. ſ. pentecoſtes: quæ diſtabat a feſto azymorum p. xl. dies dominum laudabant de beneficio eis dato. ſ. legis decalogi ſiue legis Moſaicæ in monte Sinai: pro q̄ nos feſtum agimus Pente. pro excellētiori dono collato populo dei ī mōte Siō. ſ. legis non timoris vt illa: ſed amoris et grāæ noui teſtamenti infuſa aplīs per. ſſ. ſecūdum illud Eſa. ij. De Siō exibit lex & verbum domini de hierl̄m: qa ibi inchoauit prædicatio apoſtolorum.

Scd'a ſolēnitas.

Tertium feſtum vocabaſ ſcenophegia ſeu tabernaculum in quo beneficium colebāt ꝙ deus in deſerto. xl. annis habitare fecit in tabernaculis itinerantes p illud paſtos manna cœleſti ꝓtectos ab inimicis: nec erat vt ait Pſ̄. in tribubus eorum infirmus loco cui⁹ agimus dedicationes ecclīæ. ſ. glīam triumphantis repn̄tantes. In q̄ in tabernaculis gloriæ ſancti habitantes. ſ. corporum glorificatorum in fine. manna cœleſtis fruitionis paſcūtur liberi ab inimicis: & ab omnibus miſerijs corporis. Demū ad ſe reuerſa cum non videret filium iuxta ſe imaginata eſt ꝙ acceſſiſſet ad Ioſeph. Recedens ergo inde cum in certo loco ei obuiaſſet & cum non videret eum cum Ioſeph æſtimarunt eum eſſe cum alijs conſanguineis ſuis: & venientes iter diei. i. vna dieta cum quæſitum inter propinquos & notos non reperientes dolere cœperunt. vnde reuerſi ſunt in hieruſalem ad eum requirendum. Timētes ne forte captus fuiſſet ab Archelao filio Herodis. cum a patre ſuo recēter nat⁹ fuiſſet quæſitus ad mortem: ſed poſt triduum inuenerunt eum ī templo. & dicente ei matre. Fili quid fe. no. ſic reſpondit qa in his quæ patris &c. Templum materiale illud. i. dom⁹ patris mei: oportet autem. i. decet me eſſe & manere in domo patris mei cuius ſum filius magis quam in alio loco: ſignificat templum iſtud ſanctam eccleſiam in qua oportet me eē continue per gratiam alias ſuſtentari non valeret. Hic fiunt opera patris: opa ſancta & virtuoſa vnde reſurgens ait ipſe. ecce ego nobiſcum ſum. ſ. in ecclīa omnibus diebus. Tēplū ecclīæ militantis tranſit in triumphantem. Pſ̄. Dn̄s in tēplo ſancto ſuo. do. in cœ. ſe. ei⁹. & hoc etiam & pmaxime eſt domus patris: & ibi oportet me eſſe ad coronandum eos. Cum igitur xp̄s inueniaſ in templo materiali: non in theatro: nō in domo non in prætorio: ſi ipſum volumus inuenire templum materiale. i. ecclīam debemus frequētare. Ibi em̄ inuenitur xp̄s. i. ſaluator ad ſaluandum. Cum em̄ ecclīa ſit locus deputatus ad oronem magis homo ſe recolligit ad orandū & deuotius q̄ in alijs locis: ad qd' etiā vnus exemplo alteri⁹ excitaſ. Licet aūt deus ſit vbiq; ad exaudiendum: tn̄ tanto citius & efficaci⁹ & vtilius exaudit quanto deuotius & a pluribus inuocatur: & inde ſalus ꝓcuraſ. Et ꝟtute etiā cōſecrationis ecclīæ reprimiſ malitia dæmonum: ne tm̄ valeant infeſtare fantaſijs vanis exorantes: ibi etiam communiter adminiſtrantur ſacra per quæ homines iuſtificantur & ſaluantur: & iō in his quæ patris mei ſunt locis oportet me eſſe. Inuenitur Ieſus in templo ecclīæ militantis: & multo perfectius qa p fidē viuam. vnde ad Ephe. iij. Habitare xp̄m p fidem ī cordib⁹ veſtris. Cum em̄ xp̄s ſit caput ecclīæ (vt ait apl's) & ꝟi fideles mēbra ei⁹ oportet xp̄m eſſe in hoc templo. al's mēbra mortua eſſent ſeparata a capite. Et qa nullus paganus iudæ⁹ vel hæreticus eſt vel eſſe pōt in templo hui⁹ ecclīæ cum nō habeat fidem: iō chriſtus in eis non eſt ſed diabol⁹. vn̄ Aug. Quia extra ecclīam eſt diabolus: ſicut in ecclīa xp̄s: p hoc q̄ ſi diabolo tradiſ q ab eccl'iaſtica cōione remoueſ. xi. q. iij. oīs. Certum eſt ꝙ oēs īfideles ſunt extra eccl'iaſticam cōionē qn̄ immo & fideles qui non recte viuunt: ſed dei & ecclīæ p̄cæpta tranſgrediunſ ſm meritū non ſunt in ecclīa dei. vn̄ nec xp̄s ī eis. Vn̄. b. Hiero. Ecclīa dei eſt nō hn̄s maculam. ſ. pc̄ti: neq; rugam. ſ. duplicitatis vel erroris. Et iō qſqs eſt aliq̄ ſorde pc̄ti pollutus. ſ. mortalis de ecclīa dici nō p̄t nec xp̄o ſubiect⁹: de pœ. di. i. ex tua. Extra ecclīam aūt exiſtentibus. ſ. p fidē ſine opibus q̄ mortua eſt nō pōt eſſe ſal⁹: ſed pditio & dānatio: ſicut in figuram oēs q̄ repti ſunt extra arcā tpe Noe diluuio perierunt. Igiſ ſummope laborandum eſt vt in tēplo ecclīæ quilibet ſit nō ſolū numero: ſed & merito: & ibi ſolū fiunt opa p̄ris cœleſtis. i. vere virtuoſa & meritoria. vnde & ſalus. qa in his q̄ ſunt p̄ris mei oportet me eē. ait chriſt⁹. Qd' ſi quis amiſerit Ieſum qui non amittiſ quo ad grām: niſi p pc̄tm̄ mortale requirat cum dolore cū maria & poſt triduū & non an̄. ſ. ɔtritionis: confeſſionis: & ſatiſfactionis. ſaltem in ꝓpoſito q̄ ad ſcd'm & tertium: & iterum inueniet recuperādo grām amiſſam: ex quo templo aſcendiſ ad templū cœleſte ſctāſctōꝝ vbi xp̄m oportet eſſe: vt ſui electi nō ſolum ſua diuinitate: ſed & humanitate pfruantur ppetuo.

Tertia ſolennitas.

## §. III. PRO DECLARATIONE TERTIE

q̄ōnis & rn̄ſionis aduertendū ꝙ q̄rētes Maria & Ioſeph Ieſū cum intraſſent templum. i. porticū tēpli inuenerunt eū ibi: nō vbicūq; ſed ī loco excellētiori. ſ. ī medio doctoꝝ: nō qdē otioſum vel puerilia tractantem: ſed audiētē & interrogātē illos. Interrogās ergo maria quid feciſti nobis ſic. i. cur. Rn̄. qa ī his q̄ p̄ris mei ſunt oportet me eſſe. Siqdē q̄ ſcripta ſūt ī lege ꝓphetijs & pſalmis p̄ris mei. i. a p̄re meo dictata & reuelata ſunt: & qa obſcura ſunt tenebroſa (inqt Pſ̄.) aq̄ in nubibus aeris. i. valde obſcura aq̄ doctrinæ in prophetijs. Et qa null⁹ pōt interp̄tari obſcuritatē legis & ꝓpheta ꝝ melius & apti⁹ q̄ pōt exponere filius: iō ī his q̄ p̄ris mei ſunt oportet me eē. i. ſcripturis ſacris exponēdis. Vbi nota ꝙ īueneſ ī medio doctoꝝ. Hi erant doctores ſacræ ſcripturæ: nō philoſophię vl' aliaꝝ ſcīaꝝ. ī medio īuenerūt doctoꝝ. i. ī ɔſonātia & ɔcordia eaꝝ: non ī falſa expōne. Ego (ait diuīa ſapīa) in altiſſimis habito. ſ. doctrinis: & eruditis interſum cogitatiōib⁹: nulla altior doctrina ſacra ſcriptura: q̄ de diuinis pfectius & vtilius loqſ cunctis ſciētijs. hoc de moribus apertius īſtruit tenebras erroꝝ depellit: vitia repellere facit. vn̄ Zepherinus pa. Sicut ſtellas nō extinguit nox: ita mentes fidelium inhærentes ſacræ ſcripturę firmamento nō obſcurat mūdana iniqtas. diſt. xxxviij. & Hiero. Ama ſtudia ſcripturaꝝ: & carnis vitia non amabis. Inuenerunt aūt ip̄m audientē & interrogantē: & prudēter rn̄dētē. dicit euāg. vbi innuiſ ei⁹ hūilitas ī eo ꝙ audiebat. Prouerb. i. Audiens ſapiēs ſapiētior erit: ſed in ſapīa creſcere non poterat: qa habebat ſcīam diuinā oīa ſciētē: nō ſolū q̄ fuerūt ſunt & erunt ſed etiā q̄ de⁹ facere pōt quæ nūq; faciet. Habebat anima ſua ſcīam btōꝝ pfectius oībus. Nam ſciebat ex ea oīa q̄ facta ſunt & q̄ fiunt & erūt. Habebat ſcīam inditam ſeu infuſam p ſp̄ēs inditas reꝝ menti: ſicut hn̄t aīæ cū exeūt de corpore: & Adā cū fuit creatus & angeli. habebat & ſcīam expimētalē quā ex his q̄ paſſus eſt didicit. Vn̄ qd' ait euāge. qa xp̄s creſcebat ſapīa: intelligiſ quo ad on̄ſionem corā hoīb⁹: nō quo ad habitū: qa. ſ. quāto magis creſcebat ætate: tāto maiorem ſapīam oſ̄debat in cōuerſatione ſua. Cū ergo eēt ſapiētiſſimus audiebat doctores & īterrogabat q̄ſi vellet addiſcere: docēs nos ī hoc hūilitatē vt non recuſemus audire alios etiā minimos. Ne erubeſcam⁹ interrogare quæ ignoram⁹. iuxta illud. Interroga p̄res tuos & annuntiabunt tibi: maiores tuos & dicēt tibi. Qui em̄ q̄rit: inuenit. Et quantum quis debet eē ſolicitus & ſtudioſus ad interrogādum & q̄rendum ſcīam. oſ̄dit. b. Hiero. ī epl'a ad Paulinum exēplo antiquorum Platonis & aliorum Pauli apl'i euntis ad conferendum cum apl'is. Eunuchi interrogantis a Philippo & alijs vt habes in ꝓlogo Bibliæ. Quid autem interrogaret non ē ſcriptum ſed pie credi pōt ꝙ interrogaret de ſcripturis ptinētibus ad aduētum Meſſię. Et cum doctores diuerſa dicerēt & non ꝟe: reſpōdebat prudēter oſ̄dēs non ſic poſſe intelligi ꝓpſ rōnes repugnantes quas adducebat: vtpote exemplum de ꝓphetia Iacob'. Gene. xlix. Non auferes ſceptrū de Iuda &c. Et de Eſa. Paruulus natus eſt nobis. Et de Daniele. quo ad ſeptuagita hebdomadas & hmōi: in quibus a Iudæis varię expōnes dantur: ſed non verę vt habes in hiſtoria.

xp̄s īuenit ī medio doctorum &c.

¶ De ꝟgine cum fuit ī nuptijs q̄ ſignificant nuptias ſpūales inter deū & eccleſiam. Ca. XXXVIII.

## ERAT IBI MATER IESV. IOAN.

ij. ſ. in nuptijs. Nuptiæ iſtæ (vt cōiter dr̄) fuere Ioannis euange. q nepos erat ꝟginis glorioſæ ex parte matris. Nam mr̄ ipſius Ioānis & Iacobi maioris quæ dicta eſt maria Salome nupta Zebedeo: ex q̄ genuit ipſos Ioānem & iacobum: ſoror fuit ꝟginis glorioſæ. Et iō vt cōſanguinea vocata fuit ad nuptias nepotis: ac filius ei⁹ cum diſcipulis. Quæ etſi mr̄ domini & regina cœlorum vt humilis nō fuit dedignata nuptijs paupculi piſcatoris a deo pauperis vt vinum deficeret in ipſis nuptijs. Cui tn̄ defectui ꝓuideri



ꝓuideri obtinuit a filio eius benedicto vt ꝟe miſericors cōpaſſa verecūdiæ inopū. Et p̄ntia inſup ſua & filij non reprobant: ſed approbās ſtatum ɔiugatoꝝ in timore dn̄i nuptias celebrantiū: vt legitur de ſancto Tobia & vxore eius. Et p̄ſerens ſtatum virginalem vel vidualem copulæ coniugali vt maioris meriti. Nā mr̄imoniū ɔ̄ctum de p̄nti non ɔſummauit: ſed relicta vxore viſo miraculo cōuerſionis aquæ in vinum ſæculum deſerēs xp̄i diſcipulatum aſſumpſit: & ꝟgo in ęuū pmāſit. Significāt aūt hæ nuptiæ ſpūales nuptias celebratas inter deum & ecclīam in gn̄ali: vel deū & quālibet aīam in pticulari. Et in oīb⁹ erat ibi mr̄ Ieſu brā ꝟgo maria.

Nuptiæ hę qd ſignificēt

Quātū ad nuptias ecclīæ notādum eſt ꝙ ſponſus eaꝝ eſt dei filius de quo Io. euāg. aiebat. Qui habet ſponſam ſpōſus eſt. Spōſa eccleſia. Vn̄ ꝓpheta in pſona ei⁹. Tāq; ſpōſam coronauit me corona. Hæ factæ ſunt in Chana Galilææ. Chana interp̄taſ zelus. Galilæa vero tranſmigratio. Et zelo. i. intēſo amore filij dei ad eccleſiam: factæ ſunt iſtæ nuptiæ inter xp̄m & eccleſiam. Et hinc fit tranſmigratio de tenebris errorum ad lucē ꝟitatis: de vitijs ad ꝟtutes: de morte ad vitā grę & glīæ. Thalamus haꝝ nuptiaꝝ fuit vter⁹ ꝟginis in q̄ cōiūcta eſt natura diuina hūanæ. Pſ̄. xviij. Ip̄e. ſ. xp̄s tāq; ſpōſus ꝓce. de tha. ſuo. Et ſic erat mr̄ Ieſu ibi vt principalis. Ip̄e aūt Ieſus ſpōſus vocaſ cū diſcipulis ei⁹. i. inuocaſ in auxiliū ab ip̄a eccleſia vt honoret: ſubueniat: mira faciat in ea. Ad qd' etiam opaſ mr̄ ei⁹ apud eū intercedens ad ꝓuidēdū defectui nr̄o. Sex aūt hydrię aq̄ ſm Bedā ſunt mūdi ætates in qb⁹ eſt aq̄ ſapīæ ſalutaris q̄ cōtinēt in ſe myſterio nuptias iſtas ſeu ſacrm̄ incarnationis ſub ꝟbis hiſtorialibus. Quæ qdem ſm l'r̄am ad modum aq̄ habet mētē & refrigerare & lauare a ſordibus maloꝝ moꝝ. Sed xp̄o adueniente p̄ntialiter ad ipſas nuptias. i. dei filio incarnato aquam mutauit in vinum cū aperuit diſcipulis ſenſum per ſp̄m ſctm̄ vt intelligerent ſcripturas. Eſt igitur vinū ſenſus ſpūalis q elicit ex litera ſeu hiſtorijs ſcripturæ: q ſenſus vtiq; magis ſapit magis lætificat: magis calefacit mentes fidelium q̄ ſenſus l'ralis: immo ſenſus l'ralis male intellectus multos fecit inflare vt Iudæos p̄ſumētes de ſua iuſtitia: alios īfrigidare oīno vt hæreticos calore charitatis priuatos. Et ex hoc ſigno multum glorificat⁹ eſt xp̄s declarat⁹ hominib⁹ q̄ hoc myſteriū ab antiqs fuerat prophetatū. Et erat mr̄ Ieſu ibi ī illis. ſ. figuris deſignata. Capiunt quoq; hydriæ ſingulæ metretas binas vel ternas: qa electi q fuerūt in illis tpibus ſeu ętatibus habuerūt ad mēſurā certā fidē trinitatis viuā īplicite vel explicite vel geminā dilectionē. ſ. dei & ꝓximi: q̄ ſine fide eē nō pōt: fuit hoc īitiatū mr̄imoniū in patriarchis & ꝓphetis facta eis ꝓmiſſione ratificatū in incarnatione: cōſummatū in gloria. Apoc. xix. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt.

Sex hydrię qd ſignificent.

## §. I. EST ERGO PRIMA HYDRIA PRI

ma ætas. Et in hac vt aqua eſt hiſtoria quando Adā ſoporato formata eſt Eua ſpōſa ei⁹ ex oſſe de latere ſuo: vn̄ euigilās ab ectaſi ait. Hoc os ex oſſibus meis: & caro de carne mea: ꝓpter hoc reliquit hō p̄rem & matrē & adhærebit vxori ſuæ: & erūt duo in carne vna. Gen̄. ij. Litera hæc quātū ad hiſtoriā multum ædificat: cōſolatur & mundat. Nam oſ̄dit mr̄imonium (& ſi quid carnale) tamen īſtitutum a deo. Et qa vxor facta eſt non de pede viri neq; de capite ſed de latere: non debere a viro vxorem vilem & ancillam tenere: quia non de pede: nec pmittere eam ſibi dominari: quia nō de capite: ſed vt ſociam: qa de eo facta viro ſubijci fidemq; coniugij alter alteri ſeruare: qa ī ſingulari hō & vxori adhærebit: & ad hūc finem adhærere. i. coniugio vti: vt filios habeāt. Et hoc ē q̄d dicit. Erunt duo in carne vna. ſ. ad procreandum vnum corpus. ſ. filij. Sed cū accipimus ſenſum ſpūalem hic latentem melius ſapit & lætificat mentem. Nam Adam ſoporatus ſignificat xp̄m Adā ſcd'm in cruce moriētē de cuius latere formata eſt vxor. i. eccleſia figuratiue: qn̄. ſ. pcuſſo lancea latere exiuit ſanguis & aqua: quæ ſignificāt duo præcipua ſacrā. ſ. aquam baptiſmi q eſt primum ſacrorum & maximę efficacię ſup alia: & euchariſtiam quod eſt quaſi vltimum ſacramētorum & maximū in eſſe. Et ex his & gratia eoꝝ eccleſia eſt quaſi formata. Ex oſſe autem facta eſt mulier: & pro oſſe in viro appoſita eſt caro: qa ecclīa habet fortitudinē ex xp̄o: & chriſtus quaſi infirmitatē habet. ſ. mortalitatis ex eccleſia id eſt ꝓpter eccleſiā. Reliquit ꝓpter hāc ſibi coniūgendam dei filius patrem in cœlis: inquātum humanitate factus eſt minor: matrem in terris: qa ſynagogam de qua natus eſt: & adhæſit vxori eccleſię. Vel inquit patrem & matrem: qa nō habuit in cœlis matrem: nec in terris patrem. fuerunt duo ī carne vna. i. duæ res duæ naturæ. ſ. diuina & humana in vnā perſona ſeu vno homine. Nam caro ſumitur pro homine vt ibi. Videbit omnis caro ſalutare dei. Et erat ibi mater Ieſu: quia in paradiſo terreſtri hoc factum eſt: qui deſignabat beatam mariam. Vnde canit de ea eccleſia. Emiſſiones tuæ i. cogitationes, affectus, actiōes a te ꝓcedentes paradiſus. Ecce quaſi aqua conuerſa in vinum dulcius ſapiens.

q̄re hō debet hr̄e vxorē vt ſociam nō vt ancillam vel dn̄am.

## §. II. SECVNDA HYDRIA SECVNDA

ætas incipiens a Noe vſq; ad Abraam. huius hydriæ aqua eſt hiſtoria quæ habetur Gene. vi. ſcilicet ꝙ Noe fabricauit arcam in qua conſeruauit tres filios & omnia genera animalium: & poſtea vineam plantans inebriatus eſt vino: diſcoopertuſq; deriſus ab vno: & ab alijs duobus reuerenter coopertus. Multum mundificat aqua huius literæ dum diligenter aduertitur ꝙ propter peccata præcipue carnis diluuium dominus immiſit ſuper terram: vt diſcat quilibet ſe ab his cauere abſtinereq; ſe a nimietate vini ne inebrietur & orideatur. Docentur & filij ne irrideant parentes in ſuis defectibus ne incurrant maledictionem eorum vt Cham: ſed reuerēter ſe habeant vt benedictionem accipiant: vt Sem & Iaphet. Sed mutatur hęc aqua in vinum cum exponitur allegorice. Noe enim Chriſtus qui arcam fabricauit eccleſiam: in qua tres filij ſaluantur id eſt tres ſtatus timentium deum: qui filij ſunt adoptione ſcilicet coniugati, pręlati, & continētes: multa quoq; genera beſtiarum ibi ſaluantur: qui. ſ. aliquo tempore fuerunt beſtiales: ſed poſtea conuerſi ſaluantur in ea: omnes autem qui ſunt extra eccleſiam per defectum ſcilicet fidei vel charitatis: diluuio infernali pereunt vt docet Greg. xxxiiij. qō. i. quia ex ſola. Ip̄e autem Noe plantauit vineam ſcilicet eccleſiam: cuius fructu ſcilicet dilectionis quaſi ebri⁹ factus nudus ſtetit in cruce. vnde populi Iudæorum ſignantur per Cham qui irriſit. alij duo filij ſcilicet per creationem ſicut & primus reuerenter ſe habuerunt: & cum magno honore habuerunt ignominiam eius paſſionis. vnde & benedicuntur. ſ. Græci & Latini. Erat quoq; ibi mater Ieſu in figuram cum ait domin⁹. Arcum meum ponam in nubibus cœli. Cumq; obduxero nubibus cœlum quaſi turbatus ꝓpter peccata hominum: volēs iterum diluuium immittere igne vel alio flagello mundum percutere: apparebit arcus meus in nubibus. Arcus iſte qui naturaliter cauſatur in aere ex reuerberatione radij ſolaris in nubem roridam eſt bea. Maria quæ cauſata eſt in cœlo eccleſiæ ex reuerberatione diuini amoris in nubem roridam in ip̄am plenam rore cœleſtis gratiæ habens colorem ceruleum flexibilis miſericordiæ. hiacynthinum contemplationis rubicundum gratiæ: ex qua funditur ſanguis rubeus ſi expedit. Cum autem deus multoties propter peccata hominum minatus fuerit immittere diluuium diuerſorum flagellorum: apparens arcus iſte in nubibus. i. inter ſanctos coram deo ad intercedendum quaſi recordatus miſericordiæ ſuæ ſubtraxit ſe a flagellis immittēdis cōmun[i]t⁹ ex arcu iſto: ecce q̄ dulci⁹ vinū iſtud & magis lætificatiuum q̄ aqua illa.

## §. III. TERTIA HYDRIA TERTIA ETAS

ab Abraam vſq; ad Dauid: in qua habetur ꝙ Moyſes in deſerto manens ad paſcendum oues vidit rubum ardere & nō conſumi ad quem pergēs vt cerneret: dictum eſt ei vt ſolueret calciamentum de pedibus ei⁹. Cui accedenti dn̄s dixit ꝙ deſcēderet viſitare Iſrael & liberare de ſeruitute dura Pharaonis p ſigna magna. Ad aquam pertinet huius hydriæ conſiderare quod dominus ait per Oſee. Ducam eam in ſolitudinem. ſ. animam: & loquar ad cor eius oportet enim ſe motum eſſe a tumultu occupationum mundi & fantaſiarum qui vult vacare ſimplicitati paſcendo oues: innocuas cogitationes & affectiones: & tunc in contemplatiōe videſ: qm̄ deus noſter ignis conſumens eſt malitias noſtras: & accedētem ad eum oportet ſolutum eē ab opibus mortuis. Sed guſta vinum ex aqua iſta mutatum quod ſuauius eſt. Ignis em̄ in ſpineto eſt diuinitas in humanitate noſtra ſpinoſa ſeu pūgitiua pœnalitate: quę coniunctio facta fuit in incarnatiōe:

In qua nec ignis conſumpſit rubum nec rub⁹ extinxit ignẽ: quia nec diuinitas conſumpſit humanitatem.ſ.eam conuertendo in ſubſtantiam deitatis: nec diuinitas conuerſa eſt in humanitatem: ſed ſaluata eſt vtriuſq; naturæ proprietas in vna perſona: indeq; per hoc myſterium viſitatus eſt popul⁹ dei: erutus de ſeruitute diaboli.ad quod myſterium intelligẽdum pie oportet exuere rõnes mortalium & affectus. Et erat ibi mater Ieſu maria. Nam vt canit eccleſia: ipſe idem rubus incombuſt⁹ ſignificat virginitatẽ Mariæ ſeruatam: qa ipſa ex ſpinis orta Iudæorum non eſt combuſta in cõcæptu ſuo ardore concupiſcentiæ vt aliæ mulieres: ſed viror in ea permanſit virginitatis.

## §.IIII. QVARTA HYDRIA ID EST

quarta ætas fuit a Dauid vſq; ad transmigrationem Babylonis in qua habes hiſtoriam ſanationis Ezechiæ egrotãtis ad mortem propter peccatum ſuum: & ſm demerita ſua moriẽdum prænuntiatum. Cui pœnitenti vere collata eſt ſanitas ſigno huius ſanationis conſequendæ ſibi dato ꝙ ſol in horologio Achaz retrocederet decem lineis ſeu gradibus: qđ & factum eſt. Aqua iſta ſuauis eſt pœnitentibus: q cum propter delicta ſua mereãtur mortem æternam: ſi vere pœnitẽt deus ſanat: & vbi ſol iuſtitiæ eis tẽdebat ad occaſum vt eos ſequerentur tenebræ infernales: elonganturab eis tenebræ & tendit ad ortum grãe. Guſtet Architriclinus quilibet plãtus vel doctor in his nuptijs aquam iſtam vinum factum & dicat. Tu xp̄e ſeruaſti bonũ vinum vſq; adhuc. Infirmato eĩ gñe humano ad mortẽ aĩæ & corporis propter peccatum ſanat: q tñ ex eo pñiam agit in qua eſt virtus paſſionis inſita. Sed quo ſigno vel modo ſole iuſtitiæ deo noſtro reuertenꝭ te retro decem lineis ſeu gradibus. Nouem lineæ rectæ ſunt nouem ordines angelorum iuſti creati. Nam decima eſt natura hũana recta & ipa creata in iuſtitia originali. Reuerſus eſt ſol retro decem iſtis libris: qa minor factus eſt nouẽ ordinibus angelorum.iuxta illud Pſ. Minuiſti eũ paulominus ab angelis.ſ.ꝓpter mortalitatẽ aſſumptam & in decima ſe locauit naturam aſſumens hũanã: imo & infra ipam vr̃ etiã deſcendere di.p Pſ. Ego ſum ꝟmis & nõ hõ. & erat ibi mr̃ Ieſu qa ſignificat̃ p horologium Achaz regis: de cui⁹ regali ꝓgenie deſcendit per quam trãſiuit ſol ipſe hõ factus.

## §.V. QVINTA HYDRIA ID EST QVIN

ta ætas eſt a transmigratione Babylonis vſq; ad xp̄m. & in hac habes hiſtoriam vt aquam conuiuium magnum quod fecit Aſuerus monarcha mundi principib⁹ ſuis & pplo tertio anno imperij ſui: in quo qa vxor eius Vaſthi noluit accedere vocata ab eo p eunuchos ire cõtempſit priuata fuit ꝓpter ſupbiã ſuã regno & cõiugio & ſponſa aſſumpta Heſter pulcherrĩa & hũilis: q̃ pſecutionẽ pplĩ ſui ſentiẽs p̄cib⁹ ſuis ipetrauit liberatiõem ei⁹ & hoſtium pditionẽ: vt hr̃ Heſter in diuerſis.c. Mundare facit aqua iſta mẽtes a ſupbia & conſolari i eo ꝙ ſupbis de⁹ reſiſtit & reprobat & hũiles exaltat: ac afflictos ſe inuocantes a malis liberat impios & inuidos proſternens. Sed guſta vinum ei⁹ & ſuaui⁹ erit. Nam Aſuerus q interp̄tat̃ brĩtudo.ſ.gl̃ioſus de⁹ dñs tertio anno regni ſui.i.ſub tertio ſtatu.ſ.grãe non naturæ vel legis Moſaicæ: parauit cõuiuium cunctis principibus.i.aplĩs & diſcipulis: & alijs refectionem ſacrorꝝ & doctrinæ ſuæ. Ad hoc inuitata Vaſthi.i.ſynagoga quæ olim erat vxor quaſi dei propt̃ cultũ veri dei: qui erat in ea: quæ propter ſupbiã ſuã accedere noluit credendo: vñ ipa reprobata eligit̃ in vxorẽ gẽtilitas ꝯuerſa ad fidẽ hũilis. Vñ Heſter hũilis interp̄tat̃ pulcherrima ꝟtutibus quæ etſi pſecutiones patiat̃ in pplo ſuo fideli tandẽ liberat̃ ab hoſtib⁹ ſuis. Et erat ibi mr̃ Ieſu. Ipa enim figurat̃ in Heſter q̃ humillima fit ſpõſa dei in myſterio icarnationis & ipſa eſt quæ ſua interceſſione liberationem obtinet a deo ab oppreſſionibus, perſecutionibus, & tentationibus populi ſui fidelis.

Aſuer⁹
iterp̄tat̃
brĩtudo

Heſter
humilis
iterp̄tat̃

## §.VI. SEXTA HYDRIA ID EST SEX

ta ætas eſt a Chriſto vſq; ad Antichriſtum. In hac vt aqua eſt parabola regis q fecit nuptias filio ſuo ad q̃s multos vocauit ſed pauci venerũt: vnde tales non guſtauerunt refectionẽ nuptiarꝝ. Ex veniẽtib⁹ q impparat⁹ acceſſit nõ veſtit⁹ veſte nuptiali cũ ſui magna cõfuſione eiect⁹ eſt. Alij aũt q acceſſerũt in decẽti hab itu guſtarũt ſuauitatẽ ꝯuiuij. Scđm corticẽ lr̃ę docemur vt vocati ad aliquã refectionẽ ſpũalem nõ debem⁹ renuere nos repire i aliq̃ cõgregatione facta ad bonũ faciẽdũ: & multo minus nõ perſequi vel nocere talib⁹ & cõtemnere: ſed conueniendo ad hmõi non vti fictione & indecenter ibi manere nõ cõueniendo cũ alijs: qa tales ꝯfundũt̃. Sed vinum eius eſt: qa rex vniuerſi deus nuptias fecit filio ſuo qñ eum incarnari conſtituit: huius ſponſa eſt eccl̃ia: nuptiæ ſeu conuiuium huius cõiugij ẽ refectio ſpũalis q̃ hr̃ ex varijs æpulis: puta doctrinis exemplis ſctõrꝫ: & ſacr̃is, miraculis & hmõi. Vocant̃ ad has nuptias multi p apl̃os & alios p̄dicatores. Et aliq nec venire dignant̃: qa ad fidem non conuertunt̃. Et horum aliq ex negligentia non curantes de ſui ſalute: ſed terrenis totalr̃ dediti. Alij non ſolum venire non ꝯtẽnunt: ſed ad nuptias vocantes eos perſequunt̃ & occidũt vt Iudæi & gentiles perſecutores xp̄ianorum q omnes i aĩa & demũ in corpe conſumpti & ꝯfuſi ſunt: veniũt aũt ad has nuptias q credunt: ſed non hñtes veſtem nuptialẽ cum dedecore a rege demũ expellunt̃ & puniũt̃ q.ſ.fidem etſi habeãt: non hñt charitatem. Qui ꝟo fidem hñt q̃ p dilectionẽ opat̃: hi fruũt̃ his nuptijs: hic p grãm & poſtea p gl̃iam. Et erat mr̃ Ieſu ibi. qa vt dicit Greg. thalam⁹ vbi celebratũ eſt iſtud cõiugiũ ſeu ꝯiunctio dei cum humana natura i qua eſt eccl̃ia: fuit vterus virginis. vñ Pſ. Ipſe tanq; ſponſus ꝓcedens de thalamo ſuo. Et ipſa eſt mediatrix quæ procurat nobis i his nuptijs vinum dilectionis & deuotionis. Amen.

¶De nuptijs pœnitentium. Cap̄. XXXIX.

## ERAT MATER IESV IBI. IOAN.

ij. Vltra nuptias ſeu matrimonium allegoricum inter xp̄m & eccl̃iam in gñali: eſt aliud matrimonium morale: quod celebrat̃ quotidie inter deũ & animam. vnde dominus per prophetam Oſee.ij.ait cuilibet animæ. Deſponſabo te mihi in fide. Et quia fides ſuſcipit in baptiſmo: ideo tunc deſponſat̃ anima Chriſto: & fit i Chana Galilææ.i.ex zelo intenſi amoris ad animam: ex quo ipa anima transmigrat de morte pctĩ originalis ad gratiam. Chana em̃ interpretat̃ zelus: & Galilæa transmigratio. Inter eſt Ieſus vt gratiam merito ſuæ paſſionis conferẽs: & mater eius vt mediatrix eam procurans. Sed cum puer peruenit ad vſum rationis: vt in pluribus recedit anima eius a legitimo ſponſo deo per peccatum mortale: & fornicat̃ ſeu adulteriũ committit cum diuerſis. videlicet inhærendo ſe & coniungendo per inordinatum affectum varijs creaturis, diuitijs, voluptatibus, honoribus & huiuſmodi. Cum autem reuertitur ad pœnitentiam dimittendo vitia, & peccata: deus ſua pietate & dilectione iterum ſibi deſpõſat ſed in iuſtitia. Vñ per Oſee.ca.ij.ait. Deſpõſabo te mihi in iuſtitia, in iudicio, & in miſericordia. In fide ei iam deſponſata erat per baptiſmum: quæ fides non amittitur per peccata: etſi informis maneat. Deſponſatur ergo per pœnitentiam quæ eſt pars iuſtitiæ ex parte animę: & miſerationibus ex parte dei: quia ſola miſericordia iuſtificat peccatorem. Vnde dominus p Hiere. c.iij. Vulgo dicitur. ſi dimiſerit vir vxorem ſuam ſcilicet ꝓpter adulterium vel ſuſpitionem eius: & recedens ab eo.ſ. vxor a viro duxerit virum alterum: nunquid reuertet̃ ad eũ vltra? nunquid non contaminata erit? Prius anima deſponſata deo dimittit ſponſum deum.ſ.per peccatum adulterando ſpũaliter q; deus dimittit animam gratiam ſubtrahendo & recedendo ab ea. Et cum tot fornicatur: quot creaturas inordinate diligit: & tamen ſi homo dedignaretur talem reaſſumere in vxorem deus non dedignatur. Vnde ſubdit. Tu autem ſcilicet anima fornicata es cum amatoribus multis, & tamen reuertere ad me ſcilicet per pœnitẽtiam: & ego ſuſpiciam te iterum in ſponſam. Vocat̃ ad hoc coniugium Chriſtus: quia gratia quam dimiſit in ſacramento pœnitentiæ merito ſuæ paſſionis ibi operatur. Et erat ibi mr̃ Ieſu. & præcipue vocata & inuocata ſi peccator habet deuotionẽ ad eam vt procuret ſibi ſalutem.

Chana
iterp̄ta.
zelus.

## §.I. SEX SVNT HYDRIE IN HIS NV

ptijs poſitæ aquæ ad purificandum. De quibus Berñ. in ſermone in Epyphania domini ait. Sex hydrię poſitæ ſunt his q poſt baptiſmum in peccata labuntur. Exuimus tunicã veterem.ſ.per baptiſmum. Sed heu peius reinduimus eam. Lauimus pedes noſtros & peius inquinauim⁹ eos.ſ.per actualia pctã mortalia. Prima ergo hydria eſt compunctio de qua legimus. In quacumq; hora ingemuerit pctõr omnium iniquitatum eius non recordabor. Et Chryſ. Lachrymæ lauant delictum. Scđa eſt confeſſio. Omnia ſiquidem in confeſſione lauantur: ait quidam. Tertia eſt eleemoſynarum largitio. Vñ in euangelio. Date eleemoſynam & omnia munda ſunt vobis. Sed nota quod ait Greg.j.q.j.non eſt. Non eſt putanda eleemoſyna: ſi pauperibus diſpẽſetur quod ex illicitis rebus acquiritur: qđ.ſ.debet reſtitui. Nam qui male accipit vt bene diſpenſet: potius grauat̃ q; iuuetur. Quarta eſt iniuriarꝝ remiſſio. ſm ꝙ orãtes dicimus. Dimitte nobis debita noſtra ſicut &c.be. Augu. de pœ. diſt. iiij. dicit dñs. ait. Dimitte & dimittetur tibi. dimiſi prius dimitte vel poſtea. Nam ſi nõ dimiſeris reuocabo te: & quicquid dimiſeram imputabo tibi. Quinta eſt afflictio corporis. vñ oramus. Mũdi per abſtinẽtiam ipſi canamus gloriã: ac etiã afflictio flagellorum dei cũ patienter ferimus. Sexta eſt obedientia p̄cæptorũ ſicut audierunt diſcipuli: qđ vtinam & nos mereamur audire. Vos mũdi eſtis propter ſermonẽ quem locutus ſum vobis.

Sex hydriæ in his nuptijs ſũt hæ ſex.



## §.II. HE SEX HYDRIE POSITE SVNT

in purificationem noſtram: quæ vacuæ ſunt & plenę vento ſi pro inani gloria obſeruantur: aqua replentur ſi timore cuſtodiant̃. ait Ber. Qm̃ timor dñi fons eſt vitæ. Aqua (inquã) timor dñi eſt etſi minus ſapida.ſ.q; vinum: optime tñ refrigerans animam noxijs deſiderijs æſtuantem. Aqua eſt quæ poſſit ignita inimici iacula extinguere: nec illud diſſonat ꝙ aqua ſemper ima petit & timor ad ima cogitationem deijcit & in inferioribus immoratur: atq; horrẽda loca pauida mẽte perluſtrat. iuxta illud. Vadam ad portas inferi. Hæc bea. Ber. Sed diuina virtute aqua mutatur in vinum: qñ perfecta charitas foras mittit timorem. Deficiente ergo vino perfectæ charitatis & feruoris dicit mater Chriſti ad filium. Vinũ non habent iſti.ſ.pœnitentes perfectæ charitatis ſed aquam timoris. Compatitur ei ſicut miſericors; ſicut benigniſſima b. Maria. Quid a fonte pietatis procedere poteſt niſi pietas? Quid mirum ſi pietatem exhibent viſcera pietatis. inquit. b. Ber. Nonne qui pomum tenuerit in manu dimidia die reliqua diei parte pomi ſeruabit odorem? Quantum ergo viſcera pietatis illa afficit in quibus nouem menſibus requieuit. Nam ante repleuit mentem q; ventrem.ſ.pietate. Optat ergo & tacite petit pœnitentibus ex timore qui aqua eſt vinũ dari perfectæ charitatis & lætitiæ: cui etſi Chriſtus viſus eſt dure loqui dicens. Quid mihi & tibi eſt mulier? nouerat tñ illa cui loq̃batur non ſe deſpexiſſe. Sed & ſi non ſibi: ſed alijs quia illud ſciebat non eſſe ſuæ humanitatis oſtendit infundere charitatem perfectam quę excludit timorem ſed diuinitatis: quod intelligens ipſa iuſſit miniſtris vt facerent quod iuberet filius vt diſponeretur materia ad aquam in vinum conuertendam. Ad quod facit quod dñs iubet miniſtris ſacramentorum vt impleant hydrias aqua.ſ.timore p prædicationem & admonitionem. Quæ hydrię dñr lapideæ: non propter duritiem: ſed propter ſtabilitatem pſeuerantiæ. Capiunt aũt metretas binas & ternas: qa eſt timor pœnæ tpalis ſ.punitionis legis per hoĩem vel flagellorum dei per ipm timorem: & timor gehennæ ne tradatur in eam. hæ ſunt duæ metretæ propter quæ duo quis abſtinet a malis & dicta ſex de gñe bonorꝫ agit. Nã tertia metreta erit timor priuari ſeu excludi a gloria illa & bono glorię quod videt̃ ad amorem mercenarij ptinere. Sed ſi pſeuerauerit pulſans aqua mutat̃ in vinum. quia conuertitur timor in perfectam charitatem. Ex hoc de⁹ glorificatur & magis firmantur diſcipuli chriſti veri fideles. Erat ergo ibi mater Ieſu ad hmõi vinũ deuotionis & pfectæ charitatis pœnitentibus ꝓcurandum. Vñ & legitur de quadã moniali deuota virginis Mariæ. ꝙ cum ſeducta a diabolo apoſtataſſet facta publica meretrix. poſt multos annos ad pñiam reuerſa monaſterium reperẽs ſtabat in magnis lamentis & abſtinentijs timens pœnas inferni propter ſcelera ſua. Et cum rogaſſet vna dierum beatã Mariã vt impetraret a filio remiſſionem pctõrꝫ: locuta eſt ſibi dicens hoc obtinuiſſe & ſic aquam conuertit in vinum.

Hæ hydriæ la pideæ quare.

¶De nuptijs mũdum deſerentium & ſe deo dedicantium quomodo beata Maria præſens eſt. Cap̄. XL.

## ERAT MATER IESV IBI SCI

licet in nuptijs. Io.ij. Poſt nuptias ſpũales cõmunes etiam laicis ſunt aliæ nuptiæ quæ (vt perfectiores) his ſolis conueniunt qui deo anima & corpore totaliter ſe dedicauerunt vt dicere valeat talis anima illud beatę Agnetis. Ipſi ſum deſponſata. cui angeli ſeruiunt. cuius pulchritudinem ſol & luna mirãtur. anulo ſuo ſubarrhauit me fidelis amoris vt nullum alium præter eum amatorem admittam. tradidit auribus meis ineſtimabiles margaritas verborum ſuorꝫ inter cætera di. Audi filia. O omnia mandata mea. filia per creationem p̄cipuam: quia particeps veritatis: cognitionis amoris & bonitatis. audi voces internas quib⁹ in te loquitur dñs. vide, conſidera quãta ſit erga te dignatio dei tui qui pro te a deo exiuit & venit in mundum ꝓ te mortis ſomnum accæpit in cruce. te lauit ſanguine ſuo a peccatis tuis vt decorem acciperes: te fecit ſociam menſæ: ſociam regni ſui: ſociam thalami: vt te introducat demum rex in cubiculum ſuum. Vide quid iam de ſponſo deo tuo ſentias: quãtum de deo præſumas: vide quibus brachijs charitatis vicariæ reamandus & amplectendus ſit: qui tanti te æſtimauit. immo qui tanti te fecit. Inclina aurem tuam ad obediendum parata & prona ad omnem voluntatem ei⁹. Obliuiſcere populum tuum.ſ.carnales affectus: ſæculares mores dediſce: & domum patris tui, amorem conſanguineorum ſuperbiam in qua diabolus habitat: conſuetudines noxias & vitia obliuiſcere: & concupiſcet rex decorem tuum. adeo vt te ſpõſam ſpeciali modo accipiat per ſtatum perfectionis vt religiõis. Factæ ſunt hæ nuptiæ in Chana Galilææ.i.in magno zelo amoris: ex quo quis trãſit de ſæculo ad dei totale obſequiũ. In his eſt Ieſus.i.conuerſatio eius cum diſcipulis eius.ſ.caſtitatis: paupertatis: & obedientiæ. Eſt & ibi mater Ieſu magiſtra humilitatis. Iam autem deſponſata anima religioſa illi nuptiarum prandium celebratur. Nam cœna quidem in cœlo in aula ęterna præparatur vbi vinum feruoris charitatis perfectæ lætificans cor nõn deficiet: quia ibi inebriabuntur ab vbertate domus illius ait Pſ. Hic autem in vitæ præſentis nuptijs aliqñ deficit vinum.ſ.deuotionis & feruentis charitatis. ita vt nos tæderet viuere. ait apl̃s Paulus perfectiſſimus. B. Ber. in ſermo. ad fratres ſuos ait. Quoties mihi neceſſe eſt fratres poſt lachrymas quærimonias veſtras exorare matrẽ miſericordię & ſuggerat benigniſſimo filio ſuo qm̃ vinum non habeatis: & ipſa dico vobis chariſſimi ſi pie a nobis pulſata fuerit non deerit neceſſitati noſtræ: qm̃ miſericors eſt & mater miſericordiæ. Nam ſi compaſſa eſt verecundiæ illorum a quibus fuit inuitata, multo magis compatietur nobis ſi pie fuerit inuocata. placent enim illi nuptiæ noſtrę & pertinent ad eam multo magis illis. Sed quem nõ moueat id quod in nuptijs illis reſpondit benigniſſimus dominus ſanctiſſimę matri ſuę. Quid mihi & tibi eſt mulier? Quid pertines ad illam quæris cum ſis benedictus fructus ventris eius immaculati? Nonne ipſa eſt quę ſaluo pudore concæpit & ſine corruptione te peperit? Nonne ipſa eſt in cuius vtero. ix. menſibus es moratus? cuius virgineis vberibus lactatus es. cum qua cum. xij. eſſes annorum de Hierl̃m cum ea deſcẽdiſti & eras ſubditus illi. Nunc ergo quid moleſtus es illi di. quid mihi & tibi? Sed manifeſte iam video: qa non velut indignans aut confundere volens virginis & matris teneram verecundiam dixeris. quid mihi & tibi. cum venientibus ad te iuxta p̄ceptum eius miniſtris qñ ait. Qđcũq; dixerit vobis facite. nihil cũctatus facias quod ſuggeſſit. Vt quid ergo fratres vt quid ſic rñderat? pri⁹ vtiq; propter nos vt conuerſos ad dominum: iam non ſolicitet carnalium cura parentum & neceſſitudines illę non impediant exercitiũ ſpũale. Quandiu em̃ de mundo ſumus debitores nos cõſtat eſſe parentibus. At poſtq; reliquerimus noſmetipſos: multo magis ab eorum ſolicitudine liberi ſumus. Vnde & legimus fratrem quẽdam in eremo conuerſantem: cũ ad eũ carnalis frater auxilij grã aduentaſſet. vt.ſ. egrediẽs de cella ad ſubleuandum aſellũ ſuũ q in foueam ceciderat adiuuaret rñ diſſe: vt alium fratrẽ eorꝫ adiret. cũ ille vtiq; iã obijſſet. Cũq; admiratus qui venerat rñdiſſet: qa ille obierat. Eremita q̃q; ſe obijſſe rñdit. Optime ergo nos docuit dñs ne ſoliciti ſim⁹ ſuper propinquis carnis nrę pluſq; religio poſtulet. qm̃ ipſe matri & tali matri ſic reſpõdit. Quid mihi & tibi eſt mulier?

Exẽplũ

§.I.SED VIDEAMVS IAM QVID SEquitur. Erant ibi inquit ſex hydriæ poſitæ ſm̄ purificationē Iudæorum: vel ex hoc potes manifeſtius aduertere non plenitudinem: ſed præparationem eſſe nuptiarum: vbi nimirū adhuc opus eſt purificatione. Deſponſationis nuptiæ iſtæ ſunt non copulationis: abſit em̄ vt in illis nuptijs.ſ.gloriæ triumphantis eccleſiæ fore vaſa purificationis. Sine macula em̄ ſunt ante thronum dei. Nunc itaq; lauandi tp̄s eſt: nunc purificationē patet eſſe neceſſariam qm̄ nemo mundus a ſorde nec infans vnius diei ſuper terram. Nunc igitur abluitur ſponſa: nūc purificatur vt in cœleſtibus nuptijs ſponſo ſine macula p̄ſentetur. Quæramus igitur ſex hydrias in quibus purificatio Iudæorum.i.confitentium ablutio fiat. Nam ſi dixerimus quia pc̄tm̄ non habemus veritas in nobis nō eſt. Veritas inquā quæ nos liberat: nos lauat: nos ſaluat. ꝙ ſi cōfiteamur pc̄tā noſtra non deerunt veris Iudæis.i. confitentibus purificationis hydriæ: qm̄ fidelis eſt deus q remittat peccata noſtra & emundet nos ab omni iniquitate. Ego ſex hydrias ſex obſeruantias arbitror eſſe quas ad purificandū confitentium corda ſancti patres inſtituere. Prima ergo eſt continentia caſtitatis qua diluitur quicquid ante luxuria inquinauit. Secunda eſt ieiunium: vt quod maculauerat crapula: nunc abſtinentia mundet: & mundi per abſtinentiam Chriſto canamus gloriam: per ſegniciem & otioſitatem quæ inimica eſt animæ multas contraximus ſordes ꝯ dei ſn̄iam: in ſudore vultus noſtri non alieno pane veſcētes propter hoc tertia hydria nobis apponitur: vt ſordes illæ in labore manuum diluantur: vel exercitio lectionis ſacræ. Sic & per ſomnolentiam cæteraq; noctium & tenebrarum opera multa deliquimus. Ideo quarta hydria vigiliarum.ſ.obſeruantia ponitur vt nocte ſurgentes ad cōfitendum deo nunc bonas noctes præteriti tp̄is redimamus. Iam vero de lingua quis neſciat quantum inquinauerit nos per vaniloquia & mendacia: per detractiones & adulationes: per verba malitiæ ſiue iactantiæ: pro his omnibus neceſſaria eſt hydria quinta: ſilētiū.ſ.cuſtodia religionis & in quo eſt fortitudo noſtra. Sexta quoq; hydria diſciplina eſt: qua non noſtro arbitrio viuimus: ſed alieno vt totum deleatur quicquid indiſciplinate viuendo deliquimus. Lapidea ſunt hæc dura quidem: ſed neceſſe habemus in his lauari. Attamen eo ꝙ dicuntur hydriæ lapideæ.non ſolum duritia: ſed multo melius ſoliditas pōt intelligi: qm̄ non lauant niſi firma ſtabilitate permanſerint vt.ſ.quis in his perſeueret.

Hydriç harū nuptiarū ſunt hę.

§.II.AIT AVTEM DOMINVS MINIſtris. Implete hydrias aqua. quid ſibi vult iſtud dominicum dictum. Miniſtri ſoliciti ſunt de vini penuria: & tu dicis implete hydrias aqua: illi de poculis cogitant: & quō præcipis vt vaſa purificationis impleant aqua: nobis qui miniſtri ſumus & ſerui propter Chriſtum præcipitur implere hydrias aqua quoties deeſt vinum. Ac ſi dicatur. illi deuotionem deſiderant vinum requirunt feruorem flagitant ſed nondum venit hora mea. Et ideo implete hydrias aqua. Quæ eſt em̄ aqua ſapientiæ ſalutaris etſi non adeo ſuauis niſi fons vitæ & initium ſapientiæ timor domini. Dicit ergo miniſtris. Incutite metum: & ſpiritu timoris non tam vaſa q̄ corda implete. quia vt ad charitatem.ſ.feruentem perueniant initiandi ſunt a timore: vt dicant & ipſi. A timore tuo domine concępimus & peperimus ſpiritum.i.feruorem ſalutis. Sed quō implebuntur hydriæ prędixerat euangeliſta: capientes ſingulæ.ſ.hydriæ metretas binas & ternas. Quæ ſunt duæ metretæ. quæ tertia vtiq; duplex timor communis omnib⁹ notus. Tertius minus communis & minus notus. Prim⁹ timor eſt ne cruciemur in gehenna.i.timor pœnæ infernalis. Secūdus ne excluſi a viſione dei priuemur illa ineffabili gloria. Tertius replet animam oīno ſolicitudine timidam ne forte repellatur a gratia. Equidem omnis timor ſicut aqua extinguit ignem ita extinguit peccati cōcupiſcentiam: ſed his maxime cum ad omnem tentationem occurrerit ne forte contingat amittere gratiam: vt ſibi derelictus homo labatur de malo in peius. Præcæpit ergo dominus hydrias aqua impleri. Sunt em̄ aliqn̄ vacuæ & plenæ vento: cum ſcilicet illa ſex obſeruantur propter vanam gloriam: vt fatuæ virgines in quarum vaſis oleum non habetur. Interdum quod peius eſt plenæ ſunt: ſed veneno quod eſt inuidia: murmur: rācor animi: detractio & hm̄ōi. propterea ne ſubintrent iſta dum vinū deeſt: iubemur.ſ.p̄lati & doctores implere hydrias aqua: vt.ſ.obſeruentur mandata in timore domini: quæ tunc mutantur in vinum: cum perfecta charitas foras mittit timorē: & implentur omnia feruore ſp̄ūs & verenda deuotiōe. Hæc omnia in ſcd'o & tertio.§.b.Bern̄.in ſermone illo. Cooperatur ad iſta mater Ieſu dicendo ſuggerendo mentibus præſidentium vt faciant quod dicit filius: proni in procuratione & eius etiam ſupplicatione: aqua mutatur in vinum a Chriſto: tn̄ etſi erat ibi mater Ieſu ſpiritualiter in his nuptijs quibus qui ſe totum dedicant deo: vn̄ & ſæpe apparet eis conſolans eos. Sicut btō Dn̄ico cum vidit in cœlo fratres ſuos ſub chlamyde ſua. btō Thomę de Aquino cum dei mater eum mulcet alloquio. btō Frāciſco cum apparuit in eccleſia ſctē Mariæ de angelis. Ioanni Damaſce. monacho cum manum ſibi abſciſſam: quia fuerat accuſatus, ſed falſo. ꝙ proditionē tractauerat ſcribēdo epiſtolam inimico cuidam principi imperatoris ſibi reſtituit & famam recuperauit.

¶De dolore maximo beatæ Mariæ in paſſione filij: & etiam hic de contrarijs ad ſalutationem. Cap̄.XLI.

STABAT IVXTA CRVCEM mater Ieſu. Io.xix. Tanta eſt pietas huius virginis matris nō ſolum erga filium naturalē iuxta cuius crucem ſtabat: ſed & erga filios ſuos adoptiuos: tanta facultas impetrandi quod velit apud deum patrē: vt ſermocinantes quiq; nutrices pploꝝ non aliunde confidant lac doctrinæ per eos propinandum niſi meritis eius & precibus procuratum: ad quod efficiendum cithara dulciſonæ ſalutationis ad eam vtuntur. Sed conſuetudo eccleſiæ cū de paſſione filij eius Ieſu eſt ſermo: prædicanti dicere videtur illud quod Heliſęus propheta ait Giezi diſcipulo ſuo de Sunamite mortem vnigeniti ſui deplorante. iiij. Reg. iiij.ſ. dimitte eam: anima em̄ eius in amaritudine eſt.q.d.non ſalutes. Nam cithara illa angelicæ ſalutationis in luctum verſa apparet. Nam quō aue ei nunc dicere velemus ab a quod eſt ſine: & ve deriuatum: quæ doloribus plena eſt: vt dicere valeat illud Micheæ. Ve animæ: quia defecit timoratus a terra filius meus quem impleuit ſp̄ūs timoris dn̄i. Mariam apte nuncupare non poſſumus prout dn̄a vel illuminatrix interpretatur: cum ſatis obſcura quaſi luna eclipſata inueniatur. Nolite ergo vocare me Noemi.i. pulchram ſed vocate me mara.i.amaram. quia amaritudine repleuit me domin⁹. Dicere pōt cum illa Noemi quæ de fœlicitate ad infortunium deuenerat Ruth. non gratia plena: ſed vacua iudicor hodie: flecto em̄ genua mea ad patrem dn̄i mei Ieſu: vt miſereatur filij communis & me non audit. Deprecor ipſum filiū vt ſuis verbis mellifluis me ꝯſoletur: mihi non loquitur niſi illud. Ecce filius tuus. quod verbum vt gladius pertrāſiuit animā meam: cum pro magiſtro & filio mihi datur diſcipulus. Iudæis ſupplico: vt amodo filio meo compatiantur & ipſi cōtumelias & ſubſannationes adiungunt. Mortem inuoco vt poſt filium non ſuperſtes remaneam & fugit a me. Iuxta crucem ſita ad ipſam clamo. Flecte ramos arbor alta tenſa laxa viſcera: vt deoſculer filium meum & rigida & immobilis perſeuerat. Dn̄s tecum. vtiq; in me hucuſq; dn̄s fili⁹ fuit mecum me confortans: me reficiens: & ego ſecum ipſum ſequens: verba eius dulciora ſuper mel & fauum audiens: miracula eius videns & gloriam dei ex eius operibus magnificari perſpiciens: nunc aūt me reliquit animam corpore egredientem patri recommendans. Benedictam me in mulieribus angelus dixit: quæ nunc infœlicior cunctis mulieribus inuenior. Nam quæ mater vnq; fuit quæ in præſentia filij conſtituta: anguſtijs & afflictionibus circundati non valuerit vel in aliquo refrigerium præſtare. Audio eum ad mortē vſq; ſitientem ex maximis pœnis: nec potum aquæ frigidæ porrigere valeo: ſed video ſpongiam aceto plenam & felle ad os eius apponi. Et ſi fœlix fui & benedicta in mulieribus in partu eius non ſentiens dolorem: ſed mihi video reſeruatos & nunc adauctos: qm̄ nulla mater tantum dolorem vnq; ſenſit in partu filij: ſicut nunc ego in paſſione Chriſti. Sed nec martyr aliquis vel aliqua in ſuis varijs cruciatibus vnq; tantam pœnam paſſus eſt vt nunc ego. Eſt & benedictus



nedictus fructus ventris mei Ieſus: cui omnes maledicūt Iudæi & gentiles: vnus eum appellat malefactorem: alius ſeditioſum: alter blaſphematorem: multi ambitioſum regnum vſurpare volentem: reliqui mendacē aut ſeductorē: vt vermis & non hō opprobrium hoīm & abiectio plæbis eſt effectus: quia & ſm̄ legem maledictus oīs q pendet in ligno.i. infamis. Ex quo ergo in luctu conuerſa apparet cithara illa angelicæ ſalutationis dimitte eam vt non ſalutes: ſed nihilo minus cum ea iuxta crucē maneas ipſam meditando: ipſam adorando: ipſam ſalutando: & eius auxilium implorando. & dicendo. O crux aue ſpes vnica hoc paſſionis tempore: auge pijs iuſtitiam reiſq; dona veniam. Stabat igitur iuxta crucem eius mater Ieſu. In quibus verbis tria poſſunt notari de virgine Maria.

¶Sanctitatis excellentia incomparabilis. Stabat.
¶Pœnalitatis eminentia ineffabilis. Iuxta crucem.
¶Propinquitatis attinentia venerabilis. Mater Ieſu.

§.I.QVANTVM AD PRIMVM CVM dr̄. ſtabat. Reperimus in ſcripturis ſtare dici de creatore & de creatura: ſed aliter & aliter. Nam ſtare de creatore dr̄ propter immutabilitatem. De creatura aūt ꝓpter virtuoſitatem ſeu ſanctitatem. Stat ad iudicandum dn̄s. dicit Eſaias de deo vero: quia etiam deus ait per Ioan. Apoc. iij. Ego ſto ad oſtium ſ.animæ. & pulſo.ſ.inſpirando & illuſtrando intellectum q eſt oſtium animæ. ſiquis aperuerit mihi ianuam hic accęptādo: intrabo ad illum per gratiam & cœnabo cum illo & ip̄e mecū: p̄cipue de agno aſſato in cruce igne charitatis reficiendo. In his tn̄ ego ſto ſemper immot⁹ & inuariabilis. Ego em̄ deus q non mutor, dicit ipſe Malach. iij. Creatura vero ſtare dr̄ cum iuſte & ſancte viuit non cadendo in pc̄tā. Vn̄ Eccl'i ij. dr̄. Sta in iuſtitia & timore.ſ. non cadendi. ſm̄ illud apl'i. Qui ſtat.ſ.in virtute: videat ne cadat. Et Boetius de deo ait. Stabiliſq; manēs das cuncta moueri. Stabat ergo beata virgo Maria non in ſenſibilitate vel immutabilitate: ſed ſanctitate. Et hoc tripliciter.

Stare dr̄ de creatore & creatura ſed alit̄ & aliter & quō.

¶Stabat fide leuata.
¶Stabat peccato non inclinata.
¶Stabat dei voluntati conformata.

De primo dicit apl's ad Ro. xi. de quolibet fideli. Tu fide ſta. Prima em̄ rectitudo mentis eſt vera fides. fundamētum virtutum. Tempore quidem paſſionis omnes apl'i & diſcipuli Chriſti qui prius ſtabant fide eleuati ad Chriſtum credendū non ſolum verum hominem: ſed & verum deū. vn̄ Petrus pro omnibus dixerat. Tu es Chriſtus fili⁹ dei viui. Mat. xvi. omnes proſtrati ſunt in infidelitatem. Et ſicut cum captus fuit Chriſtus in horto a Iudæis omnes corpore ab eo fugerunt (vt dicunt euangeliſtæ) ita & mente credentes quidem eum eſſe verum hoīem ſanctum & iuſtum virum prophetā in opere & ſermone: ſed non verum deum cernentes paſſionem eius tam ignominioſam. Quāuis em̄ Petrus & Ioānes poſt fugam reuerſi ſint ad eundum poſt magiſtrū captum: Petrus tn̄ ſequebatur eum a longe ne agnoſceretur vt diſcipulus: quinimmo & ipſum cū iuramento negauit ſe nō eſſe. Ioannes etſi vſq; ad crucem ſecutus iuxta crucem ſtabat corpore. a lōge tn̄ mente: nec ipſe agnoſcens diuinitatem. Sola beata virgo ſtabat fide eleuata & fixa de eius diuinitate expectans indubie ſuam tertia die reſurrectionem: vt merito dicatur maris ſtella a ſtando & lumen fidei mundo naufrago retinendo. In huius ſignum triduano officio dominicæ paſſionis cum. xv. candelæ accenſæ firmentur an̄ altare paulatim & ſucceſſiue omnes extinguuntur. ſola vna accenſa abſconditur quæ poſt officiū omnibus profertur ad illuminādum. xv. candelę accenſæ deſignant. xij. apl'os & tres Marias Magdalenæ: Salome: & Alphei: quæ præ cæteris cum apl'is videbantur fide illuſtratæ & firmatæ. Sed in illo triduo oēs extincti ſunt lumine fidei deitatis Chriſti. ſolum in virgine remanſit lumen fidei occultum: quod poſtea omnibus patefactum eſt ad omnes ſuo exemplo illuminādum: & hinc eſt ꝙ non acceſſit mane dominica ſuæ reſurrectionis ad monumentum cum præfatis Marijs: non quia minus arderet amore ad filium: ſed quia expectabat eum reſuſcitatum ſe eſſe viſuram an̄ oēs. & ideo non q̄rebat viuentē cū mortuis vt illę. Quātū ad ſcd'm ſtabat a pc̄tō non inclinata: non iacebat: nō ſedebat non curua erat: ſed ſtabat. Iacet qs in pc̄tō ꝑ prauam operationem: ſedet ꝑ mentis cōſenſionem: inclinatur ꝑ ſenſualem delectationem. Oēs nos cecidimus quaſi foliū.ſ.a ꝑfectione virtutū: ſaltem quo ad cōplacentiam ſenſualē vbi conſiſtit veniale. Nā vt ait. b. Aug. Si omnes ſancti & ſanctę interrogati fuiſſent dum hic viuerent vtrum pc̄tm̄ haberēt: oēs rn̄derent illud Io. in can̄. Si dixerimus quia pc̄tm̄ non habemus veritas in nobis non eſt. excæpta hac ſancta virgine: de qua cum de pc̄tīs agitur nullam prorſus de ea volo habere mentionē. Non ergo cecidit nec in veniale. de q̄ Salo. Septies in die cadit iuſtus ſed ſemper ſtabat. ad quod etiam hortabatur Apl's diſcipulos dicens. State ergo ſuccincti lumbos vr̄os in veritate.ſ. ne delectatio venialis ſit in vobis ꝓ poſſe. Et tn̄ cum btā virgo fuerit immunis ab omni pc̄tō voluit ipſam deus experiri tantam paſſionem in morte filij quantā nunq; vllus martyrū ſuſtinuit in ſua paſſione vt dicit bea. Hiero. Hinc diſcas non turbari: non mirari ſi videas ſc̄tōs & ſc̄tās multa aduerſa ſuſtinere in mundo. Sed intellige verbū Salo. in Prouer. iij. Quē diligit deus corripit: & flagellat oēm filium quem recipit. nam vt ait apl's ad Ro. viij. Proprio filio ſuo non pepercit deus. ita nec matri eius cū tn̄ nullum haberent pc̄tm̄. Et ſi quis bene conſideret inueniet ꝙ qui accæptior fuit deo & ſanctior: ille magis afflictus eſt in mūdo. nō quidem ad purgationem pc̄tōꝝ quę habeat: cum nullum habuerit virgo btā. ſed ad maius meritum & p̄mium cōſequēdum. Sta ergo ſuper pedes tuos dicit dn̄s Ezech. ij.i. ſuper affectus ne cadas. Quātum ad tertium ſtabat btā Maria firma voluntati dei conformans ſe. Ad quod hortatur apoſtolus fideles ad Phil. iiij. dicens. Sic ſtate in domino chariſſimi ſcilicet conformando vos voluntati dei. Sciebat beata virgo ꝙ dei voluntas erat filium ſuū pati. Et propter hoc in mundum venerat: & ſcripturæ quæ ſibi ſatis notę erant hoc prænuntiabant quæ falli non poterant. Et cum in omnibus requiem quęreret: vt de ipſa canitur quæ non aliter vere queritur & poſſidetur niſi conformando ſe diuinæ voluntati ſecundum rationem. ideo ſtabat non murmurabat ꝙ filius innocentiſſimus pateretur: non blaſphemabat Iudæos ꝙ ab eis quibus tot fecerat beneficia tā crudeliter tractaretur. Nō vindictam a deo petebat ꝙ illi a terra viui abſorberentur vt merebantur non capillos vel vultum ſcindebat quia vidua & ſine filio conſolatore remanebat: ſed ſtabat verecūda: modeſta: lachrymis plena: dolorib⁹ immerſa. Anſ. O dn̄a quos fontes lachrymarum dicam erupiſſe de pudiciſſimis oculis tuis cum attenderes vnicum tuum innocentem coram te flagellari: ligari: mactari: & carnem de carne tua ab impijs crudeliter diſſecari. Et tn̄ ita diuinæ voluntati conformis fuiſti vt ſaluti humani generis auidiſſima eſſes: vt dicere audeam ꝙ ſi nullus fuiſſet repertus qui filium crucifigeret ad hoc vt ſequeretur ſalus hominum: & adimpleretur volūtas dei ſm̄ rationem: ſi oportuiſſet ipſa poſuiſſes in crucem. Neq; enim credendum eſt minoris fuiſſe perfectionis & obedientiæ ad deum q̄ Abraam qui proprium filium obtulit deo in ſacrificium ꝓprijs manibus occidendum & comburendum. Stabat ergo fixa in dei voluntate.

xv. cādelarū accēſio qd ſignificet &c.

§.II.IN SECVNDA PARTE NOTAtur pœnalitatis eminētia ineffabilis: quia iuxta crucem. Vbi aduertēdum quia aliquis ſtat in cruce: Stat aliquis iuxta crucem. Aliquis longe a cruce. In cruce fuit ſol⁹ chriſtus.i.in maximo cruciatu totus. Crux em̄ dr̄ a cruciatu: & magnum cruciatum ſuſtinet qui vim ſuſtinet. iij.q.i. nulli dubium. Dicit aūt Pſ. in perſona chriſti. Vim faciebant qui quærebant animā meam.i.vitā tollere. in omnibus enim illis locis in quibus æſtimatum eſt vitam hominis conſiſtere fecerūt maximam vim. Nam cū aliqui dicant vitā reperiri in capite. alij in corde vel epate. alij in ſanguine. in omnibus illis locis fecerūt maximā vim. In capite ꝑ coronā ſpineā. ī corde ꝑ apertionē lateris. in epate vel ſanguine ꝑ flagella in dorſo. per clauos in manibus & in pedibus vn̄ totus ſanguis exiret. In cruce ergo totus in vi cruciatus & ſolus. vn̄ ipſe ait Eſa. liij. Torcular.ſ.crucis calcaui ſolus: & de gentibus non eſt vir mecū. Et pſ. Singulariter ſum ego donec tranſeam.ſ. ex hoc mundo ad patrem: quia ipſe ſolus non erat ſubditus morti ex debito. tamen ipſe ſolus peccata noſtra ſuper lignum crucis in corpore ſuo.i. pœnam peccatorum portauit. Ipſe ſolus fuit in paſſione ſine conſolatione: cum alij qui paſſi ſunt habue-

runt aliquod refrigerium. vt dicet. vñ qñ in horto orauit ꝓ calice paſſionis transferendo auulſus eſt a diſcipulis quantū̃ factus eſt lapidis. vt dr̃ Lu. xxij. ad innuendū̃ ꝙ tanta diſtãtia eſt inter cruciatum Chriſti in paſſione & cruciatum aliorum ſctõꝝ quantū̃ diſtat purus hõ a Chriſto. Petra em̃ ſeu lapis (ait apl's.) eſt Chriſtus: qui quaſi ĩ infinitū̃ diſtat in perfectione ab alijs. Remoti a cruce ſunt omnes illi q nolunt ſuſtinere aduerſa in mundo: ſed murmurant ꝯ deum. Nec cõpatiuntur Chriſto: & ſi ſuſtinent inuiti hoc agunt: iſti etſi iuxta crucem eſſe videant̃ inquãtū̃ patiunt̃: corpore qdem ſunt iuxta ſed non mente. Et ſiles ſunt latroni a ſiniſtris Chriſti q crucifixus cum Chriſto blaſphemabat eum cū̃ alijs eo ꝙ non liberaret eum a pœna: quã inuitus ſuſtinebat: vñ & reprobatus. Similes ſimoni cyreneo. qui angariatus fuit portare crucem poſt Chriſtum. Iuxta crucem vero ſtant omnes electi qui vt membra Chriſti carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & cõcupiſcentijs: vt ait apl's. Qui non ſolum patienter aduerſa ferunt: ſed gaudent qm̃ digni habiti ſunt ꝓ noĩe Ieſu cõtumelias pati. Qui compatiuntur doloribus & afflictionibus ei⁹ quas pro eis eſt paſſus. imitantur hi latronem qui iuxta crucem fuit a dextris arguentem ſocium eo ꝙ non patienter ferebat crucem: & ſe dignum proclamantẽ tantis pœnis. Et nos quidem iuſte: nam digna factis recipimus: excuſantem Chriſtum. & compatientem tantæ innocentiæ. Hic vero nil mali egit rogantem illum vt deum pro ſalute animæ. Memento mei dñe dum veneris in regnum tuū̃ Lu. xxiij. hoc igitur ſentientes quod in Chriſto Ieſu fuit. cum non deceat ſub capite ſpinoſo membrum fieri delicatum dicunt cū̃ affectu & effectu illud pſ̃. Calicẽ ſalutaris accipiam & voluntarie bibendo: & nomen dñi inuocabo. vt me adiuuet ad ſumendū̃ & non horrendum: vt ſim iuxta crucem & inde a dextris ei⁹ collocatus. Nullus fuit cum Chriſto in cruce ſuſtinendo. ſ. tãtam pœnam quãtam ipſe: ſed nec Paulus ꝗuis em̃ dicat crucifixus ſum: non dicit ꝙ ſit affixus cruci Chriſti ſed ſuæ: quis em̃ ferre poſſet crucem Chriſti? certe nullus. Omnes igitur ſancti iuxta crucem ſtant: propinquius tñ alter altero. Null⁹ aũt ꝓpinquior ad eam matre eius: & merito cum eſſet illud corp⁹ de eius ſubſtantia licet alia perſona ab ea: permaxime igit̃ ſtabat iuxta crucẽ mater eius ꝓpinquiſſima in dolorib⁹ vt dicere poſſet illud Threñ. i. O vos oẽs q traſitis per viam ſ. vitæ p̃ſentis. vñ dicimur viatores. attendite & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Tunc impleta eſt in ea prophetia Symeonis dicentis. Tuam ipſius animam ꝑtranſibit gladius. Luc. ij. Animam ſiquidem intellectiuam ꝑtranſiuit gladius verbi dei penetrabilior oĩ gladio ancipiti: tunc ruminando & intelligendo ſcripturas: quæ oñdunt immenſitatem doloris Chriſti in paſſione. Ita vr̃ exponere. b. Amb. Et ex huius meditatione gladius doloris eius ꝑtranſiuit animam ſenſitiuam: nec iſtud eſt ꝯ id quod dictum eſt. s. ſ. ꝙ btã Maria erat conformis voluntati dei: q̃ volebat filium ſuū̃ pati. Nam ſicut de Chriſto eius filio dicemus: ꝙ ſm voluntatem rõnalẽ volebat pati: & tñ ſm ꝑtem ſenſitiuã ſumme doluit & acerbiſſimos paſſus eſt dolores: quia vt ait Eſa. liij. Vere dolores noſtros ipſe portauit. ita & mater eius cum ſtabat iuxta crucẽ ſm rõnẽ aſſentiebat ꝙ filius pateretur & grata erat. ſm ſenſualitatem ſumme dolebat vt merito dicat. Attendite & videte ſi eſt dolor ſilis ſicut dolor meus. Nouerat vtiq; ſacras lr̃as & ſpū̃ ſancto reuelante optime intelligebat. Et ex his & naturali rõne tripliciter poterant deprehendere immenſitatem doloris in filio patiente. Qui erat ſibi gladius ſumme afflictionis nec ei ſimilis.

Btã maria tripliciter potuit cõphendere immẽſitatẽ doloris xp̃i.

¶Ex paſſionis cauſalitate.
¶Ex afflictionis puritate.
¶Ex cruciationis circunſtantialitate.

Conſiderando cãm paſſionis filij mei videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Conſidero em̃ ꝙ cã huius paſſionis eſt vt redimat̃ genus humanum: & ſatiſfiat deo pro peccatis humani gñis totius & pro peccatis dico non ſolum originalibus ſed etiam actualibus mortalibus & venialibus: toti⁹ humani gñis: non ſolum ꝓ electis ſed & pro reprobis. dicit enim Eſa. liij. c. Omnes quaſi oues errauimus. vnuſquiſq; in viam ſuã declinauit. ſ. per diuerſa pctã cõmiſſa. & dñs poſuit in eo iniquitatem oĩm noſtrū̃. i. pœnã pctõꝝ oĩm nr̃m. Et ipe dñs Ieſus dixerat: Venit filius hominis ſaluare quod perierat. Lucæ. xix. Sed totum perierat: totum ergo ſaluauit. quãtū̃ in eo fuit. ſ. ſuſtinendo pœnam ꝓ pctĩs oĩm. De⁹ aũt ſicut oĩm rerum: ita & culparū̃ & pœnarū̃ eis debitaꝝ habet notitiã: & nil impunitum ſua iuſtitia dimittit? Cum ergo ꝓ quolibet mortali debeatur pœna infinita. i. infernalis. nec hõ cum ſit virtutis finitæ poteſt ꝑ ſe ſatiſfacere debito infinito. vt deo ſatiſfieret de tantis offenſis: oportet ꝙ Chriſtus filius meus qui infinitus eſt ſua diuinitate in humanitate aſſumpta patiendo ſic ſatiſfaceret pro omnibus ꝑ paſſionem meriti infiniti. Vñ pœnam ſuſtinebit pro omnibus pctĩs noſtris: & ſic pœna eius erit quaſi infernalis. Et ꝓpterea Pſ̃. dicit in eis ꝑſona. repleta eſt malis anima mea. ſ. ſenſitiua: malis. ſ. pœnarū̃: & vita mea in inferno appropinquauit ꝓpter ſimiles pœnas. & hoc ꝓ peccatis hoĩm: qa quę non rapui (ait idem Pſ̃.) tunc. ſ. in paſſione exoluebam. Fecerunt primi parentes & alij ſuccedentes furtum ſe ſubtrahendo & ſuū̃ obſequiū̃ deo & ego hanc rapinam exolui. meipſum exinaniui: vermis exinanitus & non hõ vſq; ad mortem crucis totum me exhibendo. Cum ergo filius meus ſuſtineat tales cruciatus ego q̃ ſum mater & pater eius: quia non alium patrem habet in terris optimus amãtiſſimus. videte ſi eſt dolor ſicut dolor me⁹: vt & ego dicere valeam. dolores inferni circundederunt me: gemitus mortis & dolores inferni circundederunt me. Et quod adauget dolorem meū̃ eſt: quia cum filius meus ſuſtineat tot immenſos dolores & tantam pœnam quæ ſufficiat ꝓ omnibus ſatiſfacere & oĩm debita ſoluere: tñ plurimi ꝓpter ſuam cæcitatem & ingratitudinẽ ſe priuabunt tanto fructu. Scd'o oñditur magnitudo doloris in virgine ex puritate afflictionis in filij ſui paſſione. puritatem aũt dico: quia non habuit mixturam conſolationis. ſicut vinum dr̃ purū̃ quod non habet mixturam alterius liquoris. Dolor fundat̃ in amore: tanto em̃ quis dolet de amiſſione vel læſione alicuius rei: quanto ipſam diligit. Et quia ſumme diligebat mater virgo filium dilectione & naturali & gratuita: & quia filius & quia optimus: vt dici poſſet vtriuſq; vna anima vnū̃ cor. Ideo bñ dictum fuit a Symeone. Tuam ipſius animam i. animam tuã quæ eſt quaſi aĩa eius: propter ſummã adinuicem dilectionẽ: pertranſibit gladius afflictionis. ꝑtranſibit i. per totū̃ tranſibit abſq; refrigerij admixtione. Siquidẽ quãto quis eſt delicatior & cõplexionem habet corporis melius diſpoſitã: tanto magis affligitur & dolorem ſentit ex aliqua læſione corporis ipſius. Et hinc eſt ꝙ de eadẽ perſecutione & oĩno ſili infirmitate magis grauatur & dolet delicatus q̃ ruſticus: quanto etiam pars corporis quæ patitur læſionem eſt magis ſenſibilis: tanto læſio magis affligit. Vñ videmus ꝑ experientiam ꝙ frigus vel alia læſio magis affligit in manibus vel pedibus: q̃ in reliquis partibus corporis. ex eo quia eſt pars magis ſenſibilis ꝓpter concurrentiam pluriū̃ oſſiū̃ neruorum & venarū̃. Cum aũt p̃cipue paſſio chriſti fuerit in manibus & pedibus facta ꝓpter confixuram eorū̃ cum clauis in cruce & ſuſpenſionẽ totius corporis in illis. Iõ qñ virgo mater vidit impleri illud pſ̃. in perſona filij dictum. Foderunt manus meas & pedes meos: & dinumerauerunt oĩa oſſa mea. i. ita violenter extenderunt in cruce vt poſſent ſigillatim omnia oſſa mea dinumerari. maxime doluit filius per paſſionem ipſa per cõpaſſionẽ. In tãta paſſione nullam hũit ab alio conſolationem: vñ dicebat per ꝓphetam. q me conſolaretur non inueni. Non eum conſolabant̃ ſicut fieri ſolet morti adiudicatis a ducẽtibus eos. Nõ iudęi: ſed illudebant ei cum principibus ſacerdotum & blaſphemabãt. Nõ Gentiles: ſed coronã ſpineã imponentes capiti ꝑcutiebant eum. Non diſcipuli q fugerant ſm illud. Lõge feciſti notos meos a me. Non Mariæ cū̃ Ioanne q fidem diuinitatis eius amiſerant. Non pr̃ æternus conſolatus eſt eum. ſ. ad liberandū̃ eū̃ de manibus inimicorum: ſed ꝓ nobis tradidit illum. ait apl's ſ. voluntati eorum ꝑmittendo agere quęcūq; crudelia voluerunt. Et quod plus eſt: & oĩ admiratione. & compaſſione digniſſimū̃: quia & ipſa ꝑs intellectiua chriſti q̃ fruebatur continue deo nõ eſt ꝯſolata eū̃: ſed dereliqt illã ꝑtẽ ſenſitiuã tantis dolorib⁹ ĩmerſam. & ꝓpterea ipe in cruce clamauit cū̃ lachrymis & clamore valido: vt ait apl's ad Heb̃. v. De⁹ meus de⁹ me⁹ vt qd dereliqſti me. Mat. xxvij. Clamaue. iuſti & dñs exaudi. eos. ait pſ̃. Pr̃es veteris & noui teſtamenti in tribulationib⁹ ſuis & cruciatib⁹ dñs exaudiuit. etſi nõ ſemꝑ liberãdo ab illis pœnis: tñ ſemꝑ cõſolando mẽtẽ eoꝝ vt ĩ v̾tute ꝑſiſterent reſpectu ꝑmij & diuini bñplaciti. Ego aũt clamabo ꝑ diem

bo ꝑ diem



bo ꝑ diem & non exaudies dicendo. deus meus &c. clamans ſe derelictum. non ex eo ꝙ diuinitas ſeparata eſſet ab illa humanitate: quia qd' ſemel accepit dei filius nunq; dimiſit. ait Damaſce. ſed ſe derelictum dicebat: quia pars eius intellectiua eius gaudij & conſolationis quo fruebatur in verbo nil influebat aut communicabat ſenſitiue ad cõſolationem. & in hoc non exaudiebatur quod in nullo ſanctorum accidit: Et ideo dictum eſt ꝙ hæc afflictio vel paſſio fuit pura. ſ. ſine admixtione conſolationis. Hęc autem verba audiens mater gladius pertranſiuit animam eius: intelligens eum non derelictum ꝑ ſeparationem deitatis: ſed per ſubtractionem oĩs refrigerij & ſuauitatis. Attendite ergo & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Nam & ſi pręſens fui & iuxta crucem ſteti: & hoc totum ad augmentum doloris. Quæ enim mater quę habens filium præſentem etiam in tormentis nõ valeat vel in aliquo conſolari: ipſum amplexari: oſculari: potum porrigere ſitienti? Ecce filius me⁹ dilectus ad mortem ſitit. hoc exprimens vt refocilletur: nec ſtillam aquæ poſſum præbere: ſed ſi offertur in mei p̃ñtia acetū̃ & fel. vulnera video: nec poſſum alligare. ſanguinem effluere. nec poſſum ipſum extergere. caput ex grauamine inclinatum: nec valeo illū̃ brachijs ſuſtentare a me remotum. vnde nec amplexari. Et ſi audio verbum ex ore eius. Ecce filius tuus. ſ. Ioannes: & hoc vti ꝙ verbum dei gladius acutus quod pertranſiuit animã meã. Reuera inquit bea. Berñ. hoc verbum: ecce filius tuus pluſq; gladius fuit: quod pertranſiuit animam eius vſq; ad diuiſionem animæ & ſpū̃s. O quam cõmutationem: Ioãnes ꝓ Ieſu traditur: ſeruus ꝓ dño: diſcipulus pro magiſtro: filius Zebedei ꝓ filio dei: purus hõ ꝓ vero deo. quõ tuam affectuoſiſſimam aĩam nõ ꝑtranſiuit gladius hoc audito. qñ & nr̃a licet ſaxea licet ferrea pectora ſcindat ſola hui⁹ recordatio. Anſel. O dña mea quibus ſingultibus æſtimabo puriſſimū̃ pectus tuū̃ vexatum cum audires. mulier ecce filius tuus. vñ cõgrue dicere poterat illud Hiere. xv. Amaritudine repleſti me &c. Quantum ad tertium. ſ. de circunſtantijs ipſius paſſionis poteſt perpendi immẽſitas doloris virginis matris quæ ſtabat iuxta crucem. Notandum ꝙ ſeptem ſunt circunſtantiæ circa ipſam paſſionem chriſti.

Septem circū̃ſtãtiæ paſſionem xp̃i aggrauantes & ꝑ ꝯñs btẽ v̾ginis Mariæ ꝯpaſſionem.

¶Ex patientis dignitate.
¶Ex inferentis peruerſitate.
¶Ex temporis ſolennitate.
¶Ex loci vilitate.
¶Ex afflictionis vniuerſitate.
¶Ex conſuſtinentis ſocietate.
¶Ex fructus paucitate.

De patiẽtiæ dignitate.

Quantum ad primū̃ manifeſtū̃ eſt ꝙ quanto dignior eſt perſona quæ offenditur tanto maior eſt offenſa. & ꝑ ꝯñs ſuſtinẽti & omni attinenti ei. & ſi diligit eū̃ occaſio eſt maioris doloris. Dñs Ieſus deus erat & hõ. vñ dignior perſona eſſe non poterat: & ꝗuis diuinitas ſua pati non poſſit: nec aliquis attigeret ad eam offendendam. tñ quia humanitas illa erat organum quoddam & veſtimentū̃ quaſi diuinitatis. Vñ apl's ait Habitu inuentus eſt vt hõ. ad Phil̃. ij. Ideo omnis iniuria facta illi humanitati & corpori põt dici facta deo: ſicut qui frãgeret vel ſpueret in veſtem qua indutus eſt imperator nõ diceretur facere iniuriam veſti ſed imperatori: quia ea indutus eſt. Inquantū̃ etiam homo erat de ꝓgenie regali & ſacerdotali genitus. rex & ſacerdos ſummus innocentiſſimus: ſapientiſſimus: ex miraculis: ſanctitate & doctrina famoſiſſimus: cum igitur ei fuerint illatæ tot contumeliæ, irriſiones, maledictiones, infamationes, & afflictiones corpori inde ſibi magnus exurgebat dolor: & matri eius quæ ſtabat iuxta crucẽ omnia illa audiens & videns dicere poterat illud Iob. xxx. Os meum ꝑforatur doloribus: oſſa ſunt potentiæ animæ qbus conſiſtit robur eius. Os autem dicit in ſingulari: qa potẽtia ſenſitiua. Nam vt ait be. Berñ. Captiuorum libertas capitur: gloria angelorū̃ illudit̃: deus omniū̃ flagellat̃: candor lucis æternæ & ſpeculum ſine macula conſpuitur. Et cum vita omniū̃ occidatur quid reſtat nobis miſeris agendum niſi vt eamus & nos & moriamur cū̃ eo per cõpaſſionem eius & ad matrem eius. Dolebat ſiquidẽ de iniurijs tanti filij tã ſcti tã innocentis: ſed non minus de offenſa dei. Et iõ attẽdite & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Sed dicere poſſet qd' ait. b. Berñ. in perſona chriſti patientis. Cū̃ ſit tantus dolor quem patior. tanto plus crucior cum te ingratum experior. ſ. de tãto beneficio. Oſtenditur ſcd'o magnitudo doloris in virgine ex circunſtãtia inferentis iſtam paſſionem filio. Quanto enim plures concurrunt & diuerſorū̃ ſtatuū̃: & magiſtratuū̃ & amici & valde bñficiati ad inferendum iniuriam & mortem valde ignominioſam alicui: tanto maior dolor & afflictio ſequitur in paſſo & in quolibet attinente & amico ei⁹.

De ĩferẽtiũ paſſionẽ ꝑuerſitate.

Sed ad inferendã paſſionem tam amaram & opprobrioſam chriſto concurrunt de omni gñe & ſtatu: ac etiã q prius erant diſcipuli: ac etiam ſumme bñficiati. Et ideo virgo mater ei⁹ dilectiſſima ſumme doluit ſtans iuxta crucem. Aſtiterunt reges terræ. ait pſ̃. ij. & principes cõuenerunt in vnum aduer. dño. & aduer. chriſtum eius: ſ. ad mortem ei inferendã. Reges quidem aſtiterunt. ſ. herodes rex galilææ qui ſpreuit illū̃ cū̃ exercitu ſuo indutum veſte alba: & vt fatuum remiſit illum ad pilatum vt iudicaret eum. Rex romanorum monarcha. ſ. Tyberius imperator: & ſi non in perſona: tñ per locū̃ ſuum tenente pilatum. ſ. pręſidẽ iudææ q dedit ſñiam mortis ꝯtra eum ad tumultum ꝑpl'i clamantis. ſ. crucifige crucifige eum. principes q̃q; ſacerdotum omnes iſti aſtiterunt. i. ante alios omnes & gentiles & ꝑpl'os iudæorum vt pricipaliores. Nã principes ſacerdotum colligentes concilium propter hoc & principales eorum ſummo ſacerdoti caypha conſulente & decernente: qa expedit vobis vt vnus moriatur pro ꝑpl'o: exinde quæſierunt oportunitatem capiendi eum. Quem cum cœpiſſent nocte: proditionem faciente iuda diſcipulo ſuo. iterum ſummo mane conuenerunt ad inquirendum falſum teſtimonium ꝯ eum: & cū̃ non inuenire poſſent teſtimonia conuenientia multa falſa dicentibus ad interrogationem & adiurationem cayphę ſummi ſacerdotis cum diceret ſe eſſe xp̃m filium dei benedicti ad expreſſionem tantæ veritatis: & tantis miraculis ſuis approbatæ doctrinæ iudicauerunt eum reū̃ mortis. & poſt ſputa, alapas, & contumelias: vt maleſactorem pilato p̃ſentarunt occidendum. & cū̃ in ipſa paſſione ſexus fœmineus deeſſet & viliſſima ancilla oſtiaria: q̃ & ſi non potuit adire Ieſum propter multitudinem alioꝝ eū̃ irridentium & affligentium oſtendit diſcipulum quærens vt caperetur tamq; diſcipulus xp̃i. Sed quia hoc inconſulte negauit euaſit capturam. Milites autem pilati qui gentiles erant poſt ſñiam latam a pilato poſtq; illuſerunt ſatis: indutum veſte coccinea ad crucis patibulum deduxerunt. Et ſic omnes conuenerunt in vnum aduerſus xp̃m. Quantum aũt fuerunt beneficiati ab eo non poſſet etiã ꝓlixo tp̃e explicari aliquid tñ vel breuiter perſtringam: vtens verbis prophetę. Mich. vi. in perſona xp̃i ad ꝑpl'm illum ſceleſtum & ingratiſſimū̃. Popule me⁹ quid feci tibi & in quo &c. hoc boni tibi feci. Patres tuos Iacob cū̃ filijs in egypto ꝑ Ioſeph enutriui famis tp̃e ne perires. Et poſt tp̃e multiplicatos ſupra numerū̃ de dura ſeruiture ęgyptiorū̃ te eduxi. A flagellis quib⁹ ægyptum totã percuſſi te liberū̃ feci. Mare rubrum tibi aperui vt per eum ſicco veſtigio tranſires. Pharaonem aũt cum exercitibus ſuis ibi ſubmerſi. Mãna de cœlo p̃ſtito ꝑ. xl. annos te paui. Aquam tibi de petra fluxi: inſurgentes ꝯ te hoſtes ꝓſtraui. Seon regem amorreorū̃. & og gygantẽ regẽ baſan. Terram fluentem mel & lac patrib⁹ tuis a me ꝓmiſſam exterminatis. xxx. inde regibus & plurimis nationibus tibi largitus ſum. Et prius in monte ſina legem ſeruandam tibi tradidi. A captiuitate diutina. ſ. ꝑ. lxx. annos propter ſcelera tua in babylonia portata te liberans ad propria ſub Eſdra Neemia & Zorobabel reduxi. De graui oppreſſione antiochi regis per Iudam machabęum cū̃ fratribus te excuſſi. Ecce quid feci tibi. Rñde ergo mihi ſi tanta bñficia a me tibi collata hanc talem retributionem meruerim vt me crucifigeres. In quo moleſtus fui. Rñde mihi. Ego ex gñe tuo carnem ſumens regale ſolium cœli dimiſi vt tibi frater eſſem. Ego per ciuitates tuas caſtra & vicos diſcurri in tui vtilitatem laborans. Ego ſemper in templo docui quæ te ſaluum facere poſſent. Ego cæcos tuos illuminaui: leproſos mūdaui: claudos erexi: obſeſſos a dæmonibus liberaui: ſurdis auditum reſtitui: mutis loquelam: infirmis varijs ſanitatem: mortuis vitam. Nunquid in iſtis moleſtus fui? Præcæpta declaraui: errores confutaui: vitia reprehendi: conſilia perfectionis adieci. Sed quia veritas odium parit apud inſipientes quæ gignere debet dilectionem. ideo in his tibi moleſtus fui no-

De dolore btẽ v̾ginis Mariæ iuxta crucẽ.

Redargutio xp̃i erga Iudæos

lenti veritatem audire. Quid vltra tibi facere potui & non feci. Heccine reddis domino pple ſtulte & inſipiens. Conſiderans ergo mater beneficia facta a filio ſuo pplo illi. & nũc ab eo tanta peruerſitate: tanta crudelitate cruci affigi: valde dolebat vt dicere poſſet illud pſ. xxx. Defecit in dolore vita mea. Attendite ergo & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus.

*De tpe q paſſus ſ. ſolẽnitate paſchali.*

Ex temporis ſolennitate etiam ampliatus eſt dolor in virgine matre. Erat eñ ſolennitas phaſæ ſeu azymorum: q̃ erat precipua ſuper omnes alias in qua tenebantur ex lege omes iudei venire de quibuſcumq; ciuitatibus & locis ad templũ in hieroſolymis ſitum vel conſtructum ad ſacrificium offerendum: niſi legitimum haberent impedimentum. Et quia per varias captiuitates eorum erant ſatis diſperſi per orbem & in Italia & aſia & aphrica. vt patet Act. ij. de omni pene natione conuenerant hieruſalem ad illud feſtum. Quanto aũt quis condẽnatur ad mortem propter maleficium concurrente maiori curſu ppli: tanto maior ei inſurgit pœna confuſionis & erubeſcentiæ. Conſiderat enim q̄ quilibet videns narrat alijs: & ſi peregrinus eſt reuerſus in patriam ſuam: refert & diuulgat ciuitati ſuæ de illo malefactore & ignominioſa punitione: & ſic vbiq; infamis abominatur. De graui autẽ crimine calũnioſe accuſarũt: de blaſphemia dei grauiſſima apud Iudæos: quia dei filium ſe dixerat. De crimine læſe maieſtatis maxime apud leges gentilium. Vñ in titulo ſup crucem ſcribi fecit ipſe pilatus. Ieſus nazarenus rex iudæorum q. d. Hec eſt cã paſſiõis hui⁹: qa vſurpauit ſibi regnũ iudeorum faciendo ſe regem: & prohibendo tributa dari cæſari & per hoc quaſi rebellare faciens pplm Tyberio imperatori. Et vt omnes poſſent legere ex quo de omni gẽte ibi erant. ſ. iudeorum, grecorum, & latinorũ ſcribi fecit lrís græcis, hebraicis, & latinis. Conſiderans igitur virgo mater quæ ſtabat iuxta crucem tantam cõfuſionem tã publicandã per orbem & filij ſui diffamationem non poterat non valde dolere. Sed & de offenſa dei in tantæ ſolennitatis tpe in quo magis debebãt deum venerari pro beneficijs collatis illi pplo. Erat enim feſtum illud inſtitutum in recognitionem liberationis illius ppli de ſeruitute ægypti per ſanguinem agni. Vbi ergo debebant ſacerdotes templum dei ornare: vaſa dei mundare: ſacrificia pparare: omnibus dimiſſis ad hoc totum ſtudium ponunt. vt agnus immaculatus q tollit pctã mundi occidat non vt ſanguine eius fuſo mundus redimatur. ſed ne terrena amittamus. ne veniant romani & tollant locum nrm & gẽtem: ne correctorem vitiorũ nrorũ habeamus: ne eũ magis honoratũ q̃ nos a pplo videamus. Quod aũt dicunt. Non in die feſto hoc agamus: non ob reuerentiam feſti conueniunt hoc facere ne deus offendat: ſed ne tumultus ppli congregati fieret & de manibus eorũ auferatur. Et ideo dicere poterat virgo mater illud Threñ. j. Poſuit me dñs deſolatã tota die mœrore confectam. & infra. Audite obſecro vniuerſi ppli. & videte dolorem meũ. ſ. ſi eſt ſimilis.

*Quali iudei accuſauerũt xp̃m de crimine læſæ maieſtatis.*

*De loci vilitate.*

Quarto oſtenditur ex loci vilitate augmentatio doloris eius. quia in loco viliſſimo crucifixus eſt. Nam vt narrant euangeliſtæ duxerunt eũ in golgotha. quod eſt caluarie locus: & ibi eum crucifixerũt. Qui locus ideo dicebatur caluarie: quia ibi erant oſſa mortuorum & caluarie & alia cadauera: & ibi occidebantur viliſſimi homines & magni malefactores. Ibi ſtabat iuxta crucẽ mater eius: & videns locum tam vilem: ac filium eius regem regum & dñm dominantium factum opprobriũ hominũ: & obiectionem plæbis: dicere poterat illud Threñ. j. Idcirco ego plorans & oculus meus deducens lachrymas: quia longe factus eſt a me conſolator. Sed iſte locus fuit vltimus terminus paſſionis. Conſiderem⁹ & alia loca in quibus paſſus eſt & q̃ vilia. Et primus quidẽ fuit in horto vel prope hortũ: in quo fecit orationẽ: ne biberet calicẽ paſſionis ſm inſtinctũ ſenſualitatis: non ſm determinationẽ rationis. In horto deliciarum. ſ. paradiſi fuit furtũ perpetratũ a primo Adã de fructu arboris interdictæ: & prope hortũ fuit principiũ & finis paſſionis. qua a ſcdo Adã xp̃o ſolutum eſt furtũ in arbore crucis. Vñ in Canti. dr. Sub arbore mala ſuſcitaui te mortuã in pctís. Ibi corrupta eſt genetrix tua Eua. ſ. per fructum decæpta. Ad illum locũ accedẽs prope hortũ multitudo magna cũ fuſtibus & gladijs & laternis: vt ad latronem magnũ capiendum duce eorũ iuda proditore. cum appropinquaſſet ei oſtendit dñs Ieſus & potentiam ſuã & beneuolentiã. Potẽtiam quidẽ: quia eo dicente. Ego ſum quem quæritis: ſubito omnes ceciderunt in terram retroſum amiſſis corporis viribus: vt pateret omnibus quia non coactus patiebatur. Beneuolentiam: qa & ſi tanta crudelitate ad capiendum venerãt abſciſſam auriculam malcho a petro: quia primus iniecerat manum in magrm ei reſtituit. Eo autem capto ex diſcipulis eius fugientibus. vnus forte ioãnes: vt pie credi põt: etſi euãgelium non ponat. venit in bethaniã: vbi mater ieſu erat cũ alijs marijs nuntians cum lachrymis capturam filij. Quo audito pertranſiuit doloris gladius animam eius: noctem ducens inſomnem & lachrymis plenam. Et quid orare aptius poterat q̃ illud. Exaudiat te dñs in die tribulatiõis: protegat te nomen dei iacob. Mittat tibi auxilium de ſctõ &c. Ligatus autem ieſus vt a vinculis pctõrum ſolueremur de loco illo ductus fuit ad annam primũ ſocerum cayphæ. vbi a miniſtro eius crudeliter exalapatus eſt. Indeq; ad atrium cayphæ principis ſacerdotum ductus eſt & tota nocte afflictus. ſm illud pſ. lij. Caſtigatio mea in matutinis. Mane aũt facto mr̃e eius ciuitatem intrante plurimis deuotis mulieribus aſſociata lachrymis plena omnes inclinabat ad fletum mulieres occurrentes. Videnſq; filium iam afflictum ſputis: manibus ligatum duci ad pilatum: gladius pertranſiuit animam eius: Ipſumq; ſequens nec loqui valens impedita a militibus peruenit ad plateam domus pilati: vbi iudicium de eo exercebatur: flagellari filium plurimis & duriſſimis ictibus audiens nec flagellis ſatiatos adhuc clamare. Crucifige crucifige eum & non hunc ſed barrabam nobis dimitte. O quot de pudiciſſimis oculis ſuis lachrymarum fontes exibant: certe gladius pertranſibat animam eius. Demum ſñia iniquiſſime data cum duceretur ad locum caluarie: ſequebatur eum multitudo mulierum plangentium & lamentantiũ de morte eius. quarum ipſa prima erat. Videnſq; filium cum corona ſpinea quam capiti infixerant milites pilati: faciemq; illam ſpecioſam præ filijs hominum ſanguine de puncturis ſpinarum fluente cruentatã ſputis deturpatam. Crucem ſibi impoſitam in humeris præ laſſitudine ferre non valentem dicere poterat. quis det mihi p te mori mi fili: O fili mi lumen non ſolum oculorum meorum: ſed gloria omniũ populorum. Ad eos autem qui eum ſequebantur & illas conuerſus: recompenſans affectum & conſolatus eſt dicens. Filiæ hieruſalem nolite flere ſuper me prænuntians eis futurum excidium vt ſibi prouideant ſubdens. Sed ſuper voſipſas flete & ſuper filos veſtros &c. Demum in illo viliſſimo loco caluarie crucifixerunt eum. Vnde ſtans ibi iuxta crucẽ dicere poterat. Attendite & videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus.

*Quis p̃mus nũtiauerit btẽ Mariẹ captionẽ xp̃i*

*De affli ctiõis generalitate.*

Quinto ex afflictionis generalitate oſtenditur magnitudo afflictionis in Chriſto patiẽte & matre compatiente. Ad literam verificatum eſt in eo illud Eſa. j. A planta pedis vſq; ad verticem non eſt in eo ſanitas. Et a vertice inchoãdo caput illud ſctiſſimũ gazophylatium ſapientię dei pũcturis acutiſſimis coronæ ſpineę penetrantib⁹ vſq; ad os perforatum fuit. Egredimini filiæ Sion animæ fideles ab alijs mundi cogitationibus & videte meditando regem Salomonem ſapientiſſimum qui dedit ſapientiam Salomoni in diademate ſpineo in quo coronauit eum mater ſua ſynagoga iudæorum ex qua ſm carnem natus eſt. Oculi pijſſimi a quibus intuitus Petrus cognoſcens peccatum ſuum fleuit amare: i deriſum velati ſunt: facies eius plena gratiarum: deturpata eſt ſputis & ſanguĩe vt leproſus videretur. Eſa. liij. Nos vidimus eum quaſi leproſum. vnde nec reputam⁹ eũ. Genæ eius candidæ & rubicundæ alapæ percuſſæ ſunt. Ecce dedi corpus meum percutientibus. ait ipſe per Eſa. l. c. & genas meas vellentibus. Aures illæ quæ melos audiunt angelorum repletæ ſunt blaſphemijs: detractionibus: contumelijs: irriſionibus populorum. Propheta inquit in eius pſona. Factus ſum in deriſum omni populo meo canticum eorum tota die. Et iterum omnes maledicunt mihi. Nares beatiſſimæ ei⁹ ad cui⁹ odorẽ reuiuiſcunt mortui vt balſami aromatizans fatigantur fetoribus cadauerum caluarie loci. Capilli eius capitis & barbæ delicatiſſimi violentia tracti aut euulſi ſunt. Os eius quod tã ſanã: tã ſapiẽtiſſimam: tam vtiliſſimã & veridiciſſimã doctrinã ptulerat: percuſſum eſt & tanq̃ ouis ad occiſionẽ duct⁹ nõ aperuit os ſuum ad excuſandũ vel cõminãdũ vel maledicẽdũ: ſed benedicẽdũ & orã dum pro



dum pro inimicis. Collum eius ſuauiſſimum colaphis attritum eſt. Manus eius potentiſſimæ ex quarum contactu infirmi plurimi ſanati ſunt: & leproſi mundati: clauis duriſſimis cruci affixæ ſunt. Pedes ei⁹ quorum terra ſcabellum eſt quicq; diſcurrentes per ciuitates: villas & caſtra: tantum laborauerũt pro hominum ſalute in cruce extenſi ſunt. ſm illud pſ. xxi. Foderunt manus meas & pedes &c. Totum corpus illud dulciſſimum quod in cibum illum ſalutiferum nobis reliquit: flagellis multis & diris ceſum: dilaceratum & ſanguine cruentatum. ſm illud pſ. Fui flagellatus tota die. Oſſa illa confracta ſunt: remãſerat ſola lingua & cor integra. Sed ne & illa ſine vlla læſione manerent Lingua eius aceto & felle in ſiti mortis amaricata eſt. vt impleretur illud. Dederunt in eſcam meam fel: & in ſiti mea potauerũt me aceto. pſ. Demum eo mortuo non ſatiatis de cruciatibus viuentis & morte eius ſpũ tradito latus eius lancea apertum eſt. vnde exierunt ſanguis & aqua medicinæ noſtrarum animarum. Sed & in rebus ſibi adhærentibus. ſ. veſtibus iniuriati ſunt. Nã diuiſerunt ſibi veſtimenta mea. ait ipſe per pſ. & ſuper veſtem meam illam ſcilicet inconſutilem quam fecerat ei mater ſua miſerunt ſortem. Conuerſantes quoq; cum eo diſcipulos eum derelinquere compulerunt. capere cupientes adoleſcentem qui eum ſequebatur ſindone ſuper nudo indutũ niſi fugiſſet. Stabat ergo iuxta crucem mater eius. & hæc videns & ſcripta & pnũtiata recolẽs dicere poterat illud Threñ. ij. Oculus meus afflictus eſt: nec tacuit eo q̄ non eſſet requies donec aſpiceret & videret dominus de cœlis. i. non tacuit a fletu eo q̄ non eſſet requies alicui membro filij mei donec aſpiceret dominus. ſ. reſuſcitando ipſum a mortuis. Attendite igitur & videte o vos omnes ſi eſt dolor ſicut dolor me⁹.

*De cõſuſtinẽtiũ ſocietate.*

Sexto non modica cauſa doloris ſicut fuit in chriſto patiente ita & in matre compatiente: hoc. ſ. q̄ cum latronibus crucifixus eſt. Sicut enim pati iuſtum & innocentem cum alijs ſctís & probis viris & iniuſte condẽnari ad mortem eſt aliqd refrigerium. ita ecõtra condẽnari cũ ſceleratis eſt augmẽtum pœnæ: cum ex hoc videntes iudicẽt illũ ſceleſtum. Vnde & pro ſpeciali iniuria & crudelitate erga eum pdixit Eſa. liij. Et cum ſceleratis deputatus eſt. ſ. ad mortem: quod vidẽs virgo mater in filio impleri: cum in medio latronum crucifixus eſt: valde doluit. Hoc etiam xp̃s horrens ſm ſenſitiuã orabat per pſ. dicens. Ne perdas cum impijs deus animam meam. i. vitam. vñ & ſubdit quaſi declarans ſe. neq; cum viris ſanguinum vitam meam. Erat ſiquidem crux illo tẽpore ſupplicium latronum: licet nunc ppter chriſtum in ea extenſum cum ſumma veneratione tranſeat ad frontes imperatorum & oĩm xp̃ianorũ. Erat mors maximæ infamiæ & acerbiſſimæ pœnæ. Vñ in lege dictum eſt. Maledictus omnis q pendet in ligno. maledictione. ſ. infamiæ. Quod intelligentes ipſi maligni iudæi vt refert quidã ſapiens hoc prenuntiãdo: dixerunt non recte ſed peruerſe cogitãtes morte turpiſſima cõdẽnemus eum.

*Quare xp̃s mori voluit in cruce*

Hoc genus mortis ideo xp̃s elegit potius q̃ aliam mortem: vt doceret & cõfortaret quẽlibet propter nullum gen⁹ mortis quantũcũq; ignominioſum: quantũcũq; aſperum: deum ſeu mandatũ eius quodcũq; deſerendũ. vt notat btũs Tho. poſt Aug. in. iij. pte. cũ & ipſe rex regum & dominus dñantium mortem ſuſtinuit immaturam: qa in flore iuuentutis. violentam quia ab alijs & bñficiatis acerbiſſimam qa crucis. viliſſimam qa in medio latronum. Humiliauit (inquit apls) ſemetipm. Phil. ij. vſq; ad incarnationem. inquit glo. vſq; ad humanæ mortalitatis participationem: vſq; ad diaboli tentationem: vſq; ad ppli deriſionẽ vſq; ad ſputa: vincula: flagella: alapas. & ſi hoc parum aliqd de genere mortis addendũ eſt non cuiuſcũq;: ſed crucis quæ cæteris ignominioſior eſt. Et quanto (ait. b. Ber.) minorem ſe fecit humilitate: tanto ſe oſtendit maiorẽ bonitate Et quãto vilior: tanto inde charior. idem ſuper Cant. O humilem & ſublimẽ. o altiſſimum & nouiſſimum. o opprobrium hominum & gloria angelorũ. Nemo ſublimior: nemo deſpectior. Eſto vilis quantum vis: nũq̃ xp̃o vilior eris. Ipſe ſi quidem rex regum & dñs dñantium fuit viliſſimo pretio venalis expoſitus: a viliſſimo pplo viliſſima paſſus. viliſſimo loco crucifixus crucis ſupplicio traditus: inter latrones poſit⁹: cum iniquiſſimis & viliſſimis hominibus deputatus: modo viliſſimo tractatus. Etenim tanq̃ malefactor bonus dñs capitur: tanq̃ furioſus manſuetus vinculis aſtringitur. tanq̃ peſtifer ſaluator accuſatur. tanq̃ fatuus dei ſapientia irridetur. tã q̃ homicida vita hominum morti dãnatur. tanq̃ leproſus & immundus mundator criminum extra mœnia eijcitur. tã q̃ latro crucifigitur: tanq̃ flagitioſiſſimus confutandus ab omnibus & intuendus nudatur. & tanq̃ vermis vilis & viliſſimus ſummus deus conſpuitur: abijcitur: & cõculcatur. hæc ille. Et tamen inter tantas iniurias & vilificationes pro crucifixoribus depcatur. Latroni & ſi propter ſcelera crucifixo ad pniãm conuerſo. non ſolum veniam: ſed paradiſum pollicetur dicens. Hodie mecum eris in paradiſo. Stabat iuxta crucem mater Ieſu hæc meditans & doloribus quaſi defecta ait ad crucem: vt pie credi poteſt. Flecte ramos arbor alta: tenſa laxa viſcera: & rigor lenteſcat ille quem dedit natiuitas: vt ſuperni membra regis miti tendas ſtipite. Ad filium autem. Mihi non loqueris: pro iudæis intercedis: latronem conſolaris. Ad quam ille. Ecce filius tuus. ex quo ad patrem p mortẽ vado loco mei Ioannem dimitto. Sed iſta commutatio ad auget dolorem: cum filius hominis mihi detur pro filio virginis: imo & dei. Attendite ergo & videte &c.

*De fruct⁹ ſcilicet paſſionis paucitate.*

Septimo oſtẽditur magnitudo doloris ſicut in xp̃o patiente. ita & in matre compatiente: ratione paucitatis fructus ſeu vtilitatis ipi⁹ paſſionis: ex parte miſeræ peruerſitatis & ingratitudinis hominum. Nam cum copioſa fuerit apud deum redemptio. adeo q̄ pretium ſanguinis ei⁹: nedum omnes homines erat ſufficiens ad redimendum: ſed & mille mundos ſi fuiſſent. & tamen pauci ſunt qui ſe faciant participes fructus ipſius paſſionis propter deſidiam & ingratitudinem hominum. Sicut autem ex magno lucro quod quis vidit ſe conſequi ex ſuo labore multum conſolatur. ita econtra cum maximo labore quem quis tolerat videt conſequi modicum fructum vel nullum: multum cõtriſtatur & dolet. Clamabat Ieſus in cruce. Sitio. Et licet ad lrãm ppter intenſum dolorem ſitiret corporaliter. maior tñ erat ſitis ſpũalis deſiderij ſaluationis humani gñis. Et cũ videret ipſe & mater eius pene nullum fructum tunc ſequi: ſed potius ruinam pparari Iudæorũ propter perfidiam ſuam caſum contigiſſe aplorum: & in futurum multos perituros chriſtianorum: dicere poterat cum dolore illud Mich. vij. Ve mihi quia factus ſum ſicut q colligit racemum in autũno. Nam tunc vindemiata vinea non reperit niſi aliquis racemus. Ita & in tempore paſſionis totam pene vineã humani generis vindemiauerat diabolus vt ſibi ſubditam remanſit aliquis paruus racemus vt latro conuerſus. Centurio fidem xp̃i confeſſus. & aliquis alius quem xp̃s collegit. Multum ergo dolet xp̃s & mater eius de tanta ingratitudine. Vnde clamat per. b. Ber. Ad te clamo q p te morior. Te exhortor qui in cruce patior. Vide clauos quibus confodior. Vide latus quo aperior: & cum ſit tantus dolor interior & exterior: plus tamen me cruciat q̄ te ingratum experior. hæc ille. Et per Augu. Cum eſſes inimicus pri meo reconciliaui te per me. & cum longe eſſes veni vt redimerem te. & inter montes & ſyluas cum errares quæſiui te: inter lapides & ligna inueni te: & ne luporum ferarũq; rabido ore laniareris collegi te laboraui: ſudaui caput meũ ſpinis oppoſui. Latus meum pforari permiſi: tot iniurijs laceſſitus ſum vt coniungerẽ te mihi. & tu diuideris a me tanta. ſ. eſt ingratitudo tua. & Oſee. vj. conq̃rens dñs ait. Mĩa vr̃a q̃ſi nubes matutina: & q̃ſi ros mane ptranſiens. Mĩa vr̃a. i. quã vobis feci in redimendo: q̃ſi nebula matutina q̃ ſ. cito ptrãſit: ita illud a memoria vr̃a. & q̃ſi ros q adueniente ſole ſubito deſiccatur. ita adueniente calore tentationũ & tribulationũ ſubito perijt a vobis memoria paſſionis & gr̃a p eam recæpta. Sed aĩa deuota dicit illd Threñ. iij. Memoria memor ero: & tabeſcet in me aĩa mea ex compaſſione.

*Qualiter diabolus tẽpore paſſionis domini omnes pene vindemiauerat.*

## § III. DE TERTIO PRINCIPALI

cum dr̃. Mater ieſu: mater immaculata: mr̃ intacta: mr̃ vnigeniti dicta: mater dei & plaſmatoris oĩm eius q ĩ cœlis eſt ſine mr̃e: in terris ſine pr̃e: mr̃ vnici filij ieſu: & ideo plus amans & plus dolens. Mr̃ ſola genitrix totius ieſu: & iõ plus amãs q̃ ſi patrem habuiſſet: quia plus ſua res: & inde plus dolens. Vñ Hiere. xxxj. ait. Fœmina circundabit virũ. Solet hõ circũdare quod ſuũ eſt pprium nõ qd alienum. In alijs filijs ſuba filij non eſt tota ppria mr̃is: ſed & pr̃is. Et ideo nulla mater

circundat filium vt virgo Maria. Omnis alia figura pluribꝰ lineis formatur. Circularis virgo figura vna linea clauditur. Sic beata virgo Maria ſola clauſit intra viſcera ſua chriſtū. Alij filij duabus lineis figurantur.ſ.patre & matre. Quod circundatur ex nulla parte eſt apertum ſed vndiq; clauſum. Sic beata virgo Maria ante partum & in partu & poſt partum: & ideo circūdabit virum.ſ.Ieſum totum perfectum. Sed dolores partus quos euaſit pariendo: ſibi reſeruati fuerunt in paſſione filij.vt dicit Ioan.Damaſ. Nec vlla vnq; pariendo experta eſt tantum dolorem ſicut ipſa iuxta crucem in compatiendo. Ex ipſa autem maternitate.i.generatione Ieſu facti ſumus fratres Ieſu propter quod non confunditur homines vocare fratres.ait apl's ad Heb̄.dicēs per pſ̄.xxj. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et ideo ſicut debemꝰ compati fratri noſtro Ieſu in tanta eius paſſione pro nobis: ita & matri noſtrę de morte fratris nr̄i & filij ſui.vnde (vt dicit be. Aug. Cum annuatim chriſti paſſio ab eccleſia recolitur: ita debet nos mouere ad compaſſionem ſicut nunc videmus impleri. Sic & matri noſtræ compati quæ ſtabat iuxta crucem. Ipſm autem veſpere depoſitum ſacratiſſimum corpus per Nicodemum & Ioſeph ſuſcipiens in gremio mater: quot flumina lachrymarum.q; amariſſimos ſingultus.q; alta ſuſpiria. quæ verba mœſtitiæ plena ex ea proceſſerint quis poſſit exprimere. cum ſingula membra perquireret tam dire cruciata: tam turpiter deluſa oſcularetur & lachrymis irrigaret: ſociata Maria magdalena & alijs Marijs & deuotis mulieribꝰ. Cum autem ſero factum eſſet: deuoti homines pie & deuote corpus illud de brachijs accipientes poſuerunt in monumēto mente conſepulta cum eo. Reminiſcens ergo beati ſanguinis (ait dominus Latinus ordinis prædicatorum cardinalis) quem profudit amator hominis perfudit lachrymis. Nō eſt locus ingratitudinis vbi torrens tantæ dulcedinis attingit animas, Ieſu bone cur tāta pateris: cum peccati nihil commiſeris flos innocentiæ. Ego latro: tu cruce moreris. ego reus: tu pœna plecteris noſtræ nequitiæ. ante fecit ſic amor ebriū: vt nec crucem putes opprobrium amoris gratia: ſed ve mihi miſero ſi non recognouero. ve mihi miſero ſi non recompenſauero dignis operibus. Regnum quæritis: non intrabitis ſine crucis claui. portum petitis: non venietis ſine crucis naui. Sola enim digna fuit ferre ſæculi prætium. atq; portū præparare nauta mundo naufrago vitæ æternæ. Quam ipſe concedat qui eſt benedictus in ſæcula ſæculoꝝ. Amen.

qualiter effecti ſumꝰ fratres ieſu chriſti.

¶De aduentu ſpirituſſancti in virginem Mariam cum apoſtolis. Cap.XLII.

**I OMNES ERANT PERSEVE**rantes in oratione cum maria matre Ieſu. Act.j. Hæc dicuntur de his.ſ.apoſtolis poſt aſcenſionem chriſti cum congregati in vnum expectabant ſpiritūſanctum promiſſum a xp̄o cum ait Ioan.xvj.ibi. Mittam vobis a patre ſpiritum veritatis. vnde beatus Hiero.in ſermone, Ecce ieſu aſcendente cum quibus virgo vacat in ſchola virtutum: & meditatur in lege mandatorum dei: vt & ipſa ſit forma diſciplinæ chriſti & exemplū perfectionis. Conuerſatur cum teſtibꝰ reſurrectionis & ipſa teſtis. Conuerſatur cum ſenatoribus cœli infra curiam padiſi ſub ſpūſſancti diſciplina & magiſterio totius diuinæ maieſtatis. Inuenitur prima glorioſa virgo Maria inter primas ſummi regis cohortes: quorum vita non erat iam de terra. Vinum non habent: dixit beata Maria in nuptijs exiſtens ad filium. Quia nuptiæ iſtæ celebratæ inter chriſtum & eccleſiam erant publicandæ per apoſtolos qui ibi erant cum ea. Et vinum illud perfectiſſimæ gratiæ nondum aderat in eis: quia nondum erat ſpirituſſanctus datus in illa copia. Ideo hoc orans ait vinum non habent. Hoc autem propinato & hauſto: ita incaluerunt & feruide locuti ſunt: vt vino ebrij ab incredulis diceretur. Plane ebrij (ait bea. Berū.) ſed vino nouo. quod veteres vtres nec mererentur accipere nec continere valerent. Hoc enim vinum vera illa vitis fuderat de excelſo. vinum lętificans non ſtatum mentis euertens. vinum germinans virgines: non apoſtatare faciens etiam ſapientes. Nouum vinum: ſed habitantibus ſuper terram. Nam in cœlis quidem olim copioſiſſime redundabat: nō in vitreis nec in vaſis teſteis: ſed in cella vinaria in ſpirtualibus apotheciſ: fluebat per vicos & plateas omnes ciuitatis illius. Vinū in quo eſt lætitia cordis non carnis luxuria. Sic igitur cœlū vino proprio fruebatur quod terra interim neſciebat: factū q; eſt gratiſſimum commercium inter cœlum & terram: inter angelos & apoſtolos. vt exhiberetur illis caro chriſti angelis: iſtis.ſ.apoſtolis vinum cœli. Eſſetq; in terra ſpiritus: caro in cœlis: & deinceps omnia communia in omnibus in æternum. vnde & chriſtus dixit. Niſi abiero paracletus non veniet ad vos. hæc bea.Ber. Quantum potens ſit iſtud vinū oſtenſum eſt per figuram in illa quæſtione quæ propoſita fuit coram Dario rege per tres cubicularios eiꝰ ſcilicet quid ſit fortius omnibus. e quibus vnus dixit de rege. ſecundus de vino. tertius perfectius de muliere. quartus de veritate. Omnia hæc vtiq; potentia ſunt. Et ad literam vtiq; reges potentes ſunt ad multa facienda. ſed vinum ſpirituale gratiæ ſcilicet potentius eſt a deo ꝙ ipſos reges & tyrannos deuicerit. qui non valuerunt martyribus illam gratiam per tormenta auferre. immo demum & ipſos deebriauit & vicit. vinum ipſius gratiæ conuerſos ad fidem. Fortior tn̄ mulier quodāmodo.ſ.virgo maria inquantum.ſ.ipſa procurauit congregatis apl'is & alijs in quibus tunc erant nuptiæ eccleſiæ: vinum ipſius gratiæ quod intendit dum ait. Vinum non habent.ſ.in illa plenitudine & perfectione quæ neceſſaria erat eccleſiæ. Fortiſſima omniū veritas xp̄s qui potuit mittere & miſit quod promiſit vinum ipſum ſpirituale: dicens. Mittā vobis a patre ſpiritum veritatis.

Demiſſiōe ſpirituſſctī

**§.I.SCIENDVM AVTEM SECVNDVM** Tho. ſuper Ioannem: ꝙ ante incarnationem Chriſti triplex vinum deficiebat: ſeu vinum gratiæ quod habet triplicem effectum.

De triplici vino quo mundꝰ carebat.

¶Eſt primo mordificatiuum. in quo ſignatur iuſtitia.
¶Eſt ſcd'o lętificatiuum. in quo notatur ſapientia.
¶Eſt tertio inebriatiuum. in quo inſinuatur charitatis beneuolentia.

Primo vinum eſt mordificatiuum ſeu pungitiuum. Vnde ſamaritanus ad ſanandum in vulneribus ſauciati immiſit vinum & oleum vinum vt abſtergeret ſaniem vulnerum: oleum vt liniret. Sic in pn̄ia & in regendo oportet in corrigendis exceſſibus immiſcere ſeueritatem punitionis cum lenitate miſericordię. vn̄ bea. Augu. ſuper pſ̄. Duo iſta nomina non fruſtra dicuntur: homo & peccator. Nam quia peccator eſt: corrige. quia homo eſt: miſerere. Neq; enim liberabis hominē: ſi nō correxeris peccatorē &c. xxiij.q.iiij. duo ſunt. & Greg. in lib. moral. Miſcenda eſt lenitas cum ſeueritate. faciendum eſt quoddam ex vtroq; temperamentum: vt neq; nimia ſeueritate exulcerent̄ ſubditi: neq; nimia lenitate ſoluantur diſt.xlv. diſciplina. quod ibi diffuſe proſequitur. & ſic in pn̄ia quæ ad iuſtitiam pertinet: ſi vera eſt vinum habetur compunctionis. ſ̄m illud. Potaſti nos vino compunctionis. & oleum lenitiuum ſpei remiſſionis. Iob.xiij. Si occiderit me.ſ. quo ad peccata: ſperabo in eū. Hoc autem vinum deficiebat in veteri lege in qua iuſtitia īperfecta erat. vn̄ & xp̄s dixit. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus q; ſcribarum & phariſeorum non intrabitis in regnum cœlorum. Sed in noua lege perfecta iuſtitia finis legis chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. ait apoſtolus. & alio loco. Iuſtificati gratis gr̄a ipiꝰ ſcilicet chriſti ſine iuſtitia enim vera non poteſt homini eſſe ſalus. vnde Mat.xxv. Iuſti in vitam æternam. Sed ſine gr̄a & fide non poteſt eſſe vera iuſtitia. Vnde qa ſpūſſanctus dabatur apoſtolis ad perfectam iuſtitiam: ideo apparuit in die pētecoſtes ſuper apoſtoloꝝ in ſpecie ignis: q vrit & purgat ſcoriam metallorum. Quod poſtea per effectum oſtenderūt zelantes pro fide & corrigentes iniquos. vnde Petrus Ananiā & Saphyram verbo occidit increpatorio: quia ei mendaciū dixerunt. & Simonem magum propter ſimoniam perditioni adiudicauit. Paulus Corinthum inceſtuoſum excommunicans tradidit ſathanæ: & viſum ad tp̄s ſubtraxit. Vinū ergo iuſtitiæ bea. Maria a filio procurat prælatis dicens. Vinum non hn̄t. Pauci enim ſunt prælati & rectores ſeculi qui puniant ſcelera vt iuſtitia dictat diuerſis de cauſis: ſiue timore. ſiue amore. Pauci ſunt peccatores qui habeant vinū veræ cōpunctionis de malis ſuis perpetratis. Scd'o vinum eſt lætificatiuum. pſ̄.ciij. Vinū lætificat cor hoīs. Et ſ̄m hoc ſapiā dicitur

Pſ̄.lix.



dicitur vinum: cuius ſapientiæ meditatio maxime lætificat cor hominis. ſecundum illud Sap̄.viij. Non habet amaritudinē conuerſatio illius: nec tędiū conuictus illius: ſed gaudium. Hoc ſapiētiæ vino vacuꝰ erat mūdꝰ. Nam & ſi aliqd ſapientię videbat̄ eſſe in libris pħoꝝ & poetarū nō vera ſapientia erat: ſed apparēs propter eloquentiā & mūdi gloriam quæ ſecū trahebat: a quo abſtinendū docet Salomō in prouerbijs dicens. Noli reſpicere vinum cū flaueſcit in vitro id eſt ſapiam cū apparet ex claritate eloquētię pulchra. nouiſſime em̄ mordebit vt coluber: & ſicut regulus venena diffundet. Sed vt dicit idem Cāti.j. Meliora ſunt vbera eius (ſcilicet ſponſæ. quæ vbera eius duo ſunt teſtamenta) vino. Omnis ratio ſupnæ ſciæ & terrenæ creaturæ in eo eſt q eſt caput eorum & auctor quem qui nouit nihil vltra quærat. quia hic eſt perfecta dei virtus & ſapientia. quicquid alibi quæritur: hic perfecte inuenitur &c. Deficiebat etiam iſta ſapiētia ante chriſti aduentum: qa occultata erat & figuralis. Omnia em̄ (vt ait apl's.j.Coꝛ.x.) in figurā cōtingebāt illis. Vnde moyſes loquens & legem illam populo docens ponebat velamen ante faciem ſuam ſed chriſto paſſo velum templi ſciſſum eſt. & ſpirituſancto de cœlo miſſo illa myſteria apoſtolis & per eos toti eccleſiæ declarata. Vnde & ī linguis igneis miſſus eſt. Ignis habet illuminare: & lingua abſcondita cordis declarare: & immediate piſcatores illi priꝰ idiotę loquebantur magnalia dei. Iſtud vinum ſapientiæ virgo procurat prædicatoribus. Et ideo ipſi inuocant eam. Exemplum in Noe qui primus plantauit vineam: & bibens vinum inebriatus eſt. Tertio vinum inebriat. Canti.v. Bibite amici & inebriamini. Ibidem. Bibi vinum cum lacte meo. Ebrietas obliuioſum facit. ſic vinum charitatis inebrians hominem obliuionem facit omnium terrenorum: audacem facit & ſecurum nil timentem vt dicitur.ij. Eſdræ.iij. Deficiebat vinū iſtud plenitudinis charitatis: quia accæperant illi ſpiritum ſeruitutis in timore. Conuertit autem aquam timoris chriſtus in vinum amoris & beneuolentiæ: quando charitas diffuſa eſt in cordibꝰ noſtris per ſpiritūſanctum q datus eſt nobis ad Ro.v. Etiā ipſi chriſti diſcipuli antea timidi erant vt ad vocem ancillæ princeps eorum Petrꝰ chriſtū negaret. Et poſt reſurectionem ī cœnaculo clauſit manerent propter timorem iudæoꝝ. Sed hauſto vino ſpirituſſancti ita audaces: ſecuri: intrepidi & feruentes ſunt effecti vt coram principibus ſacerdotum & regibus mundi feruenter chriſti doctrinā eis exoſam prædicarent. Nec prohibiti ab eis nec cæſi poterant reticere. omniumq; terrenorum obliti in cōmuni omnes viuebant. Et ideo in linguis igneis miſſus eſt. qui ignis habet calefacere: vt legem igneam corda ignea līguis igneis populis p̄dicarent. Deficiente ergo vino illo ſpirituali: bea. Maria congregata cum apoſtolis in cœnaculo mente dicit. Vinum non habent viri iſti nuptiaꝝ. Vnde orans cum illis inquit. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur (ſcilicet in eſſe ſpirituali perfecto) & renouabis faciem terræ.

de moratione lizatiōe vini cū eiꝰ proprietate.

**§.II. TRIA IN MAGNO HVIVS** mundi opere cogitare debemus cum creatus ſit: videlicet qd ſit: quomō ſit: & ad quid ſit inſtitutus. Ber. Et in eſſe quidem rerum inæſtimabilis potentia cōmendatur ꝙ tam multa: tā magna: tā multipliciter: tā magnifice ſunt creata. Sane ī modo ipſa ſapientia ſingularis relucet ꝙ hæc quidē ſurſum: hęc vero deorſum: hęc in medio ordinatiſſime ſunt locata. Si vero ad quid factus ſit mediteris: occurrit tam vtilis benignitas. tam benigna vtilitas: quę & ingratiſſimos quoſq; multitudine & magnitudine beneficiorum poſſit obruere. Potentiſſime ſiquidem ex nihilo omnia: ſapiētiſſime pulchra: benigniſſime vtilia creata ſunt. Verūtamen & fuiſſe nouimus ab initio & adhuc multos eſſe in filijs hominum: qui in bonis inferioribus ſenſibilibus mundi huius: tota ſenſualitate depreſſi totos ſe dederunt his quę facta ſunt quodammodo: vel ad quid facta ſunt negligētes. quid iſtos niſi carnales dicamus. Non permanebit ſpiritꝰ meus in homine in æternū: quia caro eſt. ait dominus Gen̄.vj. Pauciſſimos eſſe iam arbitror: legimꝰ tamen nonnullos quandoq; fuiſſe quibus ſummum ſtudium fuit atq; vnica ſolicitudo modum & ordinem inueſtigare factorum: adeo vt plæriq; non modo vtilitatem rerum perquirere diſſimulauerint: ſed & ipſas magnanimiter ſpreuerint: cibo paruiſſimo viliſſimoq; cōtēti. Ipſi ſiqdē philoſophos ſeſe vocant: ſed curioſi a nobis & vani rectius appellant̄. vtriſq; igit̄ ſucceſſerūt viri prudētiores vtriſq;. q nimirū & q̄ facta ſunt: & quomō facta ſunt tranſiliētes intēderunt aciē mētis vt ad quid facta ſunt viderent. Nec latuit eos: quoniā oīa ꝓpter ſemetipſum fecit deus: oīa ꝓpter ſuos: aliter tn̄ propter ſe: aliter propter ſuos. Oīa fecit ꝓpter ſemet ipſum: gratuita videlicet bonitate. Oīa ꝓpter electos ſuos: pro eoꝝ.ſ. vtilitate. Hi ſunt ſpūales viri hoc mūdo vtentes tāq; non vtant̄: in ſimplicitate cordis quærētes eum. Primi voluntate vel voluptate. ſecundi vanitate. tertij veritate impleti. hęc bea.Ber. Pro his orat. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur. Creantur autem homines in eſſe ſpirituali per fidē: ſpē & charitatē. ꝓpter hoc orat pſ̄. dicēs. Cor mundum crea in me deus & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. ſcilicet per ſpiritum fidei. in qua eſt rectitudo iuſtitiæ: qa iuſtus ex fide viuit. Spiritum ſanctum ne auferas a me. ſāctum ſcilicet ſpei: qui firmat hominem per ſapientiam & guſtum ſupernorum. Redde mihi lætitiam ſalu. tui: & ſpi. princi. cōfirma me. ſcilicet charitatis quæ principalis eſt virtus. ita exponit Iſido. lib. Etymo. Et quia beata Maria dicitur mater pulchræ dilectionis timoris & agnitionis & ſanctæ ſpei. Eccli.xxiiij. Et pulchra dilectio ſpectat ad feruorem charitatis. Timor autem effectꝰ ſit fidei ſecundum Tho. in ſum. Agnitio autem pertineat ad ipſam fidem & ſancta ſpes. Et ideo merito intelligens & dicens. vinum non habent. Et propterea. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur.

Tria in hoc mūdo debemꝰ conſiderare.

¶De aſſumptione beatæ Mariæ: & ꝙ optimū eſt p̄ omnibus diligere deum Capitulum.XLIII.

**OPTIMAM PARTEM ELE**git ſibi Maria. Luc.x. pſ̄.lxxij. Quid mihi eſt ī cœlo aut a te quid volui ſuper terram? Defecit caro mea & cor meū deus cordis mei: & pars mea deus in ęternum. Conſiderant prius homines diuerſas partes eligere: ex his quæ ante eos proponuntur. Dicit enim ſapiens Eccli.xv. Deꝰ ab initio conſtituit hominem & dimiſit eum in manu conſilij ſui id eſt libertate & poteſtate arbitrij ſui. Poſuit ante eum malum & bonum: vitā & mortem. Ad qd' cumq; voluerit extendat manum ſuam. Habet enim quiſq; inclinationem ex ſenſualitate ad malum concupiſcentię: & ex ratione inclinationem ad bonum virtutum. Mors animę ex peccato: & vita gratiæ ex bonis opibus poſita ſunt ante eum & ſecundum quod placet ſibi voluntarie eligit bonam vel malam partem. Quilibet igitur electus cum pſalmiſta conſiderat iſtas partes mundi quid debeat eligere. & videns ꝙ nil ex creaturis mundi poteſt animum quietare: ſed ſolus deus. quia vt ait. b. Aug. in lib. confeſ. Inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te. ipſum vt optimam partem elegit. Dicit ergo. Quid mihi eſt in cœlo ſcilicet in quo quieſcam appetendo & habēdo. Multa ſunt ī eo magnifica. Ibi eſt ſol cū ſua claritate lætifica. Ibi eſt luna & ſtellæ cum ſua pulchritudine. Ibi virtutes cœlorum quæ influunt in iſta inferiora mirabilia producētes. In cœlo quoq; empyreo eſt natura angelica cum multis ſanctis maximarum virtutum nunc: & ſi nō tempore dauid. In angelis magna potētia: magna ſapientia: magna innocētia. In ſanctis multæ virtutes & perfectiones. Sed certe nil horum reperis replere animum meum: quia nō ſunt & ſi bona: non tamen optima & infinita. quod appetit animus vt quieſcat. Quid volui o deus a te de his quæ ſunt ſuper terram: ibi multa bona: ibi diuitiæ: ibi aurum & argētum: ibi dulciſſimi fructꝰ terræ: frumenti: vini: & olei: pomorum confectiones: & huiuſmodi. Ibi palatia & poſſeſſiones magnæ. Ibi animalia varia. aues in aere. piſces in mari & fluminibus. Ibi honores & potentiæ ſeu dominia lata regum & principum. ibi veſtium ornatus varius. ibi pulchritudo hominum. ſapientia quoq; eloquentia cum ſcientijs & artibus multis. Quæ omnia vtiq; bona: quia a deo facta ſunt. Sed quia omnia iſta finita ſunt nec animum meum, qui infinitus eſt potentia īplere aut quietare poſſunt: quia non ſunt optimum. Ideo defecit caro mea pars ſenſitiua quo ad appetitum eorum quę ſunt ſuper terram: & nil horum volui pro fine vltimo. Et cor meum id eſt mens mea pars intellectiua ſeu volitiua ab affectu finali eorum quæ ſunt in cœlo: quia ſatiabor cum apparuerit gloria tua &c. Et deus cordis mei:

Iſtud .c. ī ſe duo complectit̄ videlicet Aſſumpt̄. beatæ Marię & ꝙ ſit prę omnibꝰ optima dei dilectio.

qui ſcilicet eſt auctor & poſſeſſor cordis mei: eſt pars quem ex omnibus eligo: deus dico qui eſt in ęternum. Vel ſic. non ſolum nunc: ſed eligam in æternum id eſt ſemper hanc partem: quia optima eſt. Hanc ſemper elegit beata maria ſuper omnes alios: & ideo congrue dicitur. Optimam partem elegit ſibi maria. Sed mirum poteſt videri aliquibus quomodo in præcipua iſta ſolennitate virginis non legatur euangelium aliquod pertinens ad virginem mariam: ſed ad marthā & mariam magdalenam. Ad quod tamē reſpondetꝛ ꝙ quantum ad ſenſum literalem: verum eſt ꝙ non pertinetꝰ ad beatam virginem mariam. ſed quātum ad ſenſum ſpiritualem & allegoricum congruentiſſime pertinet totum ad beatam virginem plusꝙ̄ alteri.

Euangelium de maria magdalena & martha legitꝛ ī feſto aſſūptionis rō ponitur.

Notandum igitur ꝙ triplex eſt vita ſpiritualis.

¶Vita actiua gratia informata.

¶Vita contemplatiua deo aſſociata.

¶Vita fruitiua in gloria firmata.

Vitam naturalem dimitto quæ eſt cōmunis bonis & malis & bene & male vti poteſt. Vitam voluptuoſam non nomino: quia beſtialis eſt & nō humana id eſt ſecundum rationem. Sed de vita rationali virtuoſa loquimur. Et prima eſt bona. ſecunda melior: tertia optima inter partes vitæ ſpiritualis. Et hāc ſibi hodie elegit maria. Quamuis enim in vita actiua & contemplatiua ſint gradus & in qualibet elegit ſibi partem optimam.

**§.I. QVANTVM AD PRIMVM SCI**licet de vita actiua: quæ ſecundum beatum Gregorium & Aug. figuratur per Martham tria dicuntur de martha opera pertinentia ad actiuam: quæ inueniuntur peroptime in beata virgine maria.

¶Primum eſt ꝙ martha excępit eum in domum ſuam.

¶Secundum ꝙ ſatagebat circa frequens miniſterium.

¶Tertiū ꝙ ſolicita erat & turbabatur circa plurima.

Primum igitur opus ſignificat concæptionem chriſti factam in vtero virginali. Quod ergo dicitur in euangelio. qa intrauit ieſus in quoddam caſtellum: ſignat ingreſſum filij dei in hunc mundum. Dicitur autem mundus caſtellum: qa habet conditiones caſtelli rebellis. Primo quia fundamentum eius poſitum inſtar caſtri in alto monte ſuperbiæ & pōpæ. Et ab ipſa ſuperbia vt dicitur Tob. iiij. ſumpſit initium omnis proditio. Secundo eſt munitum lapidibus duris qui frangi non poſſunt auaritiæ: vſuræ: fraudulentiæ: ſimoniæ: quia ita duri ſunt tales defectꝰ. vt frangi non poſſint per malleum verbi dei. Quis eſt enim qui velit reſtituere vſuras: rapinas: & beneficia ſimoniaca relinquere? quaſi dicat nullus. Tertio quia habet foſſatum plenum aquis immundis & fetidis luxuriæ: cum ranis clamantibus & perſuadentibus in eis permanere. Quarto quia eſt clauſum non recipiens dilectionem proximi per inuidiam. Quinto quia habet ꝓuiſionem diuerſarum eſcarum per gulam. Sexto quia habet arma diuerſorum generum per iram vt blaſphemiam: contumeliam: maledictionem. Septimo eſt quietus & ſecurus per accidiam. Et quia iſtud caſtrum mundi erat inobediens & rebelle deo patri: ideo ipſe miſit filium ſuum ad ipſum ſubiugandum quaſi dicat deus pater. Mi fili ite in caſtellum quod contra vos eſt. Hoc autem caſtrum intrauitꝰ mundi in die incarnationis. Et mulier quędam martha nomine excępit eum in domum ſuam. Martha autem interpretatur domina ſeu prouocās. Hæc eſt enim beata maria q̄ per ſuam maximā humilitatem prouocauit dei filium venire in domum vteri virginalis. Et ipſa domina aptiſſime dicitur. que ſuper omnes alias dn̄ata eſt ſuę ſenſualitati & corpori. Nec aliq̄ creatura alia digna fuit recipere deum in vteri ſui domum: niſi beata Maria. Vnde canit eccleſia. Domus pudici pectoris: templum repente fit dei: intacta neſciens virum verbo concæpit filium. Nunꝙ̄ fuit factum tam excellens opus actiue ſicut fecit virgo in ipſa concæptione filij ſui de corpore ſuo. Secundum opus actiue quod euangelium notat de Martha eſt: quia Martha ſatagebat circa frequens miniſterium. Hoc opꝰ fecit beata Maria in chriſti conuerſatione & primo in eius natiuitate. Non credatisꝙ ibi fuerint obſtetrices. dicit enim Hiero. Nulla ibi obſtetrix. nullius mulierculæ ſedulitas interceſſit. ipſa beata virgo de terra eum leuauit. ipſa nudum natum pannis inuoluit. ipſa fameſcentē lacte cibauit & potauit. ipſa veſtiebat & denudabat. & infirmū ętate brachijs ſuis portabat. O ꝙ̄ frequēter vt filiū ſuū oſculabatꝛ. vt deū āplexādo venerabatꝛ. Ipſa ei fecit tunicā incōſutilē. ipſa vſꝙ ad paſſionē ſequebatꝛ eū cum alijs miniſtrās ei vt pia mater. Ecce quomodo Martha id eſt dn̄a mūdi Maria ſatagebat circa freq̄ns miniſteriū. Vnde in hodierna ep̄la que habetꝛ Eccli. xxiiij. dicit. In habitatiōe ſctā corā ipō miniſtraui. Clerici ſeu religioſi q ſeruāt cerimonias & ordinationes ſuæ religionis & eccl'iarꝝ & bene officium dicūt. in eccleſia in bona nota: & bene prędicant. ſi hoc faciant vt honorificentꝛ ab hominibus nō miniſtrant coram deo: quia non vt placeāt deo hoc faciunt: ſed coram mundo. Laici qui faciunt ieiunia & eleemoſynas vel etiam capellas: eccleſias & hoſpitalia vt laudentur ab hominibus non miniſtrant coram deo: ſed coram hominibus: & ideo recæperunt mercedem ſuā de operibus vitæ actiuæ ſuę. Tertium opus quod dicitur de Martha eſt: quia Martha martha ſolicita es (ait dominus) & turbaris erga plurima. hoc fecit beata virgo domina noſtra in paſſione filij. tūc enim turbata eſt ſecundum ſenſitiuam: & ſolicita eſt circa plurima. Nam cum Ioannes euangeliſta venit ad nunciandum ei ꝙ filius erat captus: non remanſit pene in ea ſpiritus præ dolore. Et ad ſe reuerſa ſolicitabatur quomodo poſſet eū videre ante mortem. Cūꝙ pergens de bethania in hieruſalem mane obuiauit filio qui ducebatur ad pilatum: cernens faciem eius ſputis illitam: alapis tumefactam: ligatis poſt tergū manibus more latronis duci: vix valens formare ſermonem lachrymis plena dicebat. Heu fili ego expectabā vos iſto mane ad prandium: ſed video ꝙ oportet nos ſimul prandere in menſa doloris. Quando vero ductus eſt ad caluarie locum baiulans ſibi crucem dicebat vt pie imaginari poteſt: & ſi in euangelio ſcriptum non ſit. Heu me fili. Ante ſic fecit amor humani generis ebrium: vt nec crucem putes opprobrium amoris gratia. vtinam daretur mihi iſta crux ad portandum ſicut te portaui in vtero meo. Quando autem in cruce clamauit: ſitio: multum ſolicitabatur vt poſſet ei vel aquā ad bibēdum tradere. Bis autem dicit. Martha Martha: quia affligebatur. in vtroꝙ. ſ. corpore & mente ſ̄m ſenſitiuam. Turbabatur dolore erga plurima: quia videbat apoſtolos fidem perdidiſſe de chriſti diuinitate. Sicut turbaretꝛ quilibet perfectꝰ chriſtianus cum videret omnes chriſtianos fidē relinquere. Turbabatur de Iudæis de quorum progenie erat ꝙ filium ſuum crucifigerēt vnde reprobarentꝛ. Turbabatur de latrone malo & Iudęis qui chriſtū blaſphemabant. Turbata eſt in apertione lateris cum exiuit ſanguis & aqua. Vnde dicere poterat illud pſ̄. Turbata ſunt omnia oſſa mea. i. apoſtoli q dn̄r oſſa. quia ſuſtentabāt corpꝰ eccl'iæ: ſuaꝙ oſſa erant qa in ipſa erat tunc eccl'ia. Et anima mea turbata eſt valde. Sic & rectores & domini ciuitatū qn̄ vident ꝙ ppl'i non recte incedunt in his quę ſunt fidei. vt quādo recurrunt ad diuinos: quando peierant quotidie: non celebrant feſta &c. corrigere debēt omnia peccata notoria & non faciunt: dicere poteſt eccleſia & timētes deum. Turbata ſunt om̄ia oſſa mea ex dolore & compaſſione. Sic igitꝛ in vita actiua beata Maria elegit ſibi optimam partem inter gradus operum eius.

Mūdus q̄re dicitur vel comparatur caſtello.

Martha qd interpretatꝛ.

**§.II. QVANTVM AD OPERA VITE** contemplatiuæ tria etiam notantur. Et primum eſt quod dr̄. Maria autē ſedens circa pedes domini audiebat verbū illius. Hoc opus vitæ contemplatiuæ tenetis modo vos attēte audiendo ſermonem meum & deuote meditādo. Hoc opus fecit beata virgo plus ꝙ̄ omnis creatura. Nam magdalena audiebat verbum domini in paucis ſermōibus reſpectiue. Sed beata maria non ſolum in publico qn̄ cœpit p̄dicare: ſed etiam in priuato qn̄ puer erat audiebāt ab eo ſecreta alterius vitę ad ſui conſolationē. Sciens em̄ beata mater ꝙ tantā ſciētiā tunc puer habebat quantam nunc habet in cœlis ꝟſimile eſt ꝙ interrogabat eum aliquādo de ſecretis cœleſtibꝰ. Vnde & pie imaginari poteſt ꝙ ponebat btā mater dulciſſimū filiū ſuum ad ſedendum: & ipſa ſe ponebat ad pedes eius dicens. O dilecte fili mi rogo vos dicite mihi ordinationem angelorum quomodo ſtant in cœlis: quoniā moyſes & alij propħæ de his nihil dicunt: & de ſanctis aīabus vbi collocabuntur. Et quis bonus filius qui interrogatus a matre de re bona nō reſponderet ei ad conſolandum eam. Reſpondens ergo filiꝰ ad interrogata agebat ſe cū patre & ſpiritu ſancto ab initio mundi

de tribꝰ circa vitam contemplatiuam.



dũ.Aſcendã igit̃ ſup vos ad patrẽ meũ & prẽm veſtrũ: deũ
meum & deum veſtrum vſq̃ ad thronum eius:ipſe em̃ me
vocat dicens.Veni electa mea mater & ponam te in thronũ
meum: veni coronaberis & regnabis mecum.ſicq̃ colloca-
ta ad dexteram filij dicere valet. Quaſi cedrus exaltata ſũ in
libano.ſ.ſicut cedr⁹ ſup omnes arbores:ſic ego ſup omnes
angelos & ſanctos.quã nos rogare oportet vt procuret no-
bis gratiam & gloriam

¶De aſſumptione alius ſermo. Capitulum.XLV.

Sermo de aſſũptione btẽ mariæ.

## EXCEPIT ILLVM IN DO

mum ſuam Lu.x.Quãuis hoc ad literam dicat̃ de
martha:tamen perfecti⁹ illud impletum eſt in be
ata Maria.quę & ſi martha nõ ſit nomine vel per
ſona:eſt tamen martha interpretatione. Nam interpretatur
ex hebræo in latinum prouocans:& ſyro ſermone domina
trix:ex deriuatione a marte:qui ſecundum gentiles eſt deus
belli ꝓpter fortitudinẽ:ſed certe ipſa ſua perfectione ꝟtutũ
prouocauit deum ad ĩcarnandũ de ea. ipſa eſt dña cœloꝝ &
omniũ.ipſa eſt potentiſſima ad bellandũ pro nobis contra
maliciã dęmonũ .Et vt dicit be.Hie.ĩ ẽmone huius ſolẽnita
tis.Si deũ ore ꝓphetico ĩ ſanctis ſuis laudare iubemur:mlto
magis ĩ veneratiõe.b.ꝟgis matris eius:& quia iter ſalutis eſt
in laudib⁹ ſaluatoris dicẽte per pſ̃. dño. Sacrificium laudis
honorificabit me:& illic iter quo oſtendã illi ſalutare dei:&
permaxĩe laudãdo mr̃em ipſius ſaluatoris.Si ergo vt ait.b.
Hie,virgo es:lauda:quia meruiſti eſſe & tu qd' laudas.ſi con
tinẽs es:venerare & lauda quia non aliunde cõſtat vt poſſis
eſſe ꝯtinẽs q̃ ex gr̃a xp̃i quæ fuit pleniſſime ĩ maria quã lau
das.Qd' ſi ĩ cõiugio aut pctõr es:nihilomin⁹ ꝯfitere & lauda:
q̃a ĩ de oĩb⁹ mĩa fluxit & gr̃a vt laudẽt. & q̃uis nõ ſit ſpecio
ſa laus ĩ ore pctõris.noli ceſſare. q̃a inde ꝓmittit̃ tibi venia
vñ & oĩb⁹ vt laudes.Btã itaq̃ & gl̃ioſa ꝟgo maria ait idẽ ibi
q̃uis dudũ ĩcõpabilis eſſet vniuerſis q̃ ſub cœlo ſũt ꝟgibus
vt decenter poſſet in ſe ſuſcipe deitatis admixtionem ſalua
vtraq̃ natura:tñ cũ gr̃a repletur:cũ ſpũſſãcto pfũdit̃. cũ ꝟtu
te altiſſimi obũbrat̃:fit pcioſior meritis celſis.ſublimior fa-
ſtigijs.pulchrior ſctitate:gl̃ioſior ſuoꝝ p̃rogatiuis meritoꝝ.
hęc ille.Ex qb⁹ ꝟbis colligi põt ꝙ ip̃a dñatrix tripliciter ex-
cępit xp̃m in domũ ſuã excellẽti⁹ ſine ꝯparatiõe q̃ Martha.

Maria excępit xp̃m in domũ ſuã tripliciter.

¶Excępit eũ p gr̃æ ĩfuſionẽ in domũ ſuã animę rationalis.
¶Excæpit eũ p ipſius pſonæ incarnationẽ in domũ.ſ.vteri
virginalis.
¶Excępit eũ p gl̃ię receptõem ĩ domo ſua.ſ.ptis ĩtellectual'.
Omnes iſtas recęptiones xp̃i a virgine maria notat.pſ̃.i ꝟſu
illo.Dñi eſt aſſumptio noſtra ſcd'm diuerſas ei⁹ expoſitiões:

pſ̃.lxxxviij.

& feſtũ



& feſtum ipſum aſſumptio vocatur.

## §.I.QVANTVM AD PRIMVM DICIT

ſap̃.Niſi tenueris te inſtanter in timore domini:cito ſubuer
tetur domus tua.non q̃dem materialis ædificij vl' corporis:
ſed animæ rationalis q̃ ad ædificium ſpũale.In iſtã domũ
ſuam.ſ.animæ ſuę excæpit beata Maria xp̃m per gr̃am habi
tualiter in vtero mr̃is ſãctificata & poſtea actualiter exercẽs
ſe & creſcens in gratia dei per actus virtutum:& ſic domini
fuit aſſumptio ſua.i.id quod aſſumpſit ex reb⁹ ſibi propoſi-
tis cum peruenit ad vſum rationis:fuit domini.i. virtus ſeu
ipſe dominus.Et pro huius declaratione notandum ſecun-
dum.b. Tho.in.i.ij.ꝙ cũ quis primo attingit ad vſum ratio
nis:primum quod occurrit animę agendũ eſt: vt præſtituat
ſibi finem in operibus ſuis ad quem dirigat ea q̃ facit. Oĩa

Omnia fiũt propter finem.

em̃(vt ait Phũs)agunt propter finem.Et ſi pręſtituamus no
bis pro fine vltimo mundum vel ea quæ in mundo ſunt.ſ.
voluptates:diuitias:honores & huiuſmodi:& vt vltimum
finem ad illa conſequenda facim⁹ pricipaliter opera noſtra
poſtponentes dei mãdata & ſalutem aĩæ.Sed ſi pręſtituam⁹
& proponamus nobis deũ vt vltimũ finem ad quem diriga
mus opera noſtra ĩtẽdẽtes ei placere cauere a vitijs & virtuo
ſe operari:tunc meritorie incipim⁹ operari:& Chriſtus quẽ
recæperamus in domo aĩę noſtræ per gratiam in baptiſmo
q̃ ad habitum :tũc eũ recipimus quãtum ad actum .ſ. meri-
torium operandum.cuius em̃ finis bonus eſt & ipſũ quoq̃
bonum eſt.ſicut econtrario. cuius finis malus eſt & ip̃m op⁹
malum eſt ſcd'm Phũm.Et ex eo Chriſt⁹ recedit a domo ani
mæ nr̃æ vñ btũs Hieroñ.in lib.ꝯ Iouinia.Si ſuſcipim⁹ Chri
ſtũ in hoſpitijs pectoris noſtri.ſ.per gratiam & bona opera:
fugam⁹ diabolum:Si aũt peccauerimus: & per ianuam pctĩ
diabolus ingreſſus fuerit:illico Chriſtus recedit.de pœñ.di.
ij.ſi em̃.Et ideo in illa ætate puerili debẽt pueri duci ad præ
dicationes:& frequenter admoneri de moribus: quia faciles
ſũt ad recipiẽdum,omnẽ ĩpreſſionem boni vel mali,: qd' eis
proponitur & ad qd' applicãtur vt mollis cæra. ſic Maria &
ſi in vtero matris fuerit ſctĩficata:tñ ad vſum pueniẽs rõnis
& cito propter optimã complexionem:elegit optimã ptem
deum & hominẽ ꝓ vltimo fine in oĩbus operibus ſibi præ
ſtituẽs ſemper in gratia creſcens & dominum aſſumens pro
omni ſua quiete & fine:excæpit eum in domum ſuã animæ
ſuæ di.cum Hiere.Threñ.iij.Pars mea domin⁹: propterea ex
pectabo eum.bonus eſt dominus ſperantibus in ſe animæ
quęrenti eum.Excæpit ergo Chriſtũ in domum animæ ſuæ
ad virtuoſe operandum.btũs Ambro.in lib.de virg.Prima
Mariæ virtus fundamẽtum omniũ virtutũ & cuſtos eſt hu-
militas ip̃a de qua gloriatur di. Reſpexit humilitatẽ ancillæ
ſuæ:ecce em̃ ex hoc bea.me dicent omnes generationes.Pri-
mum diſcendi ĩcitamentum nobilitas eſt magrĩ: deĩde mer
ces laboris.Merces aũt laboris optimi fructus beatitudinis.
Quid autem nobilius matre dominiç quid ſplẽdidi⁹ ea quã
ſplendor elegit paternæ gloriæ ç quid caſtius ea quæ corp⁹
Chriſti ſine contagione corporis generauit:& tñ ſolam hu-
militatem reſpexiſſe dominum profitetur. Hæc ille.Merces
huius laboris eſt beatitudo. Vnde ecce em̃ ex hoc beatã me
dicent omnes gñationes.,Qui em̃ fuerit humiliat⁹ erit ĩ glo-
ria.ait Salomõ.de humilitate hic practicam pone.

## §.II. QVANTVM AD SECVNDVM DI

cit Apl̃s.ij. Coꝝ.v. Si terreſtris domus noſtra diſſoluatur.i.
corp⁹:habemus in cœlis domũ nõ manufactam. In iſtã do-
mũ intrauit dei fili⁹.i.in vterũ ꝟginalẽ.qñ verbũ caro factũ
eſt de virgine Maria.vñ,dicere veriſſime potuit. Dñi eſt aſ-
ſumptio noſtra.aſſumptio dñi.i.id, qd' aſſũpſit dñs ab hoĩe:
videlicet caro ſctiſſima noſtrũ eſt : q̃a de nr̃is puriſſimis ſan
guinib⁹ formatũ eſt illud corp⁹.Manifeſtũ eſt aũt ꝙ, ſapiẽs
rẽ precioſiſſimã nũq̃ poneret in loco ignobili. Nõ em̃ po-
nitur vinũ ſolẽne vel maluaticũ:vel balſam⁹ in vaſe imũ-
do:nec gẽma vl' lapis pcioſ⁹: vt carbuncul⁹: adamas: beryll⁹
& hmõi ĩcluderetur ĩ anulo plũbeo vl' æneo:ſed aureo. Nec
magn⁹ dñs eligeret hitare ĩ domo lutea ĩmũda,ĩornata: ſed
in domo magna bñ ædificata nõ ruinoſa , mũda & ornata.
Sapiẽtiſſim⁹ igitur dei fili⁹ caſtellũ hui⁹ mũdi ĩgrediẽs:quia

Dom⁹ dei v...

vidit domũ corporis & cordis ꝟginalis ab eo ædificatã &
fundatã firmiter:q̃a nec venti ſuperbiæ:nec pluuiæ cõcupi
ſcẽtiæ:nec flumĩa auaritię poſſẽt eã vel leuiter mouere ſeptẽ
colũnis donoꝝ ſpũſſctĩ ſuſtẽtatã ſcd'm illud Pro.ix.Sapien
tia ædificauit ſibi domũ : excidit columnas ſeptẽ: mũdatã a
vitijs:ornatã ꝟtutib⁹ pfectis:declinauit ad habitandũ in ea.

...rus Mariæ virginis

Et mulier ip̃a excæpit illũ in domũ ſuã. Vñ canit ecclia. Do
mus pudici pectoris:tẽplum repente fit dei:intacta neſciens
virũ:verbo ꝯcæpit filium: qd' ãte p mlta tẽpora multifarie
mltiſq̃ figuris fuerat p̃nuntiatũ.vt em̃ inquit.b. Bernar.ſup
Miſſus eſt.vnus fuit ſpũs ꝓphetarum.licet diuerſis modis ſi
gnis & tẽporib⁹ eandẽ rem diuerſi nõ diuerſo ſpiritu & p̃ui
derunt & p̃dixerunt: quod em̃ Moyſi mõſtratũ,eſt in rubo
& igne:Aarõ in virga & flore:Gedeoni ĩ vellere & rore:hoc
aperte vidit Salomõ ĩ muliere forti in p̃tio ei⁹: hoc poſtea
aptius ĩ fœmina & viro:apertiſſime Eſaias ĩ virgĩe & deo di.
vij.c.Ecce ꝟgo ꝯcipiet & pariet filiũ:& vocabitur nomẽ ei⁹
Emanuel:qd' ĩterpretatur nobiſcũ de⁹:butyrũ & mel cõedet

Quid interpretatur emanuel.

Butyrũ.i.innocentiã :& mel miæ hãc miſericordiã in ſũmo
cõicauit matri ſuæ vt ſicut ip̃e eſt pr̃ miſericordiarum:ita &
ip̃a mater miæ nuncupet̃: Miſericordia aũt nil dulcius ſapit
miſeris:nil crebrius inuocat̃.Hinc.b. Ber.in ſer.de aſſũptõe
in ẽmone Signũ magnũ.ſic ait. Nõ erat bonũ nobis hoĩem
eſſe ſolũ.cõgruum magis erat vt adeſſet ſexus vterq̃ quorũ
coruptioni neuter defuiſſet.Fidelis tñ & præpotẽs mediator
dei & hominũ Chriſtus Ieſus ſed ĩ eo diuinã hoĩes reuerent̃
maieſtatẽ.Abſorpta em̃ videtur in deitatẽ humanitas nõ ꝙ
ſit mutata ſubſtãtia:ſed aſſũptio deificata:quia .ſ. ille hõ eſt
vna pſona cũ deo. Nõ ſola aũt cantatur ĩ illo mĩa:cãtat̃ pa-
riter & iudiciũ:quia & ſi didicit ex his q̃ paſſ⁹ eſt cõpaſſõem
vt miſericors fieret: habet tñ & iudiciariã poteſtatẽ : deniq̃
& deus noſter ignis ꝯſumẽs eſt. Quidni vereat̃ hõ ad illum
accedere:itaq̃ iã nõ videbit̃ ip̃a mulier benedicta otioſa. In
uenietur equidẽ & loc⁹ eius ĩ hac recõciliatiõe. Op⁹ em̃ erat
mediatrice ad mediatorẽ iſtũ. Crudelis mediatrix Eua, per
quã ẽpens antiquus peſtiferũ & ip̃i viro virus infudit:,ſed fi
delis Maria.ſ.& pia q̃ ſalutis antidotũ viris & mulieribus
propinauit:illa ſuggeſſit p̃uaricationẽ. hæc ĩgeſſit redẽpto
rẽ p ꝯcæptũ ſuũ q̃ dei filiũ excæpit in domũ ſuã. Quid ergo
ad Mariam accedere trepidat hũana, fragilitas nihil eſt in ea
auſterũ:nihil terribile:tota ſuauis eſt. Hec.b. Ber. Quia igit̃
plena mĩa.& nil miſeris mĩa dulcius aut crebri⁹ ĩuocat̃:ideo
frequẽter:imo ꝯtinue in nr̃is miſerijs q̃bus pleni ſũmus re-
currẽdũ ẽ:& ip̃a ĩuocãda:vt nobis ſubueniat,Idẽ Ber.Sileat
miſericordiam tuã ꝟgo beata ſiq̃s eſt q̃ te ĩuocatã in neceſſi
tatib⁹ ſuis ſibi meminerit defuiſſe. Hæc ille. Hæc igit̃ dom⁹
eſt miſericordiæ q̃ excępit patrẽ miſericordiaꝝ ĩ domũ ſuã.

## §.III. QVANTVM AD TERTIVM HO

die.b.Ma.excæpit Chriſtũ pleni⁹ & iocũdi⁹ in domũ ſuam
tã animę q̃ corporis:q̃a p gloriæ recæptionem:ita em̃ fuit
recæpta in domo patris cœleſtis vbi ſunt multæ mãſiones,
i. differentiæ præmiorũ ꝙ & ipſum recæpit in domum ſuæ
mentis per lumẽ gloriæ.Et impletũ eſt illud quod per Ag-
gęum prædixit.ij.c.Implebo domum iſtam gloria.Si enim
de dilectore ſuo chriſtus ait Io.xiiij.Ad eũ veniemus & mã-
ſionem apud eum faciemus.ſ.in domo mẽtis ſuæ.ego & pa
ter & ſpirituſſantus.multo magis dicendum eſt de quolibet
ſancto perueniente ad gloriã vbi eſt perfectiſſima dilectio
quę hic eſſe non poteſt:ꝙ anima beata recipiat Chriſtum in
domo animæ ſuæ per lumen gloriæ:q̃ em̃ manet in charita
te in deo manet p fruitionẽ:& deus in eo per cõprehẽſionẽ &
clarã viſionẽ: res em̃ amata dr̃ eſſe in amãte p cognitionẽ &
affectũ.Nõ fuit aũt iſta accæptio cõis.ſed ſingularis ſup oẽs
vt dicere valeat illud,p excellẽtiã.dñi ẽ aſſumptio nr̃a.q.d.
nõ ãgeli vel ſancti me aſſumpſerũt ſeu aſſociarũt egrediẽtẽ
de mũdo:ſicut legit̃ de Lazaro vlceroſo. & de ſctõ Nicolao
& alijs ſctĩs:ſed ip̃e dñs me aſſũpſit & aſſociauit ẽm illud Pſ̃.
xxvi.Qm̃,pr̃ me⁹.ſ.mund⁹ & mr̃ mea.i. oĩs cõcupiſcẽtia &
mala ĩclinatio dereliq̃rũt me.vt nihil ſui inuenirẽt ĩ me qd'
nulli ſctõꝝ ꝯceſſũ eſt.ideo dñs aſſũpſit me p ſe pſonaliter ac
cedẽs vt magis honoraret. Sic em̃ dicit.b. Hie.,Credẽdũ eſt
ꝙ ip̃e ſaluator p ſe tot⁹ feſtiu⁹ aduenerit:& eã in throno ſuo
collocauerit:& q̃a vbi dñs ibi & familia eius: ideo & milia
miliũ angeloꝝ qui dño miniſtrãt vt vidit Daniel cum xp̃o
aduenerunt. Aſſũpta eſt Maria in cœlum vt canit ecclia.ſ.a

filio gaudēt angeli & cæteri eā aſſociātes. videndum igiꝛ circa huiuſmodi aſſumptionem.

¶Vnde aſſumpta.
¶Quomodo aſſumpta.
¶Quo aſſumpta.

## §.IIII. ASSVMPTA EST VTIQVE DE

hoc mūdo. vñ Hie. Hodie regina cœli de hoc ſcl'o nequā eripitur. ſed vt nobis pberet exēplū q oēs habemꝰ facere trāſitū iſtū: voluit ſctiſſimos viros. ſ. apl'os in ſuo tranſitu adeſſe: ſacrā ſuſcipere: & ſine dolore migratam ſepulturæ apl'os demādaſſe. Teſtaꝛ aūt Dioñ. Pauli apl'i diſcipulꝰ in lib. de diui. noibꝰ. apl'os interfuiſſe dormitioni. b. Mariæ. & Diony. cū eis. qđ & optauerat ad ſui ꝯſolationē. Cōiter em̄ diciꝛ ipām poſt aſcēſionē filij. xij. ānis ſupuixiſſe. vt ſexagenaria eēt in morte. Et ī hoc nos īſtruit: vt in īfirmitatibꝰ grauibꝰ & mortalibus debeamus quęrere hr̄e pſentes ſeruos & ſeruas dei. q oronibꝰ inſiſtant. & vbis ad patiētiā & pniam & fidutiam de diuina mīa hortenꝛ: Multæ em̄ tūc ſunt inſidiæ diaboli: ſed totū fit ꝯriū. Nō vocaꝛ adiutor niſi corpis. Tota cura eſt cōſanguineoꝝ ꝙ eis dimittat bona ſua. Sacerdos vel ſuus dei aliqs vix pōt īgredi. ne īducat ad reſtituendum ablata. q̄uis aūt nō repiaꝛ in ſacra ſcriptura vl' hiſtoria: ꝙ ipā ſuſcepit ſacramenta: tñ pie credi pōt hoc feciſſe nō quia eguerit ſed vt exēplū nobis pberet ſicut filius ſuꝰ & baptiſmū ſuſcæpit & euchariſtiā. Hoc etiā Alber. tenet in li. ſup miſſꝰ eſt. Igiꝛ ſic & cōionē in fine ſūpſit & extremā vnctionem ꝭm Alb. & cōfeſſionē. nō de pctis q non hēbat: ſed cōfeſſionē diuię laudis ſe indignā inſinuans tantis bñficijs. Cuiꝰ ꝯfeſſor vt dicit idē fuit Ioan. euange. Et hoc eſt de q dñt ſolicitari tam infirmꝰ ꝙ amici eius & noti vt ſacrā cōfeſſionis & cōionis. extremæ vnctionis ſuſcipiat in tpe ſuo & deuote & nō cum amiſerit loq̄lā & ſenſum: Migrās aūt de hoc ſcl'o dolorē nō ſenſit. vñ in collecta diciꝛ ꝙ in hac die mortē ſubijt tpalē. nec tñ mortis nexibus deprimi potuit. i. doloribus mortis. Corpꝰ aūt eius ab apl'is venerabil'r fuit ſepulturæ mādatū. non cū pōpis mūdi q̄uis mereret oēm honorem vt pote quia regīa nō ſolū mundi ſed & cœli: nō cum clamoribꝰ & icīſionibꝰ faciei vl' capilloꝝ: vt faciūt fatui. ſed cū hymnis & lachrymis pijs. nō ſup altari collocatum vl' loco eminētivt ī tēplo. ſed in loco hūili. ſ. ī valle Ioſaphat. vbi oſtēdiꝛ locus ſepulchri eius hūilitatem in fine ſicut in vita ſēper inſinuans.

Ti. ti. xv c. xvi. §. ij.

## §.V. QVOMODO AVTEM SIT AS

ſumpta. Sciēdū ꝙ fuit aſſūpta in cœlū valde magnifice.

¶Cum btōꝝ aſſociatione.
¶Cum angeloꝝ admiratione.
¶Cum corporis reſuſcitatione.

Tribus modis btā virgo fuit ī cœlum aſſūpta.

De primo ſicut de btō Martino canit eccl'ia quod refert Sulpitius in eius tranſitu. ſctōꝝ canit nūerꝰ, angeloꝝ: exultant chori oīmqꝫ cœleſtiū ꝟtutum occurrit pſallētiū exercitꝰ: quāto magis credēdū eſt ꝙ in aſſūptione. b. Ma. concurrerit tota cœleſtis curia. Vñ in ſermone q intitulaꝛ Gre. magno. Glorificemus ꝟginem quā hodie paradiſus excæpit gaudens, quā āgeli cū laudibus ꝓſequūtur. quā angeloꝝ chorꝰ venera tur: ſcilicet vt magiſtram eoꝝ. quā martyres btificāt cādidati vt martyꝝ capitaneam. quam ſctōꝝ ꝯfeſſoꝝ ſtolatꝰ concelebrat nūerꝰ vt pcipuā ꝯfeſſoꝝ operꝝ perfectionē. cui hodie ſacrarꝝ ꝟginū cū ſuis palmis victricibꝰ exultās occurrit exercitꝰ. Hęc eſt em̄ in cuius vtero eccl'ia ꝯiūcta eſt fœdere ſēpiterno. hęc ille. In cuiꝰ figurā legiꝛ ꝙ Dauid reducēs arcā dñi. in Hierl'm cū ſeptē choris. & innūera ml'tudine hoīm aſſociauit cū magno tripudio, & lætitia. ij. Reg. vj. Arca iſta vt diceꝛ ē b. M. quā dauid. i. dñs Ieſus reduxit in hierl'm aſſociatꝰ cū ingenti gaudio. i. cū ſeptē differētijs btōꝝ. ſ. patriarchis vt Abraam Iſaac & Iacob. & alijs prophetis. vt Eſaia. Dauid. Hieremia. Ezechiele & Daniele. Apoſtolorum vt Iacobi maioris. martyrum vt bap. Ioā. Innocētium Machabæorum. Stephani & alioꝝ ꝯfeſſoꝝ vt Symeōis Gamaliel' & aliorū. ſctārū ꝟginum q eā imitatę ſunt poſt Chriſti aſcēſionē. Nā ſeptimus chorus fuit angeloꝝ innūerabiliū. & . b. Hie. ī ſermone. Credēdū eſt feſtiuæ genitrici dei obuiā aduenīſſe militiam eāqꝫ ingēti lumine circūfulſiſſe & ad thronū eā cū laudibus & canticis pduxiſſe. cœleſtēqꝫ Hierl'm tūc ineffabili lætitia exultaſſe. Ex immenſa aūt gl'ia eius angeli admirantes fecerunt qōnes ſicut & Chriſto in cœlū aſcēdente. Vñ admirans ſpūſſctūs de ea ſic ait. Quæ eſt iſta q ſic aſcendit per deſertū ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris: & vniuerſi pulueris pigmētarij: Canꝛ. iij. Vt dicit Hiero. in ſermo. Admiratur ſpūſſctūs quia admirantes facit. ſ. angelos eius in aſſūptiōe. Aſcēdit aūt de hoc ſæculo nequā ad cœli faſtigiū ſicut virgula diminutiue p hūilitatem. Erecta tñ per erectā in deū intentiōem fumi ſalientis & ſe dilatātis p cōtemplationē & dilectionē. Ex aromatibꝰ thuris p odoriferā orōnē: myrrhæ p verā ſenſuum mortificatiōem & vniuerſi pulueris pigmētarij: oīm ſcilicet ꝟtutū pfectionem. Quibus reſpondet Eſaias. Hæc eſt illa de qua prędixi. Egredietur virga de radice ieſſe: & flos de radice eius aſcendet. ſ. chriſtꝰ Ieſus de virgine iſta. btūs Bernar. ad hæc. O virgo virga ſublimis inquantum ſublime verticem ſanctum erigis: vſqꝫ ad ſedētem in throno vſqꝫ ad dominū maieſtatis. ꝟgo ꝟe plāta cœleſtis planta precioſior cunctis: ſanctior vniuerſis: o vere lignum vitæ quod ſolum dignū fuit portare fructum ſalutis. Secūda quoqꝫ hierarchia admirans de magnificentia gloriæ eius inquit. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens: pulchra vt luna: electa vt ſol: terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Canꝛ. v. Progreditur vltra nos & ſupra nos graditur quaſi aurora rutilans dilectione: & ſicut aurora media eſt inter noctem & diem habens ſatis de luce: ſic iſta medium tenuit inter ſtatum viatorum qui ſunt in nocte mundi tenebroſi: & inter ſtatum comprehenſorum qui ſunt ī die claræ viſionis: Supra omnes em̄ ſanctos viatores eſt ſatis & propinqua pfectioni beatorū fuit: pulchra vt luna: qa ſicut luna plena pcipue illuminat tenebras noctis: ſic iſta pctōres & tribulatos. electa vt ſol: qa ſicut ſol illuminat diem ſic illa iuſtos & pios: & ſicut radios ſuos vbiqꝫ diffundit clarior: & plus influēs in inferioribꝰ ꝙ ceteri planetæ: ſic iſta clarior cūctis ſctis bñficia ſua vbiqꝫ diffundit. terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata. terribilis dæmonijs plus omnibꝰ ſctis virtutibus oībꝰ armata. qbus rñdet Dauid pſ. xliiij. di. Hæc eſt illa de qua pdixi. Aſtitit regina a dextris tuis in ve. deaura. circunda. &c. Regina vtiqꝫ cœli aſtitit ſēp añ deū: recta ſtetit ſine inclinatione ad aliqđ malū. a dextris. i. in potioribꝰ gloriæ in veſtitu deaurato ſapientiæ & charitatis ſūme circundata varietate omnium priuilegiorum ſactorum. Demum & tertia hierarchia & ipſa ſtupens ait de ea. Quæ eſt iſta q aſcendit de deſerto delicijs affluens innixa ſuper dilectum ſuum? Canti. vi. De deſerto aſcendit: quia de ſæculo quod deſertum eſt virtutibus & quiete: ipſa tñ ſanctiſſima ſine ſigno alicuius peccati ſopitis omnibus in ea paſſionibꝰ. Aſcēdit aūt ſuper cherubin. delicijs. i. nobiliſſimis virtutibꝰ affluens vt exponit Berñ. Innixa ſup dilectū ſuū. ſ. filiū q ſi vnū cum eo. quibꝰ rñdet illa ſctā Iudith formoſo corpe & caſta ſpecioſa aīa. hæc eſt per geſta mea figurata. Nā ſicut occiſo Holoferne a me inimico ppl'i dei facta terribilis exercitui eiꝰ occurrrit mihi obuiā ciuitas Hieruſalem cum ſummo pontifice congratulans de victoria per me facta & plurimū laudans & dicens. Tu gloria Hieruſalem. tu lætitia Iſrael. tu honorificentia populi noſtri benedicta eris in æternum. c. xv. Sic beatiſſima iſta Maria pulcherrima corpore: pulchrior anima: & admirabilis oculis omnium: acta victoria de inimico humani generis infernali cum reuerſa eſt huc ſupna Hieruſalem cum pontifice ſummo Chriſto qui ad eam acceſſit laudās & btificans eam admirans tātā virtutem. Tertio eſt aſſūpta cū corpis reſuſcitatiōe. hoc aūt pie crediꝛ a fidelibꝰ & a doctoribꝰ ꝯfirmaꝛ. Qđ etiā vr̄ ſenſiſſe Pſ. cxxxj. cū ait. Surge dñe i requię tuā: tu & ar. ſctifi. tuæ. ſurrexit dñs Ieſus nō q ad deitatē q nunqꝫ cecidit in aliquem defectū: nec aīa eius q nunqꝫ peccauit: & in paſſione ꝭm pte intellectiuā ſūmā requiē habuit: ſed quo ad corpꝰ qđ poſt afflictiones innūeras cadēs in mortem: ſurrexit & aſcēdens ī requiē æternā iuit. Arca aūt ſctificationis fuit corpꝰ mr̄is: ī quo fuerūt vt in arca veteri figurata: loco ꝟgæ ſceptrū deitatis: loco legis anima ſapiētiſſima: loco mānæ dulcedo carnis. Hęc igitur arca ſanctificationis. i. plena ſanctis rebus ſurrexit in requiē corpore aſſumpto in cœlum. hoc Augu. teſtatur in ſermone dicēs. Putredo & vermis opprobriū ſunt hūanę ꝯditiōis a q Marię natura excipiꝛ quā Ieſus de ea aſſūpſiſſe ꝓbaꝛ. Idē Thronū dei thalamū dñi. tabernaculū Chriſti. i. corpus virginis neceſſe eſt ibi eſſe: vbi ipſe eſt. hūc theſaurum congruentius eſt cœlo

De modo aſſūptionis Mariæ

ſ. e. ti. c. xliij. i. ſi.



eſt cœlo ſeruari ꝙ terra. b. Bernar. aūt hoc tali ratione confirmat. Si corpus be. Ma. remāſiſſet in terris videretur chriſtus cōtēpſiſſe vel minus curaſſe de matris ſuæ honore. cū tñ eam ſemp ſumme honorauerit & dilexerit. Nā corpa ſctōrū, quia in terris remāſerūt & locꝰ vbi qeſcūt notus hoībus habeatur: ml'ti accedūt ad ea veneranda. vt patet de apoſtolis Petro. Paulo. Iac. Nico. & huiuſmodi. Multomagis viſitaretur a fidelibus corpus beatæ mariæ ſi eſſet in terris. Non ergo paſſꝰ fuiſſet filius locum eius ignorari: vt honoraretur a cunctis ſi nō eſſet in cœlis aſſumptum. quando aūt reſuſcitatum aſſūptū fuerit ignoratur. Aliqui em̄ dicunt ipſa die poſt ſepulturam eius. Alij. iij. die ad ſimilitudinem filij. Alij. iiij. die vt legitur in reuelationibus beatæ Elizabeth ſibi ab angelo intimatur.

Vbi ſit collocata beata virgo.

## §.VI. QVANTVM AD TERTIVM SCILI

cet quo fuerit aſſumpta ſeu vbi collocata. canit eccleſia: aſſeuerant omnes doctores quia exaltata eſt ſuper omnes choros angelorum. vnde ſuper omnes puras creaturas. ſecūdū be. Alb. ſicut inter naturam increatam diuinam & naturam creatam rationalem medium ē humanitas chriſti vnita deitati. & ſic de extremis participat quia natura de extremo ad extremum tranſit per medium: ita īter naturam puram glorificatam & naturam vnitam deitati quaſi extremo ponitur medium. b. ma. vt pote mater eius: quod vnitum eſt. quæ tñ ipſa pura creatura eſt non vnita deitati. & ſic ſuper omnes angelos & ſanctos eſt: ſed infra chriſtum. Et hoc ipſa innuit di. Eccl'i. xxiiij. Radicaui in populo honorificato. Ppl's maxime honorificatus eſt cœtus angelorū & ſanctorū. Radix aūt eſt principium arboris. Imaginemur ergo ſummitatem perfectionis gloriæ beatorum eſſe in ſeraphin ordine ſupremo Et ibi incipit perfectio gratiæ & gloriæ virginis extendens ſe erga filium incarnatum. De hac Gerar. in homel'. ſuis. Solus dominus Ieſus chriſtus poteſt hanc virginem magnificare quēadmodum fecit, vt ab ipſa maieſtate laudem continuo accipiat & honorem angelicis ſtipata choris: archangelorum vallata turmis thronorum hinc inde poſſeſſa iubilationibus: dominationum circuncincta tripudijs principatuum circunſepta obſequijs: poteſtatum amplexata plauſibus virtutū gyrata honoribus: cherubin circunſtantiata hymnificationibus: ſeraphin poſſeſſa vndiqꝫ ineffabilibus cantionibus. Ipſa quoqꝫ ineffabiliſſima trinitas hymni tripudio ſibi applaudit atqꝫ ſua gratia in ea tota redūdante; oēs eidē attēdere facit. apl'oꝝ ſplēdidus ordo ineffabil'r gl'iam illam extollit. martyrū ml'titudo oīmode ſupplicat dnę tātę. Cōfeſſorum exercitus innūerabilis ꝯtinuū ſibi pſonat cāticum. Virginū cādidiſſima concio iugē choreā ad ſuā celebrat gloriā. Inuite etiā infernus ſibi iubilat: & ꝓcaciſſimi dæmones clamāt. Hæc ille. Nō aūt ocioſa ibi manet: ſed ī ſupmo ſita poli nos cōmendat ſuę ꝓli: ꝓcurās & iuſtis & pctōribꝰ ſubſidia ſalutis mētis & corpis. hęc eſt (iqt Fulbertꝰ epſ ī ſmone) q quōdā in auxiliū magni pr̄is baſilij miſit ſctm̄ angelū q & mortuū ſuſcitauit. ſ. mercuriū militē martyrē: q egreſſus de tumulo lāceā ſuā in eccleſia appenſā arripiens ipm̄ Iulianū apoſtatā imparorē pſecutorē fideliū q minatus fuerat baſilio in reuerſione ſua ex bello ꝯ pſas euerſurū ciuitatē cum habitatoribus ſuis vbi pſulabaꝛ ipſe baſiliꝰ: vulnerauit ad mortē. vñ & mortuꝰ eſt: Ipā. b. ma. Theophilū archidiaconū quia iniuſte ſua dignitate priuatus fuerat: impatiēs tātę iniuriæ p adiutoriū magi diabolo ſe tradiderat: inſtrumētū ſup hoc ꝯficiēdo & ei auferendo vt recuparet dignitatē & honorem amiſſum: qđ & ſecutum eſt. Sed poſtea pniam agētē & ipām ꝟginē inuocātē de faucibus diaboli eripuit. Ad thronū igiꝛ grę eiꝰ & domū gl'ię recurramꝰ vt iueniamus miſericordiam in tempore oportuno.

## TITVLVS. XVI. DE DONO SCIENTIE

¶De dono ſciæ quid ſit & ad qd ſe extendat. Cap. vnicū

Quod tdeus ſi vltimus finis hominum

NOTVM FAC MIHI DOMIne finē meū: & numerū dierū meorū quis eſt vt ſciā qd deſit mihi. Pſ. xxxviij. Cū glioſus deꝰ ſit finis vltimus hominum: ad quem facti ſunt: qa fecit deus rōnalem creaturam: vt ſūmū bonum ītelligeret intelligendo amaret: amando poſſideret: poſſidendo frueretur. vt ait magr̄ in. ij. ſen. di. j. tñ pauci ſunt qui hoc attēdāt pocupatiōibꝰ & vitijs īpediti. & ideo orandū eſt cū pſ. vt notum faciat hunc finem nobis. Sed & numerū dierū nr̄orū qs eſt in præſenti: quia breuiſſimi & incerti. Dies em̄ mei velociores fuerunt curſore: ait Iob. ix. c. Quod quia non aduertunt homines: ſed quaſi longiores ſint & prolixi temporis. ideo parum ſibi vacant: & inde non ſciunt nec ſcire cupiunt: quid deſit eis virtutis & bonitatis vt aſſequi valeant finem ſuum. Sed fine cognito per donum ſcientiæ: poteſt qs ſcire quid ſibi deſit ad bene conſeruandum in medio nationis prauæ & puerſę. At contra dicit dñs Eſa. v. Propterea populus meus ductus eſt captiuus: quia non habuit ſcientiam & dilatauit infernus aīam ſuam: & aperuit os abſqꝫ vllo termino. Sed ſcias per hoc donū quomodo te oporteat cōuerſari in domo dei quæ ē eccleſia dei viuentis ait apoſtolus in. j. ad Tim̄. Circa donum ſciētiæ cōſideranda ſunt tria.

¶Primum ſignifictio nominis.
¶Diffuſio muneris.
¶Appropriatio beatitudinis.

## §.I. QANTVM AD PRIMVM SCI

quid importat nomen ſciētiæ

licet qd ſignificet ſcīa. Notādū eſt ꝙ nomē ſciæ importat certitudinē cognitionis & iudicij p diſcurſum rōnis. Vñ oīs certitudinalis cognitio alicuiꝰ p rōnis collationē, dr̄ ſcīa. Ad hoc aūt ꝙ intellectus humanus pfecte aſſentiat veritati fidei duo reqrunꝛ. Primū eſt vt ſane capiat ea q ꝓponunꝛ: & hoc ptinet ad donum ītellectus. Scđm eſt vt habeat certum iudicium de eis diſcernendo credenda a non credendis & agenda a vitandis. Et hoc eſt neceſſarium donum ſcientiæ. & ſicut ſcientia quæ eſt virtus intellectualis habet certitudinem de rebus creatis ex ratione demonſtratiua. & ideo eſt ſecundum humanum modum: ita ſcientia quæ eſt donum ſpiritusſācti habet certitudinem de rebus credendis & agendis ſupra humanum modum ex præſentia ſpiritusſāncti. hæc bea. Tho. ī ſcripto ſuper. iij. ſen. diſtinctio. xxxv. arti. iij. q. j. Sed ad maiorem horum declarationem ſecundum Raiñ. in ſum. ſciendum eſt ꝙ certitudo iudicij de aliquo fit duobꝰ modis. Vno modo per cauſam altiſſimā & hoc vel ſimpliciter. & ſic ſapiens dicitur qui nouit altiſſimam cauſam ſimpliciter. i. ipſum deum vel ſecundum quid. i. in aliquo genere inquantū per illam poteſt de alijs iudicare: & ſic eſt ſapientia quæ eſt virtus intellectualis. Nam ſapiens in vnoquoqꝫ genere dicitur: qui nouit altiſſimam cauſam in illo genere per quam poteſt de omnibus illius generis iudicare. Alio modo certitudo iudicij fit per cauſas ſecūdas vel inferiores. & talis certitudo diciꝛ ſcīa. Et ideo ſapīa in hoc differt a ſcīa: qa ſapīa ē cognitio rerū diuinaꝝ. Scīa ꝟo eſt cognitio rerum humanarū. Scđm eſt ex diuerſo: vel ex dr̄ia medij cognoſcēdi aſſumiꝛ dr̄ia īter ſapīam & ſcīam: ꝟbi grā: Cū p res creatas cognoſcimus deū. hæc cognitio magis ptinet ad ſcīam ꝙ ad ſapīam. & ecōuerſo. Cū de rebꝰ creatis ꝭm rōnes diuīas iudicamꝰ. hoc magis ſpectat ad ſapīam ꝙ ad ſcīam ꝭm. b. Tho. ij. ij. q. ix. ar. ij. Tertiū qđ eſt cōſideradū eſt ꝙ ſciētia q eſt donū ad q̄tuor ordiaꝛ q ſunt nobis neceſſaria ad ſalutē. ſ. ad ſpeculationem opatōem cōuerſationē & adminiſtrationē. Donū ſcię ordinaꝛ ad q̄tuor. Prīo ad ſpeculatiōem: qa. ſ. p donū ſciæ ſcit ꝓ certo qd fide tenere debeat & diſcernere credēda a nō credendis. vñ Cypria. ī li. de lapſ. ait. Mandant aliqua martyres fieri: ſed ſi iuſta ſunt: ſi licitas: ſi non ꝯ dñm ipſum: ac dei ſacerdotē. i. plati faciēda ſūt. Mādāt ſacti martyres aliq fieri: ſed ſi ſcripta nō ſunt ī lege dñi q mandāt faciēda nō ſunt. añ eſt vt ſciamꝰ eos illa a deo īpetraſſe q poſtulāt: & tūc facere quæ mādāt. Nō em̄ ſtatim videri pōt diuina maieſtate cōceſſum quod fuerit hūana pollicitatiōe ꝓmiſſum. di. l. ſi qs. iiij. hinc & Augu. in enchiridion ait. Longe tolerabiliꝰ ē in his quæ a religione ſeiuncta ſunt mentiri ꝙ in his ſine quorū fide vel noticia deꝰ cœli nō pōt falli. xxij. q. ij. in iparū. Secūdo ſciētia ordiaꝛ ad opationē. Nō em̄ cognitio rerū quantum ad ſuas naturas & qdditatēs pertinet ad donum ſciæ: ſed ſola cognitio practica q hō ex pn̄tia ſpūſſcti: vt. ſ. dictū ē, q̄ndā certitudinē cōcipit de agendis. Vnde donū ſciæ ſcđario ſe extendit etiā ad opatiōem: ꝭm ꝙ p ſcīam credibiliū & eorū q ad credibilia ꝯſequunꝛ dirigimur in agēdis. ꝭm illud Iaco. iiij. Sciēti bonū & nō faciēti: pctm̄ eſt illi. vbi glo. Sciēs bñfacere & non faciens maiꝰ peccatum habet ꝙ ſi neſciret quāuis igno

Ad quatuor ordinaꝛ ſciētię donum.

rantia boni ſcilicet neceſſarij ad ſalutem magnum ſit peccatum, cum ſcriptũ ſit.j.Cor.xiiij.Ignorans ignorabitur.vñ & be.Greg.in lib.mora.Qui ea q̃ dei ſunt ſapiũt a domino ſapiunt.i.approbant ea operãdo.Qui ea q̃ dei ſunt neſciũt a dño neſciunt.i.reprobant.Et q ſtultus fuit in culpa ſapiẽs erit in pœna.diſtinc.xxxviij.qui ea.Et chriſtus Luc.xij.Seruus qui ſcit voluntatem domini ſui & non facit plagis vapulabit multis.b.Tho.ij.ij.q.ix.ar.iij.Tertio valet donum ſcientiæ ad bonam inter malos conuerſationem.Vñ magr ſen.in lr̃a.in.iij.diſt.xxxv.dicit ꝙ per donum ſcientiæ ſcim⁹ conuerſari in medio nationis prauę & peruerſę & abſtinere a malis.Et.b.Hiero.ait.Habeto ſimplicitatem columbæ & nemini machineris dolos & aſtutiã ſerpentis ne aliorum ſupplãteris inſidijs.Non multũ diſtat a vitio in his.ſ.quę pertinent ad ſalutẽ:decipere vel decipi poſſe chriſtianũ.xvj.q.j.ſi cupis.Quarto ſcientia q̃ eſt donum valet ad rectã tẽporaliũ bonorũ adminiſtrationem.vñ.b.Aug.dicit ꝙ actio q̃ bene vtimur rebus temporalibus ſcientiæ dono attribuit.Idẽ be. Aug.ad macedoniũ.Oẽs qui ſibi gaudere vident acquiſitis eiſq; vti neſciunt:alienũ poſſidere conuincunt.hoc em certe alienũ nõ eſt quod iure poſſidet.hoc aũt iure quod iuſte.hoc autẽ iuſte quod bene.Oẽ igit quod male poſſidet alienũ eſt. Male autẽ poſſidet qui male vtitur.xiiij.q.iiij.quid dicã.Donũ igit ſcientiæ facit ꝙ bona tẽporalia licite acquiſita bene poſſideant per bonum vſum eorũ non abutendo.Ratio aũt huius eſt quia creaturæ ſunt ex quibus homo occaſionaliter a deo auertit.ſm illud Sap.xiiij.Creaturæ factæ ſunt in odium & in muſcipulam pedibus inſipientium.qui videlicet de his rectum iudicium nõ habent:quia peccando per inordinatum affectum earum imponũt perfectum bonũ in creaturis.vltimum finẽ in eis conſtituendo.Sed rectum iudiciũ de creaturis habetur per donũ ſcientię.ꝙ ſcilicet ſunt inferiora eo ſine comparatione & ideo non ꝑponenda ei in affectione.b.Tho.ij.ij.q.ix.articu.iiij.

## §.II.DE DIFFERENTIA INTER SCIentiam humanã & prudentiam & ſcientiã ꝓut eſt donũ.

Si autẽ arguat ꝙ ꝓpter bonum vſum tẽporaliũ nõ eſt neceſſarium donum ſcientię.vt nunc dictum eſt.quia prudentia & humanæ ſcientiæ videntur ad hoc ſufficere.Nam cũ prudẽtia ſit recta ratio agibilium ſm phm in.ij.Ethi.Et ſciẽtiæ humanæ multa docent de huiuſmodi bono vſu tẽporaliũ.vt Tuli⁹ li.de offi.Reſpõdet rayne.poſt be.Tho.ꝙ ſciẽtia q̃ eſt donum in hoc differt a prudẽtia:quia prudentia non certitudinaliter ſed magis æſtimatiue habet iudicium de agendis. Sed ſcientia quæ eſt donum habet certitudinem iudicij de agendis ex pręſentia ſpirituſſancti.& ideo falli non poteſt.b. Tho.ſuper.iij.diſtin.xxxv.vnde & ſapiẽs inquit Sap.ix.Mitte illam.ſ.gratiam tuã de cœlis ſanctis tuis & a ſede magnitudinis tuæ vt mecum ſit & mecũ laboret & ſciam quid accæptum ſit apud te.Sit enim illa omnia & intelligit & deducet in operibus meis ſobrie.Quantũ vero ad ſciẽtias humanas reſpondet ꝙ non ſufficiunt ad huiuſmodi rectã adminiſtrationem temporalium:quæ ſcientiæ ex ratione demonſtratiua acquirunt.Sed neceſſarium eſt donum ſcientiæ.& hoc tri-

Donũ ſcientiæ neceſſarium eſt propter tres rationes.

plici ratione.Tum quia ratio humana valet ad finem naturalem non autem ad ſupernaturalem ad quem homo eſt ordinatus.Et ideo vt ad illum dirigat opera ſua circa temporalia eſt,neceſſarium donum ſciẽtiæ.Tũ quia ratione humana nõ ſunt oĩa cognita neq; omnia poſſibilia neceſſaria ad ſalutem.ſicut ſciẽtia quæ eſt donum.Ille ſpiritus veritatis docebit vos omnia ſcilicet neceſſaria ad ſalutem.Io.xiiij.b.Aug. Conſtat nos ſine ſpirituſancto mandata eius implere non poſſe.Tum quia in ſcientijs humanis poteſt eſſe peccatum. non per ſe quia nulla ſcientia inquantũ ſcientia de ſe eſt mala.ſicut ſcire inquãtum ſcire nũq; eſt malũ.alias ſciẽtia malorum non eſſet in deo.quod eſt abſurdũ dicere:ſed per accidẽs in ſcientijs humanis contingit eſſe peccatum.vel in ſciendo vel in addiſcẽdo vel conſiderãdo.& hoc vel ex parte cognoſcentis vel ex parte cognoſcibilis rei.Et ſic intelligẽdum eſt quod ait.b.Aug.In vna eadẽq; re & neſcienti ſciens.& erranti non errans recta ratione pręponitur.In diuerſis autem rebus cũ vnus vtiliora.alius minus vtilia vel etiam noxia: quis non in eis ea quæ ille ſcit ei præferat neſcientem.Sunt enim quędam quæ melius eſt neſcire q̃ ſcire.diſt.xxxviij.q̃uis.vbi dicit gloſa ꝙ q̃uis omnis ſcientia in ſe ſit bona.tamen aliqua alicui eſt mala occaſionaliter ſcilicet propter abuſum.Et ex parte quidem cognoſcentis alicui eſt aliqua ſcientia hũana mala dupl'r.Vno modo ꝓpter occupationẽ dũ ſcilicet ꝓpter occupationẽ ĩ ſtudio alicui⁹ ſciæ ĩpedit ab executiõe alicuius officij ad q̃ d'tenet.Sicut ſi iudex ꝓpter ſtudiũ aſtrologię nõ intẽderet cauſis expediẽdis.vl' nõ eſſet diligẽs ad legẽdũ in materia illa vt oportet.vel ſacerdos curat⁹ pro pter ſtudiũ rethoricæ vel phiæ deſiſteret a cõfeſſionib⁹ audiendis qñ ad hoc tenet.vel nõ vacaret ꝓpter aliud ſtudiũ materiæ q̃ ptinet ad caſus cõſciẽtiæ.Et ſic Hiero.rephẽdit ſacerdotes q omiſſis ſtudijs ſcripturarum.nimis vacãt ſtudio gẽtilium.di.xxxvij.ſacerdotes.&.c.ſe.Secũdo ꝓpter delectationẽ alicuius ſcientiæ ex qua aliqs venit ad contẽptũ ſacrarũ ſcripturarũ q̃s reuereri oportet.ſicut legim⁹ de.b.Hiero.q ꝓpter nimiã delectationẽ in ornatu eloq̃ntię ciceronis ꝓpharum cũ legat ſmo ei horrebat incult⁹:eũ fuiſſe in ĩfirmitate cõſtitutũ acriter redargutũ.& ciceronianũ vocatũ nõ xpianũ.& grauiter ꝓpter hoc a dño flagellatũ.vt diſt.xxxvij.legim⁹.i.

Scientia hũana dupliciter mala.

Scd'o ſcientia aliqua eſt alicui noxia ex pte cognoſcibilis.& hoc tripliciter.Primo quia ſcibile eſt inclinans ad culpã.vt ſcientia nigromãtiæ & aſtrologiæ inquantũ.ſ.per iudicium aſtrorum vult quis iudicare de actibus humanis tamq; neceſſitate procedentibus ad bonum vel malũ.Et de huiuſmodi dicit.b.Amb.ꝙ aſtronomia & aſtrologia & huiuſmodi deſpecta ſunt.quia nihil valent ad ſalutem.ſed mittunt in errorem.& qui his ſtudent curam animæ nõ habẽt.diſt.xxxvij. §.hinc etiam.Et de poetica dicit Iſid'.in li.de ſummo bo.& diſt.xxxvij.ideo.Ideo ꝓhibet xpianis figmenta legere poetarum quia per oblectamenta fabularum nimium excitant mentes ad incentiua libidinũ.Secundo quando ſcibile nullam habet efficaciã vtilitatis alicuius.vt ars notaria ad quã addiſcendam fiunt multæ obſeruantiæ illicitæ & non realiter ſed fantaſticæ acquiritur opere dæmonum.Tertio qñ ſcibile excedit cognoſcentis potentiam.vñ dr̃ Eccli.iij.Altiora te ne q̃ſieris & fortiora te ne ſcrutat⁹ fueris.Altiora vocat ad q̃ nõ ſufficit ratio naturalis.& tamẽ ratione naturali vult talia q̃rere vt myſteriũ trinitatis.incarnationis.ſacri eucharistię & huiuſmodi.Contra q̃s dr̃ Prouer.xxv.Qui ſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a gloria.Eſtq; ergo neceſſaria ſcientia quę eſt donum quę dirigit circa huiuſmodi ad ſciendũ quæ congruunt ſaluti.

## §.III. SECVNDVM PRINCIPALE

cõſiderandum circa ſcientiæ donum eſt diffuſio muneris.i.ĩ quibus donũ ſcientiæ habet eſſe.Pro cuius declaratione ſciendũ ꝙ huiuſmodi donum ordinatur ad duo.Primo ad diſcretionem ſeu diſcernendum de credendis & agendis.Nam per ſcientiæ donum homo habens ſcit certitudinaliter quid credere.quid agere debeat circa neceſſaria ad ſalutem & diſcernere credenda a non credendis.& agenda a non agendis.

Donũ ſciæ ad duo ordinatur.

Et hęc ſcientia eſt in omnibus habentibus gratiam gratum facientem.Omnes em̃ tales ex infuſione gratiæ habẽt rectũ iudicium circa credẽda & agẽda.ita ꝙ in nullo deuiãt a rectitudine iuſticiæ.& ꝓpter hoc dr̃ ſciẽtiã ſanctorum habere vñ dr̃ Sap.x.Iuſtũ deduxit dñs per vi.re.& oſten.illi regnũ dei.dedit illi ſcientiã ſanctorũ.i.ſciam talẽ qualem decet ſctõs hr̃e i.in nullo a rectitudine iuſtitiæ declinare.Vl' ſcia dicit ſctõrum qua ſcti eligunt tpaliter cruciari:& in æternum gl'iari. Scd'o ſcientia ordinatur vel ad manifeſtationem vel ad eruditionem.vel ad defenſionẽ fidei.Et hæc ſcientia pertinet ad gratiam gratis datã q̃ magis datur ad vtilitatem aliorũ q̃ ſui.de qua dicit apl's.j.ad Cor.xij.Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpirit⁹ ad vtilitatẽ.ſ.aliorũ.Et ſequit.Alij dat ſmo ſapiẽtiæ.Alij ſmo ſciẽtię &c.Et hęc ſcia nõ eſt illa q̃ dr̃ donũ ſpũſſcti vnũ ex ſeptẽ.Nec eſt ĩ oĩbus habentib⁹ grãm gratũ faciẽtẽ:ſed in qbuſdã.& nõ ſolũ ĩ bonis ſed & malis põt eſſe cõis.vñ bea. Aug.ĩ li.xiij.de ciui.dicit ꝙ de hac ſciẽtia nõ pollẽt plimi.q̃uis polleãt fide.Et ſubdit.alid' ẽ ſcire q̃d credere debeat.alid' eſt ſcire queadmodũ ħ ip̃m pijs opitulet & ꝯ ĩpjos fides defẽdat.Eſt ergo iſta p̃dicatorib⁹ & doctorib⁹ & alijs nõnullis ĩ quãtũ.ſ.p acq̃ſitionẽ ſolũ & ſtudiũ hũanũ in ſciẽtijs ẽt theologica talia didicerũt vt rõne hũana poſſint alios docere de credẽdis & agẽdis & ꝯ impugnãtes defendere.Sed ĩquãtũ ſine ſtudio humano ex inſpiratione ſpirituſſancti iſta habent ſicut apl'i



ſicut apl'i & etiã ſancti doc.eccl'iæ.qbus vltra humanas ſcias acquiſitas addita fuit & iſta ſcia grã gratis data a.ſſ. Declaratur hoc exemplo de ſenſibus corpis.Sicut em̃ ſenſus corpis q eſt ad eſſe vt tactus eſt in oĩb⁹ mẽbris.ſenſus aũt q ſunt ad bñ eſſe ſunt in corde tm̃ per quod alia membra reguntur:ita etiam eſt de donis gratuitis quæ dantur in eccleſia.Quędam em̃ ſunt de neceſſitate ſalutis:& hæc oportet ꝙ dentur omnibus membris ieſu xpi.& hmõi ſunt q̃ pertinent ad grãm gratum facientẽ:vt ſunt virtutes & dona.q̃dam vero ſunt quæ ſunt ad bñ eſſe.ſicut grãe gratis datæ vt operatio miraculorum ꝓphetia:& gña linguarũ.& hmõi.Et hæc non dant omnib⁹ membris xpi:ſed illis tm̃ quibus expedit ad ædificationem fidei.Vñ ſicut facere miracula & ꝓphetare nõ eſt de neceſſitate ſalutis ſeu fidei ſed de perfectione dei : ſic & ſermo ſciæ & aliæ grãe gratis datæ.de quibus loquitur apl's.i.Cor.xij.hæc Tho.in ſcripto ſup.iij.ſen.diſt.xxxv.ar.iij.Ad hoc facit optime qd' ait Beda ſuper Ioh.& hr̃ de pœni.di.ij.quęrendũ.vbi ait.Notandum ꝙ in ſctis hoĩbus q̃diu mortale corp⁹ geſtãt partim manet ſpũs ſemper partim rediturus recedit:manet apud eos vt bonis inſiſtant actibus:voluntariam paupertatem diligant:manſuetudinem conſequantur pro æterno deſiderio lugeant & hmõi.cæteriſq; fructibus ſpũs inſiſtant. Recedit ad tempus vt non ſp facultatem infirmos ſanandi. mortuos ſuſcitandi vel ꝓphetandi facultatem habeant: manet ſemper vt poſſint hr̃e virtutes quibus mirabil'r viuant. Venit ad tempus vt etiam alijs p miraculorũ ſigna quales ſint intus effulgeãt.Melius ad propoſitum facit quod ait.b. Augu.j.q.j.multæ.dicens.Multæ operationes ſunt ſpũſſcti. quas cum idem apoſtolus quodam loco connumeraſſet.ſ.j. Cor.xij.concluſit.Hæc omnia operatur vnus & idem ſpũs diuidens ſingulis prout vult.Aliud eſt ergo ſacramentũ qd' hr̃e etiam ſimon magus potuit.Aliud ꝓphetia qd' & in malis hoĩbus fieri ſolet vt in Saul.Aliud operatio eiuſdẽ ſpũs quam niſi boni hr̃e non pñt.i.charitas quæ non eſt niſi cum gratia gratum faciẽte & donis ſpũſſcti .Hęc charitas ꝓpriũ donum eſt catholicæ vnitatis & pacis:nec eius donũ in oĩb⁹ quia nec eius ſunt omnes.

## § .IIII. TERTIVM PRINCIPALE

quod conſideratur circa donum ſcientiæ ẽ appropriatio beatitudinis Nã ſcię quę eſt donum ſpũs appropriat & cõuenit tertia beatitudo quæ eſt luctus.Mat.v.Beati q lugent qm̃ ipſi conſolabuntur Vbi tanguntur duo cõuenientia dono ſciæ. Primo appropriatur ſciæ luctus.ꝓ merito:dum dr̃.Beati qui lugent.ſ.de p̃teritis erratibus.vbi gl.interlinearis ait.Hi ſcia illuſtrantur vt ſciant quibus malis inuoluantur.Et Eccl's.i. Qui addit ſciam:addit & dolorem.Scd'o appropriatur cõſolatio ſciæ ꝓ p̃mio cũ ſubditur.qm̃ ipſi cõſolabuntur: & hoc in pñti.dũ hõ per rectũ iudicium ſcię creaturas in bonum diuinum ordinat:& in futuro talis conſolatio pficietur. vñ.b. Aug.in ſermo.dñi in mõte ait.Scia cõuenit lugentibus : qui didicerunt quibus malis coniuncti ſunt q̃ quaſi bona mali appetierunt.be.Tho.ij.ij.q.ix.ar.iiij. Et qa ſcia ſæcularis ſeu humana conuenit in noĩe cum ſcia q̃ eſt donum : q̃uis realiter differat:cum ſcia humana ſit cõis bonis & malis : ſed donum ſciæ non niſi in bonis grãm gratum facientẽ poſſidentibus habeat.Iõ breuiter aliqua in cõmendationem earũ in ſe.& q̃tum ad bonũ vſum earũ dicentur : & exinde in deteſtationem abuſus earum.Et ꝙ ſtudium earũ ſit licitum patet ex hoc.quia vt dicit.b.Aug. A ſtudio percipiendę veritatis nullus ꝓhibetur.viij.q.j.q epatũ.Qd' intelligendum eſt dũmodo debitus modus & honeſtus finis intendatur. Nam vt ait.b.Ber.Sunt qui ſcire volunt vt ſciantur & vanitas eſt.ſ. ſuperbiæ:vt in philoſophis & gentilibus.Sunt qui ſcire volunt vt ſciant & curioſitas eſt.Non em̃ vt ait.b.Augu.in cognitione creaturarũ figendus eſt gradus. ſed ad immortalia & ſemp mãſura anim⁹ dirigẽdus.Sunt qui ſcire volũt vt lucrent:& cupiditas eſt:vt in medicis & iuriſtis & rectorib⁹ q p fas & nefas ea ſcia vtunt ſecus ſi debite.Sunt q ſcire volũt vt ſe ædificent vel p ſe alij ædificẽtur:& charitas eſt. In trib⁹ p̃mis cõiter verificat qd' ait apl's.ſcia inflat.In vltimis quod ſubdit.charitas ædificat.ſ.ad meritum.Modus debitus eſt vt nõ nimis inhęreat vtiliores contẽnat:vel per hoc ſibi neceſſaria ſciri omittat. His ſeruatis ꝙ liceat his vacare oſtendit

de ꝯmẽdatione humanę ſciæ.

Hiero.ſuper epiſtolam ad Titum. Si quis grãmaticam artẽ nouit vel dialecticam vt recte loquendi rõnem habeat:& inter vera falſaq; dijudicet non improbam⁹.Geometria arithmetica & muſica hñt in ſua ſcia veritatem.& paulopoſt.Grãmaticorum doctrina põt ꝓficere ad vitam:dum fuerit in meliores vſus aſſumpta.di.xxxvij.ſi quis.Idem Hiero.di.ea.qui de menſa.Qui de menſa & vino regis nolunt comedere ne polluantur:vtiq; ſi ſapiam & doctrinam babyloniorum ſcirẽt eſſe pctm̃ nunq; acqeſcerent diſcere qd' non licebat. diſcunt aũt non vt ſequantur:ſed vt iudicent atq; cõuincant.Quõ ſi quiſpiam volens ſcribere ꝯ mathematicos imperitus matheſeos riſui pateat & aduerſus philoſophos diſputans ignoret dogmata philoſophorum.Et loquitur hic be.Hiero.de adoleſcentibus hebręorum tranſlatis in captiuitate in babyloniam ſ.Daniele:Anania:Azaria:& Mizahele.Hinc & Beda ſuper lib.Re.diſ.eadem.turbat.ait. Turbat acumen legentium & deficere cogit:qui eos a legẽdis ſæcularibus libris exiſtimat prohibendos.In quibus ſi qua vtilia ſunt quaſi ſua ſumere licet.Alioquin nec ipſe magr gentium.ſ.paulus aliquos verſus poetarum in ſuis ſcriptis allegaret. Et vt ait Gratia.diſt. ea.legimus.j.ꝙ p̃cæpit dñs filijs iſrael vt ſpoliarent egyptũ auro & argento:moraliter inſtruens vt ſi aurum ſapiæ ſiue argentum eloquentiæ apud poetas inuenerimus in vſum ſalutiferum eruditionis vertam⁹.In Leuitico q̃q; p̀mitias mellis.i.dulcedinem humanæ eloquentiæ dño iubemur offerre. Ex quibus patet ꝙ de ſe malum non eſt vacare ſcientijs ſæcularibus.

## §.V.QVOD AVTEM NON SOLVM

liceat ſed etiam debeat quilibet fidelis in ſcientijs ſæcularibus ſtudere ꝓbat do.Io.dñici.in libello qui intitulatur lucula.arguendo tñ non aſſerendo ſic.Quilibet catholicus deum debet imitari quantum põt.ſed deus non ſolum habet oẽm veritatem:ſed eſt oĩs veritas.Igitur cuilibet catholico ſtudere conuenit omni veritati:quantum põt.Sed in ſæcularibus ſcientijs multæ ſunt veritates.ergo debet xpianus ſcĩas ſæculares acquirere.In hac autem argumentatione ſunt quatuor propoſitiones quæ probari pñt de facili.ſ.ꝙ deũ debet imitari quilibet quantum põt.& ꝙ deus habet oẽm veritatem & ꝙ deus eſt oĩs veritas.& ꝙ ſciæ ſæculares contineant multas veritates.Prima propoſitio.ſ.ꝙ debet homo deum imitari:deducitur tripl'r.Ex natura rõne & ſcriptura. Ex natura quidem quantum ad primum dictum eſt in.ij.de aĩa.ꝙ vnũ qd'q; ens imitatur altiſſimum:hoc nõ ſolum clamat ſuis cupiditatibus hõ ad diuinam imaginem factus:ſed etiam ipſa muta & quæ ſenſu carent naturali locutione clare teſtantur. Cur ignis ſurſum graueq; quodlibet tendit deorſum.Flumina pariter petunt patrem neptunum.i. mare:terra centrum: niſi qa cuncta deſiderant eſſe & conſeruari in eo in quo quieſcunt.ſ.in locis ſibi congruis.Eſſe autem in deo eſt abſolutum & per ſe eſſe a quo omne aliud eſſe non ſolum dependet ſed conſeruatur in eſſe qualecumq; ſit illud.Huic autem naturæ rõ mirifice fauet.Nihil em̃ ſe põt odiſſe dicente ſcriptura.Nemo inquit apl's de homine.vnq; carnẽ ſuam odio habuit:ſed nutrit & fouet eam nihilq; põt ſe non amare. Differt aũt amor liber a naturali:qm̃ ille partiale hoc optimum vult bonum amato:cum nihil aliud ſit amare aliquid q̃ deſiderare vel velle bonũ eidẽ.Hinc reor factum ꝙ deus immẽſus cui loquitur ſapiens di.Sap.xj.Diligis omnia quæ ſunt & nihil odiſti eorum quæ feciſti.cæteris a ſe vult ptialia bona nõ parum diſtincte:ſibi vero ſummum & optimum : qa libere illa:ſeipſum vero naturaliter amat.Omnis ergo natura ſe naturaliter amans quod eſt cunctis commune deum ſibi ꝓcurat ꝓ modulo ſuæ capacitatis inſerere.vnde iam omẽ forum ꝓclamat illud morale.Bonũ eſt quod omnia appetunt.Hõ igitur qui ſolus inter corporea eſt ad ſimilitudinẽ dei eiuſq; gl'iæ mirabil'r capax:ipſumq; aſſequi debet pręvniuerſis creaturis : ip̃m conari debet imitari niſibus totis quẽ deus aſſumpſit:vt non ignoraret ſe futurum deũ eſſe poſſibilẽ participatione ineffabili quadã.Idipſum clamat veritatis ſcriptura dicens.Eſtote vos perfecti ſicut pr̃ veſter cœleſtis pfectus eſt.Mat.v.Quodq; conſummarent in vnum cũ deo mẽbra xpi capitis electa p eum.idẽ xps genitorem orauit Io. xvij.qñ venit eius hora vt trãſiret ex hoc mũdo ad patrẽ.Ad

Quattuor ꝓpoſitiones ꝓbabiles ꝙ ſcię ſeculares tinẽt mltas veritates.

idem hortatur apl's ad Epħ.v.dicens. Imitatores dei eſtote ſi
cut filij chariſſimi. ſicut em̃ bonum perficit affectum & volũ
tatem ſi eſt verum bonum: ita & verũ ꝑficit intellectum. Et
ideo ſicut imitamur deum in bonitate virtutum ꝑfectione:
ita imitari debemus in veritatis cognitiõe ꝓportionata no
bis quæ reperitur in ſcientijs humanis. vnde idem apl's ad
Epħ.v.ait. Fructus lucis.i.gratiæ radioſæ qua deum imita-
mur eſt in omni bonitate: iuſticia & veritate: vt ſicut iuſticia
quæ eſt oĩs virtus & ꝑficit voluntatem: ita & veritas ꝑficiat
intellectũ: & ſic habetur oĩs bonitas.ſ.voluntatis & intelle-
ctus. Aliæ tres ꝓpõnes facile declarant. nam ſcd'a.ſ.ꝙ deus
habet in ſe oẽm ſciam & veritatem eſt ſatis nota apud om̃es
tã philoſophos q̃ theologos antiq̃s & modernos: ita vt ſtul
ti cenſeant a pẽ.q dicunt. Nõ videbit dñs nec intelliget de9
Iacob. ait em̃. Intelligite inſipiẽtes in ppl'o: & ſtulti aliqñ ſa-
pite. Qui plantauit aurem nõ audiet &c. & ſequitur. Qui do
cet hominem ſciam: dñs ſcit cogitationes hominum qm̃ va-
næ ſunt.i.falſę cũ.ſ.cogitant deum neſcire omnem veritatẽ.
eſt em̃ deus omnium de hoc loquentium teſtimonio quędã
mens & intellectus infinitus vbiq; pñs omniũ poſſibilium
ratio ſumma nihil ignorãs: ſed omnia vnico actu vidẽs. Hic
eſt apud Platonem mens maxima plena rerum ydeis. apud
Ciceronem & maronem aĩa mundi tota pñs vbiq;. hoc intel
lexit philoſopus clemens dicens. Nobiliora in entibus ſunt
minus nobilium exemplaria. & ad id refertur Sen̄. dictum
epl'a.xl. vbi ait. Prope eſt deus: tecum eſt intus eſt ita dico lu-
cillæ. Sacer intra nos ſpũs ſedet: malorum bonorũq; noſtro
rũ obſeruator & cuſtos. hic ꝑut a nobis tractatus eſt: ita nos
ipſe tractat. huius ſapĩa ẜm Diony. ariopagitam in lib. de di
ui.no. ſeipm̃ cognoſcens cognoſcit omnia & materialia im
material'r. & indiuiſibiliter diuiſibilia & vnitiue multa hic
iuxta Pau. ariopagitæ magr̃m. Oĩa nuda & aperta ſunt ocu-
lis eius. ad Heb̃.iiij. Sunt em̃ oculi dñi lucidiores ſole: qui in
omni loco contẽplantur bonos & malos teſte veteri ſapien
te. & Amb̃. ſuper epl'am ad Col'. ait. Omnis rõ ſupnę ſciẽtiæ
vel terrenæ creaturæ in eo eſt q eſt earum & autor: quem qui
inuenit nihil vltra q̃rat: q̃a hic eſt ꝑfecta dei virtus & ſapĩa
quicquid alibi q̃ritur hic ꝑfecte inuenitur. di.xxxvij.§. hinc
etiam. Tertia ꝓpõ ſuperius poſita.ſ.ꝙ de9 ſit omnis veritas
clare perpaucis deducitur. Deus em̃ eſt ſimpl'r ſimplex ſim-
plicitate ꝑfecta vt ꝓbat.b.Tho.in.i.pte. Nullã em̃ cõmixtio
nem. nullam mutationem: nullam compoſitionem: nullũ
ve accidens quõlibet in ſe admittit. Sed vt dicit Boe. Acci-
dens in deo tranſit in ſubãm vt ſcĩa quæ eſt in creatura eſt ac
cidens in deo eſt ſubſtantia ſua. Ipſe igitur eſt eſſentialiter &
vnice quicquid habet. quinimmo vt ꝓprius dicatur: nihil
habet: ſed eſt quodlibet qd' a quacumq; creatura bonum &
bene haberi põt. hanc veritatem non tacuit moyſi ſeruo dei
cui ait de ſe loquens oſtendam tibi oẽ bonum. Exod'.xxxiij.
Cum ergo communi mõ loquendi dicatur hr̃e oẽm veritatẽ
plene: reſtat ꝙ ipſe ſit omnis veritas. Præterea ſi detur intel
lectus cui actus cognoſcendi pariterq; ſimul multa vel cun-
cta cognoſcens: & nullatenus a potentia ſit diſtinctus. nõne
fatebitur quiſq; rõne victus ipſum intellectum eſſe veritatẽ
quã nouit: cũ illa nõ ſit aliud ab actu intellectus veritatem
videntis. Erit igitur ſicut metaphyſicus ꝓbat: cuiuſlibet rei
vnum principium velut menſura omnium ꝑticularium re
rum ſpeciei illius cuius ꝑticipatiõe omne eſſe eius eſt tale tã-
tum ve: atq; hoc aliquid. ſic omnia flumina vnum repetunt
mare vnde fluunt occultis meatibus ſuis: vt dr̃ Eccl's.i. Oẽs
radij licet ꝑ orbem diuiſi infima tenentes ſimul & ſumma
vnius ſolis ſunt ꝓles & nutriuntur ab illo quos qui reſpici
vetat ꝓhibet ſil'r & ſolẽ videri. Neceſſe eſt igitur veritatem
amantes ſimpl'r cõfiteri quãlibet veritatem radium fore ab
eſſentia diuina fluentem: in qua vel per quam ſicut ꝓpriam
lucem ipſa videt eſſentia. xp̃s q̃q; ait Ioh.xiiij. Ego ſum via
veritas & vita. Via exemplo qua eundum eſt imitatione ne
erretur. Veritas. verbo cui inhærendum eſt firma aſſertione
ne mens obtenebretur. Vita. in p̃mio in quo quieſcendum
vt conſoletur. & Cyprianus ait. Cõſuetudo ſine veritate ve
tuſtas erroris eſt: ꝓpter qd' relicto errore ſequamur veritatẽ
ſciẽtes: quia apud Eſdram veritas valet & inualeſcit & viuit
& obtinet in ſæcula ſcl'oꝝ. diſt.viij. conſuetudo. Hiſtoria ha
betur.ij. Eſdræ.iij. vbi probatum eſt veritatem om̃ibus for-
tiorem: & hæc veritas deus eſt. Quarta propoſitio ſe ingerit
demonſtranda.ſ.ꝙ grammatica & aliæ ſcię ſæculares hñt in
ſe & docent plurimas veritates. vñ vt.õ. dictum eſt ꝑ be. Hie
ro. ꝙ arithmetica & geometria & muſica habent in ſua ſciẽ-
tia veritatem. propter quod & clemẽs dicit. Cum ex diuinis
ſcripturis integram & firmam gloriã ſuſcæperit veritatis:
abſurdum non erit ſi etiam aliquid ex eruditiõe communi:
ac etiam liberalibus ſtudijs quę forte in pueritia attigerit ad
aſſertionem veri dogmatis conferat. diſt.xxxvij. relatũ. Cur
ergo non ſtudendum in his ſcientijs cum omnia inuocẽt ve
ritatem. Sed ſciendum ꝙ triplicem ſedem veritas colit. Pri-
ma eſt orõ vel propoſitio quæ dicit vera vbi manet tãq; in
ſigno. Vñ eſt illud ſcholaſticum dictum. Veritas eſt adęqua
tio rei intellectæ ad intellectum. Et illud bea. Augu. ꝙ veri-
tas eſt qd' ita ſe habet ſicut cognitioni videtur: ſi velit & poſ
ſit cognoſcere. Veritatis ſedes ſecunda mens ipſa in qua eſt
tamq; in ſubiecto. Ariſt. in. vij. meta. teſte. qui verum & fal-
ſum animæ reddit. Tertia ſedes veritatis eſt res ipſa quæ dr̃
vera vbi morat: vt in ſolio ſuo imperatrix: a nullo ente men
dicans ſed profluens impercæptibiliter a prima veritate: &
id quod inde deſcendit ſine perturbatione conſeruat. ſic in-
tuebatur veritatem Auicen̄. in meta. ſua vbi dicebat. Veri-
tas rei eſt proprietas & eſſe vniuſcuiuſq; rei quod ſtabilitum
eſt ei inquantum talis res nata eſt de ſe facere veram æſtima-
tionem & inquantum ꝓpriam ſui rõnem qui eſt in mẽte di-
uina imitatur. Ad idem tendit verbum be. Aug. dicentis. Ve
ritas eſt rectitudo ſola mente ꝑcæptibilis. Quid igitur aliud
triuialis proportio artium eſſe cẽſetur q̃ rectitudo diuina in
grammatica: ſpes in rhetorica: & veritas in dialectica. Primę
duæ ſunt veræ & veritati diuinæ conformes. Et vt clareat de
vtilitate harum ſcientiarum breuiter ad ſingulas deſcenda-
mus. Grammaticam cum rhetorica ſciam eſſe recte ſcriben-
di: recte pronunciandi: recte conſtruendi: tradunt ſapientes.
atq; partium orationum. vocis articulatæ: literæ: ſyllabę: pe
dum. accentuum: poſitarum orthographię: analogię: etymo
logiæ: differentiarum: barbariſmorum: ſillogiſmorum: vi-
tiorum metaplaſmatis: ſchematum: troporum: ꝓſę: metro-
rum: fabularum: hiſtoriarũq; peritia. His radijs veritatis di-
uinæ velut ſyderibus cœlum etiam ſacræ lr̃æ rutilant clare
quos ſolus illuminat ſol diuinus. De harum neceſſitate Quĩ
til'. in lib. de arte oratoria ſcripſit ſic dicens. Non ſunt feren-
di qui artem grammaticam vt tenuem ac ieiunam cauillan-
tur. Quæ niſi fundamenta fideliter iecerit quicquid ſupſtru-
xeris final'r corruit: neceſſaria pueris: iocunda ſenibus: dulcis
ſecretorum comes. hæc ille. Sed de eloquentia cui rethorica
ſeruit: Tullius ait ꝙ ſapientia ſine eloquẽtia parum prodeſt.
Eloquentia ſine ſapientia multum obeſt: vt gladius in ma-
nu furioſi: ſed ſapientia cum eloquentia multum valet. do-
cet em̃ clare loquendo: delectat ornate loquendo: flectit effi-
caciter mouẽdo. vnde & Heſter orabat ad dominum. Da ſer
monem rectum & bene ſonantem in os meum vt placeant
verba mea in conſpectu principis. vt.ſ. flecteret eum & in-
duceret ad audiendum ſuam petitionem quod ſecutum eſt
ſ. coram principe aſuero. Dialectica vero omnes ambit cæte
ras artes: abdita penetrat: tetra dilucidat: falſa repelles verita
tem ducit in lucem: vt vbiq; valeam deum videre qui vbiq;
latet obſtruſus: & ſi fortaſſe minus intelligenti minuſq; deũ
benignum amanti hę ſcĩæ viles videntur & indignæ vt de9
quæratur in eis verbum fontem ſapientię in excelſis: memi
niſſe debent latuiſſe in virgine: iacuiſſe in p̃ſepio brutorum
medio fœno ſociatum: tectum ſtabulo pãniculis inuolutũ
immo vt cuncta pertranſeam cruci affixum ſicut cœlorum
faſtigia tenet ad dexteram patris ſine loco locatũ. Certe ego
intrabo in pręſepium & crucem domini mei viliſſimam to
ta cordis deuotione amplectar vt mellifluum reperiam do-
minum meum: quare ergo vetar florida prata atq; ſtellige-
ros cœlos ſcl'ariũ ſciarũ itrare in qb9 cũ iubilo occultare vr̃.
Quo ad arithmeticã vt vbis vtar torq̃ti lib̃.i. arithmeticæ
ſuæ. Arithmetica cũctis mathematicis p̃or eſt: nõ mõ q̃a ille
hui9 mũdanę mol' cõditor de9 prima ſuę habuit rõcinatiõis
exẽplar: & ad hanc cuncta ꝯſtituit q̃cũq; fabricauit rõne per
nũeros aſſignator ordinis ĩuenire ꝯcordiã &c. Ecce ꝙ de9 ipe
gl'ioſ9 q oĩa ꝯſtituit ĩ põdere nũero & mẽſura: mẽſura vſ9 eſt
arithmetica. arithmeticam inſpirauit & docuit. Quare ergo
ꝓhibe ri

Qd' de9 ſit ſimplex ſimplicitate perfecta.

De omẽdatione ſciæ triuialis.



ꝓhiberi debet numeris addiſcendis intendere q deũ ſuũ de-
bet imitari. De muſica quid dicam humanæ mentis medela
quã ignoraſſe tã turpe fuit apud venerãdos antiquos q̃ lr̃as
neſciſſe ſicut ſcripſit Iſid'. ſine cuius noticia nulla diſciplina
põt eſſe ꝑfecta Hac tota cœlorũ compago ſubſiſtit. hac vni-
uerſa mundi moles cõſiſtit. ſine hac reſpublica ordinate mo
derari non põt: mores corrigũtur ꝑ iſtam & humani animi
obtinẽtur. hæc furioſos reſtituit ſub pythagora ſibi & mor
bos domuit reddita ſanitate. narrantibus cicerone & ſeueri-
no poſt eum. Quã inſipiens erit & ſolo noĩe hõ neceſſariæ
geometriæ ignarus per quam vniuſcuiuſq; rei termini deſi
gnantur ſicut ſcribit Richardus. Fuit em̃ prout notat alpha-
rabius neceſſaria ꝑſpectiua qua diſcernitur id qd' appet in
viſu aliter q̃ ſit: & qd' appet ita vt eſt. Aſſignat em̃ quibus de
cauſis iſta fiant: & hoc demonſtrationibus neceſſarijs. docet
etiam q̃bus modis viſus põt errare q̃bus non errat. Da oro
aſtronomiæ neſcium aſtrologiã ignorantẽ quẽpiam. nõne
velut deridendus infantulus ꝓnunciabit ſydera labi. lãgue
re lunam ſolẽq; qualitate mutari ſic vt ſuccurrendũ putet ſo
no calibis & ferri quatenus inde territus pluto ꝓſerpinã ſi-
nat ad loca ſuperiora reuerti. Quot Iberas Nemas inſcij viri
ſenes deliri vt vetulæ garrulæ. de orione feroce. de vrſa vtra
q; ariadnæ corona recitant p̃ciſe. quia ſunt aſtronomię vtrũ
q; ignari. at quiſq̃s aſtrologię noticia carens virtuoſos q̃ſdã
putabit vitioſoſq; alios laude ve dignos illos iſtoſq; vitu-
perandos. quaſi voluntarie ſuos actus producant. quos ſola
conſtellatio ad opera ſua illos reddit procliues non neceſſi-
tando: ſed ſenſualitatem inclinando. propter quod maxim9
aſtrologus ptolemęus dixit. vir ſapiens dñabitur aſtris.ſ. rõ
ne ſuperando inclinationes ad vitia ex conſtellationibus ꝓ
cedentes. Ad philoſophiam veniamus quæ rerũ quas deus
ſummus & ſolus creauit quẽ per iſta viſibilia cognoſcimus
ad hunc ſolum finem ꝑ ſui magna pte creata. vires ꝓprieta
tes dignitates cum effectibus ſuis docet & manuducit ad me
taphyſicum. ſic fideliter fidem catholicam ꝓfitẽtem. atq; di-
centem. Neceſſe eſt eſſe aliquam ſubſtantiam æternam im-
mobilem dantẽ cuncta moueri. Subſtantiæ em̃ p̃cedunt oĩa
entia.ſ. cauſalitate. Si igitur omnes ſubſtantiæ fuerint corru
ptæ: omnia entia erunt corrupta. q̃a deſtructa cã: deſtruit &
effectus. & ideo deſtructis primis ſubſtantijs: impoſſibile eſt
aliquid alioꝝ remanere. Deus ergo ſemꝑ eſt & eſt intelligẽs
ꝑ ſe habetq; vitam nobilẽ & ſempiternã. Ipſe eſt deus vnus
æternus infinitæ nobilitatis. & eſt vita continua entium.
Hęc & multa alia ſcribit Ariſt.xi. meta. Hinc & Auicẽ. in ſua
meta. ait. Scientia diuina eſt ſcĩa de rebus ſeparatis a materia
terminis & diffinitione. In hac ſcĩa quæritur de primis cau-
ſis eſſe naturalis & eſſe doctrinalis. & eius quod dependet ex
his: & de cã cauſarum quæ eſt deus excelſus. hæc eſt philoſo-
phia prima. hæc ibi. Ex his omnibus apparet oẽs ſcĩas quæ
ſæculares vocantur. non ſolũ veritates mirificas continere:
ſed etiam manuducere in radioſam cognitionẽ diuinã. & iõ
non horrendas ſed ſtudioſe colendas.

## §. VI. QVIA PREDICTA OMNIA AR-

guendo non aſſerendo. p̃fatus vir ſtudioſiſſimus & ꝑ cuncta
laudabilis dñs Ioh. dñici in dicto libello induxit. Rñdendo
tria notat. Primo ꝙ ſcĩa dei eſt alterius gñis a nr̃a. vnde eum
in ipſa non poſſumus imitari. Scd'o ꝙ ſcĩa noſtra etiam emi
nens eſt de pauciſſimis rebus & imperfecta & multis pericu
loſa & iõ nõ nimis affectuoſe: ſed moderate quærenda. Ter
tio ꝙ ꝑmaxime in dilectione dei eſt imitatio procurãda. nõ
in ſcĩa niſi in iſta quæ eſt donum & eſt cũ ipſa charitate vni
ta. Dicit ergo rñdendo argumento in.c. quod ſic incipit. Bo-
noꝝ oĩm exiſtentiũ & poſſibilium ſolus capax intellectus
diuinus ſæculares ſcĩas non habet.ſ. ſicut habet intellectus
creatus. Pro huius declaratione dicit q̃nq; conſiderãda circa
ſcientiam.ſ. ſubiectum: obiectũ: rẽ: modũ: & effectũ. Credo
aũt ſimpl'r dicendũ diuinã ſciam non eſſe eiuſdẽ gñis gene-
raliſſimi q̃ ad p̃dicta q̃nq; cũ ſcĩa humana. Nã q̃ ad primũ.ſ.
ſubiectum patet q̃a oĩs ſcĩa nr̃a eſt tamq; accidens in intelle-
ctu humano ſicut in ſubiecto. In deo aũt nullum eſt accidẽs
nec intellectus diuinus eſt ſubiectũ alicui9 tranſmutationis
dicente Iacobo de deo. apud quẽ non eſt trãſmutatio nec vi-
ciſſitudinis obumbratio: ſed lucẽ inhabitat inacceſſibilem
ẜm apl'm. ꝓpter qd' irrefragabil'r tenendũ eſt cũ tota fide ca-
tholica diuinam ſciam eſſe vniformiter & ſubſtãtial'r ipam
diuinã eſſentiã qd' de nulla creaturarũ in via nec in patria di
ci põt vel debet. Sed de ſcd'o.ſ. obiecto magis ad propoſitũ
materia obuerſat. Eſt aũt ẜm Ariſto. in.i. Poſte. ſcĩa de ꝑpe-
tuis & neceſſarijs incorruptibilibus vl'ibus & quę nõ pñt ali
ter ſe hr̃e. Videndum igitur q̃ ſint iſta obiecta. Sunt em̃ aut
deus aut res citra deũ aut q̃dam complexa ſicut ſunt ꝓpões
prolatæ ſcriptæ aut concæptæ vel cõcęptibiles. Si datur pri-
mũ ſcilicet de deo aſſentio quidem deſcriptioni ſcibilis ob-
iecti deo conuenire: de quo habet veriſſimam noticiam quę
eſt ipſe ſicut profitetur ipſe philoſophus.xi. Meta. vnde & di
uus Aug. ait in libro vi. de trinitate deo hoc eſt eſſe quod ſa-
pientem eſſe. hoc eſt ſapientem eſſe quod intelligere. Verum
hãc ſcientiam non habent non ſolum fideles: ſed nec quiſq;
fidelis in via cum ſcriptum ſit. Deum nemo vidit vnq;. Ioh.
i. & prius ipe dixerat. Nõ videbit me hõ & viuet.ſ. eſſentiam
meam. Licet em̃ ſcripſit Cice. li. quẽ habuit de creatione mũ-
di. parentem vniuerſitatis huius inuenire difficile eſt & cum
iam quis inuenerit eũ in vulgus indicare nefas eſt. nõ tñ fuit
inuentum a quoq; quid ſit ſed tñ quia eſt. & hoc eſt qd' dicit
Damaſ. ꝙ de deo ſcire poſſumus quia eſt: ſed non quid eſt. In
quo ſcĩa ꝓprie dicta non conſiſtit.ſ. ſcire de aliquo q̃a eſt: &
non quid eſt iuxta determinationem philoſophi. in.i. Poſte.
Eſt enim de9 vt ait Caſſ. virtus inexplicabilis pietas incom
prehenſibilis: ſapĩa ineffabilis: cuius diffinitio eſt finem in
ſanctis laudibus non hr̃e. Si aũt dicãtur obiecta ſcientiæ res
quę non ſunt deus: tunc illa ſunt vl'ia aut particularia. nõ pri
mum. nam vl'ia aut nõ ſunt aut a ſuis ſingularibus indiſtin-
cta. particularia vero non ſunt incorruptibilia & ſempiter-
na: ſed ſunt temporalia & defectibilia quæ tẽpore cœperũt
& continue deficiunt. etiam quæ magis ſolida vidẽtur: ſicut
ſunt ſpũs & corpora ſuperiora: niſi omnipotens illa manu-
teneret. hoc nõ cognouerunt homines ſæculi. Et ſi qui cum
catholicis crediderunt non tñ ſciuerunt ſcĩa ꝓprie dicta. non
em̃ talis noticia ex immediatis & ꝑ ſe notis ꝓcedit: ſed ex re-
uelatis & alijs nobis ignotis. Dimittatur quædam tergiuer-
ſatio ignorantiæ dicentium ꝙ diffinitio ſcĩæ quã dat Ariſt.
eſt ẜm naturam: ſed ẜm naturam vl'ia ꝑut ſunt in ſuis parti-
cularibus ſunt incorruptibilia cũ ꝑ gñationem ſucceſſiuam
cõſeruentur in eſſe. Sil'r corpora ſuperiora & ſpũs intellecti-
ui ſunt ẜm naturam a corruptione libera cum corruptionis
principium nõ habeant in ſemetipſis. hæc em̃ friuola ſunt.
Nam natura vniuſcuiuſq; rei creatæ eſt illa non quam phi-
loſophi credunt ſed quã deus conceſſit. nõ em̃ natura ſol' eſt
comedere & bibere: q̃a plures philoſophi hoc opinati ſunt
nec natura magnetis eſt viuere ſpũ: q̃a thales mileſius hoc af
firmauerit. Vocare q̃ppe naturã illã cõditionẽ quã hoĩes pro
prio lumine freti rerũ ſpeculatarum ab eis arbitrati ſunt: eſt
dicere verũ falſum: & falſum verũ: qd' non ad ſciam: ſed ad
tetriſſimam ignorantiam nouim9 ꝑtinere: ſic æſtimãtes pu
gnant phyſicoꝝ ſcholæ: ſeſe mutuo cæcos vocantes. At ſi di
xerimus obiecta ſcientiarũ eſſe rerũ incõplexa vt modernis
magis placet. Quæ ſi particulariter eſſe deſinant: deſinente
ſubiecto in quo ſunt: illa tñ non deſinunt cũ ſint rerũ ſpẽs in
tellectibus iunctæ creato vel increato: & actus ſcĩæ generan
tes duo ſequunt. Primũ ꝙ neq; de his neq; de ſignificatis per
ea eſt aliqua ſcĩa ꝓprie dicta: cũ non ſint minus variabilia q̃
ſint eoꝝ ſubiecta. Et ſi tortuoſus anguis & coluber verſutus ꝑ
niciter tendens ad fugam dicat incõplexa de q̃bus ſcĩa habe
ri equipollere conditionalibus veris quarum q̃libet eſt ne-
ceſſaria. Dicendũ eſt ꝙ ſcĩa certiſſima dei non eſt de cõditio-
nalibus. Et ꝙ quilibet hõ habet rõnabiliter dubitare de pro
poſitione oĩ a deo nõ reuelata: & actus primos nõ importã-
te an ſit neceſſaria impoſſibilis vel cõtingẽs. cum nemo ha-
beat hæſitare de hac: Deus plura põt q̃ intellectus creatus va
leat cogitare. Nemo dicet hic ſtoicorũ opinionẽ tenendã.ſ.
ꝙ nihil ſciri cõtingat ſi meminerit actus primos excluſos &
ſtoicos non fuiſſe de ſciẽtia tã ſtricte locutos. Scd'm quod ſe-
quit eſt deũ gl'ioſum talẽ ſciẽtiã nõ hr̃e cũ nõ ꝑ ſpẽs ſed ꝑ ſe-
ipm cuncta ſcibilia clare cognoſcat. Ex his elicitur clare vna
veriſſima diſiunctiua q̃ copulatiue real'r eq̃pollet, videlicet
ſolus de9 de creaturis habet ſciẽtiã. vel ſcientia dei & ſcĩa nr̃a
non ſunt gñis eiuſdẽ. qd'cũq; detur habet ꝓpoſitũ. Tertium

De commendatiõe philoſophiæ.

De gn- ꝙ circa ſcientiã conſiderandis.

Scĩa qd ſit ſecũdũ eſſentiam.

conſiderãdum & declarandũ eſt qd ſit ſcĩa ſm eſſentiam. Et dicendũ ꝙ ſcĩa eſt lucidus & cõpletus habitus intellectus in certam rerum creatarũ cognitionẽ intellectiuam perducens. Per hoc qd' dr̃ lucidus excludiẽ a ſcĩa fides & opinio. Addiẽ in diffinitione illa cõpletus qa licet vniuſcuiuſqꝫ rei cuius ſunt cõcluſiones ſcibiles mille tñ habeatur vna, non tñ res illa ... n cognoſcitur, cuiꝰ improportionabilr̃ plura fere ignorãtꝗ ſcĩa. Addiẽ in diffinitiõe habitꝰ p quem eximitur actus quo qs caſu aliquid repente nouit & eiuſdem noticiã amittit repente. Dicitur etiam in ea intellectus, propter imaginatiuam & alias potentias q̃ ſeruiunt intellectiuæ potẽtiẹ in pcipiendo, pticipando cũ brutis. Certũ eſt adiunctum, qa etſi reuelaretur alicui qd eſt anima & ille dubitet ſic eſſe. tũc de eo non habet fidem cũ nõ firmiter inhæreat: neqꝫ opinionem. quia deꝰ opinionem nõ reuelat. nec ſcĩam. qa p demõſtrationem nõ certificat. Sequiẽ in diffinitione reꝝ creatarũ. ſubintelligitur vnius vel plurium ad dr̃iam ſapĩæ q̃ eſt primæ cauſæ ſiue diuinaꝝ reꝝ cognitio. Quod ponitur vltimo ſecludit ſcĩam ab alijs habitibus qui cæteras animi potẽtias q̃cũqꝫ mõ immutãt. In eo igitur ꝙ ſcĩa lucida eſt in via raro cõuenit creaturis rariſqꝫ. qa cicerone in dialogo ad hortenſiũ pbante. oĩs cognitio multis eſt obſtructa difficultatibꝰ. Eſt eñ & in ipſis rebus obſcuritas & in iudicijs nr̃is infirmitas. ppter qd' dr̃. Nihil eſt adeo indubitatum: qn adhuc ſolẽnẽ inquiſitionem admittat. Et. b. Aug. dicit de cõſe. di. iiij. ſicut in ſacr̃is. ꝙ ſi ſinguli interrogarentur forſitã tot opiniones quot hoĩes inuenirenẽ. nemo etiam Ariſt. cõfitente alicuius rei createẹ habet habitum ſcientiæ cõpletũ deo excæpto. Quẹ eñ ſcimꝰ ait Themiſtius ſunt ps eorũ minima q̃ ignoramꝰ. & hoc cum intellectus nr̃ ſe habeat ad maniſeſtiſſima naturæ. ſicut oculus noctuẹ ad lumen ſolis. ſm Ariſt. ij. Meta. & Sap̃. ix. dr̃. Difficile æſtimamus quæ in terra ſunt & quæ in pſpectu ſunt cũ labore inuenimꝰ. q̃ autẽ in cœlis ſunt quis inueſtigabit. Præterea habitus ſicut nec aliq̃d' accidens. eſt in deo: ſic qbuſdam mathematicis de veris & primis actibus. ſicut ꝯ ſtoicos diſputaẽ de rebus certitudinem nõ habemꝰ in via. & tñ omnia nuda & apta ſunt ocul' dei. igitur quo ad eſſentiam ſciẹ non eſt vna & eadẽ gñe ſcĩa diuina & humana. Nõ eñ dico diſtingui pꝰ maius & minus & impfectũ & magis pfectum ſicut diſcernũt ſm intellectũ ſctĩ doctores theologiam viatorũ a theologia cõprehenſoꝝ. ſed eſſentialr̃ & infinite cũ ſcĩa dei ſit deꝰ & ſcĩa humana ſit q̃dã q̃litas labilis dum obtineẽ in via. Eque patet hoc idẽ q̃ ad q̃rtum conſiderandũ de ſcĩa. ſ. de mõ. nã oĩs nr̃a cognitio ortũ habet a ſenſu oĩs nr̃a cognitio ſpẽs trahit a rebus. fere nulla nr̃a ſcĩa dici p̃t intuitiua. oĩs nr̃a cognitio ĩtellectiua gradatim pcedit a magis vl̃ibꝰ ad minꝰ vniuerſalia vſqꝫ ad ſingularia. omnis noſtra cognitio ad minus nota a magis notis. omnis noſtra cognitio ſyllogiſtica eſt & diſcurſiua. & propter hoc ſcire viatorum non ſolum eſt diſtinctum a diuino ſcire ſm etiã platonem a ſcire angelico. Angelus eñ ſpecies rerũ habet inſertas ſenſibus corporalibus non vtens: æqualiter oĩa creata ſine diſcurſu cognoſcens. Deus vero neqꝫ ſpecies a rebꝰ abſtrahit. neqꝫ abſtractiue neqꝫ ſucceſſiue ſed ĩtuitiue & vnico actu ſe & omnia alia. quia omnia quæ ſunt in eo infinite cõprehendit. Effectus etiam ſcĩæ diuinæ ſunt multum diſtincti a noſtris quo ad quintum declarandum circa ſcĩam. nam ſcĩa dei eſt cã rerum voluntate coniuncta. ſed ſcĩa nr̃a a rebus procedit neqꝫ hoc libito voluntatis. ſcĩa dei eſt neceſſaria certa, ſcĩa aũt nr̃a non ſolum eſt contingens ſed etiam fere opinatiua ſeu opiniones gñat magis q̃ꝫ ſcĩam pprie dictã. Dimitto ꝙ ſcĩa nr̃a inflat diuina ædificat. nr̃a occidit & illa viuificat. Cum ergo arguendo ſupradictum eſt ꝙ debemus deum imitari ſed deus habet oẽm ſcĩam. ergo &c. põt añs deponi ſi vl̃r capiatur al'r ꝯñã nulla. cũ ab indiffinita ad vl̃em ſit vanus pceſſus. Nõ eñ in oĩbꝰ debemus deũ imitari. voluit eñ hoſtis antiquꝰ eſſe vt deꝰ & de cœlo fuit expulſus. nec etiã in via in mõ ſciẽdi poſſumꝰ deũ imitari. ſed ĩ alijs vt diceẽ. Hæc oĩa p̃dicta p̃ſatꝰ dñs Io. dñici in dicto libello ponit. Cũ ergo dictũ ſit. Imitatores dei eſtote: cũ magna glĩa ſit ſequi regem factorẽ ſuũ. vt ait Salomõ Eccl's. ij. In q̃ pmaxime debemus imitari declarauit idẽ apl's ſubdens. ad Ep̃h. v. Ambulare in dilectione dei ſicut & xp̃s dilexit vos. Nõ ait imitamini deũ in potentia vel ſcĩa: ſed in dilectiõe. nec xp̃s ait. Diſcite a me ſcientiam qa ſapĩa ſum dei pr̃is. ſed diſcite humilitatem: qa mitis ſum ego & hu. cor. Mat. xi. Lucifer deum imitari voluit in potentia vt ita dixerim cupiens ex naturalibus & gratuitis a deo accæptis ppria virtute ad gloriam puenire di. Siſ̃is ero altiſſimo qui p ſe gloriam obtinet: ſed detracta eſt ad ĩferos ſuperbia ſua. Eſa. xiiij. Gloriatus eſt nabuchodonoſor de potentia ſua ſuperbiens tãqꝫ ex ſe illam adeptus & cõuerſus eſt in beluã ſm imaginationem ſui & aliorum videntiũ eum. Dañ. iiij. & xvi. q. iiij. miror. Alter nabuchodonoſor de ſuperbia elatus voluit vt deus adorari & confuſus eſt p fœminam ſanctã Iudith occiſo holoferne principe militiæ eiꝰ. Adam & eua voluerunt deum imitari in ſcĩa dicente eis antiquo ſerpente: Eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum: & de paradiſo expulſi ſunt cum tota poſteritate ſua: humiliata infinitis miſerijs animæ & corporis. voluerunt: vt ait. b. Aug. rapere diuinitatem & pdiderunt fœlicitatem. Sed viri ſctĩ q glorioſum ſanguinem fuderunt p dño imitati ſunt in morte ſua deum incarnatum per dilectionẽ: & ideo coronas triũphales meruerunt Abraam imitatus eſt deum in dilectione: patriam deſerens filium offerens & circuncidens in ſenectute vt deo obediret: ex humilitate ſe cinerem & puluerem dicens. & exaltatus eſt vſqꝫ ad viſionem trinitatis per figuram qñ tres vidit & vnum adorauit. Dauid imitatus eſt deum in dilectione etiam inimicorum capitalium: in humilitate ſe pulicem viuum & canem mortuum vocitans & ſuper ſenes intellexit diuina myſteria. Paulus apl's qui cupiens ex intenſa dilectiõe dei diſſolui & eſſe cum xp̃o. & tñ anathema eſſe a xp̃o p fratribus ſuis vt conuerterentur. primum ſe peccatorem proclamans ex humilitate profundiſſima: & minimũ apl'orum. qui plus omnibus laborabat: ſublimatus fuit ad claram dei viſionem qñ raptus fuit ad tertiũ cœlum. Qd' ſi quis velit deũ imitari in ſcĩa imitetur in iſta q̃ donũ dei eſt: & ſine dilectione & humilitate eſſe non põt. Vani eñ ſunt omnes homines in qbus non eſt ſcĩa dei. ſ. hmõi. Qui eñ dixerunt linguam noſtram magnificabimus labia noſtra a nobis ſunt quis noſter dominus eſt. Vani & falſi in ſua elata æſtimatiõe: qa deus ſcĩaꝝ dñs. i. Reg. ij. falſi in ſuis doctrinis. Nullus eñ fuit q nõ falſa ſcripſerit vani inutiles ſibi: vacui virtutibus veris & vltimo fine btĩtudinis priuati dicẽte. Salo. Eccl's. x. Labor ſtultoꝝ interficiet eos. ſ. morte ppetua: qa neſciunt pgere in vrbem. ſ. ciuitatis ſupnẹ. ppter qd' & dñs per Hiere. ix. dicebat. Non glorietur ſapiens. ſ. ſcĩa mundana in ſapĩa ſua: neqꝫ potens in potentia ſua: neqꝫ diues in diuitijs ſuis. Sed qui gloriatur in hoc glorieẽ ſcire & noſſe me. Ad quam noticiam dei valet pmaxime cognitio ſui q̃ pertinet non parũ ad donũ ſcientiæ. vñ & Señ. Principium ſalutis cognitio ſui. & . b. Aug. breuiſſime orãs dicebat. Deꝰ meꝰ nouerim me: nouerim te. qa cognitio ſui vera inducit ad dei cognitionẽ. qd eñ pdeſt ait. b. Berñ. ſcire vires herbarum: proprietates elementorum: curſus ſyderum: & hmõi: te neglecto ſeu ignorato. q. d. nihil. Siſ̃is p hoc eſt dæmonibus: vñ interpretantur ſcientes. non ergo condẽnantur vacantes ſtudio ſcientiarum ſeculariũ: ſed cõſtituẽtes finem in hmõi noticia ſicut quidam antiquorum ph̃oꝝ falſo opinati ſunt. ac etiam nimis eis intendentes: ita vt vtiliores & neceſſarias ad ſalutẽ lr̃as contẽnant vel omittant. cũ dicat Sap̃. Nihil nimis. vel eis quocũqꝫ modo abutentes.

de puerſis dei imitatoribus.

## §. VII. HANC AVTEM SCIENTIAM

donum ſpũſſctĩ omni mũdanæ ſcientiæ p̃ponere debemus: quia hæc ſola ducit ad vitam. non aũt aliæ niſi cum iſta. Et quanto maior in nob̃ dilectio eſt quæ eſt vinculum pfectionis: vt ait apl's ab Col'. iij. Et quanto maior humilitas quẹ dilectionem in altum erigit tanto maior hmõi ſcĩa. ſſ. habeẽ. Et ipſa ſcientia ſalubrius cunctas docet ſcientias alias moraliter: vt patet diſcurrendo p paucas. Docet grãmaticam. ſ. recte loquendi & recte ſcribendi. Linguam eñ quam vt dicit Iaco. nullus domare põt. ſ. ex ſe. inquietum malum plenum mortifero veneno puerſe loquentem & peius ſcribentem hæc dirigit vt loquaẽ recte & propterea in linguis ſpũſſctũs q eam infundit igneis appuit. Rhetoricam ſuggerit ita ornate poratẽ nõ in pſuaſibilibꝰ hũanæ ſapĩæ ꝟbis: ſed in oñſione ſpũs & ꝟtutis. vt p̃ueniãt principes angeloꝝ cõiũcti. pſallentibꝰ & pricipẽ principũ deũ: q nullis viribꝰ ſuperari põt flectat



flectat oratio publicani vincatqꝫ inuincibilẽ: & ligat omnipotentem moyſi dep̃catio. O q̃ꝫ vtilẽ dialecticam verũ a falſo diſcernentem. ſſ. per donum ſcientiæ infundit. cum eñ in tentando ſophiſtice ſyllogizet hoſtis antiquus vt cõuincat ſub ſpecie boni. exempli grã ſic. Omne bonũ eſt pſequendũ omnis fornicatio eſt bonum vel adulterium vel furtum eſt bonũ: qa delectabile: qa vtile quo ad furtum: ergo pſequere fornicationẽ vel furtum cum delectabile & vtile ſit bonũ. Sed ſophiſma eſt: & q ſophiſtice loquitur inquit ſapiẽs odibilis eſt: quia decipere quærit vt diabolus. Donum igiẽ ſciẽtiæ qua quis diſcernit in moribus verum virtutis a falſo vitij rñdit. Omne vtiqꝫ bonũ pſequendũ: ſi eſt verũ bonum & honeſtum: ſed ſi fornicatio vel furtũ ſit bonum ſm quid. qa delectabile ſenſualitati. non tñ eſt verũ bonum & honeſtũ: ſicut ſi diceretur. Omnis hõ eſt rõnalis: ſed hõ pictus eſt hõ: ergo eſt rõnalis. falſo concluderetur: quia pictꝰ eſt hõ ſm qd i. ſm apparentiam ſeu repræſentationem. ſed cũ dicebat oĩs hõ eſt rõnalis: intelligitur de hoĩe vero & ſimpliciter. Docet ergo ſcientiæ donum in actibus vitiorum non eſſe verũ bonum ſed verũ malum & apparens bonum: & ideo declinandũ. Ad arithmeticam deducit ſcĩa ſpũs numeros multiplicãtem: vt. ſ. pctã ſingula dinumeret cum ſuis circũſtantijs. vt declarat. b. Aug. de pœ. di. v. c. i. Et p ſingulas noctes vitiorũ lachrymis lauet conſcientiæ lectũ. Suggerit ſpũs etiam bñficia numerare a deo collata: quæ tot reperiuntur vt vir optimus algoriſta valeat recenſere ſicut nec guttas maris. Numerat q̃qꝫ numerum dierũ quis eſſe põt: & videt qñ mille anni añ oculos dei tamq̃ꝫ dies heſterna quæ prẹterijt. & totum tp̃s ab initio mundi vſqꝫ in finem eſſe ſicut momẽtum ſtatheræ & guttam roris cõparatione vitæ ppetuæ vbi omni bono animæ ſanctoꝝ fruunẽ. Talem armoniam & melos ſm muſicam morũ ſpũs menti inſerit exercendam vt dicat ſponſus cañ. iij. Sonet vox tua in auribus meis. vox eñ tua dulcis. & pſ̃. Iubilate deo oĩs terra: cantate exultate & pſallite in cithara: in tubis ductilibꝰ & voce tubæ corneæ: in pſalterio tympano & choro & in cymbalis bñ ſonantibus. quæ voces ſignificant diuerſos animi motus ſm varias virtutes deũ laudantium. Menſurare tp̃alia facit geometria ſpũalis: & aſpiciens terram cum hieremia videt qa vacua eſt & quaſi nihil: menſurat amores ſuos vt deum ſine menſura diligat: cætera vero oĩa certa regula rõnis menſurat. Dimenſiones non quãtitatiuas ſed virtuales mẽſurat in deo: etſi non cũ oĩbus ſanctis cõprehenſoribus. tñ p cõtemplationem in terra militantis eccleſiæ: in diuinis longitudinẽ æternitatis: latitudinem extenſæ charitatis: altitudinẽ immenſẹ poteſtatis: profundũ ſapientiæ claritatis. Non deficit in habẽte ſcĩam cum charitate ſctã aſtrologia ad curſum & virtutem ſolis & lunæ ac ſtellarum. Attendit cõſiderãs pie ꝙ ſtella differt a ſtella in claritate: ſic & ſancti in gloria vnus altero maior. ſicut & in mundo de gentibus vnus altero perfectior & diuerſos effectus pducunt ſm gratiam gratis datam. nã alij datur per ſpm̃ ſermo ſapĩæ: alteri ſermo ſcĩæ &c. Solem q̃qꝫ contemplanẽ in cœlo. qa ſicut teſte eccleſiaſtico: ſol illuminans p omnia reſpicit: & gloria dñi plenũ eſt opus eius: & oritur ſol & occidit: & ad locum ſuũ reuertitur. ibiqꝫ renaſcens gyrat per meridiem: & flectitur ad aquilonẽ: vt inqt Salomõ Eccl's. i. Sic ſol iuſticiæ xp̃s deus nr̃. illuminat omnem hoĩem venientẽ in hunc mundũ: opuſqꝫ eius in mundo plenũ gloria quã nobis pcurauit: ortuſqꝫ de lucida nube virgine maria occidit p paſſionem. ... tenebræ factæ ſunt ſup vniuerſam terram: deficientibus cunctis a lumine fidei deitatis ipſius excæpta ea ſed renaſcẽns ſol ipſe p reſurrectionem poſtq̃ꝫ inferiores ptes terræ deſcendens illuſtrauerat patres in vmbra mortis ſedentes. radios ſuos erga diſcipulos diffundit: & lumen eis reſtituit catholicæ fidei. Girauit aũt ſol iſte p meridiem qñ in cœlum aſcendens ſuper cherubin & ſeraphin ignem feruidum ſui amoris in pentecoſte in mundũ miſit: nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius. Ad aquilonẽ flectetur: ad aq̃lonẽ frigidum in fine mundi: qñ abũdãte iniq̃tate refrigeſcet charitas in cordibus multorũ. Speculatur ille noſter aſtrologus & lunã eccleſiæ q̃ lumen a ſole mendicat xp̃o ieſu dño nr̃o. Et qa vt ait ppheta. Eleuatus eſt ſol ſuper oẽs cœlos: & luna ſtetit in ordine ſuo. Philoſophiã edocet ſcientiæ donũ. vt inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt intellectu conſpiciat. ſ. dei perfectiones. Ex pulchritudine eñ cœlorũ & planetarum & aliarũ rerum põt ſciri ſpecioſitas immẽſi dei. ex virtute earũ virtus & bonitas dei. ex ordine earũ ſapĩa dei & hmõi. vnde dr̃ Sap̃. xiij. Si eorum ſpẽ delectati. ſolis. ſ. lunæ & ſtellarum deos putauerunt. ſ. talia: ſciant quanto his dñator eorum ſpecioſior eſt. ſpeciei eñ. i. pulchritudinis generator hæc conſtituit. aut ſi virtutem & opa eorũ mirati ſunt intelligant ab his: qm̃ qui hẹc conſtituit fortior eſt illis. A mag. ſpeciei & creaturæ cognoſcibiliter poterit horum creator videri. Hæc ibi. Cũ eñ non ſolum ſm catholicos: ſed etiã philoſophos deus ſit prima cã oĩm & cauſa ſit potior effectu. Et in li. de cauſis. dr̃ ꝙ omnis cauſa prima plus influit in cauſatum cauſæ ſcd'æ q̃ꝫ ipſa ſcd'a cauſa. Iõ ſequitur ꝙ omnis pulchritudo virtus ſuauitas quodcumqꝫ bonum vere amabile ſit in deo. & ideo ſuper omnia diligendus: & in dilectione p poſſe imitandus.

Nota ꝙ Sophiſta q̃rit decipere vt diabolus.

## §. VIII. ET QVIA AD DONVM SCIEN

tiẹ ptinere videtur noſſe diſcernere inter diuinas inſpirationes & diabolicas ſuggeſtiones quæ aliqñ multum velatæ pſonis ſpũalibus ingeruntur dicente apl'o. Ipſe ſathanas trãſfigurat ſe in angelum lucis. non ſolum apparendo ſenſibiliter ſub forma angeli boni chriſti vel alicuius ſancti: vt habetur de beato Antonio: Martino & alijs: ſed inuiſibiliter ſuggerendo aliquid apparens bonum opus: ſed animæ noxiũ. vt Greg. dicit di. xli. ſæpe. Sæpe vitia ſe ingerunt & virtutes ſe eſſe mentiuntur vt tenacitas: parſimonia: effuſio: largitas: crudelitas: prodigalitas: zelus: iuſticia: remiſſio: pietas videri velit. Ideo hic ponentur quædam documenta ex quodam libello qui attribuitur. b. Vincentio ordinis prædicatorum: p̃dicatori eximio & ſanctitate mirabili. Notandum igitur ꝙ circa tentationes ſpũales huius tp̃is quas procurat diabolus in cordibus aliquorum ſpiritualium. Primum eſt ꝙ volentes ſe deo totaliter ſubdere deſiderant per rationem vel contemplationem vel alia opera perfectionis: viſiones: reuelationes: guſtus ſeu ſentimenta a deo vel de deo: quæ ſunt ſupra naturam: & ſupra communem curſum eorum qui diligunt & timent deum veriſſime: quaſi vt ex hoc ſignum accipiant dilectionis dei ad eos & accæptionis. Sed tentatio eſt tendens ad decipiendum. Tale eñ deſiderium & inſtigatio non poteſt eſſe ſine radice ſuperbiæ & præſumptionis: vel intentione alicuius vanæ curioſitatis circa ſecreta dei vel fragilitate fidei: & propter hunc defectum iuſticia dei dimittit animam quæ habet tale deſiderium: & permittit venire intellectum in illuſionem & tẽtationem diaboli per falſas viſiones reuelationes & ſeductiones: & vt magis detur fides hoſti ... aliqñ vera reuelat: vt ad credendum aſſuefaciat. p ... modum ſciant maiorem partem tentationum ſp... huius temporis & radicat in cordibus eorũ qui ſunt ... antichriſti. Debes ergo ſcire ꝙ verẹ reuelationes & guſtus ſeu ſentimenta ſecretorum dei non veniunt p antedictum deſiderium: neqꝫ per aliquam coniurationẽ ſeu ſtudium quod anima habeat in ſe: ſed tantum veniunt pura bonitate dei in animam quæ eſt in magno timore dei & humilitate & reuerẽtia ipſius dei: nec debet quis exercitare ſe in hmõi humilitate: & dei timore ppter hoc vt habeat viſiões reuelationes & ſentimenta de deo: quia in idem delictum caderet quod & hoc deſiderans. ſed petendum & deſiderandũ quod ait pſ̃. Notum fac mihi domine finem meum. qui. ſ. deus eſt vt ſciam quid deſit mihi virtutis & boni ad ipſum conſequendum & non vt ſciam ſecreta eius. Secundus modus tentationis occultæ diabolicẹ & deceptoriæ eſt cum qs in ſua oratione vel cõtemplatione ſentit aliquam conſolationem & dulcedinem. Ex qua & propter quam incipit de ſe præſumere & æſtimationem ſuiipſius habere & in ambitione pprij honoris & reputationẽ talem vñ ſuggeritur ſibi dignum ſe eſſe vel hmõi vitẹ glĩẹ vel laudis vel padiſi. Scias ergo ꝙ hic latet anguis in herba. & iõ fuge o puer: nec admittas talẽ conſolationẽ quantũ in te eſt: qa deceptoria: & p iſtã conſolationem incurrit aĩa in plures malos errores: & dñs p ſuũ iuſtũ iudiciũ pmittit poſtea diabolo augmentandi talẽ cõſolationẽ & accelerãdi & ĩprimere in aĩa illa falſiſſima & piculoſiſſima ſentimẽta: & alias illuſiões q̃s credit ꝟas eſſe. heu heu dñe deꝰ q̃ꝫ multæ pſonæ ſunt decæptæ p modũ iſtũ.

Donũ ſciẹ etiã diſcernere facit ĩter hæc ſcilicet.

triplici mõ tẽtã di ſpũales diabolꝰ inuadit.

de ſcd'o mõ tentationis occultẹ.

Exẽplũ de beato Iordano.

Legit de btõ Iordano.ij.mgro ordinis prædicatorum ꝙ diabolus q̃ſiuit eũ decipe p hunc modũ. Nã p aliq̃t dies eo celebr... diabolus fecit maximũ odorẽ de manib⁹ ei⁹ fluere cũ ꝯſolatiõe. vt vel ſic inde de ſe pſumeret. ſed ille mi... deceptionẽ timẽs ſe magis hũiliabat orãs: vt ſi tẽta... ...aneſceret: qđ & factũ eſt. & ita euaſit tentationẽ in... ...one nõ ſe figẽs ſed fugiẽs. Et ſcias ait btũs ille ꝙ ...raptorꝫ vel poti⁹ orabiatorꝫ nunciorꝫ antixp̃i eſt ...modũ. Et iõ caue q: in tua oratione vel cõtẽplatiõe nõ ſuſtineas aliquã cõſolationẽ niſi illã q̃ venit poſt pfectã noticiã & cõpletũ ſentimentũ tuæ humilitatis & impfectiõis & q̃ facit pſeuerare dictã noticiã & ãdictũ ſentimẽtũ in te. & magnitudinẽ & altitudinẽ dei p altã reuerẽtiam & cũ magno deſiderio honoris dei cõſolatio nõ admittat. & ip̃a cõſolatio aduenĩẽs in p̃dictis fundet. Ad qđ põt induci ꝟſus pſ̃. Renuit ꝯſolari aĩa mea. ſ. in iſtis mũdanis. Memor fui dei. ſ. i orõne & cõtẽplatiõe & delectat⁹ ſum. ei⁹ memorando nõ in ea tñ figẽdo. ſ. exercitat⁹ ſum in bonis opib⁹. & defecit ſpũs meus. i. oĩs elatio mentis. & iſta eſt ꝟa delectatio. Terti⁹ modus tẽtatiõis magis piculoſus eſt cũ ſub aliq̃ viſione vel ſentimento cor inducit in opinionẽ vel infectionẽ ꝯ aliquẽ articulũ fidei: vel ꝯ bonos mores. & maxime ꝯ humilitatẽ vł honeſtatẽ. Sicut legit in.ij. collatione abbatis moyſi de illo cui pluries diabolus vt angel⁹ bon⁹ apparuerat cũ luce magna q demũ ei ſuaſit vt filiũ paruũ quẽ ſecũ habebat occidendo deo offerret vt dei placeret ſicut abraam in oblatiõe iſaac filij ſui. Sed fugiente filio nõ valuit qđ intẽdebat efficere. Et de alio q ſe proiecit in puteũ ex iuſſione angeli mali. q vt bon⁹ cũ ſplẽdore apparuerat. Igit tales viſiões & iuſſiões exhorreſcas quãtũcũq; ſecreta & alta & ſctã apparent & fugias. vt a ruina & dæmonio meridiano. Sed ſi appareat tibi aliq̃ viſio cũ lumine vel ſine lumine & ſentimẽto. de q̃ ſi cert⁹ es ꝙ ſit ex pte dei. & ꝙ certificat⁹ es in corde tuo ꝙ illud ad qđ inducit viſio eſt deo placit... ...li te firmare in dicta viſione. Attẽdendũ etiã ꝙ nec ꝑpter magnã deuotionẽ nec ꝑpter magnã vitã: nec ꝑpter clarã ... nec ꝑpter aliquam ſufficientiã quã videas in aliq̃ pſona. vel in aliqb⁹ pſonis nõ ſunt ſequẽda eorꝫ ꝯſilia. nec eorꝫ modi imitandi. Ex q̃ appet ꝙ eorꝫ cõſilia & dicta clare & multũ rõnabilr nõ ſunt ſm deũ & verã diſcretionẽ p vitã xp̃i & ſctõrꝫ mõſtrata. & p ſanctã ſcripturã in dictis ſctõrꝫ notificata & p̃dicta. Et ... hoc nõ eſt timendũ ꝙ ſpernẽdo talia peccet p ſupbiã & ...ſiõnẽ: ſed poti⁹ ꝙ fiat ꝑpter zelũ ꝟtutis. Nolite. (ait ...) oĩ ſpũi credere. ſed ꝓbare ſpũs vtrũ ex deo ſint. Non enim ... videri põt diuin... conceſſum qđ fuit human... pol licit... ait Cypria. diſt. l. ſiqs p̃poſt... ſup & ...dæ ſunt & vitãdæ ſocietates & fam... illorꝫ & illarũ q tales tẽtatiões ſeminãt & diffun... vitãdę ſunt pſonæ illæ q̃ ſuſtinẽt & laudãt eas. & ... verba eorꝫ. nec collatiões eorꝫ. nec modos eorꝫ veli... dia bol⁹ tibi ſubminiſtrabit & oñdet magnũ ſig... in plib⁹ eorꝫ ... modis: q̃ ſi velles accipe & p... crede re venires & incurreres in pericula. ruinas & p̃cipitia errorũ illorꝫ. Sermo eorꝫ. (ait apl's. ij. ad Tim. ij.) vt cancer ſerpit.

De tertio modo tẽtatiõis occulte.

## §. IX. POST PREDICTA PREFATVS

ponit aliqua quæ gl... debet p ſemetip̃m attẽdere circa pſonas q̃ diſſeminãt tales tẽtatiões quantũ ad eorꝫ vitã & doctrinam. Quorꝫ primũ eſt ꝙ circa tales pſonas non habeas magnã æſtimationẽ eorꝫ viſionũ. ſentimẽtorꝫ & raptuũ. immo ſi dicũt tibi aliqd qđ ſit ꝯ ſidẽ aut ꝯ ſacrã ſcripturã. aut ꝯ bonos mores abhorreas eorꝫ viſiones & reuelationes tamq; ſtulticias & eorꝫ raptus vt arbitra... fantaſtica dæmonũ. vñ in Deut. Moyſes ex ꝟbo dñi p̃cæpit dicens. Si ſurrexerit in medio tui ꝓpheta. aut qui ſomniũ dicat ſe vidiſſe & ipſe dixerit ſignũ atq; portentũ & venerit qđ locut⁹ eſt. & dixerit tibi. Eamus & ſeq̃mur deos alienos q̃s ignoras. & ſeruiamus eis. noli audire ꝟba ꝓp̃hæ aut ſomniatoris. Tentat eñ vos dñs de⁹ veſter vt palã fiat vtrũ diligatis eum an nõ. In toto corde vr̃o & in tota aĩa vr̃a ip̃m ſequimini eũ timere & mandata ſua cuſtodite & audite vocẽ illius. hęc refert. b. Aug. xxvj. q. v. nec mirũ. Et inducit ibi exẽplũ phitoniſſæ q̃ arte ſua apparere fecit diabolum ſub forma veri Samuelis vera cũ falſis permiſcẽs: vt patet. j. lib. Reg. & ſubdit. b. Vin. Si tñ d... nt aliq̃ q̃ ſunt ſm fidẽ & ſacrã ſcripturã & doctrinam ſanctorꝫ & bonos mores noli ſpernere: q̃a forte ſperneres qđ dei eſt. iuxta illud apl̃i. j. ad Theſ. v. Prophetias nolite ſpernere. nec tñ totaliter cõfidas: q̃a ſæpe & maxĩe in tẽtationibus ſpũalib⁹ falſitas inducit ſub ſĩlitudine veritatis. malicia ſub ſĩlitudine ꝟtutis vt poſſit diabol⁹ melius diffundere errorẽ. Adde qđ ait Cyrillus ſup illud Lucæ. iiij. Nõ ſinebat xp̃s ea. ſ. dæmonia loq: q̃a ſciebãt ip̃m eſſe xp̃m: q̃uis ꝟitatẽ maximã diceret: quã tñ nõ certitudinalr: ſed cõiecturalr ſciebant. ſ. xp̃m eſſe filiũ dei: tñ increpabat eos ꝓhibẽs talẽ dicere veritatẽ vt doceret nos nõ querere a dæmonijs veritatem. Nec ſi dixerint veritatẽ aliq̃n inhærere: q̃a ad hoc faciũt vt p illud decipiant & ad malũ inducãt. & tales viſiões & raptus etſi non ſint de falſis vel ꝯ ſcripturas potius ſunt paruipẽdẽdæ: niſi hoc cõtigeret talib⁹ pſonis ꝙ rõne ſanctitatis ac diſcretionis & humilitatis certũ q̃ſi eſſet ꝙ tales pſonę nõ poſſent decipi p illuſiones & ingenium diaboli. Et tũc q̃uis ſit piũ viſionib⁹ taliũ pſonarũ cõſentire. tñ tuti⁹ eſt non totaliter credere niſi inquãtũ in eis eſt ſnĩa concors cum ſacra ſcriptura & dictis ſctõrꝫ. Adde ad hæc ꝙ veri & ſancti ꝓphetæ aliq̃n aliqua dicunt putantes ſe ex ſpũ ꝓphetiæ habere: quæ poſtea cognouerũt & ipſimet ex ſpũ ꝓphetico nõ dixiſſe vt notat. b. Greg. in lib. moral. de Nathan ꝓpheta q quæſit⁹ a Dauid rege ſi deberet templum dño conſtruere. Rñdit ei vt ꝓphetans ꝙ faceret vt deo gratũ & accæptũ: ſed q̃ſcitius fuit ſibi a dño reuelatũ vt diceret Dauid ꝯrium. Non ædificabis mihi tu (inquit dñs) domũ: q̃a multũ ſanguinẽ fudiſti. ſ. in bellis: ſed filius tuus. j. Paralipo. xvij. Sãctas & deuotiſſimas religioſas brigidam & katharinã de ſenis contẽporaneas ſatis creditur ſpũ prophetico claruiſſe multaſq; reuelationes habuiſſe: & tñ vna refert ſibi reuelatum beatiſſimã virginẽ in originali cõceptam. vt katharina de ſenis. Alia ſine originali Brigida. Et cum ꝯdictoria ſimul vera eſſe non poſſint oportet dicere ex ſpũ ꝓprio nõ ꝓphetico vnã earꝫ fuiſſe locutã: ſed q̃ illa. Minores aſſerũt katharinã: p̃dicatores brigidã: ſed de hoc relinquamus. Secundũ qđ eſt in hmõi attendendum eſt ꝙ ſi per reuelationem vel ſentimentũ vel aliũ modũ tuũ cor moueat ad faciendũ aliqđ opus: & maxime opus graue & notabile nõ tibi cõſuetũ de quo non habeas certitudinem an deo placeret: immo dubitas rõnabiliter ꝯhe morã ad faciendum dictũ opus vſq; quo inſpexeris diligenter oẽs circunſtantias & cognoſcas deo placere. vñ Orig. Lenta virtus cunctatrix ante iudicat q̃ incipiat. quid decorũ. q̃d honeſtum ſit. iniq̃tas oĩa pręcipitat. de pœ. di. iij. inter hęc. Non tñ de hoc iudices ſm tuã opinionẽ cũ de ſe nõ eſt clarum ſed p teſtimoniũ ſcripturę vel p aliqđ exẽplũ imitabile aliquorũ ſanctorꝫ virorꝫ. Signãter aũt dr̃ exemplũ imitabile: q̃a aliq ſancti fecerunt aliqua opera quæ non debem⁹ imitari q̃uis eſſent bona in eis: ſed potius debemus ea habere in admiratione & reuerentia. Et propterea dicit Hiero. Exempla paucorum cõmunem legem facere nõ poſſunt. xxvi. q. ij. nõ exẽplo. & de reg. iur. ... Quæ a iure cõi exorbitãt in cõſequẽtiã nr̃æ actionis nõ ſunt trahẽda. Si qs eñ vellet comedere tantum locuſtas & mel ſilueſtre: quia baptiſta hoc fecit: cito infirmaret. Qui vna tñ hora dormiret. quia Aug. hoc egit infatuaretur: & ſic de alijs hmõi. Qđ ſi per teipſum non potes in noticiam venire an illud deo placeat cõſiliũ pete: ſed a perſonis bene ꝓbatis in vita & doctrina & ꝯſilio veritatis. Tob. iiij. dr̃. Conſiliũ ... ſapiente inquire. De dubijs ꝓprie eſt cõſilium. & intelligitur ſapiens ... illo genere de quo cõſilium quærit: q̃a vnicuiq; in arte ſua perito credẽdũ eſt. ait philoſoph⁹: q̃a experiẽtia eſt ... Tertiũ qđ eſt circa hmõi obſeruãdũ eſt ꝙ ... ab iſtis & nunq̃ tales tẽtationes habuit: vel ſi habuit liberatus ab eis fuit: dirigat cor ſuum ad deum vt regratietur ei indeſinenter de tali gratia. Et caueat ne quod habet p puram gratiam dei & benignitatẽ: attribuat ſibi merito ſuo: virtuti ſuæ vel ſapientiæ ſuæ vel moribus ſuis: nec etiã ꝙ a caſu vel fortuna hoc acciderit: q̃a hoc eſt quaſi principale ꝑpter quod de⁹ ſubtrahit gratiam ſuã ab aliquibus. ſ. ꝑpter arrogantiam ſuam & ingratitudinem. Vnde be. Aug. Qđ deus dederat gratis: abſtulit ingratis. Aliud aduertendum eſt ꝙ corde alicui⁹ poſito in tentatione ſpũali per quam ponitur in dubio: nõ incipiat aliquis ꝓpria voluntate notabile & inconſuetũ: ſed refrænando

Qđ beata brigida & katharina ſenenſis claruerũt ſpũ prophetico.



frenando cor ſuũ: & voluntatẽ expectet humili... & ... more & reuerẽtia dei quouſq; cor ſuum dñs cla... ...ta li dubio. Non dico expectet angelũ venientem vel vi...onẽ ſuper hmõi: q̃a ſupbiæ videretur: ſed expectet cor ſuũ per inſpirationem vel conſiliũ proximi ſibi inſinuandũ. Con... faciendo. ſ. in dubio ſupponendo ad op⁹ magnũ & in... non hẽbit opus communiter bonũ exitũ. Deide tñ quis in hmõi tẽtationibus cauere debet: ne ante vel tunc cũ eſt ĩ his dimittat opera bona conſueta: vt orare, confiteri, cõmunicare, ieiunare: opera pietatis & humilitatis licet conſolationem non inueniret in operibus antedictis: q̃uis enim vt ait Pſ̃. xviij. in cuſtodiendis illis. ſ. diuinis mandatis ſit retributio multa. Non ſolum pro cuſtodiendis retributio mlta in cœlis: ſed etiã in illis. i. dũ obſeruat habet magna cõſolatio mentis. Iugũ eñ meum (ait Chriſtus ſcilicet obſeruationis mandatorum: quæ omnia mandata ſũt de actib⁹ virtutum) ſuaue eſt. Mat. xj. tñ non pro hmõi cõſolatiõe ſpũali hic habenda eſt deo ſeruiẽdum. Euntes (ait Pſ̃.) ibãt de bonis operibus ad meliora procedentes: & flebant non ſẽtiẽtes aliquam delectationem in ipſis bonis operibus ſed fletũ ãguſtiæ tædij & anxietatis: & tamẽ ſic ſeminant & mltiplicant occulte ſemina meritorũ vt demum veniant cũ exultatione portantes manipulos pręmiorum. Poſtremo ĩ omnib⁹ ſiue remanentibus tentationibus ſiue recedẽtibus ſemper oportet ſe conformare diuinæ voluntati. Recti diligunt te. dicit Cañ. j. Recti ſũt. (ait bea. Augu. ſuper Pſ̃.) qui volunt quod deus vult. nã qui volunt deum velle quod ipſi volũt: non ſunt recti cum volũtas eorum ſit tortuoſa: voluntas aũt dei dicit regula rectiſſima. Oĩa quæ ĩ iſto cap̃. habẽtur: ſentẽtiæ ſunt (vt dicit btĩ Vin.) ex quodam tractaculo ſuo: auctoritates aũt adductæ ibi poſitæ ſunt ad maiorem auctoritatem dictorũ. quas vt puto & aptiores ip̃e cauſa breuitatis omiſit.

In omĩb⁹ diuinę volũtati nos conformare debem⁹.

## §. X. NOTANDVM QVOD IN TRA

ctando de tribus vltmis donis non eſt ſeruatus ordo enumerationis poſitus ab Eſa. Et ratio fuit: vt prolixior materia poſterius poneretur: & ideo prius de timore: poſtea de pietate multo diffuſior ratione materiæ adiunctæ. ſ. de virgine Maria: & demum de ſciẽia actum eſt. Cui additur magnum opus diſtinctum propter ſui longitudnem in tria volumĩa nõ præciſe hiſtoriarũ: ſed & multorũ aliorũ de ſcripturis ſacris & dictis notabilibus ſanctorũ: ſed & aliorum gẽtilium continens geſta ab initio mundi vſq; ad præſens tempus. ſ. annum dñi ab incarnatione. M. ccccliiij. Si tamen vita fuerit comes ad perficiendum quod iam perductum eſt vſq; ad annũ domini ſexcẽteſimũ. ſ. vſq; ad mortẽ Gregorij magni. & imperium Phoce. Cũ eñ vt dictum ẽ: ad donũ ſciẽtię pertineat bene cõuerſari in medio nationis prauæ & peruerſæ: & ſcire diſcernere credẽda a non credendis: & agenda a non agendis: vt bona aſſumantur & mala renuantur: q̃ plurimũ ad hoc poſſunt iuuare præcedentiũ geſta. Nam ratio præteriti ſcire futura facit: Ex erratibus eñ perfectorum vt primorum parentum: Moyſi: Aaron: Dauid: & aliorũ: meli⁹ ſciuntur pericula noſtra vt caueantur. Ex illatione flagellorum contra malos perpenditur grauitas peccatorum: & quãtum deo diſpliceant vt non cõmittant: & commiſſa per pœnitentiam remoueantur: Ex tranſlatione & mutatione regnorꝫ & dominiorum: aduertitur vanitas & inſtabilitas mundanorꝫ vt contemnantur. Ex depreſſione ſuperborũ & humiliatione: vt ædificantium turrim ad cœlũ ptingentẽ Babel: Pharaonis: Nabuchodonoſor. & aliorũ addiſcit mortales non paria ſentire de deo ſed vt omnes ei ſubijciant. Ex narratione euangeliorum docentur impleta: q̃ per ſãctos prophetas prænuntiata fuerant de myſterijs Chriſti: quorum prophetæ plures hic expreſſantur: Ex ſententijs gentilium q̃ ſanctorum ibi ſcire valet quilibet quomodo conuerſari debeat in mundo. Et quia plus mouent exempla q̃ verba: ideo ponũt multæ hiſtoriæ & opera virtutum a ſctis perpetrata vt ad ea imitanda prouocentur. Miracula plurima referuntur ad dei gloriam & fidei Chriſti... conf... In lib. autẽ de ſeptẽ donis cui⁹ auctor ... frater ... Prædicatorum ſed nomen eius ibi non p... ...nit de donis ſcientiæ: vt ſicut per timorẽ ... pietatem promouetur ... ...diæ ad proximum: ita p... irretitus eſt peccator. ... cuerit animæ tuæ: pr... mala. i. malitia & conc... Vbi non eſt ſcientia: ibi ... extrahatur a malo culpe ... rit tractatum de pœ... de ea diffuſe notat... & ĩ alijs lo... quæ eſt & filic... Amen

...ſe Antonin⁹ vir conſilio clariſſimus: ſacræ ſcri... diligẽtiſſim⁹: ac Romanæ vrbis olim auditor ...rũ obſeruãtialis profeſſor. Anno dominicæ ... ...dies augentur miraculis. De ſalutari ... ſepulturæ eius affixum. ...is paſ... no...